UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01314116 3

UNIV.OF
TORONTO
LIBRARY

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Ottawa

http://www.archive.org/details/lesregistresdurb34cath

BIBLIOTHÈQUE

DES

ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME

2e SÉRIE

LES

# REGISTRES D'URBAIN IV

PUBLIÉS PAR

M. JEAN GUIRAUD

TOME TROISIÈME

# LES REGISTRES
# D'URBAIN IV
## (1261-1264)

RECUEIL DES BULLES DE CE PAPE

PUBLIÉES OU ANALYSÉES

D'APRÈS LES MANUSCRITS ORIGINAUX DU VATICAN

PAR

**M. JEAN GUIRAUD**

ANCIEN ÉLÈVE DE L'ÉCOLE NORMALE SUPÉRIEURE, ANCIEN MEMBRE DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME

---

TOME TROISIÈME

REGISTRE ORDINAIRE

TOME II

PARIS

ANCIENNE LIBRAIRIE THORIN ET FILS

**ALBERT FONTEMOING, ÉDITEUR**

LIBRAIRE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME

DU COLLÈGE DE FRANCE ET DE L'ÉCOLE NORMALE SUPÉRIEURE

**4, Rue Le Goff, 4**

1904

BX
870
1861
t.34

# SEQUITUR REGESTUM DOMINI URBANI PAPE QUARTI

## DE LITTERIS BENEFICIORUM ET ALIARUM GRATIARUM CONCESSARUM ANNO III PONTIFICATUS EJUS [1]

998 Orvieto, 13 février 1264.

Ordinationem de solutione debitorum ab abbate et conventu s. Jacuti, Dolensis diocesis, nonnullis mercatoribus Florentinis fienda, a J., ss. Cosmae et Damiani diacono cardinali editam, confirmat. (Reg. 29, fol. 24 v°, n° 46.)

« *Francisco, Franketo et Jacobo Raymbertini, fratribus, Bonvicino Nicolai, Raynaldo Uberti, Cancio Symonetti, Uberto Raynaldi, Bocce Ammannati et aliis eorum sociis, civibus et mercatoribus Florentinis.* Hiis que, etc. — Sane lecta coram nobis vestra petitio continebat quod olim inter vos, ex parte una, et dilectos filios . . abbatem, et conventum monasterii sancti Jacuti, ordinis sancti Benedicti, Dolensis diocesis, ex altera, super quibusdam pecuniarum summis in quibus eosdem abbatem et conventum vobis asserebatis teneri, orta materia questionis, tandem partibus ipsis in Romana curia constitutis, nos huic questioni per amicabilem viam pacis finem imponi ac partium predictarum sumptibus et laboribus volentes parcere in hac parte, dilecto filio nostro J., sanctorum Cosme et Damiani diacono cardinali, viva voce commisimus ut partes easdem ad concordiam reduceret ac ordinaret, decerneret et statueret super hoc prout sibi videretur expediens. Idem autem cardinalis, auditis et intellectis que partes ipse voluerunt proponere coram eo, ac prefato abbate pro se dictoque conventu et vobis, filii Francisce et Frankete, pro vobis ac aliis vestris sociis presentibus et ad id consentientibus, auctoritate sibi super hoc a nobis tradita, ordinavit, providit, decrevit et statuit quod predicti abbas et conventus annuatim Parisius, usque ad octo annos proximo secuturos, in octavis videlicet beati Andree apostoli, centum et quinquaginta libras turon. vobis ac procuratori vestro, habenti ad hoc a vobis speciale mandatum, nomine vestro, et in anno nono immediate sequenti, in eisdem scilicet octavis et loco, octuaginta libras ipsius monete pro debitis in quibus vobis teneri noscuntur, sine qualibet difficultate, persolvant; ad quod ipsos abbatem ac successores suos et conventum, ordinando et providendo auctoritate apostolica, condempnavit ac tam ipsos quam predictum monasterium et bona eorum omnia, que tunc habebant et haberent in posterum, obligata manere decrevit. prout in instrumento publico inde confecto ac prelibati cardinalis sigillo munito, plenius continetur. Nos igitur. super hoc vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem cardinali factum est, ratum habentes et firmum, illud auctoritate apostolica confirmamus, etc. usque communimus, tenorem instrumenti predicti de verbo ad verbum facientes presentibus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Orta inter religiosos viros . . abbatem et conventum monasterii sancti Jacuti, ordinis sancti Benedicti, Dolensis diocesis, ex parte una, et Franciscum et Franketum Rimbertini, Jacobum fratrem eorum, Bonvicinum Nicolai, Raynaldum Uberti, Cantium Symonetti, Ubertum Rainaldi, Boccam Ammanati et ceteros eorum socios, cives et mercatores Florentinos, super quibusdam pecuniarum summis in quibus dicti mercatores eosdem abbatem et conventum sibi teneri dicebant, ex altera, materia questionis, fuerunt per mercatores ipsos contra eosdem abbatem et conventum super eisdem pecuniarum summis ad diversos judices a sede apostolica diverse

1. Ce titre ne figure pas dans le manuscrit où la lettre 998 suit sans interruption la lettre 997. Nous avons cru devoir le mettre en tête du tome III.

littere impetrate, per quas varii habiti sunt processus. Et tandem partibus in curia constitutis, videlicet ipso abbate pro se et dicto conventu, et Francisco ac Franketo predictis pro se ac sociis suis, sanctissimus pater dominus Urbanus papa IIII nobis J., miseratione divina sanctorum Cosme et Damiani diacono cardinali, commisit oraculo vive vocis ut partes ipsas super hiis reduceremus ad concordiam et ordinaremus, decerneremus et statueremus in hujusmodi negotio, prout expediens putaremus. Nos autem, auditis et intellectis que partes ipse voluerunt proponere coram nobis, auctoritate nobis ab eodem domino papa in hac parte commissa, de predictorum abbatis pro se ac dicto conventu, ac Francisci et Franketi, pro se ipsis et aliis eorum sociis predictis, consensu, ordinamus, providemus, decernimus et statuimus quod predicti abbas et conventus pro debitis in quibus tenentur ipsis mercatoribus, eisdem annuatim Parisius, usque ad octo annos proximo sequentes, in octavis beati Andree apostoli, tantum centum quinquaginta libras turonensis monete, ipsis vel eorum procuratori pro ipsis, habenti ab eisdem ad hoc speciale mandatum, et in sequenti nono anno, in eisdem octavis et loco, octuaginta libras ejusdem monete sine qualibet difficultate persolvant, ad quod ipsos abbatem et successores suos ac conventum, ordinando et providendo auctoritate apostolica, condempnamus et tam ipsos quam dictum monasterium et bona ipsorum omnia presentia et futura manere decernimus obligata, ita tamen quod prefati abbas et conventus, dummodo hujusmodi ordinationem observent, ad solutionem aliam faciendam predictis mercatoribus de prefatis debitis, ratione fortis aut dampnorum vel interesse seu expensis sive alias, minime teneantur. Ceterum, partium commodis providere plenius et contra ipsarum molestias occurrere cupientes, volumus, ordinamus, decernimus atque statuimus, ut altera partium contra alteram, contra presentem ordinationem, provisionem, statutum atque decretum vel in qualemcumque circumventionem ipsarum, nullis contractibus et instrumentis super eisdem confectis, pactis, conventionibus, etiam penarum adjectione, juramentis vel qualibet firmitate vallatis, aut litteris apostolicis super hoc impetratis seu impetrandis et processibus habitis per easdem, de cetero quoquomodo utatur, que omnia ad impediendum presentem nostram ordinationem, provisionem, decretum vel statutum auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa carere decernimus omni robore firmitatis. Et postquam, secundum presentem ordinationem, provisionem, decretum seu statutum fuerit dictis mercatoribus satisfactum, predicta omnia, videlicet contractus, instrumenta et quascumque obligationes, litteras et processus habitos per easdem, viribus volumus omnino carere. Interdicti quoque, suspensionis et excomunicationis sententias in abbatem et conventum predictos vel ipsorum aliquem, prioratus, membra seu personas predicta auctoritate apostolica, occasione hujusmodi, promulgatas, nichilominus relaxantes, deinceps contra presentis nostre ordinationis, provisionis, decreti vel statuti tenorem taliter promulgandas, auctoritate predicta decernimus penitus non tenere. Insuper prefatos mercatores ad restituenda eisdem abbati et conventui, statim post solutiones hujusmodi, predicta omnia instrumenta et litteras per presentem ordinationem duximus condempnandos. Lata et recitata fuerunt hec ordinatio, provisio, decretum seu statutum apud Urbemveterem, in camera predicti domini cardinalis, anno Domini M°CC°LX° quarto, indictione VII$^a$, mense februarii die prima, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, presentibus hiis testibus ad hoc vocatis et rogatis, domino Johanne de Ebulo domini pape capellano, magistris Johanne de Rocca, Benedicto de Aquino et Angelo Romano, capellanis prefati domini J. cardinalis, Judice Thoma de Benevento, Radulfo de Allesiaco clerico et fratre Hugolino de ordine Militie sancti Jacobi. Ad majorem autem hujus rei evidentiam et pleniorem cautelam, idem dominus cardinalis huic instrumento publico suum fecit sigillum apponi. Et ego Gregorius de Piperno, sancte Romane ecclesie scriniarius, predictis omnibus interfui et ea omnia, ad preces et instantiam dictarum partium et de mandato predicti domini J. cardinalis, scripsi, complevi et signavi rogatus. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, idus februarii, anno tertio. »

**999** Orvieto, 13 février 1264.

Officialem Parisiensem praedictae ordinationis executorem constituit. (Reg. 29, fol. 25, n° 47.)

« . . *officiali Parisiensi*. Dilecti filii Franciscus —. Datum apud Urbemveterem, idus februarii, anno tertio. »

**1000** Orvieto, 13 mars 1264.

Magistrum Petrum dictum *Rossel*, in possessionem canonicatus et praebendae in ecclesia Parisiensi inducendum esse

decernit, non obstante Parisiensium decani et capituli contradictione. (Reg. 29, fol. 25, n° 48.)

« *Magistro Petro dicto* Rossel, *professori theologie facultatis.* Ea que de mandato nostro deliberatione provida statuuntur, ne super illis, processus forsan temporis, dubium aliquod oriatur, sed congruo potius communita presidio inconcussam illibatamque firmitatem obtineant, digne ac libenter apostolico munimine roboramus. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum venerabilis frater noster .. Parisiensis episcopus, ad quem prebendarum collatio in Parisiensi ecclesia spectare dinoscitur, quandam prebendam vacantem in ecclesia ipsa per mortem Johannis de Lachi, ejusdem ecclesie canonici, tibi canonice contulisset, .. decanus et capitulum ecclesie predicte se tibi super eadem prebenda indebite opponentes, te in fratrem et canonicum ipsius ecclesie recipere, ad mandatum prefati episcopi, pro sue voluntatis libito, recusarunt. Cumque super hoc inter te, ex parte una, et prelibatos decanum et capitulum, ex altera, orta fuisset materia questionis, tandem hujusmodi negotio ad apostolicam sedem legitime devoluto, et lite in ipso negotio inter te ac Hemericum dictum *de Sancto-Christoforo*, procuratorem decani et capituli eorumdem, legitime contestata, omnibusque rite peractis, visis quoque a nobis et cum fratribus nostris plene discussis hiis que partes proponere voluerunt, dilectus filius noster J., sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, auditor a nobis in ipso negotio predictis partibus deputatus, cui de fratrum eorumdem consilio injunximus ut memoratum negotium certe diffinitionis calculo terminaret, de nostro speciali mandato, de simili consilio sibi facto, quia de intentione tua plene constitit, te ac memorato procuratore ipsorum decani et capituli presentibus, sententiando pronuntiavit et pronuntiando decrevit, non obstantibus propositis per procuratorem eundem, nomine predictorum decani et capituli, et contradictione ipsorum, te fore in possessionem supradicte prebende, de qua actum extitit, inducendum; ac per memoratos decanum et capitulum in supradicte Parisiensi ecclesie canonicum atque fratrem cum plenitudine juris canonici admittendum, ad quod nominatum procuratorem, nomine predictorum decani et capituli, ac ipsos decanum et capitulum sententialiter condempnavit, pronuntians eos ad id esse nichilominus compellendos, prout in instrumento publico inde confecto, cardinalis ejusdem sigillo munito, plenius continetur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, sententiam hujusmodi cardinalis ejusdem, de nostro speciali mandato et dictorum fratrum consilio latam, ratam habentes et firmam, illam, appellatione quam nominatus procurator pro ipsis decano et capitulo ad nos ab eadem sententia imposuisse dicitur, quamque frivolam de predictorum fratrum consilio reputamus, nequaquam obstante, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem autem instrumenti predicti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini, amen. In questione quam magister Petrus dictus *Rossel*, professor theologice facultatis, movit contra decanum et capitulum ecclesie Parisiensis, asserens sibi prebendam vacantem in ecclesia Parisiensi per mortem quondam Johannis de Lachi, Parisiensis canonici, per venerabilem patrem .. Parisiensem episcopum, ad quem spectare dicitur in eadem ecclesia collatio prebendarum, fuisse collatam, ac se per eosdem.. decanum et capitulum impeditum quominus possessionem ipsius et stallum in choro et locum in capitulo ad mandatum predicti episcopi obtineret, idem magister in sanctissimi patris, domini Urbani, divina providentia summi pontificis, et fratrum suorum presentia constitutus, petiit inter cetera decerni se inducendum in corporalem possessionem predicte prebende ac per ipsos decanum et capitulum cum plenitudine juris canonici admittendum in predicte Parisiensis ecclesie canonicum et in fratrem, sicut in libello super hoc edito plenius continetur, cujus tenor talis est :

« Coram vobis, pater sanctissime, proponit magis-
» ter Petrus dictus *Rufus*, quod venerabilis pater R.,
» Parisiensis episcopus, ad quem collatio prebendarum
» in ecclesia Parisiensi pertinere dinoscitur, preben-
» dam in eadem ecclesia vacantem per mortem Johan-
» nis de Lachi, canonici Parisiensis, sibi canonice
» contulit, eum investiens de eadem, et mandavit .. suc-
» centori ejusdem ecclesie, ut ipsum P. in corporalem
» possessionem dicte prebende induceret et stallum
» in choro et locum in capitulo sibi, prout est consue-
» tudinis, assignaret. Sed decano et capitulo ecclesie
» prefate ipsi magistro P. contra justitiam se oppo-
» nentibus in premissis, ac ipsum in fratrem et cano-
» nicum recipere pro sua recusantibus voluntate, hu-
» cusque predicti mandati executio extitit impedita,
» in ejusdem P. non modicum prejudicium et gra-
» vamen, propter quod ex parte ipsius magistri ab
» ipsis decano et capitulo fuit in scriptis ad sedem
» apostolicam appellatum. Quare petit idem P. se

» in possessionem dicte prebende inducendum et cum » plenitudine juris canonici admittendum per eosdem » decanum et capitulum in canonicum et in fratrem » ecclesie memorate per vos sententialiter decerni, » memoratos decanum et capitulum fore cogendos ad » recipiendum ipsum magistrum P. in canonicum et » in fratrem; petit expensas factas, protestatur fa- » ciendas, salvo jure etc. »

« Pro parte vero dictorum decani et capituli opposuit se prefato magistro Hemericus dictus *de Sancto-Christoforo*, sub ipsius sigillo capituli mandatum exhibens infrascripti tenoris :

« *Sanctissimo in Christo patri ac domino Urbano, di-* » *vina providentia sacrosancte Romane ac universalis* » *ecclesie summo pontifici, Gaufridus decanus totumque ca-* » *pitulum Parisienses, cum obedientia, reverentia, subjec-* » *tione et honore, devotissima pedum oscula beatorum.* No- » verit sanctitas vestra quod nos dilectum nostrum » Hemericum dictum *de Sancto-Christoforo* clericum, » latorem presentium, nostrum constituimus procura- » torem ad impetrandum et contradicendum in vestre » sanctitatis curia litteras simplices et legendas et » conveniendum in judices, dantes eidem procuratori » potestatem et speciale mandatum agendi pro nobis » et nos defendendi, jurandi de calumpnia seu de ve- » ritate dicenda necnon ponendi et positionibus res- » pondendi, alium procuratorem loco sui substituendi, » quotienscumque voluerit et sibi viderit expedire, » et omnia alia faciendi que nos faceremus vel facere » possemus, si presentes essemus, et que verus et le- » gittimus potest et debet facere procurator, ratum et » gratum habituri quidquid per dictum procuratorem » vel per substitutum ab ipso super premissis omni- » bus et singulis factum fuerit vel etiam procuratum, » promittentes sub ypoteca rerum nostrarum, si ne- » cesse fuerit, judicatum solvi, inhibentes eidem pro- » curatori specialiter et expresse ne per presens » mandatum vel procuratorium mutuum aliquod con- » trahat et hec paternitati vestre et omnibus quorum » interest, tenore presentium intimamus. In cujus rei » testimonium, sigillum nostrum duximus litteris » presentibus apponendum. Datum anno Domini M° » CC° sexagesimo tertio, mense octobris, die dominica » ante festum Omnium Sanctorum. »

« Predicto autem mandato exhibito, idem procurator pro dictis decano et capitulo proposuit negotium hujusmodi apud sedem apostolicam non esse tractandum, cum nec per citationem nec alias devolutum esset apud ipsius sedis examen. Verum dictus magister P. e contrario asserens negotium ipsum per appellationem quam se imposuisse dicebat, delatum ad sedem eandem, ad probandum appellationem ipsam litteras super eadem appellatione conceptas exhibuit sigillatas sigillo capituli memorati. Cumque constitisset legitime idem negotium devolutum ad sedem eandem, lite inter partes legitime contestata, et ab ipsis de veritate dicenda quam scirent vel crederent, prestito juramento, dictus procurator, in eorundem domini et fratrum presentia requisitus, respondit se credere quod ad predictum episcopum spectat in prefata ecclesia Parisiensi collatio prebendarum, et quod idem episcopus magistro P. prefato contulit dictam prebendam de qua agitur tunc vacantem; quodque dicti decanus et capitulum in premissis se dicto magistro opposuerunt et quod idem magister ad sedem appellavit eandem. Eodem itaque magistro asserente per hec intentionem suam plene fundatam ac petente diffinitivam sententiam pro se ferri, dictus procurator ex adverso proponens id fieri non debere, tandem die sibi ad proponendum omnia que vellet obicere contra eundem magistrum, peremptoria assignata, proposuit se, nomine dictorum decani et capituli, fore ab impetitione prefati magistri sententialiter absolvendum pro eo quod idem magister publica laborabat infamia super abhominabili vitio, propter quod venit in filios diffidentie ira Dei, adiciens quod, ejusdem vitii occasione, perpetuo a choro predicte Parisiensis ecclesie dicebatur ejectus, quodque de morbo lepre suspectus erat, ac de fornicatione vel adulterio procreatus, necnon inhoneste conversationis et perjurii crimine irretitus existens, Parisius errores publice predicavit, et hec idem procurator offerebat se probare paratum. Ad que memoratus magister, licet se pati defectum natalium fateretur, dicens tamen cetera contra se preposita, veritate carere, nichilominus confutando singula respondebat id quod de infamia premittitur ex ea falsum expertissime apparere quod tam illustris rex Francie, qui etiam sibi prebendam Ebroicensem, prout ad ipsum spectabat, ecclesia Ebroicensi vacante, contulit, quam etiam venerabiles patres.. Parisiensis, et.. Ebroicensis episcopi, necnon et religiosi viri .. sancti Dionisii in Francia, .. Cisterciensis, .. Clarevallensis, .. Pruliacensis, .. sancti Victoris Parisiensis monasteriorum abbates, ac fratrum Predicatorum et Minorum et Valliscolarium ordinum conventus Parisienses, capitula insuper Ebroicensis et sancti Exuperii Corboliensis ecclesiarum, in quibus canonicus extitit, per suas litteras, reverendi quoque patres domini.. Tusculanus, .. Albanensis, et.. Sabinensis episcopi, Guido tituli sancti Laurentii in Lu-

cina, Symon tituli sancte Cecilie, Anibaldus Basilice duodecim apostolorum presbyteri cardinales, et quamplures alii magni de Romana curia qui ejus notitiam habuerunt, viva voce, de integritate fame ac conversatione laudabili sibi testimonium perhibebant, adiciens quod per objectum hujusmodi per quem infamia, non autem criminis veritas opponitur, vel per oppositionem criminum videlicet perjurii et predicationis errorum seu etiam inhoneste conversationis, de quibus non dicitur infamatus, ipse, cui jam constat prebendam per eum, ad quem id spectat, canonice fuisse collatam, ab obtinenda ipsius prebende possessione non debet excludi nec impediri quominus in fratrem et canonicum admittatur, licet secus nec immerito jura statuant, quando utrumque simul crimen scilicet et ipsius criminis infamiam contingit opponi. Ad id vero quod de defectu natalium fuit objectum, idem magister replicando respondit quod, licet ipse de simplici fornicatione, non autem de adulterio fuerit procreatus, tamen petitionem suam defectus hujusmodi non excludit, tum quia super ipso non solum ad beneficia, set etiam ad episcopalem dignitatem est cum eo per sedem apostolicam dispensatum, sicut per transcripta dispensationum felicis recordationis Innocentii et Alexandri Romanorum pontificum, sub sigillo curie Parisiensis exhibita, ostendere nitebatur; et demum memoratus procurator in eorumdem et fratrum presentia est confessus tum etiam quod in Parisiensi ecclesia patientes defectum hujusmodi, sicut de pluribus dicebat esse notorium, admittuntur, nec haberetur super hoc statutum contrarium in eadem. Allegabat preterea memoratum procuratorem ad opponenda crimina vel criminum infamiam, cum ad id mandatum sufficiens, sicut apparet ex tenore suprapposito, non haberet, non esse aliquatenus admittendum. Ceterum super morbo lepre, cujus fuit, ut premittitur, objecta suspitio, idem dominus summus pontifex per venerabilem patrem dominum J., Portuensem episcopum, et discretos viros magistrum Remigium et Raymundum, capellanos et physicos suos, fecit inquiri, qui, ejusdem magistri P. corpore diligenter inspecto, ipsum retulerunt ab hujusmodi morbo prorsus immunem. Sane memoratus dominus noster, visis ac cum fratribus suis plene discussis hiis et aliis que partes proponere voluerunt, cum nos J., miseratione divina sanctorum Cosme et Damiani diaconum cardinalem, dedisset in hujusmodi negotio auditorem, nobis de ipsorum fratrum consilio mandavit ut negotium ipsum curaremus certe diffinitionis calculo diffinire. Nos igitur, de ipsius domini speciali mandato, de ipsorum fratrum consilio nobis facto, quia plene constitit de intentione memorati magistri P., sententiando pronuntiamus et pronuntiando decernimus, non obstantibus propositis per dictum procuratorem, nomine decani et capituli predictorum, et contradictione ipsorum, eundem magistrum P. fore in possessionem dicte prebende, de qua actum est, inducendum et admittendum, cum plenitudine juris canonici, per memoratos decanum et capitulum in predicte Parisiensis ecclesie canonicum et in fratrem, et ad hoc memoratum Hemericum procuratorem dictorum decani et capituli, eorum nomine, necnon et ipsos decanum et capitulum sententialiter condempnamus, pronuntiantes nichilominus ipsos ad hoc esse cogendos. Lata et recitata fuit hec sententia apud Urbemveterem, in capella predicti domini J. cardinalis, anno Domini M° CC° sexagesimo quarto, indictione septima, mense februarii, die vicesima septima, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, presentibus hiis testibus ad hoc vocatis et rogatis : magistris Martino, decano Zamorensi, Johanne de Rocca, Benedicto de Minnana, Bartholomeo de Thurano et Angelo Romano capellanis predicti domini J. cardinalis, magistris Laurentio canonico Constantiensi, et Petro de Latapetra capellanis predicti domini O., episcopi Tusculani, et magistro Exymio cantore Pampilonensi, et quampluribus aliis. Ad majorem autem hujusmodi rei evidentiam et cautelam, idem dominus J. cardinalis huic instrumento publico suum fecit sigillum apponi. Et ego Gregorius de Piperno, sancte Romane ecclesie scriniarius, prolationi dicte sententie interfui, predicta omnia de mandato prefati domini J. cardinalis scripsi et in publicam formam redegi, complevi et signavi rogatus. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, III idus martii, anno tertio. »

**1001** Orvieto, 13 mars 1264.

Abbatem et priorem s. Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis, praedictae sententiae executores constituit. (Reg. 29, fol. 26 v°, n° 49.)

« . . *abbati, et . . priori s. Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, III idus martii, anno tertio. »

**1002** Orvieto, 11 mars 1264.

Hugolino clerico plebanatum de Alma, Grossetanae diocesis, a R., s. Angeli diacono cardinali, collatum, certis condicionibus confirmat. (Reg. 29, fol. 26 v°, n° 50.)

« *Hugolino, clerico, nato Peponis quondam Tancredi de Borriano, Grossetane diocesis.* Merita devotionis dilecti filii nobilis viri Peponis, patris tui, ad faciendam tibi specialem gratiam nos inducunt. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, vacante plebanatu plebis de Alma, Grossetane diocesis, per mortem Bernardini, plebani ejusdem plebis, pro parte tua nobis extitit humiliter supplicatum ut, cum clerici dicte plebis te ad dicti plebanatus regimen vellent et peterent, de ipso plebanatu curaremus tibi facere provideri. Quare dilectus filius noster R., sancti Angeli diaconus cardinalis, de speciali mandato nostro facto sibi oraculo vive vocis, cum constaret ei per publicum instrumentum quod dicti clerici te volebant et petebant ad dicti regimen plebanatus, juxta tenorem mandati nostri, curam dicti plebanatus in temporalibus tibi, Ogerio vero, prefate plebis canonico, viro utique discreto, in spiritualibus commendavit, ita tamen quod in vicesimo etatis tue anno, in subdiaconum, proximo vero subsequenti anno, in diaconum et presbiterum, statutis temporibus, te facias promoveri, sic autem hujusmodi susceptis ordinibus, extunc plebanatum eundem in utrisque gubernes. Idem quoque cardinalis dilectum filium Riccardum, dictum *Tascam*, canonicum Remensem, nepotem suum, de hiis per birretum suum, tuo et dicti presbiteri nomine, investivit, prout in litteris inde confectis dicti cardinalis munitis sigillo, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinali factum est in hac parte, ratum et firmum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem vero litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, qui talis est :

« *Universis presentes litteras inspecturis, Riccardus, miseratione divina sancti Angeli diaconus cardinalis, salutem in Domino.* Vacante plebanatu plebis —. In hujus autem rei testimonium et evidentiam pleniorem, presentes eisdem concessimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum apud Urbemveterem, anno Domini M°CC°LXIIII°, mense martii die octava, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio. »

Volumus autem quod, si predictis temporibus ad ordines eosdem te promoveri non fecisti, sicut superius est expressum, hujusmodi confirmatio et omnia que dicta sunt, nullius penitus sint momenti. Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, v idus martii, anno tertio. »

**1003** Orvieto, 12 mars 1264.

Plebano plebis de Borriano praedictae collationis executionem committit. (Reg. 29, fol. 27, n° 51.)

« . . *plebano plebis de Borriano, Grossettane diocesis.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, IIII idus martii, anno tertio. »

**1004** Orvieto, 15 février 1264.

Jacobo de Divona, approbata sententia G., s. Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis, capellam s. Johannis Baptistae Lewensis, Cicestrensis diocesis, restituit. (Reg. 29, fol. 27, n° 52.)

« *Jacobo de Divona, rectori secularis capelle sancti Johannis Baptiste site in curia monasterii Lewensis, Cluniacensis ordinis, Cicestrensis diocesis.* Ea que judicio, etc., usque comuniri. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod, cum causa que inter te et magistrum Robertum de Hastinges, canonicum, tunc officialem Cicestrensem, super capella tua sancti Johannis Baptiste sita in curia monasterii Lewensis, orta extitit, ab audientia dilecti filii . . abbatis de Beghame, Premonstratensis ordinis, auctoritate apostolica cognoscentis de ipsa, per appellationem tuam ad sedem apostolicam legitime devoluta fuisset, felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, ad instantiam tuam dilectis filiis .. Cantuariensi, et .. Londoniensi archidiaconis, ac . . officiali Londoniensi, per litteras apostolicas causam ipsam sub ea forma commisit ut iidem causam eandem infra certum tempus deciderent, alioquin extunc eam remitterent ad apostolice sedis examen, prefixo partibus termino peremptorio competenti quo per se vel per procuratores ydoneos se conspectui apostolico presentarent, facture ac recepture super hoc quod ordo exposceret rationis. Iidem autem judices, litterarum ipsarum sibi directarum forma servata, causam ipsam quam infra terminum in litteris expressum eisdem, decidere nequiverunt, postmodum ad examen sedis remiserunt ejusdem, prefigentes dictis partibus certum terminum peremptorium competentem quo propter hoc se ipsius sedis conspectui presentare deberent. Et licet tu ad nostram presentiam in termino ipso accesseris, nosque dilec-

tum filium nostrum G., sancti Georgii ad Velum Aureum diaconum cardinalem, dedissemus in causa hujusmodi auditorem, dictus tamen magister Robertus coram eo comparere contumaciter non curavit, quanquam in audientia publica pluries citatus fuisset et quantum de jure fuerit, post eundem terminum expectatus. Porro dilectus filius magister Johannes Yspanus, capellanus cardinalis ejusdem, cui causa ipsa fuit a jamdicto cardinali commissa, de speciali licentia et mandato ejusdem, prelibatam causam esse per hujusmodi remissionem ad sedem apostolicam legitime devolutam, dictumque magistrum R. contumacem fore pronuntiavit, justitia suadente. Cumque postmodum, cardinali prefato se ab eadem sede ad partes alias transferente, nos ei dilectum filium magistrum Navarrum, capellanum nostrum causarumque palatii nostri generalem auditorem, in omnibus causis a nobis cardinali commissis eidem, duxerimus subrogandum, idem capellanus noster, premissis citationibus in predicta audientia, ut est moris, et a te, secundum exigentiam negotii, juramento recepto, visis quoque probationibus et juribus tuis, eisque plenius intellectis et examinatis diligenter, peritorum consilio et secum plena deliberatione habitis ac juris ordine observato, te vero presente ac pro adversa parte nemine comparente, diffinitivam pro te sententiam promulgavit. Qui etiam tibi predictum magistrum Robertum in fructibus quos medio tempore percepit de prefata capella et qui percipi potuerunt, ac in expensis, quas in lite fecisti, condempnans tunc fructus ipsos in certa pecunie summa, et postmodum expensas easdem, quarum taxationem sibi reservaverat, in quadam alia pecunie quantitate, prestito a te juramento, taxavit, prout in publicis instrumentis confectis exinde, munitis sigillo capellani ejusdem, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, sententiam, condempnationem et taxationem hujusmodi, sicut per dictum capellanum nostrum provide late sunt, ratas et firmas habentes, eas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenores autem instrumentorum ipsorum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui tales sunt :

« In nomine Domini amen. Olim bone memorie dominus Hugo, tituli sancte Sabine presbiter cardinalis, auctoritate felicis recordationis domini Alexandri pape IIII, de ipsius domini pape speciali mandato a procuratore Petri de Fucigniaco, tunc rectoris capelle sancti Johannis Baptiste, site infra curiam monasterii Lewensis, Cluniacensis ordinis, Cicestrensis diocesis, libera ipsius capelle resignatione recepta, capellam ipsam cum suis pertinentiis, presente et consentiente priore dicti monasterii, dicte capelle patrono, Jacobo de Divona, clerico, auctoritate predicta contulit ipsumque de ipsa per suum anulum presentialiter investivit, irritum et inane decernens siquid contra collationem et investituram hujusmodi a quoquam contigerit attemptari, dictusque dominus Alexander quod ab eodem cardinali pro predicto Jacobo factum fuerat, ratum habens idque apostolica auctoritate confirmans, discreto viro .. Cantuariensi archidiacono, suis dedit litteris in mandatis, ut prefatum Jacobum vel procuratorem ipsius, ejus nomine, per se vel per alium in ipsius ecclesie possessionem induceret et tueretur inductum, ipsumque faceret in illius rectorem admitti, amoto ab ea quolibet illicito detentore, contradictores, etc., usque compescendo, prout in apostolicis et dicti cardinalis litteris plenius continetur. Dictus autem archidiaconus procuratorem dicti Jacobi, ejus nomine, in corporalem ipsius capelle fecit possessionem induci et in contradictores et rebelles in scriptis excommunicationis sententiam promulgari. Postmodum magister Robertus de Hastinges, canonicus, tunc officialis Cicestrensis, dictam capellam cum ejus pertinentiis occupavit, se jus habere asserens in eadem ipsamque, in dicti Jacobi prejudicium, detinens occupatam, coram commissario dicti archidiaconi in judicium evocatus, quasdam contra predictum Jacobum exceptiones proposuit, quas dicto commissario admittere denegante, ab ipso ad sedem apostolicam appellavit. Obtentis tandem ab eodem magistro ad religiosum virum .. abbatem de Beghame, Premonstratensis ordinis, Cicestrensis diocesis, super appellatione sua apostolicis litteris coram .. de Staninges et .. de Mali[n]ges monasteriorum sacristis, quibus dictus abbas in ea parte commiserat, non tamen totaliter, vices suas, fuit in illis partibus inter dictum canonicum et prefatum Jacobum aliquamdiu litigatum. A quibus dictus Jacobus sentiens indebite se gravari, ex eo quod acta judicii coram se habita, per que hujusmodi cause fiebat instructio, in autenticam scripturam redigi facere contra justitiam denegarunt, ad dictum abbatem primo, ac demum ab eo nolente gravamen hujusmodi revocare, ad audientiam sedis apostolice appellavit et ad discretos viros .. Cantuariensem, et .. Londoniensem archidiaconos, ac .. officialem Londoniensem, litteras apostolicas obtinuit destinari, inter alia continentes ut causam ipsam infra certum temporis spatium terminarent, prout in apostolicis litteris continetur, alioquin extunc instruc-

tam vel non instructam remitterent ad apostolice sedis examen, prefixo partibus termino peremptorio competenti, quo per se vel procuratores ydoneos apostolico se conspectui presentarent, facture et recepture in dicta causa quod ordo exposceret rationis. Dicti autem judices, causam audientes eandem eamque infra tempus sibi prefixum decidere nequeuntes, ipsam ad examen apostolicum remiserunt, certum partibus terminum peremptorium prefigentes, quo per se vel procuratores ydoneos in presentia summi pontificis, cum actis et munimentis omnibus per que dicte cause fieri posset instructio, legitime comparerent. Adveniente vero termino assignato, sanctissimus pater dominus Urbanus papa quartus, reverendum patrem dominum Gottifridum, sancti Georgii ad Velum Aureum diaconum cardinalem, in ipsa causa dedit partibus auditorem. Coram quo, quia dictus magister Robertus per se vel per procuratorem non comparuit, ut debuit, licet citatus fuisset pluries in audientia publica et expectatus diutius, ut est moris, parte dicti Jacobi legitime comparente, pro parte predicti Jacobi fuit coram discreto viro magistro Johanne Yspano, capellano dicti domini cardinalis, cui idem cardinalis causam ipsam commiserat audiendam, cum instantia postulatum pronuntiari dictam causam esse per remissionem ad sedem apostolicam devolutam et ibidem debere tractari et decidi, dictumque canonicum contumacem reputari. Propter quod dictus magister, de ipsius domini cardinalis speciali licentia et mandato, pronuntiavit ipsam causam esse per remissionem ad curiam devolutam, et dictum magistrum Robertum esse contumacem, prout in instrumento publico, confecto exinde, sigillo dicti cardinalis munito, plenius continetur. Coram quo, post pronuntiationem hujusmodi, dictus Jacobus libellum obtulit in hunc modum :

« Proponit in jure coram vobis, reverendo patre, » domino G., sancti Georgii ad Velum Aureum dia- » cono cardinali, partibus infrascriptis auditore con- » cesso, magister Jacobus de Divona, rector ecclesie » sancti Johannis Baptiste extra portam monasterii » Lewensis, Cicestrensis diocesis, contra magistrum » Robertum de Hastinges, canonicum Cicestrensem, » vel legitimam personam pro eo, quod cum dicta » ecclesia sancti Johannis auctoritate apostolica sibi » fuisset collata, et de eadem fuisset investitus et in » corporalem possessionem ejusdem inductus, idem » magister Robertus prenominatam ecclesiam in ipsius » prejudicium et gravamen temere occupavit et adhuc » detinet occupatam. Quare petit supradictus magister » Jacobus supradictam ecclesiam sibi restitui et per » diffinitivam sententiam declarari ad se pertinere et » sibi adjudicari, et eidem magistro Roberto et cuili- » bet alii super eadem ecclesia perpetuum silentium » imponi, cum nullum jus habeat in eadem, et decerni » irritum et inane siquid post collationem sibi factam, » super eadem, in ipsius prejudicium, a quoquam exti- » tit attemptatum. Petit etiam dictum magistrum » Robertum sibi condempnari ad restitutionem obla- » tionum et obventionum et fructuum omnium per- » ceptorum ab eadem, vel qui percipi potuerunt a » tempore collationis sibi facte, quos extimat sex » viginti marcas sterlingorum. Petit etiam ipsum sibi » sententialiter condempnari ad interesse et dampna » que occasione predicte occupationis et detentionis » sustinuit et ad expensas, que omnia extimat trecen- » tas marcas sterlingorum, protestans de expensis in » lite faciendis et hoc dicit —.

« Verum, prefato domino cardinali se ad partes alias a curia transferente, idem sanctissimus pater dominus Urbanus papa IIII, nos, magistrum Navarrum, capellanum suum ac auditorem causarum ipsius palatii generalem, subrogavit in causis omnibus audiendis et diffiniendis eidem domino cardinali commissis, usque ad ejusdem domini reditum cardinalis. Nos itaque dictum magistrum Robertum pluries ac peremptorie citari fecimus et tandem, nemine pro eodem, dicto Jacobo pro se personaliter comparente et instante ut in negotio procederemus eodem, a predicto Jacobo, secundum exigentiam negotii, recepimus juramentum. Visis igitur probationibus et juribus pro parte dicti Jacobi propositis ac plenius intellectis ac eis diligenter examinatis, habitaque super hiis peritorum consilio et plena deliberatione nobiscum, presente predicto Jacobo pro se, pro predicto magistro Roberto, licet per nostras litteras pluries et peremptorie in audientia publica ad presentem audiendam sententiam citatus fuerit, nemine comparente, ejus absentiam divina replente presentia, ipsius contumacia non obstante, Christi nomine invocato, decernimus sepedictam capellam sancti Johannis restituendam Jacobo supradicto, et ipsam per diffinitivam sententiam restituimus eidem, declarantes ipsam ad eum pertinere de jure et sibi adjudicantes eandem, dicto magistro Roberto et cuilibet alii super ipsa perpetuum silentium imponentes ac decernentes irritum et inane si quid, post collationem dicto Jacobo de dicta capella factam, circa eandem in ipsius prejudicium a quoquam extitit attemptatum. Condempnamus etiam dictum magistrum Robertum eidem Jacobo in decem marcis sterlingorum pro quolibet anno, fructuum nomine, a

tempore collationis facte de dicta ecclesia dicto Jacobo perceptorum, vel qui ab eadem percipi potuerunt, videlicet pro sex annis, visis probationibus super quantitate vel extimatione earum et delato prius ad majorem cautelam ac prestito ab eodem Jacobo super hiis corporaliter juramento, dictum magistrum Robertum in expensis legitimis nichilominus condempnantes quarum taxationem nobis in posterum reservamus. In cujus rei testimonium presentem sententiam scribi ac publicari mandavimus per notarium infrascriptum et nostri sigilli munimine roborari. Lata et pronuntiata fuit presens sententia per dictum dominum auditorem apud Urbemveterem, in palatio domini pape, anno Domini M° CC° LXIII°, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, indictione VII, mense novembris die nonadecima, presentibus viro venerabili domino Bertollo electo monasterii Morbaci, Basiliensis diocesis, magistro Stephano canonico sancti Mederici Parisiensis, magistro Iterio Blanci canonico sancti Austerii, Petragoricensis diocesis, magistris Berardo de Mevania, Johanne de Narnia notariis, et Oderisio Bonihominis cive et mercatore Reatino, testibus inde rogatis. Et ego Jacobus de Marsia, apostolice sedis auctoritate notarius, predictis interfui ipsaque de mandato predicti domini auditoris scripsi et in publicam formam redegi. »

« In nomine Domini, amen. Cum nos, magister Navarrus, domini pape capellanus et ipsius palatii causarum generalis auditor, subrogatus in causis commissis audientie reverendi patris domini Gottifridi, sancti Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis, capellam sancti Johannis Baptiste siti infra curiam monasterii Lewensis, Cluniacensis ordinis, Cicestrensis diocesis, Jacobo de Divona clerico restituendam fore duxerimus decernendum, et ipsam per diffinitivam sententiam Jacobo restituerimus antedicto, declarantes ipsam ad eum pertinere de jure, ac sibi adjudicantes eandem, magistro Roberto de Hastinges, canonico Cicestrensi, et cuilibet alii super ipsa perpetuum silentium imponentes, decreverimus quoque irritum et inane siquid post collationem dicto Jacobo de dicta capella factam, in ejus prejudicium a quoquam extitit attemptatum, condempnantes prefatum magistrum eidem Jacobo in decem marchis sterlingorum pro quolibet anno, videlicet pro sex annis, fructuum nomine a tempore collationis facte dicto Jacobo perceptorum vel qui ab eadem percipi potuerunt, receptis probationibus ab eodem Jacobo super hiis ac delato prius ad majorem cautelam et prestito ab ipso Jacobo corporaliter juramento, nichilominus dictum magistrum Robertum in expensis legitimis ipsi Jacobo sententialiter condempnando, quarum taxationem nobis duximus reservandam, nos super expensis eisdem plena deliberatione prehabita, expensas ipsas, primo super eis ab eodem Jacobo juramento recepto, in sexaginta marchis sterlingorum taxamus, per dictum magistrum Robertum dicto Jacobo integre persolvendis. In cujus rei testimonium per infrascriptum notarium fieri fecimus hoc publicum instrumentum et nostri sigilli munimine roborari. Facta autem fuit dicta taxatio expensarum per predictum dominum auditorem apud Urbemveterem, in palatio domini pape, anno Domini M° CC° LXIII°, indictione VII, mense novembris die XXVI<sup>a</sup>, presentibus magistris Roberto de Wintone, Petro de Hoyo rectore ecclesie de Ambresineal, Leodiensis diocesis, Ariete Sebastiani clericis, Gallucio de Monteflascone et Berardo de Mevania, notariis laicis, testibus inde rogatis. Et ego Jacobus de Marsia, apostolice sedis auctoritate notarius, predictis interfui ipsaque de mandato predicti domini auditoris scripsi et in publicam formam redegi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas martii, anno tertio. »

**1005** Orvieto, 21 février 1264.

Archiepiscopum et officialem Cantuarienses praedictae sententiae executores constituit. (Reg. 29, fol. 28, n° 53.)

« . . *archiepiscopo, et dilecto filio . . officiali Cantuariensibus.* Exhibita nobis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas martii, anno tertio. »

**1006** Orvieto, 6 mars 1264.

Ordinationem de solutione certis mercatoribus Florentinis ab abbate et monasterio Virziliacensi fienda, a Geraldo, abbate Lesatensi, palatii apostolici causarum generali auditore, editam, confirmat. (Reg. 29, fol. 28 v°, n° 54.)

« *Francisco et Franketo Rembertini fratribus et eorum sociis, civibus et mercatoribus Florentinis.* Ea que judicio etc. usque communiri. Exhibita quidem nobis vestra petitio continebat quod olim inter vos, ex parte una, et Johannem, abbatem monasterii Virziliacensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Eduensis diocesis, super quibusdam pecuniarum summis et rebus aliis in quibus

monasterium predictum vobis tenetur, ex altera, questione suborta, nos dilecto filio Geraldo, abbati monasterii Lesatensis, capellano nostro ac palatii nostri causarum generali auditori, causam hujusmodi duximus committendam. Idem vero capellanus, cognitis ejusdem cause meritis et juris ordine observato ac de pronuntiando obtenta a nobis plenaria potestate, diffinitivam pro vobis sententiam promulgavit, prout in instrumento publico, exinde confecto, sigillato sigillo dicti abbatis, plenius continetur. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, predictam sententiam provide latam, ratam et firmam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, instrumenti predicti tenorem presentibus inseri faciendo, qui talis est :

« *Universis presentes litteras inspecturis, frater Geraldus, abbas monasterii Lesatensis, domini pape capellanus et causarum palatii ipsius generalis auditor, salutem in Domino sempiternam.* Orta dudum inter Franciscum et Franketum Rembertini fratres, cives et mercatores Florentinos, pro se ipsis et eorum sociis, ex parte una, et religiosum virum fratrem Johannem, abbatem monasteri Virziliacensis, ordinis sancti Benedicti, Eduensis diocesis, ex altera, super quibusdam pecuniarum summis, dampnis, expensis et interesse, materia questionis, sanctissimus pater et dominus Urbanus, divina providentia sacrosancte Romane ecclesie summus pontifex, nos super hujusmodi negotio auditorem ipsis partibus deputavit. Comparentibus itaque dictis abbate pro se, ac Francisco et Franketo pro se et aliis eorum sociis personaliter coram nobis, pro parte ipsorum mercatorum libellus oblatus extitit in hec verba :

« Coram vobis, venerande pater domine G., abbas » monasterii Lesatensis, domini pape capellano et » causarum palatii ipsius generali auditore, partibus » auditore concesso, proponunt Franciscus et Fran» ketus fratres et socii, cives et mercatores Florentini, » suo et sociorum suorum nomine, contra venerabilem » et religiosum virum fratrem Johannem, abbatem » monasterii Virziliacensis, ordinis sancti Benedicti, » Eduensis diocesis, et ejusdem monasterii conven» tum, dicentes quod, cum eidem abbati recipienti » nomine suo et dicti conventus ac monasterii memo» rati, pro eorundem utilitatibus in domini pape curia » peragendis, centum et nonaginta libras paris. in » una parte mutuo concesserint, certis eis loco et » termino persolvendas, prout in publico instrumento » inde confecto apparet, de qua solutione pecunie jam » diu terminus est elapsus ; et in alia parte quin» quaginta libras paris. infra rectum pagamentum » nundinarum sancti Johannis Trecensis proximo » venturarum apud Trecas persolvendas eidem, prout » in publico instrumento inde confecto apparet, et » pretextu prioris summe prefate ipsis et eorum so» ciis non solute loco et termino statutis, dicti merca» tores se et socios suos expendisse ac dampnificatos » esse dicant ultra octoginta libras paris., petunt » nunc dicti Franciscus et Franketus, suo et sociorum » nomine suorum, predictos abbatem et conventum » et dictum monasterium ipsis mercatoribus et eorum » sociis ad restitutionem dicte pecunie cum omnibus » dampnis, expensis et interesse predictis, ac etiam » in dictis instrumentis contentis per vos compelli et » sententialiter condempnari. »

« Lite igitur coram nobis super dicto libello per confessionem dicti abbatis legitime contestata, ac productis pro parte dictorum mercatorum instrumentis mutui, per que etiam nobis constat dictas pecuniarum summas fore dicto abbati mutuatas, ac plene intellecta responsione dicti abbatis confitentis sibi fore dictam pecuniam a dictis mercatoribus mutuatam et per ipsum conversam in utilitatem monasterii memorati, et quod predicti mercatores dampna ex hoc incurrerunt gravia et expensas, quod dicta pecunia eis non fuit statutis loco et termino persoluta, auditis quoque et intellectis que partes voluerunt proponere coram nobis et demum concluso in causa husjusmodi, nos, habito virorum prudentum consilio, ac pronuntiandi super predictis inter partes easdem obtenta a domino papa plenaria potestate concessa nobis oraculo vive vocis, presentibus Hugone de Trebis clerico procuratore dicti abbatis, habente ab ipso mandatum ad sententiam audiendam, ac dicto Francisco pro se et dictis ejus fratre et sociis et cum instantia sententiam fieri petentibus, Dei nomine invocato, in scriptis sententialiter condempnamus dictum Johannem abbatem Virziliacensem et dictum Hugonem, procuratorem suum presentem, ejus nomine, in trecentis et quindecim libris paris, dictis mercatoribas vel eorum alicui recipienti pro se et sociis, tam pro forte quam expensis, dampnis et interesse hujusmodi persolvendis usque ad tres annos proximo futuros, scilicet quolibet anno in festo Purificationis beate Marie Virginis, apud Latiniacum, centum et quinque libras paris. Qua solutione facta plenarie de dictis trecentis et quindecim libris, dicti mercatores tam presentem sententiam quam dicta instrumenta mutui eidem abbati vel ejus procuratori restituere teneantur. Ab aliis vero dampnis, expensis et interesse universis et singulis, que dicti mercatores, suo et sociorum suorum nomine, pe-

tebant, dictum abbatem duximus sententialiter absolvendum. In cujus rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et nostro sigillo muniri easdemque mandavimus per infrascriptum notarium publicari. Lata fuit hec sententia apud Urbemveterem, in palatio domini pape, presentibus magistro Angelo de Roma advocato curie, Guillelmo de Lesato monacho, Gallucio, Matheo de Narnia procuratoribus, et Pelegrino Saxini notario de Florentia, die VIII februarii, anno Domini M°CC°LXIII°, indictione VII. Ego Angellerius de Madelbertis de Cremona, ab imperatore notarius, predicte sententie prolationi interfui et de mandato dicti domini auditoris has litteras scripsi et publicavi. »

Nulli ergo etc. Datum apud Urbemveterem, II nonas martii, anno tertio. »

**1007** Orvieto, 7 mars 1264.

Officialem Parisiensem praedictae ordinationis executorem constituit. (Reg. 29, fol. 29, n° 55.)

« .. *officiali Parisiensi*. Exhibita nobis dilectorum —. Datum apud Urbemveterem, nonis martii, anno tertio. »

**1008** Orvieto, 2 mars 1264.

Magistro Petro prioratum ecclesiae secularis s. Caprasii Agennensis a Jacobo, s. Mariae in Cosmedin diacono cardinali, collatum, confirmat. (Reg. 29, fol. 29, n° 56.)

« *Magistro Petro, priori secularis ecclesie sancti Caprasii Agennensis, subdiacono nostro, socio dilecti filii magistri Michaelis, sancte Romane ecclesie vicecancellarii.* Ut illibata permaneant etc. — Sane quondam magistro Galabruno, priore secularis ecclesie sancti Caprasii Agennensis, in Romana curia viam universe carnis ingresso, nos dilecto filio nostro J., sancte Marie in Cosmedin diacono cardinali, providendi de persona ydonea prioratui et eidem ecclesie de priore, in qua prioris electio ad capitulum ipsius ecclesie dicitur pertinere, ac prioratum tunc per mortem dicti magistri Galabruni vacantem et canonicatum ipsius ecclesie conferendi persone ydonee potestatem contulimus viva voce. Idem vero cardinalis honestatem conversationis, vite munditiam et talentum scientie quibus te per familiaritatem expertam et familiarem experientiam novit insignitam, attendens, predictos prioratum cum omnibus honoribus, jurisdictionibus, juribus et pertinentiis suis, ac canonicatum cum plenitudine juris canonici tibi, capellano suo, tunc in minoribus ordinibus constituto, auctoritate potestatis hujusmodi, contulit et tibi providens de eisdem, te de ipsis per suum anulum presentialiter investivit, non obstantibus si electio prioris ejusdem ecclesie dinoscitur ad supradictum capitulum pertinere, seu contraria ipsius ecclesie consuetudine vel statuto, juramento, confirmatione apostolica seu quacumque firmitate vallatis, aut si aliqui —, aut quod dicta sedes direxit pro te alibi scripta sua, quodque tu alias curam animarum obtines aliasque beneficiatus et tunc in minoribus eras ordinibus constitutus, seu si predicto capitulo vel alii comuniter vel divisim a sede sit indultum eadem quod ad receptionem et provisionem alicujus minime teneantur et ad id compelli non possint, aut quod de dignitatibus, personatibus, prioratibus seu beneficiis ad eorum electionem, collationem vel presentationem spectantibus nulli valeat auctoritate apostolica provideri. Decrevit quoque idem cardinalis irritum et inane si secus de prioratu, honoribus, juridictionibus, juribus, pertinentiis et canonicatu predictis, aut eorum aliquo a quoquam contigerit attemptari, prout in instrumento publico, inde confecto, sigillato sigillo dicti cardinalis, plenius continetur. Nos igitur, tuis devotis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinali super hoc factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Volumus autem quod ecclesiam de Vernoto, curam habentem animarum annexam, Senonensis diocesis, cujus rector existis, omnino dimittas, quam etiam ex nunc vacare ac nichilominus irritum et inane decernimus si secus de dictis prioratu, canonicatu et aliis vel eorum aliquo per quemcumque, nostra vel quavis auctoritate, est vel fuerit attemptatum. Instrumenti autem predicti tenorem de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« *Jacobus, miseratione divina sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis, discreto viro nobis in Christo dilecto magistro Petro, archidiacono Broliensi in ecclesia Agennensi, capellano nostro, socio venerabilis viri magistri Michaelis, sacrosancte Romane ecclesie vicecancellarii, salutem in Domino.* Nuper magistro Galabruno —. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras per Bernardum dictum *Bardonier*, infrascriptum notarium, scribi et publicari mandavimus et sigilli nostri munimine fecimus communiri. Actum apud Urbemveterem, in hospitio ejusdem domini cardina-

lis, presente magistro Petro archidiacono supradicto, anno Domini millesimo CC° sexagesimo quarto, indictione VII, II kalendas martii, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, presentibus etiam religiosis viris fratre Paparono et fratre Paulo, ordinis Predicatorum, domino Andrea de Reate presbitero, domino Rambotto archidiacono Camerinensi, Cinthio de Pinea camerario, magistro Raynaldo canonico Ferrariensi, capellanis venerabilis patris domini cardinalis predicti, testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Ego vero Bernardus dictus *Bardonier* [1], publicus apostolice sedis auctoritate notarius predictus, qui collationi, provisioni et investiture predictis per venerabilem patrem dominum J., sancte Marie in Cosmedin diaconum cardinalem prefatum, factis, presens interfui, presentes litteras, de mandato et auctoritate ejusdem domini cardinalis, propria manu scripsi et in publicam formam redegi meoque signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis et constitutionis infringere etc. Datum apud Urbemveterem, VI nonas martii, anno tertio. »

**1009** Orvieto, 14 mars 1264.

Condomensem et s. Maurini abbates, Agennensis dioecesis, praedictae collationis executores constituit. (Reg. 29, fol. 29 v°, n° 57.)

« .. *Condomensi*, et .. *s. Maurini abbatibus*, *Agennensis diocesis*. Ut illibata etc. —. Datum apud Urbemveterem, II idus martii, anno tertio. »

**1010** Orvieto, 6 mars 1264

Magistro Oddoni de Saucheriaco praebendam in ecclesia Suessionensi, a R., s. Angeli diacono cardinali, adjudicatam, confirmat. (Reg. 29, f° 30, n° 58.)

« *Magistro Oddoni de Saucheriaco, canonico Suessionensi.* Ea que judicio, etc. usque communiri. Sane lecta coram nobis devotionis tue petitio continebat quod nos, in causa que inter te et Walterum de Fara, canonicum Suessionensis ecclesie, super prebenda que vacavit in eadem ecclesia per mortem magistri Radulfi de Vailliaco, archidiaconi de Tardano, in eadem ecclesia vertebatur, per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluta, dilectum filium nostrum R., sancti Angeli diaconum cardinalem, dedimus partibus auditorem, qui dilecto filio magistro Andree Spiliati, capellano nostro, causam commisit eandem. Unde idem capellanus, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, pro te presente contra eundem Walterum, citatum pluries in audientia publica et expectatum diutius, ut est moris, et per se vel procuratorem ydoneum minime comparentem, diffinitivam sententiam promulgavit, prout in litteris inde confectis et ipsorum cardinalis et capellani sigillis munitis, plenius continetur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, sententiam hujusmodi, prout provide lata est, ratam et gratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Presidente rationis imperio —. Sane, vacante quadam prebenda in Suessionensi ecclesia per mortem magistri Radulphi de Vailliaco, archidiaconi ejusdem ecclesie in Tardano, prebenda ipsa magistro Odoni, canonico ejusdem ecclesie, canonice assignata extitit et collata, idem magister Oddo fuit in illius corporalem possessionem inductus, propter quod Walterus de Fara, canonicus ejusdem ecclesie, in dicta prebenda se jus habere asserens, ad sedem apostolicam appellavit. Eodem itaque magistro Oddone, juxta constitutionem felicis recordationis domini Innocentii, propter hoc ad eandem personaliter accedente, sanctissimus pater dominus Urbanus papa IIII, reverendo in Christo patri domino R., sancti Angeli diacono cardinali, causam hujusmodi audiendam terminandamque commisit. Porro nos, magister Andreas Spiliati, ejusdem domini pape capellanus, cui dictus cardinalis causam ipsam commisit, eundem Walterum pluries in audientia publica citari fecimus et tandem, pro eo coram nobis nemine comparente, quamquam eum post terminum in hujusmodi constitutione statutum, diutius expectaverimus, pronuntiavimus dictam causam per hujusmodi appellationem ipsius Walteri fore ad predictam sedem legitime devolutam et apud sedem ipsam tractari debere. Postmodum vero idem magister Odo coram nobis libellum obtulit sub hac forma :

« Coram vobis, domino Andrea Spiliati, domini pape » subdiacono et capellano, cui venerabilis pater dominus Ricardus, sancti Angeli diaconus cardinalis, a domino papa partibus auditor datus, causam sibi in hac » parte commissam vobis commisit, dicit et proponit » in jure magister Odo de Saucheriaco, canonicus Suessionensis, contra Walterum de Fara, ejus concanoni-

1. Ms : *Bardomor*.

» eum. quod licet prebenda que per mortem magistri » Radulphi de Wailliaco, archidiaconi Suessionensis » in Tardano, in predicta ecclesia Suessionensi vacavit, » sibi canonice collata et assignata fuerit et in possessione diutius extiterit et existat, nichilominus tamen dictus Walterus eidem super hoc contra justitiam se opposuit et opponit, asserens se jus habere » in ea, licet nullum jus habeat in eadem, et propter » hoc ad sedem apostolicam frivole appellavit, in ipsius Oddonis maximum prejudicium et gravamen. » Quare petit appellationem predictam, et maxime » cum eam infra tempora non fuerit prosecutus, per » vos pronuntiari sententialiter frivolam et inanem » ipsumque Walterum in centum libris turon., pro » expensis inde factis, sibi sententialiter condempnari, ac per vestram sententiam declarari dictam » prebendam ad eum spectare et dicto Waltero super » ea et ejus oppositione et contradictione perpetuum » silentium imponi, et hec petit salvo jure etc., et » protestatur quod non astringit se ad probandum » omnia et singula supradicta, sed ea que sibi sufficiant ad intentionem fundandam suam. »

« Quem libellum, absente parte adversa per contumaciam, et juramentum de veritate dicenda super eo a dicto magistro Odone ac articulos et testes productos, et instrumenta exhibita per dictum Odonem ad fundandam intentionem suam, recepimus, prius eodem Waltero citato in audientia publica ut ad videndum jurare testes compareret certo termino peremptorio coram nobis. Ad hec dicta ipsorum testium examinavimus diligenter et audivimus ea que prefatus magister Odo proponere voluit et cardinali retulimus supradicto, qui nobis mandavit ut ad sententiam procedere deberemus. Unde nos, de mandato ipsius domini cardinalis, eodem Waltero citato in audientia publica ad definitivam sententiam audiendam et coram nobis pro eo non comparente aliquo procuratore legitimo, ipsius Walteri absentia Dei repleta presentia non obstante, predictam appellationem dicti Walteri pronuntiamus frivolam et inanem et eandem prebendam ad prefatum magistrum Odonem pertinere de jure per diffinitivam sententiam declaramus, super ea Waltero perpetuum silentium imponendo, ac nichilominus memoratum Walterum dicto magistro Odoni, taxatione nostra prehabita et sacramento ipsius Odonis secuto, in duodecim libris turon., expensarum nomine factarum in lite, sententialiter condempnamus. In cujus rei testimonium, presens instrumentum scribi et publicari fecimus per Bona[m]spem, notarium infrascriptum, et nostri sigilli una cum sigillo dicti domini cardinalis munimine roborari. Lata fuit hec sententia apud Urbemveterem, anno Domini M°CC°LXIII°, indictione septima, mensis februarii die XVI, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, presentibus domino Riccardo dicto *Tasca*, canonico Remensi, domino Lapo de Florentia clerico, Stephano domini Anibaldi, Johanne de Gora, Guidone de Sancto-Quintino, clericis, et magistro Petro, scriniario dicti domini cardinalis. Et ego, Bonaspes Guiducii de Perusio, apostolice sedis auctoritate notarius, predictis interfui et, ut supra legitur, de mandato dicti domini Andree, scripsi et rogatus in publicam formam redegi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, II nonas martii, anno tertio. »

**1011** Orvieto, 6 mars 1264.

Archidiaconum Meldensem praedictae sententiae executorem constituit. (Reg. 29, fol. 30 v°, n° 59.)

« .. *archidiacono Meldensi.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, II nonas martii, anno tertio. »

**1012** Orvieto, 23 février 1264.

Ordinationem de solutione debitorum certis mercatoribus Florentinis ab abbate et conventu s. Jacuti, Dolensis diocesis, fienda, a J., ss. Cosmae et Damiani diacono cardinali, editam, confirmat. (Reg. 29, f° 30 v°, n° 60.)

« *Cavalcanti Jacobi de Scala, Jacobo Aymerii Cose, Aymerio Cose, Petro Bennincase, Jacobo de Scala, Jacobo Cambii, Spine de Scala, Campane Francisci. Lotherio Bennincase et aliis eorum sociis, civibus et mercatoribus Florentinis.* Causarum controversiis etc. — Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod, olim inter vos, ex parte una, et dilectum filium abbatem et conventum monasterii sancti Jacuti, ordinis sancti Benedicti, Dolensis diocesis, ex altera, super quibusdam pecuniarum summis orta materia questionis, tandem ipso abbate pro se ac dicto conventu et vobis, filii Cavalcante et Jacobe Aymerii Cose, tam vestro quam aliorum sociorum vestrorum nomine, in Romana curia constitutis, nos, utriusque partis utilitate pensata, volentes questionem hujusmodi providentie potius sopiri consilio quam judicialis decisionis gladio diffiniri, dilecto filio nostro J., sanctorum Cosme et Da-

miani diacono cardinali, viva voce commisimus ut partes ipsas super hiis ad concordiam revocaret, ordinaret quoque, decerneret ac statueret in hujusmodi negotio prout sibi expediens videretur. Idem vero cardinalis, auditis et intellectis que partes predicte voluerunt proponere coram ipso, eodem abbate suo et predicti conventus, vobisque, Cavalcante et Jacobe Aymerii Cose, vestro ac eorundem sociorum vestrorum nomine, presentibus et ad id consentientibus, auctoritate sibi a nobis in hac parte tradita ordinavit, providit, decrevit ac statuit quod prefati abbas et conventus pro debitis in quibus tenentur vobis usque ad octo annos extunc proximo secuturos, centum et novem, annis singulis, et in anno deinde immediate sequenti sexaginta libras turon., Parisius, in octavis videlicet beati Andree apostoli, vobis aut procuratori vestro, habenti ad hoc a vobis speciale mandatum, sine qualibet difficultate persolvant, ad quod eundem abbatem et successores suos conventumque predictum ordinando et providendo auctoritate apostolica condempnavit, ac tam ipsos quam monasterium predictum et bona eorum, que tunc habebant aut haberent in posterum, obligata manere decrevit, prout in instrumento publico inde confecto prelibati cardinalis sigillo munito, plenius continetur. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, quod per eundem cardinalem in hac parte factum est, ratum habentes et firmum, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem instrumenti predicti facientes de verbo ad verbum presentibus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Orta inter religiosos viros .. abbatem, et conventum monasterii sancti Jacuti, ordinis sancti Benedicti, Dolensis diocesis, ex parte una, ac Cavalcantem Jacobi de Scala, Jacobum Aymerii Cose, Aymerium Cose, Petrum Benincase, Jacobum de Scala, Jacobum Cambii, Spinam de Scala, Campanam Francisci, Lotherium Benincase et ceteros eorum socios, cives et mercatores Florentinos, super quibusdam pecuniarum summis in quibus dicti mercatores eosdem abbatem et conventum sibi teneri dicebant, ex altera, materia questionis, fuerant per mercatores ipsos contra eosdem abbatem et conventum super eisdem pecuniarum summis ad diversos judices a sede apostolica diverse littere impetrate, per quas varii habiti sunt processus; et tandem, partibus in curia constitutis videlicet ipso abbate pro se et dicto conventu, et Cavalcante Jacobi de Scala ac Jacobo Aymerii Cose predictis pro se et sociis suis, sanctissimus pater dominus Urbanus papa IIII, nobis J., miseratione divina sanctorum Cosme et Damiani diacono cardinali, commisit oraculo vive vocis ut partes ipsas super hiis reduceremus ad concordiam et ordinaremus, decerneremus et statueremus in hujusmodi negotio prout expediens putaremus. Nos autem, auditis et intellectis que partes ipse voluerunt proponere coram nobis, auctoritate nobis ab eodem domino papa in hac parte commissa, de predictorum abbatis pro se ac dicto conventu, ac Cavalcantis Jacobi de Scala et Jacobi Aymerii Cose pro se ipsis et aliis eorum sociis predictis consensu, ordinamus, providemus, decernimus ac statuimus quod predicti abbas et conventus pro debitis in quibus tenentur mercatoribus ipsis, eisdem annuatim Parisius, usque ad octo annos proximo sequentes, in octavis beati Andree apostoli, tantum centum et novem libras turonensis monete ipsis vel eorum procuratori pro ipsis ad hoc habenti ab eis speciale mandatum, et in sequenti anno nono in eisdem octavis et loco, sexaginta libras ejusdem monete, sine qualibet difficultate, persolvant; ad quod ipsos abbatem et successores suos ac conventum ordinando et providendo auctoritate apostolica condempnamus, et tam ipsos quam dictum monasterium et bona ipsorum omnia presentia et futura manere decernimus obligata, ita tamen quod prefati abbas et conventus, dummodo hujusmodi ordinationem observent, ad solutionem aliam faciendam predictis mercatoribus de prefatis debitis, ratione fortis aut dampnorum vel interesse seu expensis sive alias minime teneantur. Ceterum, partium commodis providere plenius et contra ipsorum molestias occurrere cupientes, volumus, ordinamus, decernimus atque statuimus ut altera partium contra alteram, contra presentem ordinationem, provisionem, statutum atque decretum vel qualemcumque circumventionem ipsorum, nullis contractibus et instrumentis super eisdem confectis, pactis, conventionibus, etiam penarum adjectione, juramentis vel qualibet firmitate vallatis, aut litteris apostolicis super hoc impetratis seu impetrandis, et processibus habitis per easdem de cetero quoquomodo utatur, que omnia ad impediendum presentem nostram ordinationem, decretum vel statutum, auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, carere decernimus omni robore firmitatis. Et postquam, secundum presentes nostras ordinationem, provisionem, decretum vel statutum, fuerit eisdem mercatoribus satisfactum, predicta omnia videlicet contractus instrumenta, pacta, penarum adjectiones, juramenta et quascumque obligationes, litteras et processus habitos per eosdem, viribus volumus omnino carere, eosdem mercatores ad resti-

tuenda eisdem abbati et conventui, statim post solutiones hujusmodi, predicta omnia instrumenta et litteras nichilominus condempnantes. Interdicti quoque, suspensionis et excomunicationis sententias in abbatem et conventum predictos vel ipsorum aliquem prioratus membra seu personas predicta, auctoritate apostolica, occasione hujusmodi, promulgatas nichilominus relaxantes, deinceps contra presentis nostre ordinationis, provisionis, decreti vel statuti tenorem taliter promulgandas auctoritate predicta decernimus penitus non tenere. Lata et recitata fuerat hujusmodi ordinatio, provisio, decretum seu statutum apud Urbemveterem, in camera predicti domini cardinalis, anno Domini M°CC°LXIIII°, indictione VII$^{a}$, mense februarii die prima, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, presentibus hiis testibus ad hoc vocatis et rogatis, domino Johanne de Ebulo domini pape capellano, magistris Johanne de Rocca, Benedicto de Aquino et Angelo Romano capellanis prefati J. domini cardinalis, Judice Thoma de Benevento, Radulpho de Allessiaco clerico, et fratre Hugolino de ordine Militie sancti Jacobi. Ad majorem autem hujus rei evidentiam et pleniorem cautelam, idem dominus cardinalis huic instrumento publico suum fecit sigillum apponi. Et ego Gregorius de Piperno, sancte Romane ecclesie scriniarius, predictis omnibus interfui et ea omnia, ad preces et instantiam dictarum partium et de mandato predicti domini J. cardinalis, scripsi, complevi et signavi rogatus. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas martii, anno tertio. »

**1012** Orvieto, 24 février 1264.

Abbatem s. Genovefae et magistrum Johannem de Sarmineto, canonicum Parisiensem, praedictae ordinationis executores constituit. (Reg. 29, fol. 31, n° 61.)

« .. *abbati s. Genovefe, et magistro Johanni de Sarmineto, capellano nostro, canonico Parisiensi.* Causarum controversiis etc. — Datum apud Urbemveterem, VII kalendas martii, anno tertio. »

**1013** Orvieto, 15 février 1264.

Ludowico, canonico ecclesiae Palatiolensis, Treverensis diocesis, canonicatum et praebendam in ecclesie s. Florini in Confluentia, ejusdem diocesis, sententia Navarri, causarum palatii apostolici generalis auditoris, adjudicatos, confirmat. (Reg. 29, fol. 31 v°, n° 62.)

« *Ludovico, canonico Palatiolensis ecclesie, Treverensis diocesis, clerico dilecti filii magistri Laurentii notarii nostri.* Ea que judicio, etc. usque communiri. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum olim dilectus filius.. decanus Metensis, mandasset sub certa forma tibi, auctoritate litterarum apostolice sedis, in ecclesia sancti Florini in Confluentia, Treverensis diocesis, provideri, tandem hujusmodi negotio per appellationem .. decani, et capituli ejusdem ecclesie ad sedem predictam emissam, legitime devoluto, dilectus filius magister Navarrus, capellanus noster, palatii nostri generalis auditor causarum, tam in appellatione hujusmodi, quam in causa etiam principali procedens, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, nullo pro parte altera comparente, licet eadem pars in audientia publica pluries, ut est moris, citata fuerit et ultra constitutionis tempora diutius expectata, pronuntiavit causam ipsam esse in curia et in ea super hoc debere procedi, ac demum, habito prudentum consilio, dictorum decani et capituli absentiam Dei replente presentia, ipsos ad recipiendum te in canonicum et in fratrem ejusdem ecclesie ac ad providendum tibi de prebenda, siqua ibi vacat ad presens vel quam primum ad id obtulerit se facultas, compellendos esse decrevit, dictosque decanum et capitulum tam ad id quam in tribus marcis argenti, expensarum nomine, taxatione prehabita et recepto super hoc a te juramento, sententialiter condempnavit, prout in instrumento inde confecto et ipsius auditoris sigillo munito, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem auditore super hoc provide factum est, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Cum sanctissimus pater dominus Urbanus papa IIII, venerabili patri.. archiepiscopo Coloniensi, concessisset per suas litteras facultatem providendi per se vel per alium seu alios tribus clericis ydoneis de totidem beneficiis ecclesiasticis, scilicet cuilibet eorum de unico beneficio ad cujuscumque collationem seu presentationem ecclesiastice persone spectante, etiam si curam haberent animarum, et vacarent tunc in civitate ac diocesi Treverensibus vel quam primum ad id offerret se facultas, et inducendi eos vel procuratores suos eorum nomine in illorum possessionem, ac defendendi inductos et faciendi eos in ecclesiis in quibus ipsis providendum duceret, si collegiate essent, singulos videlicet in singulis dumtaxat, in canonicos recipi et in fratres, ac con-

tradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, et decrevisset irritum et inane si secus de hujusmodi beneficiis auctoritate apostolica vel alia quavis a quoquam contingeret attemptari, idem archiepiscopus, intendens Lodowico, canonico ecclesie Palatiolensis, Treverensis diocesis, clerico et familiari venerabilis viri magistri Laurentii, domini pape notarii, quem voluit et elegit de numero illorum trium esse, auctoritate illarum litterarum provideri, .. decano Metensi, commisit in negotio provisionis hujusmodi vices suas. Qui decanus Metensis monuit seu moneri fecit .. decanum, et capitulum ecclesie sancti Florini in Confluentia, Treverensis diocesis, ad quos spectat collatio prebendarum, ut prefatum Lodowicum vel ipsius procuratorem, infra quindecim dies a tempore monitionis sue, reciperent in ipsius ecclesie canonicum et in fratrem, alioquin contra ipsos procederent quantum ordo exigeret rationis. Cumque postmodum negotium hujusmodi ad sedem apostolicam per appellationem ex parte dictorum decani et capituli interjectam, diceretur legitime devolutam (*sic*), predicto Lodowico coram nobis, magistro Navarro, domini pape capellano et ipsius palatii generali auditore causarum, personaliter comparente, pro decano et capitulo memoratis nullus comparuit ydoneus responsalis, licet in audientia publica pluries, ut est moris, legitime citari fecissemus et diutius ultra constitutionis tempora expectavissemus eosdem. Demum, visis probationibus dicti Lodowici et ejus rationibus auditis, pronuntiavimus causam ipsam esse in curia et in ea debere procedi quantum posset de jure, partis alterius contumaci absentia non obstante. Postmodum idem Lodowicus instanter petiit ut in negotio procederemus eodem, coram nobis libellum offerens in hac forma :

« Coram vobis, domino magistro Navarro, domini » pape capellano et ipsius palatii causarum generali » auditore partibus dato, dicit et proponit Lodowicus, » canonicus ecclesie Palatiolensis, Treverensis dioce» sis, clericus et familiaris venerabilis viri magistri » Laurentii, scolastici Treverensis, domini pape notarii, » contra .. decanum, et capitulum ecclesie sancti Flo» rini in Confluentia, Treverensis diocesis, et eorum » procuratorem siquis appareat, quod sanctissimus » pater dominus Urbanus papa IIII, domino.. archie» piscopo Coloniensi, concessit per suas litteras facul» tatem providendi per se vel per alium seu alios » tribus clericis ydoneis de totidem beneficiis eccle» siasticis, scilicet cuilibet eorum de unico beneficio, » ad cujuscumque collationem seu presentationem » ecclesiastice persone spectante, etiam si curam ha» beant animarum, et vacarent tunc in civitate ac dio» cesi Treverensibus vel quamprimum ad id offerret » se facultas, et inducendi eos vel procuratores suos, » eorum nomine, in illorum possessionem ac defen» dendi inductos, et faciendi eos in ecclesiis in quibus » ipsis providendum duceret, si collegiate essent, singu» los videlicet in singulis dumtaxat, in canonicos recipi » et in fratres ac contradictores per censuram ecclesias» ticam, appellatione postposita, compescendi, et de» crevit irritum et inane si secus de beneficiis hujus» modi, auctoritate apostolica vel alia quavis, a quo» quam contingeret attemptari, sicut in litteris aposto» licis dinoscitur contineri. Idem quoque archiepiscopus » intendens eidem Lodowico, quem voluit et elegit de » numero illorum trium esse, auctoritate illarum lit» terarum providere vel facere provideri, .. decano Me» tensi, commisit in negotio provisionis hujusmodi » vices suas. Qui decanus Metensis decanum et capi» tulum predicte ecclesie sancti Florini in Confluentia, » ad quos spectat collatio prebendarum, monuit seu » moneri fecit ut prefatum Lodowicum vel ipsius pro» curatorem, infra quindecim dies a tempore monitio» nis sue, reciperent in ipsius ecclesie canonicum et » in fratrem, alioquin contra ipsos procederet quantum » ordo rationis dictaret. Intimari etiam eis fecit pre» fatus decanus Metensis quod de prebenda, siqua tunc » vacabat in ipsa ecclesia vel quamprimum se ad id » facultas offerret, intendebat eidem Lodowico vel » procuratori suo, prout de jure procederet, providere » et eandem prebendam provisioni sue nichilominus » reservavit. Cum autem speraretur quod predicti de» canus et capitulum deberent premisse monitioni » parere, maxime cum nichil rationabile allegaretur » pro eis quare prefatus Lodowicus recipi non deberet. » Gerlacus clericus, procurator decani et capituli pre» dictorum, coram ipso decano Metensi comparuit ut » peteret tutum locum assignari eisdem ad proponen» dum ea que proponere intendebant, et specialiter de » civitate Metensi et locis intermediis que non essent[1] » tuta ipsis decano et capitulo, ut dicebantur; et confin» gens idem procurator sibi denegari locum tutum ad » quem accedere possent secure predicti decanus et » capitulum, cum rationibus et munimentis in causa » necessariis, sedem apostolicam minus legitime ap» pellavit. Ipsi etiam decanus et capitulum super hoc » per suas litteras eidem executori transmissas, frus» tratorie ad eandem sedem similiter appellarunt, con-

1. Il y avait auparavant *essent*, on a corrigé en *esse*.

» tra eundem Lodowicum super receptione predicta » et assecutione prebende in eadem ecclesia se con» tra justitiam opponentes. Prenominatus vero execu» tor, licet non subesset causa rationabilis quare debe» ret talis appellatio interponi, cum civitas Metensis » ad quam citabantur, locus esset ad proponendum ea » que proponere volebant, satis securus, ob reveren» tiam tamen apostolice sedis volens eidem appellationi » deferre, partibus certum terminum peremptorium, » crastinum scilicet beati Michaelis jam elapsum, assi» gnare curavit, in quo cum omnibus actis, rationibus » et munimentis deberent coram summo pontifice » comparere ad procedendum tam in causa appellatio» nis quam in ipso negotio principali, quantum justitia » suaderet. Quare, cum pars ipsorum decani et capituli » non comparuerit in termino sibi prefixo et adhuc » etiam comparere contempnat, et idem Lodowicus » tunc et etiam postea comparere curaverit, petens » appellationem premissam frivolam et minus legiti» mam pronuntiari, ipsosque decanum et capitulum » predicte ecclesie sancti Florini in Confluentia ad re» cipiendum eundem Lodowicum in canonicum et in » fratrem ipsius ecclesie et ad providendum ei de pre» benda, siqua vacat ibidem ad presens vel quampri» mum ad id obtulerit se facultas, et tractandum eum » fraterna caritate et ad desistendum omnino a pre» missa oppositione quam faciunt, compelli et com» pellendo decerni ac sententialiter condempnari, et » hec petit causa, dampnis et expensis legitimis, que » et quas extimat viginti marcas argenti et protestatur » futuras expensas, salvo jure addendi vel minuendi, » etc. »

« Recepto igitur a dicto Lodowico, secundum exigentiam negotii, juramento et examinatis cause meritis diligenter, dictis decano et capitulo seu procuratore ipsorum citatis peremptorie in audientia publica ad sententiam audiendam et eo vel pro eo alio minime comparente, observato juris ordine, habito prudentum consilio et plena deliberatione nobiscum, eorum absentiam Dei replente presentia ac ipsius nomine invocato, memoratos decanum et capitulum ecclesie sancti Florini in Confluentia compellimus et compellendos esse decernimus ac sententialiter condempnamus ad recipiendum Lodowicum predictum in canonicum et in fratrem ecclesie supradicte, et ad providendum ei de prebenda siqua vacat ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, et ad eundem fraterna caritate tractandum, appellatione pro parte predictorum decani et capituli interposita, non obstante. Et quia dicto Lodowico appellationem prosequente predictam, pars predictorum decani et capituli eam non extitit prosecuta, propter quod apparet non minus malitiose quam frustratorie appellatum, taxatione premissa ac recepto prius ab ipso Lodowico super eis juramento, dictos decanum et capitulum in tribus marcis argenti eidem Lodowico, expensarum nomine, condempnamus. In cujus rei testimonium, presentem sententiam fecimus sigilli nostri munimine roborari et per Berardum, notarium infrascriptum, precepimus publicari. Lata fuit hec sententia sive pronuntiata apud Urbemveterem, in palatio domini pape, presentibus domino Symone cantore Pampilonensi, magistro Johanne Yspano, Martino canonico Gebennensi, magistro Iterio Blanci... decano ecclesie sancte Marie ad Gradus Coloniensis, Johanne de Guideburge canonico ecclesie sancti Johannis Osnaburgensis, magistro Petro de Ogio, Radulfo canonico Werslariensi, Guarnero de Tremonia clerico, Jacobo notario et aliis pluribus testibus ad hec vocatis et rogatis, anno Domini a Nativitate M°CC°LXIIII°, indictione VII$^{a}$, die undecima mensis januarii, pontificatus domini Urbani pape IIII. Et ego Berardus de Mevania, apostolica et imperiali auctoritate notarius, huic prolationi interfui et de mandato et auctoritate predicti magistri Navarri scripsi et publicavi predicta rogatus. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas martii, anno tertio. »

**1014** Orvieto, 21 février 1264.

Abbatem monasterii s. Mathaei extra Muros Treverenses praedictae sententiae constituit executorem. (Reg. 29, fol. 32 v°, n° 63.)

« . . *abbati monasterii s. Mathie extra Muros Treverenses.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. »

**1015** Orvieto, 28 mars 1264.

Johanni Froyle ecclesiam s. Stephani de Quintis, Compostellanae dioecesis, a magistro Navarro adjudicatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 32 v°, n° 64.)

« *Johanni Froyle, rectori ecclesie sancti Stephani de Quintis, Compostellane diocesis.* Ea que judicio etc. usque communiri. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod, cum causa quam inter te et Dominicum

Petri de Oure[1], clericum Compostellane diocesis, super ecclesia sancti Stephani de Quintis orta extitit, per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluta fuisset, tuque tandem coram dilecto magistro Navarro, capellano nostro, generali palatii nostri auditore causarum, pro causa hujusmodi apud sedem apostolicam prosequenda comparere curasses, petens instanter ut ipse secundum juris ordinem in causa procederet memorata, idem auditor dictum Dominicum et omnes ac singulos qui sua crederent interesse, citari fecit pluries et demum peremptorie in audientia publica, ut est moris. Verum, cum nullus pro altera parte que diutius post tempus legitimum expectata extitit, coram auditore compareret eodem, ipse, visis instrumentis appellationis que dicebatur fuisse ad sedem interjecta predictam, consideratis etiam aliis que consideranda fuerant, pronuntiavit, suadente justitia, causam ipsam per appellationem ad sedem eandem legitime devolutam fuisse ac ibidem tractari debere, reputando dictam partem alteram contumacem. Deinde vero prefatus auditor, a te presentialiter libello recepto et premissis citationibus in predicta audientia juxta morem, ac a te juramento recepto, secundum juris exigentiam et negotii qualitatem, visis quoque rationibus, probationibus, juribus tuis et processibus in causa eadem habitis eisque diligenter examinatis, consilio peritorum et secum plena deliberatione habitis jurisque ordine observato, te quoque presente, pro parte vero altera nemine comparente, decrevit supradictam ecclesiam sancti Stephani cum juribus et pertinentiis suis ad te spectare de jure, quam tibi per sententiam diffinitivam adjudicans et prefatum Dominicum ab ecclesia ipsa sententialiter amovens sibique perpetuum imponens silentium super ea, ipsum tibi in fructibus medio tempore inde perceptis, eorum quantitate in executione sententie hujusmodi declaranda, necnon in novem libras turonen., nomine expensarum, taxatione prehabita et juramento a te prestito, condempnavit, prout in publico instrumento confecto exinde, signato sigillo ipsius auditoris, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, declarationem, sententiam et condempnationem hujusmodi, sicut per eundem auditorem provide late sunt, ratas et firmas habentes, eas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Orta inter Johannem Froile, clericum Compostellane diocesis, ex parte una, et Dominicum Petri, clericum de Oure, predicte diocesis, ex altera, super ecclesia sancti Stephani de Quintis, ejusdem diocesis, questione eademque, prout dicebatur, per appellationem ad sedem apostolicam devoluta, dictus Johannes coram nobis, magistro Navarro, domini pape capellano et ipsius palatii generali auditore causarum, pro se personaliter comparere curavit, instanter petens ut in eodem negotio procedere secundum juris ordinem deberemus. Nos itaque prefatum Dominicum et omnes et singulos qui sua crederent interesse, pluries et tandem peremptorie citari in audientia publica fecimus, ut est moris. Sane, dicto Johanne coram nobis per se personaliter comparente, nullus pro parte adversa comparuit principalis seu etiam procurator, quamvis diutius ultra tempus legitimum eos duxerimus expectandos. Visis igitur instrumentis appellationis que dicebatur ad sedem apostolicam interjecta, consideratis etiam aliis que considerari debuerunt, dictam causam pronuntiavimus esse per appellationem ad sedem apostolicam legitime devolutam et in eadem tractari debere, dictum Dominicum et omnes et singulos quorum poterat interesse, reputando nichilominus contumaces; ac deinde dictus Johannes super principali coram nobis libellum obtulit in hunc modum :

« Coram vobis, magistro Navarro, domini pape » capellano ac ipsius domini palatii causarum generali » auditore, proponit Johannes Froyle, rector ecclesie » sancti Stephani de Quintis, Compostellane diocesis, » contra Dominicum Petri, clericum de Oure, ejusdem » diocesis, seu legitimam personam intervenientem » pro eo, dicens quod, cum predictam ecclesiam sancti » Stephani de Quintis cum juribus et pertinentiis suis » canonice sit adeptus eademque ad eum de jure per» tineant, predictus tamen Dominicus in predictam » ecclesiam se intrusit et eandem occupavit et detinet » occupatam, in anime sue periculum et predicti Johan» nis prejudicium et gravamem. Quare petit predictus » Johannes predictam ecclesiam, cum juribus et per» tinentiis suis, eidem adjudicari et ad ipsum de jure » spectare per vestram sententiam declarari et eidem » Dominico super dicta ecclesia, juribus et pertinen» tiis suis perpetuum silentium imponi et eundem ab » eadem sententialiter amoveri, cum nullum jus sibi » competat in eadem. Item petit ipsum condempnari » in fructibus inde perceptis et qui percipi potuerunt, » et in dampnis et expensis factis et de faciendis pro» testatur, que omnia in processu judicii declarabit, » salvo jure etc. »

1. On peut lire aussi *Onre*.

Cumque adversam partem responsuram ipsi libello et alias in dicto negotio secundum juris ordinem processuram, iterato citari in audientia publica fecissemus, nemine comparente pro ipsa, a dicto Johanne super dicto libello recepimus, secundum juris exigentiam et qualitatem negotii, juramentum ad examinationem principalis negotii procedendo. Visis tandem rationibus, probationibus, juribus necnon processibus in dicta causa habitis eisdemque diligenter examinatis, habitaque super eis consilio peritorum et plena deliberatione nobiscum, prefato Johanne insistente ut ad diffinitionem negotii procedere deberemus, nemine pro parte alia comparente, licet in audientia publica peremptorie citata fuerit ad diffinitivam sententiam audiendam, ipsius absentiam Dei replente presentia, Christi nomine invocato, declaramus dictam ecclesiam sancti Stephani de Quintis, cum juribus et pertinentiis suis, ad dictum Johannem spectare de jure, eam sibi per diffinitivam adjudicantes sententiam, eundem Dominicum ab eadem sententialiter amoventes ac ei super ea perpetuum silentium imponentes. Condempnamus etiam ipsum Dominicum Johanni predicto in fructibus inde perceptis, eorum quantitate in executione sententie declaranda, ipsum Dominicum in novem libras turon., expensarum nomine, taxatione prehabita et ab eodem Johanne super hiis prestito corporaliter juramento, nichilominus condempnantes. In cujus rei testimonium, presentem sententiam scribi et publicari mandavimus per notarium infrascriptum et nostri sigilli munimine roborari. Lata et pronuntiata fuit prefata sententia per predictum dominum auditorem apud Urbemveterem, in palatio domini pape, anno Domini M° CC° LXIIII°, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, indictione VII, mense martii die XVII, presentibus dominis Petro Johannis canonico Auriensi, Petro Martini canonico Ovetensi, Johanne Petri canonico Pampilonensi, Pelagio Petri clerico Ovetensi, Dominico Johannis clerico ecclesie de Ortoo, Compostellane diocesis, et magistro Berardo de Mevania, notario ipsius domini auditoris, et pluribus aliis testibus inde vocatis. Ego Jacobus de Marsia, apostolice sedis auctoritate notarius, predictis interfui ipsaque de mandato prefati domini auditoris scripsi et in publicam formam redegi meoque signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, V kalendas aprilis, anno tertio. »

**1016** Orvieto, 28 mars 1264.

Nunum Fernandi, archidiaconum, et Fernandum Alfonsi, judicem de Velestro in ecclesia Compostellana, praedictae sententiae constituit executores. (Reg. 29, fol. 33, n° 65.)

« *Nuno Fernandi, archidiacono, et Fernando Alfonsi, judici de Velestro in ecclesia Compostellana.* Exhibita nobis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, V kalendas aprilis, anno tertio. »

**1017** Orvieto, 11 mars 1264.

Johanni, archidiacono Jauriensi, archidiaconatum Zaladiensem, canonicatum et praebendam in ecclesia Vesprimiensi ab episcopo Penestrino collatos, confirmat. (Reg. 29, fol. 33, n° 66. Potthast, 18821.)

« *Johanni, archidiacono Jauriensi, capellano nostro, nepoti venerabilis fratris nostri . . episcopi Penestrini.* In nostra proposuisti presentia constitutus quod venerabilis frater noster . . Penestrinus episcopus, cui conferendi per se vel per alium aut alios personis ydoneis beneficia ecclesiastica, personatus et dignitates cum cura et sine cura, que venerabilis frater noster Tymotheus, Zagabriensis episcopus, tunc electus, promotionis sue tempore, in regno Ungarie obtinebat, concesseramus per nostras sub certa forma litteras facultatem liberam, archididiaconatum Zaladiensem necnon canonicatum et prebendam quos idem episcopus, promotionis sue tempore, in Vesprimiensi ecclesia obtinebat, cum juribus omnibus et pertinentiis suis tibi, predictarum litterarum auctoritate, contulit et providit de illis, et dilectum filium Thomasinum, notarium suum, tuo nomine, de ipsis per suum anulum investivit, prout in instrumento publico inde confecto dictique Penestrini episcopi sigillo signato, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem episcopo Penestrino factum est in hac parte, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« *Stephanus, miseratione divina Penestrinus episcopus, dilecto nepoti suo Johanni, archidiacono Jauriensi, domini pape cappellano, salutem in Domino.* Noveritis nos recepisse litteras apostolicas in hac forma :

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili* » *fratri . . episcopo Penestrino, salutem et apostolicam*

» *benedictionem.* Tuam volentes honorare personam » et per honorem tibi exhibitum aliis providere, con» ferendi per te vel per alium aut alios personis » ydoneis beneficia ecclesiastica, personatus et digni» tates, cum cura et sine cura, que dilectus filius » Tymotheus, Zagabriensis electus, promotionis sue » tempore, in regno Ungarie obtinebat, ac faciendi » personas ipsas ad beneficia hujusmodi, si in ecclesiis » collegiatis fuerint, recipi in canonicos et in fratres » necnon contradictores per censuram ecclesiasticam, » appellatione postposita, compescendi. Non obstante » —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas octo» bris, pontificatus nostri anno tertio. »

« Harum igitur auctoritate litterarum, archidiaconatum Zaladiensem, canonicatum et prebendam quos venerabilis pater Tymotheus, Zagabriensis episcopus, promotionis sue tempore, in Vesprimiensi ecclesia obtinebat, vacantes per promotionem ipsius episcopi, tibi cum omnibus juribus et pertinentiis suis conferimus et providemus de ipsis, dilectum notarium nostrum Thomasinum, tuo nomine, investientes per nostrum anulum de eisdem, non obstante —. Actum apud Urbemveterem in hospitio nostro, presentibus venerabilibus patribus Dei gratia A., Urgellensi, et Tymotheo Zagabriensi episcopis, fratre Bentevengna, fratre Gratia de ordine Minorum, et magistro Roberto cantore de Posega, domini pape subdiacono, cappellanis nostris, Thomasino notario, Jacobino clerico, et Guidone Bono, familiaribus nostris, et pluribus testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis, anno Domini M° CC° LXIIII, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, indictione VII, die prima januarii. In cujus rei testimonium, presens publicum instrumentum fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Et ego, Angelus de Palliano, sancte Romane ecclesie scriniarius, predictis interfui, et ea de mandato ejusdem domini cardinalis scripsi et rogatus fideliter publicavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, v idus martii, anno tertio. »

**1018** Orvieto, 26 août 1263 [1].

Guillelmo, episcopo Anteradensi, petente, ecclesiam s. Mariae Anteradensem tuendam suscipit eique locum qui vulgariter *Rafania* dicitur, et quem civitatis et episcopalis dignitatis titulo insignitum aliquando fuisse quorumdam habet assertio, perpetuo unit. (Reg. 29, fol. 33 v°, n° 67. Potthast 18629.)

1. Cette lettre de la seconde année du pontificat figure ici par erreur au milieu des lettres de la 3e.

« *Venerabili fratri .. episcopo Anteradensis ecclesie, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.* In eminenti apostolice sedis specula, licet immeriti, disponente Domino, constituti, fratres nostros episcopos tam propinquos quam longe positos fraterna debemus caritate diligere, ecclesiis sibi a Deo commissis, pastorali sollicitudine providere. Quocirca, venerabilis in Christo frater . . episcope, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam sancte Marie Anteradensis, cui auctore Domino preesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus: statuentes ut quascumque possessiones quecumque eadem ecclesia in presentiarum juste ac canonice possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus vocabulis exprimenda : locum ipsum in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis. In predicta quoque specula cum amaritudine animi contemplantes locum qui vulgariter dicitur *Rafania*, et quem civitatis et episcopalis dignitatis titulo insignitum aliquando fuisse quorumdam habet assertio, fore per manus infidelium nationum adeo desolatum quod ibidem aliqua menia vel ecclesie, ut dicitur, vix apparent, et quod inibi clerici aliqui ritum Romane servantes ecclesie non existunt nec a longe retractis temporibus extiterunt, prospicientes insuper in specula ipsa quod magister et fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani super decimarum perceptione ac juribus episcopalibus exercendis in castro Craci, quod tue, ut asseris, existit diocesis, ex eo tibi obicem difficultatis inferre non desinunt, quod dictum locum propriam videlicet Rafaniensem habere diocesim et ipsum castrum de illa esse diocesi firmiter assererant ; advertentes etiam in eadem specula, quod ipsa tua ecclesia, occasione questionis que inter te et illos super hujusmodi decimis et juribus apud sedem apostolicam vertitur, fuit diutius pastoris presentia destituta, et quod predicta ejusdem loci desolatio et alia plura ipsi loco proprium deputari episcopum dissuadent, et quod idem locus et partes quos aliqui Rafaniensem diocesim vocant, utpote que diocesi Anteradensi conterminantur, comode poterunt Anteradensis episcopi ministerio gubernari, nec non volentes quod locus et partes hujusmodi, si in eis per Dei dexteram populus christianus reductus fuerit, debeant in hiis que ad divinum cultum pertinent, reformari, et ipsi ecclesie tue proprii sponsi procurari so-

latia, questio predicta expediri facilius et in posterum extingui fomes similium questionum, ac per hoc vexationes indebite ab eadem tua ecclesia cohiberi, de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis, prefatas ecclesiam et diocesim Rafaniensem, cum omnibus juribus, decimis, possessionibus et bonis ad ipsam ecclesiam Rafaniensem ac ejus episcopum pertinentibus, sive ipsa Rafaniensis ecclesia de episcopo Greco hactenus ordinata fuerit sive latino, tibi, predicte frater episcope, tuisque successoribus concedimus, in te et ipsos successores ac eandem ecclesiam Anteradensem omne jus quod ipsi Rafaniensi ecclesie, sive ut cathedrali sive non cathedrali, ac ejus episcopo competebat quoad correctionem, reformationem, institutionem, destitutionem, integram perceptionem demaniorum aliaque omnia jura episcopalia, temporalia et spiritualia transferrentes ac etiam transfundentes, ut proinde habeatur omnino ac si dicta Rafaniensis ecclesia ejusdem Anteradensis ecclesie pars et juris ipsius totaliter a suo principio extitisset, universas ecclesias et personas ecclesiasticas civitatis et diocesis Rafaniensis, eidem ecclesie Rafaniensi subjectas, tibi et ipsis tuis successoribus, tamquam diocesanis episcopis, et eidem Anteradensi ecclesie constituendo quoad premissa omnia perpetuis temporibus esse subjectas, ita quod ipsa diocesis Rafaniensis et tua una sint diocesis que Anteradensis vocabulo nuncupetur, una cum Rafaniensi et aliis ecclesiis predictis tuo et successorum tuo [rum] ministerio perpetuis temporibus gubernanda. Et ne pro eo quod aliqui predictam Rafaniensem ecclesiam Appamiensi ecclesie tamquam suffraganeam subesse proponunt, per alicujus cavillationem circa confirmationem electionis de Anteradensi episcopo faciende, possit aliquid difficultatis oriri, ordinamus et volumus quod pro ejusdem electionis confirmatione et etiam provisione, in casu negligentie, recursus dumtaxat ad patriarcham Antiochenum, cui dicta Anteradensis ecclesia immediate subesse dinoscitur, habeatur, hac nostra concessione et subjectione nulla ex eo passura calumpniam quod forsan constare non poterit predictam Rafaniensem ecclesiam cathedralem ecclesiam extitisse. Ad hec cimiteria ecclesiarum et ecclesiastica beneficia nullus hereditario jure possideat, quod si quis facere presumpserit, censura canonica compescatur. Preterea quod communi consensu capituli tui vel partis consilii sanioris in tua diocesi per te vel successores tuos fuerit canonice institutum, ratum et firmum volumus permanere. Prohibemus insuper ne excommunicatos vel interdictos tuos ad officium vel communionem ecclesiasticam, sine conscientia et assensu tuo, quisquam admittat aut contra sententiam tuam canonice promulgatam, aliquis venire presumat nisi forte periculum mortis immineat aut dum presentiam tuam habere nequiverit, per alium, secundum formam ecclesie, satisfactione premissa, oporteat ligatum absolvi. Sacrorum quoque canonum auctoritatem sequentes, statuimus ut nullus episcopus vel archiepiscopus, absque tuo consensu, conventus celebrare, causas etiam vel ecclesiastica negotia in tua diocesi nisi per Romanum pontificem vel ejus legatum fuerit eidem injunctum, tractare presumat, nisi forsan metropolitanus ejus aliquod premissum fecerit in casibus sibi a jure concessis. Illam quoque abusivam consuetudinem vel potius habominabilem corruptelam, qua cives Anteradenses, episcopo decedente, bona mobilia episcopatus, tamquam ad eos jure successionis pertineant, rapiunt et asportant, inhibentes electo ne ingrediatur episcopale palatium nisi prius juret se illorum consuetudines servaturum, penitus abolemus, sub interminatione anathematis prohibentes ne talia de cetero attemptentur. In ecclesiis quoque Anteradensis diocesis que ad alios pleno jure non pertinent, nullus clericum instituere vel destituere aut sacerdotem preficere, sine consensu diocesani, presumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare vel ejus possessiones auferre, ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre concessionis, ordinationis et constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et domini Redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. Hic autem non sunt subscriptiones cardinalium. Datum apud Urbemveterem, per manum magistri Michaelis de Tholosa, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, VII kalendas septembris, indictione VI, incarnationis dominice anno M° CC° LXIII°,

pontificatus vero domini Urbani pape IIII, anno secundo. »

**1019** Orvieto, 15 mars 1264.

Permutationem inter Anteradensem et Crapulensem episcopos super tribus mansis terrae sitis in territorio Moelli, Tervisinae diocesis, et fundico Tyri sito, factam, confirmat. (Reg. 29, fol. 34 v°, n° 68. Potthast, 18827.)

« *Venerabilibus fratribus . . Anteradensi et Crapulensi episcopis.* Lecta coram nobis dilectionis vestre petitio continebat quod vos, attendentes quod tibi, frater Anteradensis, ex tribus mansis terre sitis in territorio Moelli, diocesis Tervisine, ad Anteradensem ecclesiam pertinentibus, utpote nimium distantibus ab eadem, tibique, Crapulensis episcope, ex fundico ac solo ubi fundicum ipsum situm est et aliis que sedes seu ecclesia Crapulensis [1] in Tyrena civitate ac diocesi obtinebat, utpote nimium remotis ab ea, modica proveniebat utilitas, ea invicem ecclesiarum vestrarum nomine permutastis, ea conditione in permutatione hujusmodi expresse adjecta, ut eadem permutatio non valeret, nisi acceptaremus et confirmaremus eandem, et defectum si quis extitit in ea, suppleremus de plenitudine potestatis, prout in instrumento publico inde confecto et vestris sigillis munito plenius continetur. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, permutationem hujusmodi ratam et gratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus ac supplemus defectum de plenitudine potestatis ejusdem, si quis extitit in eadem.

Tenorem instrumenti predicti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« In Dei nomine amen. A nativitate Domini anno] M° CC° LXIIII°, die octavadecima februarii, indictione VII, nos, frater Guillelmus, ordinis fratrum Minorum, Dei gratia episcopus Anteradensis, pro utilitate ipsius nostre ecclesie hanc permutationem, et hec omnia facere profitentes, presente et consentiente archidiacono nostro Ricardo, nomine permutationis, damus et tradimus ad proprium vobis, domino fratri Marino, Dei gratia episcopo Crapulensi, pro vobis et vestra ecclesia, tres mansos sexaginta jugerum jacentes in territorio Meolli (*sic*) videlicet in Ronchis, unus quorum mansorum regebatur per Lazaroctum et alius per Leonardum et tertius per Lavizanum. Quorum mansorum hec sunt coherentie : a mane monasterium Trinitatis possidet, versus montem infrascripti fratres venditores, versus meridiem Alexander de Spineda et de subtus vadit fluvius Desii. Quos mansos emit bone memorie frater Guillelmus, ordinis Predicatorum, episcopus Anteradensis, predecessor noster, vel alter pro eo a Guillelmo et Jacobo fratribus, filiis quondam Liberii de Blava, ut continetur in instrumento facto manu Odorici de Marcis, sacri palatii notarii, cum pratis, pascuis, nemoribus, ingressibus, egressibus, adjacentiis, superioribus, inferioribus, juribus et pertinentiis suis et aliis omnibus que ad eos vel eorum aliquem pertinet aut pertinere videntur, de jure vel de facto, ad habendum, tenendum, possidendum, fruendum et omnem vestram exinde voluntatem faciendam, constituentes nos pro vobis et vestra ecclesia Caprulensi tenere et possidere donec possessionem ingressi et adepti fueritis corporalem, in quos et in quam ingrediendi et adipiscendi, quando et quotiens vobis placuerit, vobis plenariam concedimus facultatem. Promittentes per nos nostrosque successores, vice et nomine nostre Anteradensis ecclesie, cum obligatione omnium bonorum ipsius ecclesie, vobis, dicto domino episcopo Crapulensi, stipulantibus pro vobis et vestra ecclesia et successoribus vestris, de predictis vel eorum aliquo nullo tempore litigare nec etiam modo aliquo molestare, sed ipsos mansos et quemlibet eorum cum omnibus supradictis, ab omni persona et loco, propriis sumptibus et expensis, in omnem litis eventum defendere, varentare, autorizare, modisve omnibus expedire de jure. Cedimus quoque vobis et damus omnia jura omnesque actiones reales, personales, utiles et directas et mixtas, et omnes alias quascumque nobis et nostre ecclesie competentes et competentia pro predictis mansis et quolibet eorum, contra venditores, fidejussores, actores et defensores eorum, et contra omnes alias personas et loca et eorum heredes et successores et bona et possessores eorum, ex tenore et occasione prefati instrumenti constituentes vos procuratorem in rem vestram, ita quod possitis exinde agere, experiri, replicare, et vos tueri et omnia facere que nos ipsi ante hunc contractum facere poteramus. »

« Et versa vice nos, frater Marinus, Dei gratia episcopus Caprulensis supradictus, hanc permutationem et hec omnia pro utilitate nostre ecclesie Caprulensis facere profitentes, coram nostro metropolitano, domino fratre Angelo, Dei gratia patriarcha Gradensi, ipsoque consentiente, nomine permutationis damus et tradimus ad proprium vobis, jamdicto domino fratri Guillelmo, Dei gratia episcopo Anteradensi, pro vobis et ipsa vestra ecclesia unum fundicum et solum ubi ipsum

1. Ms : *Caprulensis.*

fundicum fuit, cum domibus, mansionibus, stationibus, voltis et caminatis atque redditibus, hedificiis et territoriis copertis et discopertis, et cum hiis que reddere possunt, et cum terris et possessionibus, juribus intus et foris, superius et inferius, et cum libertatibus portuum et portarum, mittendi et exhibendi, et aliis omnibus quod, quos, quas et que habemus et ecclesia Caprulensis habet et habere consuevit et videtur habere in Tiro et ejus diocesi et pertinentiis ultramarinis et ubicumque in tota terra ultramarina. Et hoc fundicum et hec omnia et singula vobis damus et tradimus cum pratis, pascuis, nemoribus, ingressibus, egressibus, adjacentiis, coherentiis, superioribus et inferioribus, juribus et pertinentiis suis et aliis omnibus que ad predictam vel eorum aliquod pertinent aut pertinere videntur de jure vel de facto, ad habendum, tenendum, possidendum, fruendum et omnem vestram exinde voluntatem faciendam, constituentes —. »

« Hec omnia et singula nos, supradicti episcopi permutatores, per nos nostrosque successores, vice et nomine ecclesiarum nostrarum, promittimus nobis ad invicem, et unus alteri sollempniter promisit attendere, adimplere et inviolabiliter observare, nec contra hec vel eorum aliquid per nos vel per alios aliquo tempore facere vel venire, aliqua ratione, ingenio sive causa, et reficere omnia dampna que acciderint, et restituere omnes expensas et quodlibet interesse, quod, quas et que unus nostrum, occasione alterius pacta scripta superius non servantis, in judicio faceret sive extra, sub pena dupli —. Et hec omnia et singula volumus nos, supradicti episcopi, tenere et valere et esse firma si sanctissimus pater noster dominus papa ea confirmaverit, defectum si quis est in hujusmodi negotio, suppleverit de plenitudine potestatis, cui, pro utilitate utriusque ecclesie, pro hiis confirmandis et supplendis humiliter supplicamus, et aliter nullam habeant firmitatem. Hoc sollempniter inter nos episcopos acto quod, confirmatione et suppletione hujusmodi, si quis est defectus, a domino papa obtentis, quilibet nostrum incipiat rerum sibi datarum et traditarum percipere et habere proventus et redditus et non ante, et de hiis rogamus fieri cuilibet nostrum publica instrumenta. In cujus rei fidem et memorie firmitatem habendam, presens instrumentum dicti domini patriarche et nostris sigillis et manu publica, ut continetur inferius, fecimus roborari, renuntiantes in hiis omnibus nos, dicti episcopi, vicissim privilegio fori, doli mali sine causa vel ex injusta causa, constitutioni de duabus dietis concilii generalis, beneficio restitutionis in integrum et in parte, exceptioni deceptionis ulterius dimidiam justi valoris, legi quadrimestri et omnibus litteris impetratis et impetrandis, contentioni judicum ac omni juris auxilio, canonici et civilis, et omnibus exceptionibus, defensionibus, appellationibus, feriis, consuetudinibus, constitutionibus et statutis, tam civilibus quam ecclesiasticis, factis et faciendis, nunc competentibus et in futurum competituris. Acta sunt hec omnia Venetiis, in patriarchali palatio, presentibus fratre Bartholomeo de Columbario, Mutinensis diocesis, fratre Guillelmo de Maris ordinis Minorum, fratre Bartholomeo de Sancto Petro, Casacalba de Torcello, et fratre Stephano de Sancto-Felici, Torcellane diocesis, et Nicolao Bononiensi commorantibus in curia dicti domini patriarche, testibus ad hec rogatis. Ego Rustichinus Benintendi, imperiali auctoritate notarius publicus, hec omnia per me acta et rogata publice scripsi, ss. »

Nulli ergo nostre confirmationis et suppletionis, etc. Datum apud Urbemveterem, idus martii, anno tertio. »

**1020** Orvieto, 15 mars 1264.

Patriarchae Jerosolimitano, apostolicae sedis legato, mandat quatenus, visa praedicta permutatione, episcopum Anteradentem in possessionem fundici Tyreni inducat. (Reg. 29, fol. 35, n° 69; Potthast, 18828.)

« *Patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, idus martii, anno tertio. »

**1021** Orvieto, 14 mars 1264.

Roberto de Floricort personatum altaris s. Wedasti, siti in ecclesia de Baillons-domini-Roberti, Atrebatensis diocesis, a G., tituli s. Marci presbytero cardinali, collatum, confirmat. (Reg. 29, fol. 35, n° 70.)

« *Roberto de Floricert* [1], *clerico et familiari dilecti filii nostri G., tituli sancti Marci presbiteri cardinalis, persone altaris sancti Vedasti, siti in ecclesia de Baillons-domini-Roberti, Atrebatensis diocesis.* Inducunt nos tue devotionis, etc. — Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod nos, intellecto quod Theodericus, canonicus ecclesie sancti Amati Duacensis, tunc persona altaris sancti Wedasti siti in ecclesia de Baillons-domini-Roberti, beneficium ipsius altaris resignare libere

1. Pour *Floricort*.

intendebat, dilecto filio nostro G., tituli sancti Marci presbytero cardinali, commisimus oraculo vive vocis, ut, ab eodem Theoderico hujusmodi beneficii libera resignatione recepta, beneficium ipsum idonee persone conferret. Idem vero cardinalis, auctoritate sibi a nobis in hac parte commissa, a predicto Theoderico ipsius beneficii recepta resignatione libera, illud cum juribus et pertinentiis suis vacans per resignationem hujusmodi, tibi contulit et providit de illo, ac te de ipso per quemdam baculum presentialiter investivit, non obstante quod in certa pro te a sede apostolica scriptum est ecclesia, in qua nondum es beneficium assecutus, prout in litteris inde confectis, sigillatis sigillo cardinalis ipsius, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem cardinali factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« *Guillelmus, miseratione divina tituli sancti Marci presbyter cardinalis, dilecto clerico et familiari nostro Roberto de Floricort, Laudunensis diocesis, salutem in Domino sempiternam.* Sanctissimus pater dominus —. Datum apud Urbemveterem, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, mense martii, pontificatus domini Urbani pape quarti, anno tertio. »

Nulli ergo, etc. — Datum apud Urbemveterem, II idus martii, anno tertio. »

**1022** Orvieto, 14 mars 1264.

Abbati Monasterii-in-Bosco, Laudunensis diocesis, mandat quatenus Robertum de Floricort in possessionem praedicti beneficii inducat. (Reg. 29, fol. 35 v°, n° 71.)

« *Abbati Monasterii-in-Bosco, Laudunensis diocesis.* Inducunt nos dilecti —. Datum apud Urbemveterem, II idus martii, anno tertio. »

**1023** Orvieto, 23 mars 1264.

Magistro Nicolao de Esseyo, Sagiensis diocesis, canonicatum et praebendam in ecclesia Cenomanensi confert. (Reg. 29, fol. 35 v°, n° 72.)

« *Magistro Nicolao de Esseyo, Sagiensis diocesis, capellano venerabilis fratris nostri episcopi Prenestini.* Dignum est ut —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod nos, intellecto quod quondam Guillelmus, rector ecclesie sancti Johannis in Villa-sancti-Leodegarii in Aquilina, Carnotensis diocesis, intendebat ipsam ecclesiam resignare, venerabili fratri nostro S., episcopo Prenestrino, commisimus viva voce ut, ab eodem Guillelmo vel procuratore suo, ejus nomine, ipsius ecclesie libera resignatione recepta, eam persone ydonee conferre curaret. Idem vero episcopus, recepta resignatione libera ejusdem ecclesie a procuratore dicti Guillelmi pro eo, a quo habebat ad hoc plenum et speciale mandatum, ipsam tibi ecclesiam sancte Crucis de Fuschosa, ejusdem diocesis, cujus tunc rector eras, libere in ejus manibus resignanti, auctoritate nostra duxit canonice conferendam, nosque quod super hoc ab ipso episcopo factum extitit, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica duximus confirmandum, certis tibi super hoc executoribus deputatis; sicque fuisti in corporalem possessionem predicte sancti Johannis ecclesie inductus, quam etiam aliquandiu, ut asseris, pacifice possedisti. Postmodum autem Benedicto de Belna, presbytero Senonensis diocesis, asserente quod, pretextu quarundam litterarum quas super provisione facienda sibi de beneficio ecclesiastico, cum cura vel sine cura, in Carnotensi civitate vel diocesi sub certa forma direxeramus certis executoribus, ei jus in prefata sancti Johannis ecclesia competebat, placuit nobis quod dictus presbyter ecclesiam obtineret eandem. Demum nos, paterno tibi compatientes affectu et considerantes quod eras utraque ecclesia destitutus, ac nolentes te fore nostre provisionis expertem, episcopo ipsi oraculo vive vocis commisimus ut tibi de canonicatu et prebenda in Cenomanensi ecclesia provideret, ita quod jam dictus presbyter obtineret sancti Johannis ecclesiam antedictam. Unde idem episcopus auctoritate nostra eidem in hac parte commissa, decrevit dictam ecclesiam sancti Johannis ad prenominatum presbyterum pertinere debere ac ut eam, non obstante alicujus contradictione, pacifice possideat et quiete, canonicatum Cenomanensis ecclesie, cum plenitudine juris canonici ac prebenda, cujus pretextu stallum in choro et locum in capitulo habeas et distributiones cotidianas percipias, si qua ibidem vacat ad presens, tibi contulit et providit de illis, teque de ipsis per suum anulum presentialiter investivit. Si vero aliqua talis prebenda in dicta Cenomanensi ecclesia non vacat ad presens, episcopus ipse prebendam hujusmodi primo vacaturam inibi conferendam tibi donationi sedis apostolice reservavit, decernens exnunc irritum et inane si secus de pre-

benda ipsa, nostra vel alia quavis auctoritate, a quoquam contingeret attemptari, prout in instrumento publico inde confecto, ipsius episcopi sigillato sigillo, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem episcopo factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc., usque communimus, tenorem instrumenti ejusdem presentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est :

« *Stephanus, divina miseratione episcopus Prenestinus, discreto viro magistro Nicolao de Esseio, clerico Sagiensis diocesis, cappellano nostro, salutem in Domino.* Apostolica sedes speciali —. In cujus rei testimonium et certitudinem pleniorem, presens publicum instrumentum per Thomasinum, infrascriptum notarium, scribi et publicari mandavimus et nostri sigilli fecimus appensione muniri. Actum apud Urbemveterem, in camera nostra, anno nativitatis Domini M°CC°LXIIII° pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, indictione VII, mense martii, die decima octava intrantis, presentibus magistris Petro de Lambertinis, Petro Martini Yspano, canonico Minduniensi, Thoma de Barnaby, Gaufrido presbytero, Jacobino clerico et familiari nostro, et Ferracano procuratore, et pluribus aliis ad hoc specialiter vocatis et rogatis testibus. Et ego Thomasinus de Podio, auctoritate apostolice sedis judex et notarius publicus, quia predictis collationi, provisioni et investiture interfui, ut supra scriptum est, de mandato predicti domini cardinalis scripsi et publicavi et signo meo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno tertio. »

**1024** Orvieto, 7 avril 1264.

Stephanum in abbatem monasterio de Albaresio, Suanensis diocesis, ab Uberto, s. Eustachii diacono cardinali, praefectum, confirmat. (Reg. 29, fol. 36 v°, n° 73.)

« *Stephano, abbati monasterii*[1] *de Albaresio, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Suanensis diocesis.* Que de sedis apostolice auctoritate procedunt etc. usque provenire. Sane ad nostram olim perducto notitiam monasterium de Albaresio tanto tempore vacavisse quod ipsius provisio, secundum statuta Lateranensis concilii, esset ad nos legitime devoluta, nos, ne monasterium ipsum, propter vacationem diutinam in spiritualibus et temporalibus detrimentum incurreret, provisionem faciendam eidem monasterio de persona ydonea in abbatem dilecto filio nostro U., sancti Eustachii diacono cardinali, commisimus oraculo vive vocis. Idem autem cardinalis postmodum, intellecto quod conventus prefati monasterii Jacobum, abbatem monasterii sancti Zenonis Pisani, Camaldulensis ordinis, in suum abbatem de facto, cum de jure non possent, duxerant eligendum, eum fecit citari peremptorie ut coram eo per se vel procuratorem ydoneum certo termino compareret, ostensurus jus suum si quod ex hujusmodi electione sibi fore crederet acquisitum. Verum, cum idem abbas sancti Zenonis vel aliquis pro eo in hujusmodi termino, et post ipsum diutius expectatus, coram cardinali non comparuisset eodem, nec aliqua electio seu postulatio apparuisset de illo vel alio in prefato monasterio de Albaresio celebrata, dictus cardinalis auctoritate nostra sibi in hac parte commissa, te tunc priorem monasterii Vallis-Fabrice, ordinis sancti Benedicti, Asisinatensis diocesis, absolutum ab ipsius regimine, prefecit prefato monasterio de Albaresio in abbatem, firma de te concepta —, prout in patentibus litteris ipsius cardinalis, confectis exinde suoque sigillo signatis, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinali super hiis factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus, etc. usque communimus.

Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« *Ubertus, miseratione divina sancti Eustachii diaconus cardinalis, dilecto sibi in Christo religioso viro domno Stephano, priori monasterii Vallis fabrice, ordinis sancti Benedicti, Asisinatensis diocesis, salutem in Domino.* Perlato ad audientiam —. In cujus rei testimonium et futuram memoriam premissorum, presentes litteras fieri mandamus et sigilli nostri appensione muniri. Datum apud Urbemveterem, X kalendas martii, pontificatus domini Urbani pape IIII predicti anno tertio. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, VII idus aprilis, anno tertio. »

**1025** Orvieto, 7 avril 1264.

Episcopo Castrensi mandat quatenus praedictum Stephanum in possessionem monasterii de Albaresio inducat. (Reg. 29, fol. 36 v°, n° 74.)

« *Episcopo Castrensi.* Que de sedis —. Datum apud Urbemveterem, VII idus aprilis, anno tertio. »

1. Le manuscrit porte *abbati de monasterii*.

**1026** Orvieto, 24 mars 1264.

Infrascriptis mandat quatenus magistrum Nicolaum de Esseio in ecclesia Cenomanensi in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 36 v°, n° 75.)

« *Archidiacono et magistro Johanni Grosperini, canonico Constantiensibus.* Dignum etc —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas aprilis, anno tertio. »

**1027** Orvieto, 13 octobre 1263.

Johanni de Curtraco canonicatum et praebendam in ecclesia Harlebecensi a Jacobo, s. Mariae in Cosmedin diacono cardinali, collatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 37, n° 76.)

« *Johanni de Curtraco, canonico ecclesie Harlebecensis, Tornacensis diocesis.* Ea que judicio etc. usque communimus. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum olim inter te ac Walterum de Harlebeca, canonicum Harlebecensis ecclesie, super quadam prebenda ipsius ecclesie tunc ibi vacante, quam uterque vestrum ad se spectare dicebat, orta fuisset materia questionis, nos tandem in causa hujusmodi ad sedem apostolicam legitime devoluta, dilectum filium nostrum J., sancte Marie in Cosmedin diaconum cardinalem, dedimus partibus auditorem. Qui, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, quamvis eundem W. sententialiter a tua impetitione absolvens, tibi super dicta prebenda perpetuum silentium duxerit imponendum, quia tamen ut tibi super hoc gratia fieret, tua merita exigebant, ordinavit atque precepit de speciali mandato nostro facto sibi oraculo vive vocis, quod medietatem omnium proventuum ipsius prebende, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, habeas idemque W. ipsam tibi teneatur assignare tandiu, donec in eadem ecclesia prebendam tibi debitam, juxta tue receptionis ordinem, pacifice fueris assecutus, prout in instrumento publico inde confecto et ipsius cardinalis sigillo munito, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinali super hiis factum est, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus, tenorem instrumenti predicti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« *Jacobus, miseratione divina sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis, ad perpetuam rei memoriam.* In statera juris —. Sane, cum inter magistrum Johannem de Curtraco et Walterum de Harlebeca, canonicos Harlebecenses, Tornacensis diocesis, super prebenda que fuit quondam Walteri de Gandavo, ipsius ecclesie canonici, quam idem magister J. sibi deberi et eundem Walterum occupasse dicebat, questio suborta fuisset et per appellationem ipsius magistri ad examen apostolicum esset legitime devoluta, sanctissimus pater dominus Urbanus papa IIII nos concessit in causa hujusmodi partibus auditorem. Sicque prefato magistro Johanne pro se ipso, et Onufrio, procuratore ipsius Walteri, pro ipso Waltero propter hoc in nostra presentia constitutis, dictus magister Johannes pro se contra dictum Walterum libellum obtulit sub hac forma :

« Coram vobis, venerando patre, domino J., sancte » Marie in Cosmedin diacono cardinali, proponit in » jure magister Johannes de Curtraco, canonicus ec» clesie Harlebecensis, Tornacensis diocesis, contra » Walterum de Brugis, sive de Harlebeca, et contra » procuratorem ejus legitimum, quod cum dictus ma» gister Johannes auctoritate apostolica receptus » fuisset in canonicum et in fratrem in dicta ecclesia » Harlebecensi, et quedam prebenda per mortem Wal» teri de Gandavo, olim ipsius ecclesie canonici, in ea» dem ecclesia vacasset, que ad dictum magistrum » Johannem de jure pertinet et spectat, dictus Walte» rus, in ejusdem magistri prejudicium, prebendam hu» jusmodi de facto conferri sibi, sicut dicitur, procura» vit, eamque occupavit seu accepit, et eam detinet » occupatam, propter quod ex parte ejusdem magistri » Johannes fuit in scriptis ad sedem apostolicam ap» pellatum. Quare petit sententialiter declarari pre» bendam hujusmodi cum suis pertinentiis ad dictum » magistrum Johannem de jure spectare et pertinere » et eam, cum pertinentiis suis, proventibus et omni » causa sibi adjudicari, et appellationes suas justas » decerni, et super eadem et ejus pertinentiis dicto » Waltero perpetuum silentium imponi, cum nullum » jus habeat in eadem, et per sententiam decerni dic» tum magistrum Johannem debere gaudere pacifica » possessione prebende predicte et pertinentiarum » ejusdem, et in ipsius possessionem induci et defendi » inductum. Item petit expensas jam factas et protes» tur de faciendis, quas suo tempore declarabit, salvo » jure etc. »

« Super quo libello lite legitime contestata et juramento de veritate dicenda a partibus hinc inde prestito, factis positionibus et responsionibus subsecutis ad eas, datis etiam articulis hinc inde ac demum litteris, rationibus ac probationibus et munimentis quibus partes in judicio uti volebant, exhibitis coram no-

bis, cum idem magister inter cetera quasdam apostolicas produxisset litteras per quas intentionem suam asserebat esse fundatam, contra easdem litteras fuit a parte adversa propositum quod eedem littere manifestum continebant in constitutione peccatum, sicut ex earum inspectione poterat deprehendi, propter quod nulla fides debebat ipsis litteris adhiberi. Cumque super hiis partes diutius litigassent, tandem in causa hujusmodi concluserunt. Nos igitur, cognitis ipsius cause meritis et domino pape ostensis litteris supradictis, ac etiam juribus et rationibus utriusque partis eidem fideliter recitatis et ab ipso domino papa per vive vocis oraculum licentia et speciali mandato de sententia proferenda obtentis, dieque ad sententiam audiendam prefixa, partibus comparentibus coram nobis, fidem ipsis litteris ex eo quod manifestum continebant in constitutione peccatum minime adhibentes, licet alias eedem littere vere essent, prefatum Walterum ab impetitione dicti magistri J. sententialiter absolvimus, et ipsi magistro super dicta prebenda perpetuum silentium ducimus imponendum. Ceterum, quia sepedictus magister J., cui de honestate morum et dono scientie laudabile testimonium perhibetur, circa predictas litteras in nullo culpabilis est inventus, idcirco ut de suis meritis sibi cognoscat augmentum provenire favoris, et ne de dicta prebenda pro qua multos labores sustinuit et plures fecit expensas, spe concepta ex toto frustretur, de speciali mandato ipsius domini pape viva voce nobis facto, ordinamus atque precipimus quod ipse magister J. medietatem omnium fructuum et proventuum dicte prebende, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, habeat quousque in predicta ecclesia prebendam sibi debitam, juxta sue receptionis ordinem, fuerit pacifice assecutus, eandemque medietatem dictus Walterus ipsi magistro Johanni vel procuratori suo, ejus nomine, conferre et assignare teneatur tamdiu donec ipse magister J. prebendam in prefata ecclesia obtinuerit, ut superius est expressum. In quorum omnium testimonium et evidentiam pleniorem, presentem sententiam et ordinationem ac preceptum per Bernardum, infrascriptum notarium nostrum, fieri et publicari mandavimus et sigilli nostri munimine fecimus communiri. Lata et recitata est in scriptis predicta sententia et ordinatio ac preceptum apud Urbemveterem, in hospicio ejusdem domini cardinalis, presentibus magistro Johanne de Curtraco et Enufrio, procuratore ipsius Walteri, anno Domini M°CC°LXIII, indictione VI., die mercurii VIII idus junii, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno secundo, presentibus hiis venerabili in Christo patre domino A., episcopo Urgellensi, Guillelmo Vitalis et Guillelmo de Portulilio, clericis ejusdem episcopi, magistro Bernardo archidiacono Nicosiensi, et magistro Paulo, domini pape scriptoribus, fratre Guillelmo et fratre Riccardo, monachis monasterii de Brerchona, Cluniacensis ordinis, Ubaldo de Sancto-Geminiano notario, et Bernardo dicto *de Petit*, clerico Petragoricensis diocesis, testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Et ego Bernardus, dictus *Bardonier*, publicus apostolice sedis auctoritate notarius, qui sententie et ordinationis ac precepti predictorum prolationi presens interfui, ea de mandato et auctoritate venerabilis patris domini J., Dei gratia sancte Marie in Cosmedin diaconi cardinalis predicti, propria manu scripsi et in publicam formam redegi meoque signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, III idus octobris, anno tertio. »

**1028** Orvieto, 3 avril 1264.

Ordinationem de praebendis in ecclesia Mantuana vacantibus ab Uberto, diacono cardinali s. Eustachii, editam, confirmat. (Reg. 29, fol. 37, n° 77.)

« *Guidoni de Zena, canonico Mantuano.* Ea que judicio, etc., usque communimus. Sane lecta coram nobis devotionis tue petitio continebat quod una in ecclesia Mantuana per mortem Azonis Confanonerii et alia per mortem Ubaldi de Ripalta, ejusdem ecclesie canonicorum, prebendis vacantibus, tam tu personaliter quam Ubertus, archidiaconus Brixiensis, per procuratorem ydoneum apud sedem apostolicam constituti, et de prebendis hujusmodi contendentes, coram dilecto filio nostro U., sancti Eustachii diacono cardinali, cui negotium hujusmodi committi procurastis, a nobis cum instantia petiistis ut inter vos que prebenda ex predictis cui vestrum esset debita, sententialiter declararet. Unde idem cardinalis, cognitis ipsius questionis meritis et juris ordine observato, per diffinitivam sententiam predictam prebendam que per mortem ipsius Ubaldi vacavit, ad te de jure spectare decernens, super illa dicto archidiacono perpetuum duxit silentium imponendum, prout in litteris inde confectis et ipsius cardinalis sigillo munitis plenius continetur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, sententiam hujusmodi provide latam, ratam et gratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus, etc., usque communimus.

Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« In nomine Domini, amen. Olim inter discretos viros Ubertum, archidiaconum Brixiensem, et Guidonem de Zena, canonicos Mantuanos, super prebendis que per mortem Azonis Confanonerii et Ubaldi de Ripalta, quondam canonicorum Mantuanorum, in ipsa Mantuana vacarant ecclesia, orta in Romana curia materia questionis, sanctissimus pater, dominus Urbanus papa IIII nobis, Uberto, sancti Eustachii diacono cardinali, causam audiendam commisit et fine debito terminandam. Predicto igitur Guidone pro se et magistro Gerardo de Trecio, canonico Pergamensi, procuratore dicti archidiaconi, ab ipso archidiacono ad agendum et defendendum sufficiens et speciale mandatum habente, comparentibus coram nobis, pro parte dicti archidiaconi libellus oblatus extitit in hac forma :

« Coram vobis, reverendo patre, domino Uberto, » sancti Eustachii diacono cardinali, partibus auditore » concesso, dicit et proponit magister Gerardus de » Trecio, canonicus Pergamensis, procurator domini » Uberti, archidiaconi Brixiensis et canonici Mantuani, » contra dominum Guidonem de Zena, Mantuanum » canonicum, quod, cum dictus archidiaconus jamdiu » receptus fuisset in dicta ecclesia in canonicum et in » fratrem ecclesie supradicte ac per quandam ordina- » tionem factam auctoritate apostolica per venerabilem » patrem, dominum Octavianum, sancte Marie in Via » lata diaconum cardinalem, canonicus ejusdem eccle- » sie reputatus, fuisset etiam decretum per eundem » dominum ut idem archidiaconus primam preben- » dam de vacaturis post illam ordinationem obtinere » deberet, ac post receptionem ipsius vacavisset in » dicta ecclesia prebenda per mortem quondam Azonis » Confanonerii, que ipsi archidiacono est debita et ad » eum pertinet et jure dinoscitur pertinere, idem ar- » chidiaconus prebendam eandem extitit canonice » assecutus, et in ejus possessionem inductus et eam » possedit aliquandiu et possidet nunc eandem; pre- » fatus vero Guido eidem archidiacono, qui aliam pre- » bendam que postea vacavit in dicta ecclesia per » mortem quondam Ubaldi, canonici Mantuani, sibi » conferri fecit et se in ejus possessionem induci, su- » per eadem prebenda contra justitiam se opponit, ac » ipsum impedit et molestat quominus possit ipsius » prebende pacifica possessione gaudere. Quare petit » predictus procurator eandem prebendam ad dictum » archidiaconum de jure spectare per sententiam de- » clarari, et eam sibi ac dicto procuratori pro eo cum » juribus et pertinentiis suis adjudicari, eundemque » G. ut ab impedimento et molestatione predictis de- » sistat compelli et sententialiter condempnari, ipsi- » que super hiis et dicta prebenda perpetuum silentium » imponi, cum nullum jus habeat in eadem, ac decerni » ut idem G. illa prebenda premissa que vacavit per » mortem dicti Ubaldi debeat manere contentus, et » hoc petit cum dampnis et expensis legitimis que et » quas extimat centum libras senensium et protesta- » tur futuras expensas, salvo jure addendi et mi- » nuendi. »

« Et a dicto Guidone libellus exhibitus extitit per hec verba :

« Coram vobis, reverendo patre, domino U., sancti » Eustachii diacono cardinali, partibus auditore con- » cesso, dicit et proponit Guido de Zena, canonicus » Mantuanus, quod, cum idem Guido jam diu fue- » rat receptus in canonicum et in fratrem ecclesie » supradicte ac per quandam ordinationem factam » auctoritate apostolica per venerabilem patrem do- » minum O., sancte Marie in Via lata diaconum cardi- » nalem, canonicus ejusdem ecclesie reputatus, fuit » etiam decretum per eundem dominum cardinalem » ut idem G. secundam prebendam de vacaturis post » illam ordinationem obtinere deberet, executor a » sede apostolica deputatus memorato Guidoni pre- » bendam que post illam ordinationem in eadem ec- » clesia vacavit per mortem quondam Azonis Confa- » nonerii, canonici Mantuani, que quidem dicebatur » esse secunda in illa ordinatione contenta, contulit et » assignavit, ac ipsum G. in ipsius corporalem pos- » sessionem induxit, salvo quod eidem G. nullum » prejudicium fieret per collationem et inductionem » hujusmodi in prebenda alia que postea vacaret, si » contingeret eundem G. non posse predictam obtinere » prebendam; cumque post vacationem dicte prebende » vacasset alia prebenda per mortem quondam domini » Ubaldi de Ripalta, canonici Mantuani, que secundum » opinionem multorum ipsi Guidoni de jure compe- » tere ac sibi debere dicebatur, idem executor eidem » G. illam prebendam assignare, et eum in ipsius » possessionem inducere predicta auctoritate curavit, » ita quod ex assignatione et inductione hujusmodi » nullum ei generaret prejudicium circa aliam preben- » dam supradictam, si liqueret ipsum G. in ea potius » jus habere. Quare, cum predictus G. velit declarari » in qua de predictis duabus prebendis potior debeat » reputari, petit sibi adjudicari predictam prebendam » que fuit dicti Azonis, et eam cum juribus et perti- » nentiis suis declarari ad se spectare, si de jure debita » est eidem. Alioquin petit fieri hujusmodi adjudica-

» tionem et declarationem de alia memorata que vacavit per mortem predicti Ubaldi si habet potius » jus in ea, et prenominato archidiacono et ipsi pro- » curatori pro eo perpetuum imponi silentium super » illa que eidem G. fuerit per vestram sententiam » adjudicata, et hec petit cum dampnis et expensis » legitimis, que extimat centum libras senensium, » salvo jure addendi vel minuendi, etc. »

« Lite igitur inter predictos Guidonem et Gerardum procuratorem super predictis libellis legitime contestata, juramento de veritate dicenda hinc inde prestito, factis positionibus et subsecutis responsionibus ad easdem, et datis ab utraque parte articulis et productis instrumentis et litteris, nos, visa ordinatione predicta per predictum dominum cardinalem habita inter predictos archidiaconum et Guidonem, ac quosdam alios canonicos Mantuanos, visis etiam juribus utriusque partis, et auditis allegationibus et omnibus que partes predicte de jure et de facto coram nobis proponere et dicere voluerunt, ac concluso in causa de partium voluntate, habitaque plena deliberatione nobiscum et consilio sapientium, obtenta etiam a domino papa licentia de hujusmodi sententia proferenda, sententialiter et in scriptis pronuntiamus prefatam prebendam que in jam dicta Mantuana ecclesia per mortem dicti Azonis vacavit, ad predictum Ubertum archidiaconum spectare de jure, et eam cum omnibus suis juribus adjudicamus eidem, prefato Guidoni super ea perpetuum silentium imponendo. Pronuntiamus etiam sententialiter et in scriptis predictam prebendam, que in sepedicta Mantuana ecclesia per mortem Ubaldi de Ripalta vacavit, ad prefatum Guidonem de jure spectare, et eam sibi adjudicamus cum omnibus juribus et pertinentiis suis, predicto Uberto archidiacono imponentes perpetuum silentium super ea. Lata et recitata fuit hec sententia apud Urbemveterem in camera nostra, presentibus testibus ad hoc vocatis venerabilibus patribus Johanne, archiepiscopo Sancte-Severine, Theodino Suanensi et Geraudo Firmano episcopis, presbytero Alberto custode chori Parmensis, et Albertino canonico de Pontirolo, Mediolanensis diocesis, ac prefatis Guidone de Zena et Gerardo, procuratore dicti archidiaconi. In cujus rei testimonium et futuram memoriam premissorum, presentem pronuntiationem nostram per infrascriptum tabellionem nostrum scribi et publicari mandavimus et sigilli nostri appensione muniri, sub anno Domini M°CC°LXIII°, die XIII exeunte martio, indictione VII, pontificatus domini Urbani IIII anno tertio. Ego Paris de Spoleto, notarius publicus, prolationi predicte sententie interfui et mandato predicti domini cardinalis, ut supra legi, scripsi, publicavi et meo signo consueto signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, III nonas aprilis, anno tertio. »

**1029** Orvieto, 3 avril 1264.

Episcopo Ferrariensi executionem praedictae committit sententiae. (Reg. 29, fol. 38 v°, n° 78.)

« *Episcopo Ferrariensi*. Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, III nonas aprilis, anno tertio. »

**1030** Orvieto, 9 avril 1264.

Petro Dominici de Vayello portionem in ecclesia Palentina, a magistro Navarro, causarum palatii apostolici generali auditore, adjudicatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 38 v°, n° 79.)

« *Petro Dominici de Vayello, portionario ecclesie Palentine*. Ea que judicio, etc., usque communimus. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod, cum causa que inter te et Antoninum Garsie, clericum chori ecclesie Palentine, super portione que per liberam resignationem Alfonsi Ordonii, quondam portionarii ejusdem ecclesie, vacavit ibidem, orta extitit, ad sedem apostolicam per appellationem legitime devoluta fuisset, tandem te et predicto Antonino coram dilecto filio magistro Navarro, capellano nostro, causarum palatii nostri generali auditore, pro eadem causa apud sedem prosequenda predictam, comparentibus, idem auditor, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, peritorum consilio et plena deliberatione secum habitis, dictam portionem ad te spectare de jure sententialiter declaravit, ipsamque cum juribus et pertinentiis suis per diffinitivam sententiam tibi adjudicans, dictum Antoninum per eandem sententiam a portione amovit eadem, sibi super ipsa perpetuum silentium imponendo, prout in publico instrumento confecto exinde, sigillato sigillo cappellani predicti, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, sententiam et declarationem hujusmodi, sicut provide late sunt, ratas et firmas habentes, eas auctoritate apostolica confirmamus, etc., usque communimus.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Orta inter Petrum Dominici de Vayello, Palentine diocesis, ex parte una, et Antoninum Garsie, clericum chori ecclesie Palentine, ex altera, super portione que vacasse dicebatur in ipsa ecclesia Palentina per liberam resignationem Alfonsi Ordonii, portionarii ecclesie memorate, materia questionis, eademque, prout in publico dicebatur, per appellationem ad sedem apostolicam devoluta, dictus Petrus coram nobis, magistro Navarro, domini pape cappellano et ipsius palatii generali auditore causarum, comparere curavit, instanter petens ut in dicto negotio procedere secundum juris ordinem deberemus. Cum itaque dictum Antoninum et omnes et singulos qui sua crederent interesse, ad procedendum in ipsa causa pluries et tandem peremptorie citari fecissemus in audientia publica, ut est moris, dictus Antoninus qui eandem portionem ad se pertinere dicebat, pro se comparuit coram nobis, dictus vero Petrus libellum suum obtulit in hunc modum :

« Coram vobis domino Navarro, domini pape cap-» pellano ac causarum ipsius palatii generali audi-» tore, dicit et proponit Petrus Dominici de Vayello, » Palentine diocesis, contra Antoninum Garsie, cleri-» cum chori ecclesie Palentine, et contra quemlibet » alium qui sua extimat interesse. quod, cum Petrus » in ecclesia Palentina receptus sit auctoritate apos-» tolica in portionarium dicte ecclesie et in fratrem, » portio que vacavit in dicta ecclesia per liberam resi-» gnationem Alfonsi Ordonii, portionarii ecclesie me-» morate, eidem Petro fuit auctoritate predicta collata » et de eadem fuit investitus, dictus Antoninus portio-» nem eandem occupavit et eam contra justitiam » detinet occupatam, in sui prejudicium et gravamen, » quamquam nullum jus habeat in eadem. Unde petit » per vos, domine judex, dictus Petrus dictam portio-» nem cum omnibus juribus et pertinentiis suis et » cum fructibus inde perceptis sibi sententialiter » adjudicari, et ad eum spectare de jure per vos sen-» tentialiter declarari, et dictum Antoninum et quem-» libet alium a dicta portione per sententiam amoveri, » et eisdem super ea perpetuum silentium imponi, » cum nullum jus habeant in eadem; petit etiam » expensas factas et protestatur faciendas, salvo jure » etc. »

« Lite igitur super dicto libello legitime contestata prestitoque ab eis, secundum juris exigentiam, juramento, visisque litteris, instrumentis et partis rationibus utriusque, conclusoque in causa prefata, diem prefiximus partibus ad diffinitivam sententiam audiendam, ad quem omnes et singulos qui sua crederent interesse, in audientia publica peremptorie citari fecimus ipsam sententiam audituros. Dictis igitur Petro et Antonino, adveniente ipso termino, in nostra presentia constitutis habitoque super hiis peritorum consilio et plena deliberatione nobiscum jurisque ordine observato, Dei nomine invocato, dictam portionem ad dictum Petrum spectare de jure sententialiter declaramus, ipsam cum juribus et pertinentiis suis per diffinitivam sententiam Petro adjudicantes eidem, dictum Antoninum per eandem sententiam amovemus ab ipsa, eidem super ipsa perpetuum silentium imponendo. Lata et pronuntiata fuit presens sententia per dictum dominum auditorem apud Urbemveterem, in palatio domini pape, anno Domini M°CC°LXIIII°, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, indictione VII, mense martii die ultima, presentibus magistro Dominico Sanctii, Petro dicto *Abbate*, Palentinis canonicis, Alfonso Johannis, clerico Ovetensi, magistro Thomasino Spata, clerico, Thomasio de Insula-Martana, clerico, et Berardo de Mevania, notario ipsius domini auditoris, et pluribus aliis testibus inde vocatis. In cujus rei testimonium, presentem sententiam scribi et publicari mandavimus per notarium infrascriptum et nostri sigilli munimine roborari. Et ego, Jacobus de Marsia, apostolice sedis auctoritate notarius, predictis interfui eaque de mandato predicti domini auditoris scripsi et in publicam formam redegi meoque signo signavi rogatus. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno tertio. »

**1031** Orvieto, 9 avril 1264.

Infrascriptis praedictae committit executionem sententiae. (Reg. 29, fol. 39, n° 80.)

« *Archidiacono de Tria-castella in ecclesia Legionensi et magistro Johanni, canonico Conchensi.* Exhibita nobis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno tertio. »

**1032** Orvieto, 3 avril 1264.

Magistro Petro Corderii rectoriam ecclesiae de Ansa, Lugdunensis diocesis, ab H., episcopo Ostiensi et Velletrensi, adjudicatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 39, n° 81.)

« *Magistro Petro Corderii, cappellano nostro, rectori ecclesie de Ansa, Lugdunensis diocesis.* Ea que judicio,

etc. usque communimus. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod, cum nos in causa que inter te et Bernardum de Fornello [1], presbyterum Lugdunensis diocesis, super ecclesia de Ansa, quam uterque vestrum ad se spectare dicebat, orta extitit, per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluta, dilectum filium nostrum M., sancte Marie in Porticu diaconum cardinalem, dedissemus partibus auditorem idemque cardinalis dilecto filio magistro Johanni, archidiacono Tricastrino, cappellano nostro, commisisset causam hujusmodi audiendam, tandem venerabilis frater noster H., Ostiensis et Velletrensis episcopus, de speciali mandato nostro sibi facto a nobis oraculo vive vocis, archidiacono commisit et demandavit eidem ut super dicta ecclesia ejusque juribus ac pertinentiis inter partes ordinaret, statueret, provideret et decerneret de plano et sine judicii strepitu, prout sibi expediens videretur, sicque tu presentialiter pro te ac Petrus de Fornello pro eodem Bernardo, a quo super hoc speciale mandatum habebat, in eundem archidiaconum tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem super hiis sponte et concorditer compromittere curavistis. Dictus vero archidiaconus, hujusmodi compromisso recepto, visis et intellectis rationibus et allegationibus utriusque partis, peritorum consilio habito jurisque ordine observato, te quoque et alterius partis procuratore presentibus, declarando, ordinando, providendo, statuendo, decernendo, arbitrando atque mandando diffinivit et sententiavit supradictam ecclesiam cum omnibus juribus et pertinentiis suis ad te de jure spectare; quam nichilominus tibi adjudicans, prefato Bernardo quantum ad rectoriam ipsius ecclesie duxit perpetuum silentium imponendum, prout in publico instrumento confecto exinde ac sigillo archidiaconi prefati signato plenius continetur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem archidiacono super hiis factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem autem instrumenti ipsius de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Dudum inter discretos viros magistrum Petrum Corderii, domini pape cappellanum, et dompnum Bernardum de Fornello, presbyterum Lugdunensis diocesis, super ecclesia de Ansa, ejusdem diocesis, quam uterque ipsorum ad se spectare dicebat, orta materia questionis, tandem causa ipsa ad sedem apostolicam per appellationem legitime devoluta, sanctissimus pater et dominus U., divina providentia summus pontifex, venerabilem patrem dominum M., sancte Marie in Porticu diaconum cardinalem, dedit in causa ipsa partibus auditorem. Cumque postmodum idem dominus cardinalis nobis, magistro Johanni, archidiacono Tricastrino, domini pape cappellano, familiari ipsius cardinalis, causam ipsam commiserit audiendam, tandem prefatis magistro Petro pro se et dompno Petro de Fornellis procuratore ipsius dompni Bernardi pro ipso Bernardo, coram nobis super dicte cause prosecutione legitime constitutis, prefatus magister Petrus libellum nobis obtulit in hunc modum :

« Coram vobis, reverendo patre domino M., sancte » Marie in Porticu diacono cardinali, proponit in jure » magister Petrus Corderii, domini pape cappellanus, » contra dompnum Bernardum de Fornellis seu ejus » legitimum procuratorem dicens quod, cum idem » dominus papa predicto magistro ecclesiam de Ansa, » Lugdunensis diocesis, vacantem per mortem Petri » Pachout, rectoris ejusdem, contulerit et annulo suo » eum investierit presentialiter de eadem, et decreverit irritum et inane si secus de dicta ecclesia per » quemcumque aut quoscumque apostolica vel quavis » alia auctoritate contigerit attemptari, idemque magister P. possessionem dicte ecclesie corporalem » canonice fuerit adeptus, ut in litteris apostolicis et » publicis instrumentis inde confectis plenius continetur, dictus dompnus Bernardus gerens se rectorem dicte ecclesie ipsam cum ejus pertinentiis et » appenditiis minus juste detinens occupatam, dictum » magistrum P. seu ejus procuratorem nomine suo » impedit et perturbat et se opponit eisdem indebite, » quominus possint dicte ecclesie et pertinentiarum » ejus pacifica possessione gaudere. Quare petit dictus » magister dictam ecclesiam cum pertinentiis suis sibi » adjudicari, et dicto dompno Bernardo super ea et » ejus pertinentiis silentium perpetuum imponi, cum » jus non habeat in eisdem, et ne dictum magistrum » Petrum impediat quominus possit dicta pacifica » possessione gaudere, et eam ecclesiam cum juribus » et pertinentiis suis et fructibus et obventionibus a » dicto dompno Bernardo vel ab alio, ejus mandato seu » nomine perceptis, quos extimat centum libras Viennensis monete, sibi restitui, in quibus omnibus et » singulis petit ipsum dompnum B. per vos sententialiter condemnari. Hec petit salvo jure etc., et protestatur de expensis et quod non astringit se ad omnia

1. On pourrait lire aussi *Fornellis*.

» premissa sed ad ea tantum que sibi sufficiant de » premissis. »

« Lite igitur super dicto libello coram nobis legitime contestata, de veritate dicenda prestito ab eisdem partibus juramento, factis positionibus hinc et inde et responsionibus subsecutis ad eas, venerabilis pater dominus H., miseratione divina Ostiensis episcopus, de speciali ejusdem domini pape mandato facto sibi vive vocis oraculo, ut dicebat, nobis commisit atque mandavit ut nos super dicta ecclesia et juribus ipsius ordinaremus inter predictos magistrum Petrum Corderii et dompnum Bernardum de Fornellis, statueremus, provideremus, decerneremus de plano et sine judicii strepitu, prout nobis expediens videretur.

« Tenor vero commissionis et mandati facti nobis per dominum Ostiensem episcopum, ut superius dictum est, talis est :

« In nomine Domini amen. Anno Domini M°CC° » LXIIII°, indictione VII, pontificatus domini Urbani » pape IIII anno tertio, mensis martii die prima in» trantis, apud Urbemveterem, in presentia mei, Sy» monis, notarii, et testium subscriptorum scilicet ma» gistri Martini de Zeo, canonici Gebennensis, magis» tri Arnaldi, cappellani domini Ostiensis episcopi, » magistri Raymundi de Campagniaco, canonici Claro» montensis, magistri Roberti de Argentio, advocati » in Romana curia, et plurium aliorum testium ad hoc » vocatorum et rogatorum, venerabilis pater dominus » H., miseratione divina Ostiensis episcopus, commisit » et mandavit de speciali domini pape mandato, facto » sibi vive vocis oraculo, ut dicebat, venerabili viro » magistro Johanni, archidiacono Tricastrino, cappel» lano ejusdem domini pape, ut ipse super causa et » questione que inter magistrum Petrum Corderii, pre» dicti domini pape cappellanum, pro se, et dompnum » Petrum de Fornellis, procuratorem dompni Bernardi » de Fornellis, Lugdunensis diocesis, procuratorio no» mine pro eodem dompno Bernardo, super ecclesia de » Ansa, predicte diocesis, quam uterque ipsorum ma» gistri P. et dompni B. ad se de jure spectare asse» rit, coram eodem archidiacono, ex delegatione seu » commissione venerabilis patris domini M., sancte » Marie in Porticu diaconi cardinalis, partibus ab eo» dem domino papa super hoc auditoris concessi, ver» titur, ut ipse archidiaconus de plano et sine judicii » strepitu, de jure et preter jus, amicabili compositione » res judiciali ordine seu quocunque alio modo dispo» nat inter eos, ordinet, statuat, decernat, judicet et » provideat atque mandet tam super dicta ecclesia, » juribus et pertinentiis suis adjudicandis eorum ali» cui, quam super ordinando vicario et statuendo in » eadem ecclesia, prout idem archidiaconus super hiis » et premissorum quolibet viderit expedire. »

« Receptis igitur a nobis mandato et commissione hujusmodi, idem magister Petrus pro se, et dompnus Petrus de Fornellis, procurator dicti dompni Bernardi pro ipso dompno B., habens ad hoc ab ipso dompno B. speciale mandatum et liberam potestatem, prout in instrumento publico inde confecto, cujus tenor inferius annotatur, plenius continetur, dispendia litium et judiciorum anfractus vitare volentes, in nos jurisdictionem predictam nobis per dictum dominum Ostiensem auctoritate domini pape commissam, nobis nichilominus retinentes, sponte et libere, alte et basse, tamquam in arbitrum, arbitratorem seu amicabilem compositorem, super dicta ecclesia et juribus ipsius compromittere curaverunt, promittentes ac, corporali prestito juramento, firmantes ut quicquid super hiis diffiniremus, ordinaremus, arbitraremur, statueremus vel mandaremus, ratum habebunt et haberi facient et in omnibus observabunt et facient observari, prout in instrumento publico inde confecto plenius continetur, cujus tenor talis est : »

« In nomine Domini amen. Anno M°CC°LXIIII°, in» dictione VII, pontificatus domini Urbani pape IIII » anno tertio, mense martii die tertia, in presentia mei » Symonis, notarii, et horum testium scilicet magistri » Egidii precentoris Avinionensis, Bernardi Prioris de » Armanicis, Nemausensis diocesis, magistri Willelmi » Morini clerici, magistri Raimundi de Campagniaco » canonici Claromontensis, et aliorum plurium testium » ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, inter » discretos viros magistrum Petrum Corderii, domini » pape cappellanum, pro se et dompnum Bernardum » de Fornellis, Lugdunensis diocesis, super ecclesia de » Ansa, ejusdem diocesis, quam interque ipsorum ad » se spectare asserit, orta materia questionis, et causa » ipsa per appellationem ad sedem apostolicam legi» time devoluta, tandem dominus papa venerabilem » patrem dominum M., sancte Marie in Porticu diaco» num cardinalem, dedit in causa hujusmodi partibus » auditorem. Et licet idem cardinalis causam ipsam » venerabili viro magistro Johanni, archidiacono Tri» castrino, cappellano predicti domini pape et ejusdem » cardinalis, commiserit audiendam, ac tam coram eo» dem cardinali quam predicto archidiacono super » hoc aliquandiu extiterit litigatum ac in causa ipsa » processum, tamen venerabilis pater dominus H., » Ostiensis episcopus, de speciali ejusdem domini » pape mandato facto sibi vive vocis oraculo, ut dice-

» bat, commisit et mandavit eidem archidiacono ut » inter predictos magistrum Petrum Corderii et dompnum Bernardum vel prefatum Petrum de Fornellis, » procuratorem ejusdem dompni B., procuratorio nomine pro ipso B., super dicta ecclesia de Ansa et juribus et pertinentiis suis ordinet, statuat, provideat, » decernat, arbitretur seu judicet atque mandet inter » eos prout viderit expedire. Postmodum vero iidem » magister Petrus Corderii, pro se, et dictus Petrus de » Fornellis, procurator dicti dompni B., procuratorio » nomine pro eodem Bernardo, habens ad hoc ab ipso » dompno B. speciale mandatum et liberam potestatem, » prout in instrumento publico inde confecto plenius » continetur, cujus tenor inferius annotatur, dispendia » litium et judiciorum anfractus vitare volentes, sponte » et libere, alte et basse, compromiserunt in dictum » archidiaconum tamquam in arbitrum, arbitratorem, » compositorem et communem amicum, se ordinationi, » provisioni, arbitrio, statuto, decreto, jurisdictioni et » mandato ipsius archidiaconi totaliter submittentes, » ac dictus magister Petrus Corderii pro se et dictus » P. de Fornellis procuratorio nomine pro dicto dompno » B., juramento corporaliter prestito, promittentes » quod quicquid idem archidiaconus de jure et preter jus, » juris ordine et sollempnitatibus servatis et non servatis, die feriata et non feriata, partibus presentibus » et non presentibus, una partium presente et altera » absente, citatis et non citatis semel et pluries in » scriptis et sine scriptis, tam ex potestate sibi a domino papa tradita, prout superius est expressum, » quam ex arbitraria facultate sententiaverit, ordinaverit, decreverit, mandaverit, providerit, arbitratus » fuerit, statuerit, diffiniverit atque preceperit super » hiis et horum quolibet, semel et pluries, quotiens et » quando expedire viderit, ratum et firmum habebunt » et haberi facient, nec contra id per se vel per alium » in judicio vel extra venire temptabunt, sed ea in omnibus observabunt et facient observari, renuntiantes » omni exceptioni et juris beneficio per quod presens » compromissum impediri valeat vel infringi, ac promiserunt sub virtute predicti prestiti juramenti, » quod super arbitrio, ordinatione, provisione seu decreto atque mandato quod dictus archidiaconus super hiis tulerit, secundum premissam formam et » modum, non recurrent ad arbitrium boni viri. Voluerunt etiam et acceptaverunt quod idem archidiaconus minuendi et addendi super predictis et » quolibet predictorum, corrigendi, interpretandi ac declarandi quicquid dubietatis seu difficultatis quandocumque emiserit semel et pluries, habeat, quotienscumque et quandocumque opus fuerit et ipse » super hoc viderit expedire, plenam et liberam potestatem. »

« Tenor autem predicti instrumenti procuratorii dicti Petri de Fornellis talis est :

« In nomine Domini amen. Anno ejusdem M°CC° » LXIII°, indictione VII, X kalendas novembris, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, per » presens instrumentum cunctis evidenter appareat » quod in presentia mei[1] Thome Blancpeil, auctoritate apostolica scriniarii, et testium subscriptorum, » Bernardus de Fornellis, presbyter, rector seu curatus » ecclesie de Ansa, suum facit et constituit procuratorem Petrum de Fornellis presbyterum, nepotem » suum, ad agendum pro ipso et ad defendendum eundem in curia Romana contra quascumque personas, » tam ecclesiasticas quam seculares, coram summo » pontifice et coram quibuscumque aliis personis, tam » cardinalibus quam aliis judicibus seu auditoribus » datis et concessis, seu dandis et concedendis ab ipso » summo pontifice, et specialiter ad prosequendum » appellationem seu appellationes ex parte ipsius Bernardi ad sedem apostolicam interpositas contra magistrum Petrum Corderii, clericum, super ecclesia de » Ansa, dans eidem Petro plenam, generalem et liberam » potestatem ac speciale mandatum petendi, agendi, » defendendi, excipiendi, replicandi, reconveniendi, » litem contestandi, jurandi in animam suam de calumpnia et de veritate dicenda, petendi et recipiendi » expensas, et pro eis jurandi et subeundi cujuslibet » alterius generis sacramentum, tam super principali » quam accessoriis seu incidentibus de jure prestandum, partis adverse seu partium adversarum positionibus respondendi, compromittendi, componendi seu transigendi, appellandi, appellationem » seu appellationes prosequendi, et faciendi omnia » et singula que ipse Bernardus faceret et facere » posset et deberet, si presens esset, et alium procuratorem aut alios constituendi seu substituendi loco » sui, et etiam revocandi, quotienscumque et quandocumque voluerit et sibi viderit expedire, ratum et » gratum habiturus quicquid per dictum Petrum vel ab » eo constitutum vel substitutum in curia supradicta » pro ipso Bernardo procuratum fuerit sive factum, » promittens idem Bernardus predicto Thome scriniario, ad opus illorum quorum interest, sub ypotheca » rerum suarum, si necesse fuerit, judicatum solvi, et » hec omnibus quorum interest, ipse Bernardus per

1. Le ms. porte par erreur *mis*.

» presens instrumentum vult fieri et facit manifesta. » Actum Lugduni, presentibus Guarnerio cappellano » de Ambayciaco; Johanne de Porta, presbytero; Pe» tro Michaleto clerico, testibus ad hoc vocatis. Ego » Thomas Blancpeil, auctoritate apostolica scriniarius, » premissis interfui et ea a dicto Bernardo rogatus » scripsi et publicavi. Et ego Symon de Reate, aposto» lice sedis auctoritate notarius, predicto compromisso, » prout superius continetur, interfui et illud una cum » tenore predicti Petri de Fornellis procuratorio huic » compromisso inserto, scripsi rogatus et in publicam » formam redegi. »

« Nos igitur, hujusmodi compromisso recepto et retenta nobis nichilominus auctoritate, nobis super hoc a domino papa concessa, ac a partibus eisdem in ipsa causa renuntiato et omnino concluso, productis etiam ab eisdem partibus omnibus instrumentis et litteris necnon juribus et rationibus quas producere voluerunt, visis et intellectis rationibus et allegationibus partium earundem, habito quoque super hoc consilio peritorum, ac nobiscum plena deliberatione habita petentibus insuper partibus ipsis ut pronuntiare super hoc deberemus per ea que vidimus et cognovimus diligenter, cum constet nobis dictam ecclesiam de Ansa vacantem eidem magistro Petro Corderii per dominum papam canonice fuisse collatam, antequam aliquis alius in ea institutus fuisset seu legitime presentatus, auctoritate apostolica concessa nobis super hoc per eundem dominum Ostiensem, ut superius est expressum, et arbitraria etiam facultate, Dei nomine invocato, diffiniendo, declarando, ordinando, providendo, statuendo, decernendo, arbitrando atque mandando diffinimus, sententiamus, declaramus ac decernimus, statuimus, volumus et mandamus dictam ecclesiam de Ansa, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, ad dictum magistrum Petrum Corderii pertinere de jure, ipsamque adjudicamus eidem, prefato dompno Bernardo et Petro de Fornellis, procuratori ipsius dompni B., procuratorio nomine pro eodem, quantum ad rectoriam ipsius ecclesie imponentes perpetuum silentium super ea ita ut de cetero nec per se nec per alios eundem magistrum Petrum Corderii vel alium pro eo super dicta ecclesia in jure vel extra jus aliquatenus impetat vel molestet, sed permittat eum ut rectorem legitimum ecclesiam ipsam quiete ac pacifice possidere. Super aliis vero in dicto libello ejusdem magistri Petri contentis, eundem dompnum Bernardum et dictum Petrum de Fornellis, procuratorem suum ejus nomine, ab impetitione ipsius magistri P. duximus absolvendum, super hiis eidem magistro P. perpetuum silentium imponentes. Ceterum, pro bono pacis et concordie, auctoritate delegata et arbitraria predictis, ordinamus, statuimus, providemus, volumus et mandamus, arbitramur, decernimus atque precipimus, ut dictus dompnus Bernardus presbyter, quoad vixerit, sit perpetuus vicarius et habeatur ab omnibus perpetuo vicarius in eadem ecclesia de Ansa et omnes fructus et redditus, obventiones et proventus ipsius ecclesie, quicumque sint, undecumque proveniant et in quibuscumque consistant, plene, libere et quiete, integre ac sine diminutione et reductione aliqua percipiat et habeat, ac dictam vicariam ipsius ecclesie possideat pacifice et quiete, omnia tamen onera ipsius ecclesie supportando, ita tamen quod idem dompnus Bernardus annuatim in dedicatione beati Michaelis de septembri, apud Lugdunum, eidem magistro Petro Corderii vel cuicumque ipse mandaverit, viginti libras viennenses teneatur sine difficultate aliqua exhibere, incipiens solutionem hujusmodi facere in predicto festo dedicationis sancti Michaelis proximo futuro; et dictus magister Petrus Corderii nec per se nec per alios super dicta vicaria et redditibus, et obventionibus ejusdem ecclesie possit eundem dompnum B., quoad vixerit, turbare, nec in judicio vel extra in aliquo molestare. Post mortem vero dicti dompni Bernardi, prefata ecclesia remaneat eidem magistro Petro Corderii libera et absoluta, ut de ipsa, tam de vicaria quam de aliis circa ecclesiam ipsam, tamquam rector legitimus disponat, si eidem dompno B. supravixerit, prout de jure viderit expedire. Predicta autem universa et singula, sub debito predicti prestiti juramenti et pena centum marcarum argenti hinc inde sollempniter stipulata a parte non observante ea parti observanti prestanda, auctoritate predicta a domino papa commissa nobis. arbitraria etiam potestate, ab eisdem partibus precipimus inviolabiliter observari. Idem vero magister Petrus Corderii pro se, et Petrus de Fornellis, procurator dicti dompni B., procuratorio nomine pro eodem constituti in presentia nostra universa et singula supradicta ratificaverunt, emologaverunt et acceptaverunt sponte et sollempniter coram nobis. Ad certitudinem vero et perpetuam memoriam omnium premissorum, ea per discretum virum magistrum Symonem de Reate, publicum notarium, publicari fecimus et nichilominus presens instrumentum ad majorem cautelam nostro sigillo muniri. Tulimus namque et promulgavimus predictam ordinationem provisionem, statutum, mandatum, decretum ac arbitrium, sub forma predicta, apud Urbemveterem, in hospitio predicti domini cardinalis Mathei, in presentia horum

testium scilicet : magistri Willelmi Morini clerici Bituricensis diocesis ; magistrorum Johannis de Aquilegia ; Vincentii, canonici Civitatensis ; et Oliverii de Littera, predicti domini Mathei cardinalis cappellanorum, et magistri Petri Guillelmi, canonici sancti Severini Burdegalensis, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum testium, anno Domini M°CC°LXIIII°, indictione vii, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, mense martii die quintadecima. Ego Symon de Reate, apostolice sedis auctoritate notarius, prolationi predictorum ordinationis, provisionis, statuti, arbitrii, decreti, diffinitionis et mandati interfui, et ea omnia, ut superius continentur, una cum tenoribus suprascriptis, de mandato et auctoritate predicti archidiaconi, rogatus etiam a predictis partibus, scripsi et in publicam formam redegi sub anno et indictione et coram testibus suprascriptis. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc.. Datum apud Urbemveterem, iii nonas aprilis, anno tertio. »

**1033** Orvieto, 3 avril 1264.

Abbati Athanacensi Lugdunensi praedictae committit executionem sententiae. (Reg. 29, fol. 40 v°, n° 82.)

« *Abbati Athanacensi Lugdunensi.* Exhibita nobis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, iii nonas aprilis, anno tertio. »

**1034** Orvieto, 9 avril 1264.

Poltrono de Guidalardis praebendam in ecclesia Vercellensi confert, medietate proventuum ejusdem praebendae praebendaque proximo vacatura Ferracano de Rovesena [1], reservatis, secundum arbitralem sententiam ab Uberto, s. Eustachii diacono cardinali, editam. (Reg. 29, fol. 40 v°, n° 83.)

« *Ferracano de Rovesena, canonico ecclesie sancte Marie Vercellensis.* Ea que judicio, etc.. usque communiri. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, in causa que inter te ac dilectum filium Poltronum de Guidalardis, canonicum ecclesie sancte Marie Vercellensis, super quadam prebenda que fuit Symonis Alzati, quondam ipsius ecclesie canonici, in qua uterque vestrum se dicebat habere jus, vertebatur, ad sedem apostolicam legitime devoluta, venerabilem fratrem nostrum . . episcopum Penestrinum, dederit partibus auditorem, tandem, lite coram eo legitime contestata, factisque positionibus et responsionibus ad easdem, partes ipse volentes vitare litigiorum anfractus ac viam pacis et concordie amplectentes, videlicet tu presentialiter pro te, ac dilectus filius magister Symon, canonicus Vercellensis, scriptor noster, pro eodem Poltrono, a quo habebat super hoc speciale mandatum, in dilectum filium nostrum U., sancti Eustachii diaconum cardinalem, tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem super eadem prebenda et ejus fructibus alte et basse compromittere, ac ipsius ordinationi, diffinitioni vos submittere curavistis, corporali super hoc prestito juramento. Idem vero cardinalis hujusmodi compromisso recepto, et a nobis ordinandi, statuendi, providendi, declarandi et diffiniendi super predicta prebenda et ejus fructibus, prout sibi expediens videretur, auctoritate ac plena et libera potestate obtentis, ac visis et auditis juribus utriusque partis et plene discussis, ac juris ordine observato, tam auctoritate sibi a nobis in hac parte commissa quam arbitraria ordinavit, arbitratus fuit, statuit, providit, et diffinivit quod idem Poltronus predictam prebendam cum omnibus juribus et pertinentiis suis habeat, teneat et possideat pacifice et quiete, ac ipsam ad eum pertinere declarans sibi sententialiter adjudicavit eandem, super ea tibi perpetuum silentium imponendo. Idem quoque cardinalis, de speciali mandato nostro, arbitratus fuit, ordinavit, statuit et providit quod tu tamdiu medietatem omnium proventuum predicte prebende, distributionibus cotidianis exceptis, habeas et percipias, donec prebendam in sepedicta ecclesia fueris pacifice assecutus, et fructus perceperis ex eadem. Prebendam vero primo in dicta ecclesia vacaturam nulli alii et tibi de jure debitam conferendam tibi donationi apostolice reservavit, decernens irritum et inane, si secus de hujusmodi prebenda vacatura, apostolica vel alia quavis auctoritate, a quoquam contigerit attemptari, non obstante —, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius cardinalis, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem cardinali factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus, etc., usque communimus.

Tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Presidente rationis imperio —. Sane inter Poltronum de Guidalardis et Ferracanum de Rovescenda, canonicos ecclesie sancte Marie Vercellensis, super quadam prebenda que fuit

1. Ce nom est écrit plus bas *Rovescenda*.

Symonis Alzati, quondam ipsius ecclesie canonici, orta materia questionis, felicis recordationis dominus Alexander papa IIII in causa hujusmodi ad sedem apostolicam legitime devoluta, venerabilem in Christo patrem, dominum Stephanum, Dei gratia Penestrinum episcopum, dedit partibus auditorem. Coram quo lite legitime contestata factisque positionibus et responsionibus ad easdem, partes ipse volentes vitare litigiorum anfractus et viam pacis amplectentes, videlicet idem Ferracanus pro se, ac magister Symon, canonicus Vercellensis, domini pape scriptor, pro eodem Poltrono, a quo habebat ad componendum et compromittendum et ad prestandum in animam ipsius cujuslibet generis juramentum speciale mandatum, in nos, Ubertum, miseratione divina sancti Eustachii diaconum cardinalem, tanquam in arbitrum, arbitratorem seu amicabilem compositorem super eadem prebenda et ejus fructibus alte et basse, compromittere ac nostre ordinationi et diffinitioni super hoc se submittere curaverunt, de observando nostro arbitrio, diffinitione seu ordinatione ab eodem Ferracano in sua et a dicto scriptore in ipsius Poltroni animabus corporali prestito juramento, prout in instrumento publico inde confecto plenius continetur. Nos itaque, recepto hujusmodi compromisso et a sanctissimo patre domino Urbano papa IIII ordinandi, statuendi, providendi, declarandi et diffiniendi super dicta prebenda et ejus fructibus, prout nobis expediens videretur, auctoritate ac plena et libera potestate obtentis, audivimus que partes predicte voluerunt proponere coram nobis, ac visis et discussis juribus utriusque partis, tam auctoritate nobis ab eodem domino papa in hac parte commissa quam arbitraria, arbitramur, ordinamus, statuimus, providemus et diffinimus quod idem Poltronus predictam prebendam que fuit dicti Symonis Alzati cum omnibus juribus et pertinentiis suis habeat, teneat et possideat pacifice et quiete, ac ipsam ad eum pertinere declaramus et sibi sententialiter adjudicamus eandem, super ea dicto Ferracano perpetuum silentium imponendo. Arbitramur quoque, de ejusdem domini speciali mandato, ordinamus, statuimus ac providemus quod idem Ferracanus tamdiu medietatem omnium proventuum predicte prebende predicto Poltrono adjudicate, exceptis cotidianis distributionibus, percipiat et habeat donec prelibatus Ferracanus prebendam in sepedicta ecclesia sancte Marie fuerit pacifice assecutus, et fructus perceperit ex eadem, quam prebendam nulli alii et sibi de jure debitam primo in predicta ecclesia vacaturam, per suum executorem conferendam eidem Ferracano, donationi apostolice, reservamus, decernentes irritum et inane si secus de hujusmodi prebenda vacatura, apostolica vel alia quavis auctoritate, a quoquam contigerit attemptari, non obstante si aliqua prebenda eidem Ferracano de jure debita vacavit in memorata ecclesia que alii sit collata, super qua prelibatus Ferracanus forsitan jus suum omisit prosequi negligenter, per quod super assecutione prebende in dicta ecclesia decernimus nullum sibi debere seu posse generari prejudicium vel obstaculum interponi. Lata et recitata fuit hec ordinatio seu arbitrium apud Urbemveterem, in camera nostra, presentibus testibus ad hec vocatis venerabili patre Johanne, archiepiscopo Sancte-Severine; Luca, priore ecclesie sancti Petri extra portam Spoletanam; Carrando, archipresbytero de Grana, Astensis diocesis; presbytero Henrico de Viqueria, Terdonensis diocesis; presbyteris Petro sancti Juliani et Jacobo sancti Michaelis ecclesiarum Vercellensium cappellanis, presentibus etiam prenominatis scriptore et Ferracano qui predictam ordinationem seu arbitrium instanter acceptarunt et ratum habuerunt. In cujus rei testimonium et futuram memoriam premissorum, prescriptam ordinationem seu arbitrium nostrum per infrascriptum tabellionem nostrum scribi et publicari mandavimus et sigilli nostri appensione muniri, sub anno Domini M°CC°LXIIII° die xIII intrante martio, indictione vII, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio. Ego, Paris de Spoleto, notarius publicus, prolationi predicte ordinationis seu arbitrii presens interfui et, ut supra legitur, mandato predicti domini cardinalis scripsi, publicavi et meo signo consueto signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno tertio. »

**1035** Orvieto, 9 avril 1264.

Infrascriptis praedictae committit executionem sententiae. (Reg. 29, fol. 41, n° 84.)

« *Priori s. Vincentii de Caballiaca, Vercellensis diocesis, et Gualoni de Advocatis, canonico Vercellensi.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno tertio. »

**1036** Orvieto, 9 avril 1264.

Petro praebendam in ecclesia s. Gaudentii Novariensis ab

Uberto, s. Eustachii diacono cardinali, arbitraria potestate adjudicatam. confirmat. (Reg. 29, fol. 41, n° 85.)

« *Petro presbytero, canonico ecclesie sancti Gaudencii Novariensis*. Ea que judicio, etc., usque communimus. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod inter te ac dilectum filium Villanum Johannis Lasangne, canonicum ecclesie sancti Gaudentii Novariensis, super quadam prebenda que in ipsa ecclesia vacavit per mortem magistri Petri de Monticello, ejusdem ecclesie canonici, in qua uterque vestrum se jus habere dicebat, orta materia questionis, nos in causa hujusmodi per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluta, dilectum filium nostrum U., sancti Eustachii diaconum cardinalem, dedimus partibus auditorem. Verum, lite coram eodem cardinali in causa ipsa legitime contestata factisque positionibus et responsionibus ad easdem, tu et idem Villanus, volentes vitare litigiorum anfractus et viam pacis et concordie amplectentes in eundem cardinalem, reservata sibi judiciaria potestate, tamquam in arbitrum, arbitratorem, ordinatorem, diffinitorem seu amicabilem compositorem super dicta prebenda ejusque fructibus alte et basse compromittere ac sue ordinationi, diffinitioni et arbitrio, sponte ac libere vos submittere curavistis, corporali super hoc prestito juramento. Idem autem cardinalis, hujusmodi compromisso recepto et a nobis ordinandi, statuendi, providendi, declarandi, arbitrandi et diffiniendi super dicta prebenda et ejus fructibus, prout sibi expediens videretur, speciali obtenta licentia et mandato, visis et auditis juribus utriusque partis ac plene discussis, et juris ordine observato, dixit, ordinavit et arbitratus fuit et etiam diffinivit, quod tu dictam prebendam habeas, teneas, possideas pacifice et quiete, ac ipsam ad te pertinere declarans, tibi sententialiter adjudicavit eandem, super ipsa dicto Villano perpetuum silentium imponendo, prout in instrumento inde confecto, sigillato sigillo ipsius cardinalis plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem cardinali factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Presidente rationis imperio, etc., usque judicentur. Sane inter presbyterum Petrum et Villanum Johannis Lasangne canonicos ecclesie sancti Gaudentii Novariensis super prebenda ipsius ecclesie que per mortem magistri Petri de Monticello in eadem vacavit ecclesia, orta in Romana curia materia questionis, sanctissimus pater dominus Urbanus papa IIII nos Ubertum, miseratione divina sancti Eustachii diaconum cardinalem, in causa hujusmodi dedit predictis partibus auditorem. Comparentibus itaque predictis presbytero et Villano personaliter coram nobis, idem Villanus contra dictum presbyterum libellum obtulit in hunc modum :

« Coram vobis, venerabili patre domino Uberto, » sancti Eustachii diacono cardinali, partibus auditore » concesso, dicit et proponit Villanus, natus Johannis » Lasangne, canonicus ecclesie sancti Gaudentii Novariensis, contra presbyterum Petrum qui dicit se » ejusdem ecclesie canonicum, quod olim idem Villanus in prefata ecclesia sancti Gaudentii auctoritate litterarum domini G. de Montelongo, olim in » partibus Lombardie apostolice sedis legati, receptus » extitit in canonicum et in fratrem, et tandem sibi » de prebenda ibidem vacante per mortem magistri » Petri de Monticello, quondam ejusdem ecclesie canonici, provisum fuit auctoritate apostolica et idem » Villanus de ipsa extitit investitus, dictus presbyter » de eadem prebenda sibi de facto provideri fecit, » licet nullum jus habeat in eadem. Quare petit dictus » Villanus per vestram sententiam declarari predictam » prebendam ad ipsum Villanum de jure spectare » ac pertinere, et eam sibi adjudicari cum omnibus » juribus et pertinentiis suis, et prefato presbytero » imponi perpetuum silentium super ipsa. Hec petit » cum fructibus inde perceptis, petit etiam expensas » factas et protestatur de faciendis, quas tempore sententie declarabit, salvo jure, etc. »

« Lite igitur coram nobis super jamdicto libello legitime contestata, juramento de veritate dicenda hinc inde prestito factisque positionibus et subsecutis responsionibus ad easdem, ac datis articulis, partes ipse volentes vitare litigiorum anfractus et viam pacis et concordie amplectentes, suis parcendo laboribus et expensis[1] in nos, reservata nobis judiciaria potestate, tamquam in arbitrum, arbitratorem, ordinatorem, diffinitorem seu amicabilem compositorem super eadem prebenda et ejus fructibus alte et basse compromittere ac nostre ordinationi, diffinitioni et arbitrio sponte ac libere se submittere curaverunt, de observandis ordinatione, diffinitione seu arbitrio nostro ab eisdem corporali prestito juramento, prout in instrumento publico per infrascriptum tabellionem inde confecto, plenius continetur. Nos itaque, recepto in nos

1. ms : *expendis*.

hujusmodi compromisso, obtentaque a predicto domino nostro Urbano papa ordinandi, statuendi, providendi, declarandi et arbitrandi ac diffiniendi super dicta prebenda et ejus fructibus speciali licentia et mandato, prout nobis expediens videretur, visis etiam et auditis juribus utriusque partis, et discussis actis habitis coram nobis, auditis preterea allegationibus omnibus que partes ipse coram nobis proponere, allegare et dicere voluerunt, habitaque plena deliberatione nobiscum et consilio cum peritis, dicimus, ordinamus, arbitramur ac etiam diffinimus quod dictus presbyter Petrus predictam prebendam que fuit dicti magistri Petri de Monticello, habeat, teneat et possideat pacifice et quiete, ac ipsam ad eum pertinere declaramus et sibi sententialiter adjudicamus eandem, super ea dicto Villano perpetuum silentium imponentes. Et ne dictus Villanus spe quam de ordinatione sive arbitrio nostro concepit, omnino frustretur sed ex ea commodum assequatur, de ejusdem domini speciali mandato et auctoritate, arbitramur, ordinamus, statuimus ac providemus quod dictus Villanus tamdiu medietatem fructuum et proventuum perceptorum et percipiendorum de ipsa prebenda a tempore vacationis ipsius habeat et percipiat, cotidianis distributionibus duntaxat exceptis, donec due prebende vacabunt in ecclesia supradicta. Et si dictus Villanus prebendam proximo vacaturam in dicta ecclesia pacifice fuerit assecutus extunc vel postquam due prebende vacabunt in dicta ecclesia, fructus et proventus dicte prebende dicto presbytero Petro adjudicate, ipsi presbytero integre remaneant, et ad prestationem dicte medietatis eidem Villano nullatenus teneatur. Decernimus etiam predicta auctoritate ut dictus Villanus aliam prebendam vacaturam in dicta ecclesia nulli alii et sibi de jure debitam assequatur, et quod idem Villanus ad onera quelibet que ipsi presbytero ratione dicte prebende quomodolibet imponentur et taliabuntur, nullatenus teneatur. Mandamus insuper prescriptam ordinationem nostram seu arbitrium, sub debito prestiti juramenti, ab ipsis partibus inviolabiliter observari. Lata et recitata fuit hec ordinatio seu arbitrium apud Urbemveterem, in camera nostra, presentibus testibus ad hec vocatis fratre Ruffino, de ordine Minorum, domini pape penitentiario; Guidone de Aramengo, preposito Gariensi, Taurinensis diocesis; Ranerio, canonico Novariensi; Maza, canonico sancti Secundi Astensis; et Nicolao de Cannario, clerico nostro; et predictis presbytero Petro et Villano qui statim ordinationem seu arbitrium hujusmodi acceptarunt. In cujus rei testimonium et futuram memoriam premissorum, prescriptam ordinationem nostram seu arbitrium per infrascriptum tabellionem nostrum scribi et publicari mandavimus et sigilli nostri appensione muniri, sub anno Domini M°CC°LXIIII°, die octavo exeuntis martii indictione VII, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio. Et ego Paris de Spoleto, notarius publicus, prolationi hujusmodi ordinationis seu arbitrii presens interfui, et mandato predicti domini cardinalis, ut supra legitur, scripsi, publicavi et meo signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, V idus aprilis, anno tertio. »

**1037** Orvieto, 9 avril 1264.

Archipresbytero ecclesiae Novariensis praedictae committit executionem sententiae. (Reg. 29, fol. 42, n° 86.)

« *Archipresbitero ecclesie Novariensis.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, V idus aprilis, anno tertio. »

**1038** Orvieto, 6 mars 1264.

Ordinationem de praebendis ecclesiae Monasteriensis-in-Minevelt, Treverensis diocesis, a magistro Laurentio, notario apostolico, editam, confirmat. (Reg. 29, fol. 42, n° 87.)

» *Henrico de sancto Hernuali, canonico ecclesie Monasteriensis in Minevelt, Treverensis diocesis.* Ea que judicio etc., usque communiri. Sane lecta coram nobis tua petitio continebat quod nos, in causa que inter te, et dilectum filium Theodoricum de Rineche, clericum Treverensis diocesis, super prebenda que vacavit in ecclesia Monasteriensi per mortem magistri Bartholomei, ejusdem ecclesie canonici, vertebatur, ad sedem apostolicam per appellationem legitime devoluta, dilectum filium magistrum Dallinatem de Neapoli, cappellanum nostrum, dedimus partibus auditorem. Verum tu et dictus Theodoricus, bonum pacis et concordie acceptantes, ordinationi dilecti filii magistri Laurentii, notarii nostri, vos concorditer submisistis, qui obtenta a nobis ordinandi, disponendi et providendi libera vive vocis oraculo facultate, ordinavit quod tu prebendam obtineres eandem, providit tibi de illa teque de ipsa per suum pileum investivit ac decrevit irritum et inane si secus de ea a quoquam contigerit attemptari, prout in litteris inde confectis et ipsius magistri Laurentii sigillo munitis, plenius continetur.

Nos igitur tuis supplicationibus inclinati, quod per eundem magistrum Laurentium pro te in hac parte factum est, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Inter Henricum de Sancto-Arnuali, canonicum ecclesie Monasteriensis in Minevelt, Treverensis diocesis, et Theodoricum de Rineche, clericum ejusdem diocesis, super quadam prebenda que vacavit in ipsa ecclesia per mortem magistri Bartholomei, ejusdem ecclesie canonici, et in qua uterque ipsorum se jus habere dicebat, materia questionis exorta, sanctissimus pater et dominus Urbanus papa IIII venerabilem virum magistrum Dalfinatem de Neapoli cappellanum suum in causa hujusmodi per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluta, dedit partibus auditorem. Coram quo idem Theodoricus libellum obtulit sub hac forma :

« Coram vobis, magistro Dalfinate, domini pape cap-» pellano, generali auditore causarum, proponit Theo-» doricus de Rineche, canonicus Monasteriensis, contra » Henricum clericum, qui ejusdem ecclesie se canoni-» cum asserit, et procuratorem ejus pro eo dicens quod, » licet felicis recordationis Petrus Capocius, sancti » Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis, tunc » in partibus Alamanie apostolice sedis legatus, sub » certa forma per suas litteras mandasset scolastico » sancti Florini in Confluentia, predicte diocesis, ut » eundem Th., qui nullum erat ecclesiasticum benefi-» cium assecutus, in dicta ecclesia Monasteriensi re-» cipi faceret in canonicum et in fratrem et provideret » vel faceret provideri sibi de prebenda, siqua tunc » vacabat ibidem vel quamcito ad id se facultas offer-» ret, cum hoc sibi ex potestate domini pape sibi tra-» dita competeret, et prepositus et capitulum ipsius » ecclesie fuissent moniti diligenter, auctoritate hujus-» modi litterarum, ac prebenda quam quondam ma-» gister Bartholomeus, ipsius ecclesie canonicus, obti-» nuit in eadem ecclesia, post presentationem et visum » predictarum litterarum ac decretum pro ipso Th. in-» terpositum et postquam prepositus et capitulum » fuerunt moniti super receptione et provisione ipsius, » vacaverit, dictus tamen Henricus, sibi contra justi-» tiam se opponens, impedit ipsum Th. quominus » prebendam habeat supradictam. Quare petit per » vestram sententiam declarari sibi providendum esse » de dicta prebenda eamque sibi conferri et adjudicari » ac decerni predictam prebendam pertinere ad ipsum ; » petit expensas factas quas extimat centum marcas » argenti, et protestatur faciendas, salvo jure etc. »

« Lite igitur super hujusmodi libello legitime contestata, factis positionibus et responsionibus ad easdem, tandem, cum nos, magister Laurentius, ipsius domini pape notarius, scolasticus Treverensis, partes induceremus ad concordiam, Henricus et Theodoricus predicti super jure si quod ipsis in eadem prebenda fuerat acquisitum, sponte ac libere in nos compromittere curaverunt, prout in instrumento publico inde confecto, cujus tenor de verbo ad verbum annotatur inferius, plenius continetur. Idem quoque dominus papa, hujusmodi compromissum ratum habens et firmum, ordinandi, disponendi, statuendi et providendi de ea et de quadam alia prebenda, que postmodum in prefata ecclesia per mortem Johannis Calardi, ipsius ecclesie canonici, vacavit, et conferendi eas prout nobis expediens videretur, commisit nobis vive vocis oraculo auctoritatem ac plenam et liberam potestatem. Nos itaque, attendentes quod predicta prebenda que fuit ipsius magistri Bartholomei, tibi, Henrice, auctoritate litterarum ipsius domini pape collata fuerat, ordinamus, disponimus, statuimus et providemus auctoritate et potestate nobis ab eodem domino papa in hac parte commissa, quod tu, Henrice, predictam prebendam que fuit dicti magistri Bartholomei, habeas et possideas, et eam tibi, familiari nostro, conferimus tibique providemus de illa, et te de ipsa per nostrum pileum investimus, decernentes irritum et inane si secus de prefata prebenda a quoquam contigerit attemptari. Auctoritate autem et potestate hujusmodi tibi, Theodorice, concedimus ut per renuntiationem seu compromissum hujusmodi super alia prebenda tibi in dicta ecclesia de jure debita, nullum possit tibi generari prejudicium vel obstaculum interponi, ac nichilominus predictam prebendam que fuit ipsius Johannis, si alii non debeatur de jure, tibi conferimus, et providemus de illa, et te de ipsa per nostrum pileum investimus, decernentes te recipiendum in canonicum dicte ecclesie ad prefatam prebendam, si alii non debeatur, vel aliam, cum primum obtulerit se facultas, si aliquid canonicum non obsistat, ac revocantes in irritum et inane si secus de prefata prebenda a quoquam contigerit attemptari, non obstante si —.

» Tenor autem ipsius instrumenti talis est :

« In nomine Domini amen. Anno nativitatis ejusdem » M°CC°LXIII°, XVI kalendas julii, indictione VI, » pontificatus domini Urbani pape IIII, anno secundo, » in presentia mei Raynerii, judicis, et testium subs-» criptorum ad hoc vocatorum et rogatorum, Theo-

» doricus de Runueche, clericus Treverensis diocesis, » ex parte una, et Henricus de Sancto-Arnuali, clericus » Metensis diocesis, ex parte altera, sponte, communi » concordia et voluntate compromiserunt in venerabi- » lem virum magistrum Laurentium, domini pape no- » tarium, de lite et questione que inter eos erant et » vertebantur aut esse vel verti possent super pre- » benda ecclesie Monasteriensis in Meinevelt, Treve- » rensis diocesis, quam uterque ipsorum ad se de jure » spectare dicebat, tamquam in arbitrum, arbitratorem » et amicabilem compositorem et ordinatorem, suppo- » nentes se laudo, arbitrio et ordinationi, statuto, » provisioni et amicabili compositioni et sententie » ipsius magistri L. simpliciter et absolute, alte et » basse, ita quod possit super predictis omnibus et » singulis arbitrari, laudare, statuere, providere, or- » dinare, sententiare et diffinire, vocatis pluribus et » non vocatis, presentibus partibus et absentibus, una » absente et alia presente, in scriptis et sine scrip- » tis, diebus feriatis et aliis, juris ordine observato et » non observato, prout sibi visum fuerit expedire, et » promiserunt inter se ad invicem, fide hinc inde pres- » tita et sub periculo ipsius cause, stare et parere in » totum et per omnia laudo, arbitrio et arbitratui, or- » dinationi, statuto, sententie, provisioni et amicabili » compositioni ipsius domini L., ut superius est ex- » pressum, et contra non venire per se vel per alium, » aliquo modo vel jure, sub obligatione omnium bo- » norum suorum ecclesiasticorum et mundanorum, » presentium et futurorum, acceptantes exnunc quic- » quid super hoc laudatum, arbitratum, ordinatum, pro- » visum, statutum seu sententiatum fuerit per eundem » magistrum L.; et renuntiarunt omni appellationi, re- » clamationi et omni juris et legis auxilio, speciali et » generali, sibi vel alicui eorum competenti aliquo- » modo vel patrocinanti. Actum apud Urbemveterem, » in domo in qua moratur idem dominus Laurentius, » presentibus testibus, magistro Johanne de Vallico- » lore, physico; magistro Bertoldo et magistro War- » nero, canonicis sancti Paulini Treverensis; magistro » Henrico de Salaudia; et Petro dicto *Grin*, rectore ec- » clesie de Ramonille, Treverensis diocesis. Ego Ray- » nerius de Fuligino olim domini Scolay filius, aucto- » ritate sancte Romane ecclesie judex et notarius, » predictis omnibus interfui et ea rogatus scripsi et » publicavi. In cujus rei testimonium, presens instru- » mentum sive presentem ordinationem per Jacobum » de Parma, tabellionem publicum, mandavimus pu- » blicari et eam fecimus sigilli nostri munimine ro- » borari. Actum apud Urbemveterem, in hospicio dicti » domini Laurentii, anno nativitatis Domini M°CC° » LXIII°, indictione VII, sexto kalendas octobris, pon- » tificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, pre- » sentibus domino Beumundo, canonico majoris ecclesie » Treverensis; domino Adulfo, canonico sancti Paulini » Treverensis; magistro Therrico, officiali Metensi; » magistro Alano, rectore ecclesie de Plenic, Briocen- » sis diocesis; Corrado, canonico ecclesie de Diekirke, » Treverensis diocesis; fratre Nicolao, monacho mo- » nasterii Montis-Virginis; Lodoyco, clerico; et Alber- » tino de Parma, familiaribus dicti domini Laurentii, » testibus rogatis. »

« Et ego Jacobus, filius quondam Alberti Clermonde de Parma, publicus apostolica auctoritate tabellio, prolationi dicte sententie seu ordinationis interfui et predicta omnia, ut supra leguntur, de mandato dicti domini Laurentii, scripsi et publicavi meoque signo signavi rogatus. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, II nonas martii, anno tertio. »

**1039** Orvieto, 6 mars 1264.

Abbati monasterii s. Mathiae extra muros Treverenses mandat quatenus praedictum Henricum de s. Arnuali in possessionem praebendae inducat. (Reg. 29, fol. 42 v°, n° 88.)

« *Abbati monasterii s. Mathie extra muros Treverenses.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, II nonas martii, anno tertio. »

**1040** Orvieto, 8 avril 1264.

Ordinationem praedictam n° 1038 signatam, quoad Thedericum de Rineche, confirmat. (Reg. 29, fol. 43, n° 89.)

« *Thederico de Rineche, clerico Treverensis diocesis.* Ea que judicio etc. usque communiri. Sane lecta coram nobis tua petitio continebat quod nos, in causa que inter te et dilectum filium Henricum de sancto Arnuali, canonicum ecclesie Monasteriensis in Meinevelt, super prebenda que vacavit in eadem ecclesia per mortem magistri Bartholomei, ejusdem ecclesie canonici, vertebatur, per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluta, dilectum filium magistrum Dalfinatem de Neapoli, cappellanum nostrum, dedimus partibus auditorem. Verum tu et dictus Henricus bonum pacis et concordie acceptantes, ordinationi dilecti filii magistri Laurentii, notarii nostri, vos concorditer

summisistis, qui, obtenta a nobis ordinandi, disponendi et providendi tam de ipsa quam de quadam alia prebenda que vacavit ibidem postmodum per mortem Johannis Calardi, ejusdem ecclesie canonici, seu alia proxime vacatura, libera vive vocis oraculo facultate, ordinavit quod dictus Henricus prebendam predictam que ibidem primo vacaverat obtineret; tibi vero aliam prebendam que postmodum ibidem vacavit, si alii non debetur, duxit auctoritate mandati hujusmodi conferendam, providit tibi de illa teque de ipsa per suum pileum investivit ac decrevit irritum et inane si secus de ea a quoquam contigerit attemptari, decernens te ad eandem prebendam, si alii, ut predictum est, non debeatur, alioquin ad aliam, quamprimum ad id se facultas obtulerit, in canonicum ecclesie predicte recipi debere, si aliquid canonicum non obstaret. Alia quoque pro te ordinavit et statuit, prout in litteris inde confectis et ipsius magistri Laurentii sigillo munitis, plenius continetur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, quod per eundem magistrum Laurentium pro te in hac parte factum est, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus.

Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Inter Henricum de sancto-Ernuali etc., ut supra de verbo ad verbum, in capitulo [1] usque in finem. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, VI idus aprilis, anno tertio. »

**1041** Orvieto, 10 avril 1264.

Thesaurario ecclesiae s. Georgii Coloniensis mandat quatenus Theodoricum de Rineche in possessionem praebendae per mortem Johannis vacantis inducat. (Reg. 29, fol. 43, nº 90.)

« *Thesaurario ecclesie s. Georgii Coloniensis.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, IIII idus aprilis, anno tertio. »

**1042** Orvieto, 18 mars 1264.

Magistro Petro de Sancto-Mario archidiaconatum Surreiae, Wintoniensis diocesis, confert. (Reg. 29, fol. 43, nº 91.)

« *Magistro Petro de Sancto-Mario, cappellano nostro, archidiacono Surreie, Wintoniensis diocesis* [1]. Laudabilis conversationis et —. Sane, constitutus in nostra et fratrum nostrorum presentia, proponere curavisti quod bone memorie Ademarus, Wintoniensis episcopus, tunc electus, archidiaconatum Surreye vacantem, cum ecclesia de Farnham et cappellis suis eidem archidiaconatui annexa, Wintoniensis diocesis, quorum collatio pertinebat ad ipsum, tibi canonice contulit et te investivit de ipsis, et in eorumdem archidiaconatus, ecclesie et cappellarum corporalem possessionem fecit induci, quos aliquandiu possedisti pacifice et quiete. Postmodum autem, quibusdam innovationibus emergentibus in regno Anglie, idem episcopus et tu cum eo, cujus clericus et familiaris eras, fuistis regnum ipsum exire coacti, sicque magister Oliverius de Traci, clericus Exoniensis diocesis, in archidiaconatu et ecclesia predictis se temere procuravit intrudi, eos diu detinens occupatos in tuum prejudicium et gravamen. Demum vero felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, ipsius episcopi supplicationibus inclinatus, volens clericis et familiaribus ejusdem episcopi, qui occasione impensi sibi servitii fuerant injuste suis beneficiis spoliati, super hoc congrue providere, omnes intrusiones factas in beneficiis, personatibus et dignitatibus clericorum predicti episcopi denuntiavit irritas et inanes et quatenus de facto processerunt, penitus revocavit, injuncto venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Turronensi, et dilecto filio fratri Velasco, de ordine Minorum, cappellano et penitentiario nostro, per litteras suas ut intrusiones hujusmodi denuntiarent et per alios denuntiari facerent irritas et inanes, ac intrusos in ecclesiis, beneficiis, personatibus et dignitatibus eorumdem clericorum ab ipsis penitus amoverent, et predictos clericos vel eorum procuratores, ipsorum nomine, in corporalem possessionem eorundem personatuum, beneficiorum, ecclesiarum et dignitatum per se vel per alios reducerent et tuerentur reductos, facientes ipsos illorum pacifica possessione gaudere, ac ipsis de fructibus perceptis ex eis et qui percipi potuerunt, satisfactionem congruam exhiberi. Sane idem archiepiscopus, prout ex tenore litterarum hujusmodi poterat, predictum Oliverium, qui eosdem archidiaconatum, ecclesiam de Far-

1. Le copiste a oublié de mettre ici le numéro.

1. Le Registre porte en marge cette note : *Hanc litteram legit vicecancellarius coram domino nostro et tandem, post binam lectionem, placuit domino quod ostenderetur domino Jordano cardinali qui tenuit eam per triduum, et tandem remisit vicecancellario expediendam; demum vicecancellarius dixit hoc domino nostro, ipso domino cardinali presente et dicente quod juste poterat expedire, et dominus tunc mandavit quod expediretur.*

nham et cappellas occupatos tenebat, propter hoc ad suam presentiam evocavit, quo non curante coram ipso archiepiscopo in prefixo sibi termino peremptorio per se vel per alium comparere, dictus archiepiscopus, cum sibi de collatione hujusmodi tibi facta de archidiaconatu, ecclesia de Farnham et cappellis predictis per eundem episcopum legitime constaret et intrusio ipsius Oliverii in illis partibus esset notoria, dilecto filio.. officiali Cantuariensi, mandavit ut te vel procuratorem tuum, nomine tuo, in ipsorum possessionem induceret et tueretur inductum. Porro, dicto Oliverio eosdem archidiaconatum, ecclesiam de Farnham et cappellas libere dimittente, idem officialis te verbo, prout potuit, in illorum possessionem reduxit; quorum corporalem possessionem propter potentiam et resistentiam venerabilis fratris nostri . . Wintoniensis episcopi, rehabere minime potuisti. Ipse namque, ad quem collatio predictorum archidiaconatus, ecclesie et cappellarum, cum eos vacare contingit, pertinet, non ignorans quod tu eos, cum id in illis partibus esset notorium, fueras canonice assecutus et aliquandiu possederas pacifice et quiete, illos magistro Riccardo de Sancto-Gorono, cappellano nostro, auctoritate propria de facto contulit pro sue libito voluntatis. Propter quod, quamcito id ad tuam pervenit notitiam, ad sedem apostolicam appellasti, nobis humiliter supplicans ut hujusmodi collationem factam de archidiaconatu, ecclesia de Farnham et cappellis predictis eidem magistro Riccardo per eundem episcopum, nuntiaremus irritam et inanem ac tibi eosdem archidiaconatum, ecclesiam et cappellas cum fructibus perceptis et qui percipi potuerunt, restitui faceremus. Licet autem predictus magister Riccardus coram nobis et eisdem fratribus collationem tibi factam de archidiaconatu, ecclesia et cappellis predictis per eumdem Ademarum episcopum confessus fuerit et te aliquando fuisse in possessione illorum, negavit tamen te ipsos pacifice possedisse, asserens predictam collationem tibi factam de illis non tenere pro eo quod venerabilis frater noster Walterius, Exoniensis episcopus, qui eosdem archidiaconatum, ecclesiam et cappellas obtinebat ante predictam collationem tibi factam de illis, sibi ab eadem sede obtinuerat indulgeri ut si eum ad aliam dignitatem evocari contingeret, posset beneficia sua que tunc habebat, licite retinere, nec possent alicui apostolica vel alia quacumque auctoritate conferri; propter quod tibi facta de illis collatio non valebat. Adjecit etiam idem magister Riccardus quod dictus Exoniensis episcopus predictos archidiaconatum et ecclesiam libere postmodum resignavit, ad quos, tamquam ad vacantes, carissimus in Christo filius noster.. illustris rex Anglie, predictum Oliverium venerabili fratri nostro.. Cantuariensi archiepiscopo, presentavit, quem dictus archiepiscopus instituit in eisdem; demum autem eodem Oliverio predictos archidiaconatum et ecclesiam resignante, idem J., Wintoniensis episcopus, prout ad eum spectabat, illos magistro Riccardo contulit supradicto.

Ex hiis autem pro parte tua contra eundem magistrum R. arguebatur aperte quod, etiam si verum esset illud quod ipse de indulgentia hujusmodi predicto Exoniensi episcopo concessa, que tamen numquam fuit coram nobis exhibita, proponebat, ipse tamen, secundum sue assertionis seriem, nullum jus habebat in archidiaconatu et ecclesia supradictis; respondit enim interrogatus a nobis quod, eo tempore quo per resignationem ipsius Exoniensis episcopi, dictos archidiaconatum et ecclesiam vacavisse dicebat, adhuc vivebat memoratus episcopus Ademarus, per quod evidenter apparet quod predictus rex, licet ad eum presentatio beneficiorum ad collationem sive presentationem episcopi Wintoniensis spectantium, sede Wintoniensi vacante, pertinere dicatur, dicto tamen Ademaro Wintoniensi episcopo superstite, ad archidiaconatum et ecclesiam predictos quemquam presentare non potuit, cum sedes eadem non vacaret, et sic institutio immo intrusio potius facta de dicto Oliverio in archidiaconatu et ecclesia predictis per eundem archiepiscopum, nulla fuit. Et si, prout idem R. proposuit, collatio de dictis archidiaconatu et ecclesia per eundem Ademarum episcopum tibi facta, non tenuit pro eo quod dictus Exoniensis episcopus illos, tempore resignationis hujusmodi, canonice obtinebat, cum non sit dubium collationis ejusdem usque nunc tantum tempus effluxisse quod ad nos archidiaconatus et ecclesie predictorum esset, secundum Lateranensis statuta concilii, collatio legitime devoluta, nos illos cuicumque, sine ipsius R. juris injuria, conferre possemus, quamvis tu offerres nichilominus te probare paratum quod archidiaconatus et ecclesia predicti ad te pertinebant, et quod ipsis quos possederas aliquandiu sine lite injuste fueras spoliatus, et restitutionem eorum cum instantia postulares, proponens quod tibi non erat hujusmodi restitutio aliquatenus deneganda. Nec minus canonice institutionis objectus restitutionem eandem impedire poterat vel debebat, cum idem magister R. collationem tibi factam de archidiaconatu et ecclesia predictos et quod eos possederas fateretur, quamquam negaret te illos pacifice possedisse. Nos autem, cum dictis fratribus deliberatione prehabita,

meditatione qua decuit attendentes quod predictus magister Ricardus, secundum assertionem suam, in eisdem archidiaconatu et ecclesia, eorumque juribus jus aliquod non habebat, ac volentes nostre provisionis remedio celerem finem imponere litibus, presertim cum id caute facere possimus sine juris prejudicio alieni, considerantes quoque quod fama est te fore verum archidiaconum Surreye, et quod archidiaconatus predictus cum juribus et pertinentiis suis ad te spectat, quodque predicto Ademaro episcopo constituto apud sedem eandem, tam ab ipso quam contra ab aliis habebaris in curia pro archidiacono Surreye, prout plures ex eisdem fratribus asserebant et idem magister Riccardus etiam non negabat, compatientes nichilominus laboribus quos propter hoc subiisti, ac providere volentes quod in hujusmodi prosecutione negotii per judiciorum anfractus ulterius non graveris, predicto magistro Riccardo super archidiaconatu, ecclesia et cappellis predictis perpetuum silentium imponimus, et tibi eosdem conferimus, et de illis nichilominus providemus, investientes te per nostrum anulum de eisdem, ac insuper statuentes et decernentes auctoritate presentium quod per hoc in jure, siquod tibi ex collatione memorati episcopi Ademari tam in archidiaconatu quam in ecclesia et cappellis predictis necnon et fructibus perceptis ex eis, et qui potuerunt percipi, competebat, quod quidem jus illibatum tibi et integrum conservamus, nullum prejudicium generetur, sed perinde omnia tam quoad repetitionem fructuum predictorum, quam quoad alia jura ipsorum archidiaconatus, ecclesie et cappellarum omniumque pertinentiarum eorundem, libere valeas exercere ac si de collatione canonica tibi facta per memoratum Ademarum episcopum legitime constitisset. Decernimus quoque ex nunc irritum et inane si secus de predictis, apostolica vel quavis auctoritate, a quoquam contigerit attemptari. Nulli ergo nostre diffinitionis, collationis, provisionis, investiture, constitutionis, conservationis et decreti, etc. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas aprilis, anno tertio. »

**1043** Orvieto, 8 avril 1264.

Aroaldum, electum in praepositum monasterii Murensis, Urgellensis diocesis, a Guidone episcopo Sabinensi, confirmat. (Reg. 29, fol. 44, n° 92.)

« *Aroaldo, electo in prepositum monasterii Murensis* [1] *ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis santi Augustini, Urgellensis diocesis.* Quamvis ea que —. Sane monasterio Morensi quod ad Romanam ecclesiam nullo pertinens mediante, gubernari per prepositum consuevit, prepositi regimine destituto, canonici et portionarii monasterii ejusdem ad quos communiter electio prepositi in monasterio ipso spectare asseritur, convenientes in unum, habito inter se de futuri prepositi electione tractatu, in dilectos filios . . abbatem de Lavax, Cisterciensis et . . sacristam Agerensis monasteriorum, sancti Augustini ordinum, prefate diocesis, compromittere curaverunt, eum quem ipsi eligerent in prepositum, admittere promittentes. Iidem vero abbas et sacrista, hujusmodi compromisso suscepto, post deliberationem super hoc inter se habitam, te, tunc sacristam prelibati monasterii Murensis, in illius prepositum unanimiter elegerunt. Cumque pro confirmationis obtinendo munere ad sedem apostolicam accessisses, venerabilis frater noster .. Sabinensis episcopus, cui personam electi, et decretum electionis hujusmodi examinanda commisimus, examinata forma electionis ejusdem, et decreto ipso exhibito sibi diligenter inspecto, comperiit quod, licet memorati compromissarii in te unanimiter convenissent, nullam tamen communem electionem fecerant, sed ambo pariter te duxerant eligendum. Ceterum, eodem episcopo nobis hec et alia que invenerat fideliter referente, de beneplacito nostro habita cum fratribus nostris deliberatione, processit ut idem episcopus, electione predicta cassata, de persona tua, si eam inveniret ydoneam, prelibato Murensi monasterio in prepositum provideret. Qui hujusmodi beneplacito se reverenter satagens coaptare, predictam electionem, ipsius vitio non persone, cassavit, et postmodum ipsi Murensi monasterio de te, quem ydoneum repperit ad regimen illius, auctoritate nostra sibi commissa in hac parte, providit ac te eidem Murensi monasterio in prepositum eadem auctoritate prefecit, prout in litteris patentibus episcopi sepefati confectis exinde suoque sigillo munitis plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod per episcopum ipsum in hac parte factum est, ratum habentes et firmum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus.

Tenorem autem predictarum litterarum de verbo ad verbum presentibus annotari fecimus, qui talis est :

« *Universis presentes litteras inspecturis, Guido, miseratione divina Sabinensis episcopus, salutem in Domino.* Vacante monasterio Murensi —. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum apud Urbemveterem, II nonas aprilis,

1. Ce nom est écrit plus bas *Morensis*.

pontificatus predicti domini Urbani pape IIII, anno tertio. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, vi idus aprilis, anno tertio. »

**1044** Orvieto, 12 avril 1264.

Thomae de Rodewellis rectoriam ecclesiae de Westenter, Cantuariensis diocesis, a fratre Johanne, episcopo Portuensi et S. Rufinae, collatam, confirmat. (Reg. 29, fol 44, n° 93.)

« *Thome de Rodewellis presbytero, cappellano venerabilis fratris nostri . . episcopi Portuensis, rectori ecclesie de Westenter, Cantuariensis diocesis.* Licet ea que —. Sane, vacante ecclesia de Weste[n]ter, Cantuariensis diocesis, per mortem magistri Johannis de Monciaco, ipsius rectoris, clerici venerabilis fratris nostri . . episcopi Portuensis, qui nuper apud sedem apostolicam viam est universe carnis ingressus, idem episcopus auctoritate nostra sibi a nobis in hac parte viva voce commissa, et de speciali mandato nostro, ecclesiam ipsam vacantem cum juribus et pertinentiis suis tibi contulit, et te investivit per suum anulum presentialiter de eisdem, decernens irritum et inane quicquid contra collationem et investituram hujusmodi a quoquam contingeret attemptari, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius episcopi, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem episcopo factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus, etc., usque communimus.

Tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Anno ejusdem M°CC° sexagesimo quarto, indictione vii, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, ad universorum notitiam volumus pervenire quod nos, frater Johannes, miseratione divina Portuensis et sancte Ruffine episcopus, de speciali mandato domini pape et concessa nobis super hoc ab eodem potestate, ecclesiam de Westenter, Cantuariensis diocesis, vacantem per mortem magistri Johannis de Monciaco, clerici nostri, ad cujuscumque collationem spectantem, Thome de Rodewellis, presbytero Lincolniensis diocesis, dilecto cappellano nostro, conferimus ac ipsum de predicta ecclesia cum omnibus juribus et pertinentiis suis per nostrum anulum investimus, decernentes irritum et inane quicquid contra collationem et investituram hujusmodi ab aliquo contigerit attemptari. Et ut de predictis collatione et investitura cunctis appareat, presens publicum instrumentum per Leonardum tabellionem fieri fecimus et nostro sigillo muniri. Actum apud Urbemveterem sub annis et indictione predictis, mense aprilis die tertia intrantis, presentibus magistro Gentile de Sulmona; fratribus Nicolao, Jacobo et Gualtero, monachis cappellanis et Riccardo ac Ricardello familiaribus nostris. Ego Leonardus, imperiali auctoritate notarius, predictis collationi et investiture interfui et de mandato predicti domini cardinalis scripsi et publicavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, ii idus aprilis, anno tertio. »

**1045** Orvieto, 13 avril 1264.

Decano ecclesiae s. Pauli Londoniensis executionem praedictae committit collationis. (Reg. 29, fol. 44 v°, n° 94.)

« *Decano ecclesie s. Pauli Londoniensis.* Licet ea etc. —. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno tertio. »

**1046** Orvieto, 6 mai 1264.

Infrascriptis executionem committit sententiae latae in favorem magistri Petri de s. Mario (cf. sup. n° 1043). (Reg. 29, fol. 44 v°, n° 95.)

« *Archiepiscopo Cantuariensi et dilectis filiis Londoniensi et Cantuariensi archidiaconis.* Laudabilis conversationis et —. Datum apud Urbemveterem, ii nonas maii, anno tertio. »

**1047** Orvieto, 13 juin 1264.

Praebendam in ecclesia Zamorensi et medietatem praestimonii Martino Vincentii ab episcopo Penestrino arbitraria potestate collatas, confirmat. Stephano Dominici altera medietate proventuum et praebenda quamcito vacatura reservatis. (Reg. 29, fol. 44 v°, n° 96.)

« *Stephano Dominici, canonico Zamorensi.* Licet ea que —. Sane, sicut nobis exponere curavisti, in causa que inter te et dilectum filium Martinum Vincentii, qui pro decano ecclesie Zamorensis se gerit, super prebenda que per mortem Bernardi, ejusdem ecclesie canonici, in ipsa vacavit, et medietate prestimonii de Fontibus-predatis, Zamorensis diocesis, vertebatur, ad sedem apostolicam per appellationem delata, vene-

rabilem fratrem nostrum . . Prenestinum episcopum, dedimus partibus auditorem, et demum lite coram eo legitime contestata, tam tu quam nominatus Martinus in eundem episcopum tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem seu ordinatorem, super questione hujusmodi sponte ac concorditer compromittere curavistis, supponentes vos ordinationi, dispositioni, arbitrio, sententie ac voluntati ejus super predictis prebenda ac medietate prestimonii memorati, eodem episcopo sibi nichilominus super hiis potestatem judiciariam retinente. Qui, hujusmodi compromisso recepto, visis et auditis juribus et rationibus partium et plene discussis, ac communicato super hoc plurium peritorum consilio, et deliberatione prehabita diligenti, obtentaque a nobis providendi, ordinandi et disponendi super premissis licentia speciali, easdem prebendam et medietatem dicti prestimonii sententialiter prefato Martino adjudicans, eum de ipsis nichilominus investivit. Idem quoque episcopus, de speciali mandato nostro facto sibi oraculo vive vocis, tibi, pro quo a sede apostolica emanarunt littere continentes ut tibi de prebenda provideretur in ecclesia supradicta, et postmodum in canonicum admittereris ibidem, jus canonicatus in ipsa ecclesia reservavit, approbando receptionem de te factam in eadem ecclesia in canonicum et in fratrem et etiam confirmando teque de jure hujusmodi per suum anulum investivit, statuens quod tibi de prebenda, siqua tunc in dicta vacabat ecclesia vel quamcito se ad id facultas offerret cum prestimoniis cedentis vel decedentis provideri deberet. Arbitraria insuper auctoritate dictus episcopus ordinavit, diffinivit ac statuit quod medietatem proventuum, reddituum et distributionum dicte prebende ac totius prestimonii predicti percipias annuatim, donec prebendam in ipsa ecclesia integre fueris assecutus, eamque possederis pacifice et quiete. Decrevit etiam irritum idem episcopus et inane si secus super premissis vel eorum aliquo contingeret attemptari, prout in instrumento publico inde confecto, ipsius episcopi sigillo munito, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, que ab eodem episcopo pro te facta sunt in hac parte, rata et firma habentes, ea auctoritate apostolica confirmamus, etc. usque communimus.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Presidente rationis imperio, etc., usque judicentur. Sane in causa que vertitur inter Martinum Vincentii, qui se gerit pro decano ecclesie Zamorensis, ex parte una, et Stephanum Dominici, ejusdem ecclesie canonicum, ex altera, super prebenda que vacavit per mortem Bernardi in ecclesia supradicta et medietate prestimonii de Fontibus-predatis, Zamorensis diocesis, que uterque ipsorum asserebat ad se spectare, de jure ad sedem apostolicam per appellationem legitime devoluta, sanctissimus pater et dominus Urbanus papa IIII, nos, Stephanum, Prenestinum episcopum, concessit partibus auditorem. Partibus itaque coram nobis in judicio constitutis, dictus Martinus eidem Stephano libellos suos obtulit, formam hujusmodi continentes :

« Coram vobis, reverendo patre, domino Stephano, » miseratione divina episcopo Prenestino, a domino » papa infrascriptis partibus auditore concesso, dicit » et proponit Martinus Vincentii, decanus Zamorensis, » contra Stephanum Dominici qui se gerit, ut dicitur, » pro canonico Zamorensi, dicens quod, cum ipse Martinus in ecclesia cathedrali Zamorensi sit receptus » auctoritate apostolica in canonicum et in fratrem et » prebenda que vacavit per mortem dompni Bernardi » in ipsa ecclesia, dicto Martino debeatur et ad eum » de jure pertineat, dictus Stephanus procuravit eam » sibi conferri de facto, cum de jure non posset, per » cantorem Salamantinum sibi executorem a sede » apostolica deputatum et eam occupavit et contra » justitiam detinet occupatam, a qua collatione fuit ex » parte dicti Martini ad sedem apostolicam appellatum. Unde petit per vos, reverende pater, dictam » prebendam cum juribus et pertinentiis suis dicto » Martino adjudicari, et eam sibi conferri et in possessionem induci et inductum defendi, et sententialiter decerni ad eundem Martinum pertinere de jure » et cassari et irritum nuntiari quicquid factum est » in persona dicti Stephani de ipsa prebenda, et » eidem Stephano super ea perpetuum silentium imponi, cum nullum jus habeat in eadem, et appellationem ipsius Martini justam decerni ; petit etiam » expensas factas, quas extimat in viginti librarum » turonensium, et protestatur faciendas quas suo loco » et tempore declarabit, nec astringit se ad probandum » nisi id quod sue intentioni sufficiet de premissis, » salvo jure addendi vel minuendi, corrigendi vel permutandi, etc. »

« Coram vobis, reverendo patre, domino Stephano, » divina miseratione episcopo Prenestino, a domino » papa infrascriptis partibus auditore concesso, dicit » et proponit Martinus Vincentii, decanus Zamorensis, contra Stephanum Dominici qui se gerit, ut dicitur, pro canonico Zamorensi, dicens quod, cum » prestimonium de Fontibus-predatis auctoritate

» apostolica fuisset dicto Martino donatum, et ipsum » pacifice possideret vel quasi, dictus Stephanus » medietatem ipsius prestimonii pro indiviso procu» ravit sibi conferri de facto, cum de jure non posset, » per episcopum Zamorensem et dictam medietatem oc» cupavit et contra justitiam detinet occupatam, a qua » collatione fuit ex parte dicti Martini ad sedem apos» tolicam legitime appellatum. Unde petit possessio» nem vel quasi dicte medietatis dicto Martino restitui » cum fructibus inde perceptis, quos extimat in centum » marobotinis Legionensis monete, et ipsam medieta» tem dicti prestimonii dicto Martino adjudicari cum » juribus et pertinentiis suis, et sententialiter decerni » ad ipsum de jure pertinere, et cassari et irritari » quicquid factum est de ipsa medietate in persona » dicti Stephani, et eidem Stephano super dicta medie» tate perpetuum silentium imponi, cum nullus jus » habeat in eadem, et appellationem dicti decani justam » pronuntiari, nec astringit se ad probandum nisi quod » sue intentioni sufficiat de premissis. Petit etiam » expensas factas, quas extimat in viginti libellis tu» ronen., et protestatur faciendas quas suo loco et » tempore declarabit, salvo jure addendi vel minuendi, » corrigendi vel etiam permutandi, etc. »

« Lite igitur super dictis libellis inter partes legitime contestata, predicti Martinus et Stephanus volentes parcere laboribus et expensis et finem liti cupientes imponi, de lite predicta in nos tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem seu ordinatorem sponte et libere compromittere curaverunt, supponentes se ordinationi, arbitrio, dispositioni, voluntati[1] et sententie nostre super predictis prebenda et medietate prestimonii, retenta nobis judicandi potestate, prout in compromisso super hoc facto per manum Thomasini, notarii nostri, plenius continetur. Nos itaque, dicto compromisso in nos recepto, visis juribus et rationibus utriusque partis et plene discussis, ac auditis que super hiis partes proponere voluerunt, habitoque super hoc plurium peritorum consilio et deliberatione prehabita diligenti, obtentaque a domino papa providendi, ordinandi et disponendi super predictis licentia speciali, quia nobis constitit predictam prebendam et medietatem prestimonii collatam de facto, cum de jure non potuerit, eidem Stephano, ad Martinum Vincentii pertinere de jure, eandem prebendam et medietatem prestimonii eidem Martino sententialiter et in scriptis adjudicamus, investientes ipsum per nostrum anulum de eisdem. Verum, quia in litteris apostolicis eidem Stephano concessis, continetur quod de prebenda nulli alii de jure debita, si qua in ipsa ecclesia vacat ad presens vel quamcito ad id se facultas offerret, provideri deberet et postmodum in canonicum reciperetur et in fratrem in ecclesia supradicta, — jus canonicatus in eadem ecclesia eidem Stephano reservamus, receptionem de ipso factam in canonicum et in fratrem in ipsa ecclesia approbantes et etiam confirmantes de gratia speciali per summum pontificem sibi factam, et ad cautelam de eodem eundem Stephanum per nostrum anulum investimus, statuentes quod eidem Stephano de prebenda si qua in ipsa ecclesia vacat ad presens vel quamcito ad id se facultas obtulerit, cum prestimoniis cedentis vel decedentis debeat provideri, non obstante si —. Arbitraria quoque auctoritate, ordinamus, diffinimus et statuimus in scriptis quod dictus Stephanus medietatem proventuum et reddituum et distributionum dicte prebende et totius prestimonii annuatim percipiat donec prebendam in ipsa ecclesia, quamcito ad id se facultas obtulerit, integre fuerit assecutus, ac eam possederit pacifice et quiete, vel per eum steterit quominus super ipsa suam justitiam prosequatur, decernentes irritum et inane si secus de premissis vel aliquo premissorum a quoquam contigerit attemptari, et executores ad ista decernimus deputandos. In cujus rei testimonium et certitudinem pleniorem, presens publicum instrumentum per Angelum, infrascriptum notarium nostrum, inscribi et publicari mandavimus et nostri sigilli fecimus appensione muniri. Actum apud Urbemveterem, in camera nostra, sub anno nativitatis Domini M°CC°LXIIII°, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, mense junii die vi[a] intrantis, presentibus pariter et hiis testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis, magistro Didaco, archidiacono in ecclesia Salamentina, domini pape cappellano, Jacobino, clerico, Benedicto senescalco, et Antonio Iaceis, familiaribus nostris. Et ego Angelus de Palliano, sancte Romane ecclesie scriniarius, predictis interfui et ea de mandato ejusdem domini cardinalis scripsi fideliter et publicavi rogatus. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio.

**1048** Orvieto, 13 juin 1264.

Infrascriptis prælatis committit executionem sententiae.

Reg. 29, fol. 45 v°, n° 47.

1. Ce mot est en partie effacé.

« *Abbati de Salas in ecclesia Burgensi et magistro Johanni Romanucio, canonico Conchensi.* Licet ea que —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**1049** Orvieto, 9 avril 1264.

Bernardo, dicto *de Petit*, canonicatum et praebendam in ecclesia seculari s. Asterii, Petragoricensis diocesis, adjudicatos sententia J., s. Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis, confirmat. (Reg. 29, fol. 45 v°, n° 98.)

« *Bernardo, dicto* de Petit, *canonico secularis ecclesie sancti Asterii, Petragoricensis diocesis.* Ea que judicio, etc., usque communiri. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum olim inter te, ex parte una, et abbatem et capitulum secularis ecclesie sancti Asterii, Petragoricensis diocesis, ex altera, super provisione facta tibi auctoritate sedis apostolice in eadem ecclesia, orta fuisset materia questionis et per appellationem ad sedem eandem hujusmodi negotium legitime devolutum, dilectus filius, magister Bernardus Ispanus, cappellanus noster, partibus a nobis super hoc datus auditor, cognitis cause meritis et juris ordine observato, diffinitivam pro te promulgavit sententiam, partem adversam, expensarum nomine, in certa summa pecunie condempnavit, a qua sententia procurator eorundem abbatis et capituli appellatum fuisse proponens, dilecto filio magistro Michaeli, vicecancellario sacrosancte Romane ecclesie, tunc cappellano nostro, causam appellationis hujusmodi a nobis obtinuit committi. Coram quo lite super hoc legitime contestata, et eodem magistro M. interim ad officium vicecancellarie nostre promoto, nos demum dilecto filio nostro J., sancte Marie in Cosmedin diacono cardinali, causam hujusmodi commisimus audiendam. Qui, auditis et intellectis diligenter hinc inde propositis, quia procurator dictorum abbatis et capituli non probavit ex parte ipsorum appellatum fuisse a sententia dicti magistri Bernardi, declaravit idem cardinalis ejusdem magistri sententiam transivisse in rem judicatam, pronuntians eandem sententiam debere executioni debite demandari, prefatos abbatem et capitulum in quadam pecunie summa expensarum nomine tibi sententialiter condempnando, prout in instrumentis publicis inde confectis et ipsius magistri B. ac ejusdem cardinalis sigillis munitis, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem magistro B. et cardinali super hiis factum est [1], ratum habentes et gratum, illud, non obstante appellatione ab adversa parte a sententia cardinalis ipsius emissa, quam frivolam reputamus, cum infra terminum ab eodem cardinali sibi prefixum appellatio hujusmodi non fuerit, licet potuerit, prosecuta, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus

Tenores instrumentorum ipsorum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui tales sunt :

« In nomine Domini amen. Cum causa que inter Bernardum de Petit, clericum, ex una parte, et . . abbatem et capitulum secularis ecclesie sancti Asterii, Petragoricensis diocesis, ex altera, super provisione eidem Bernardo in dicta ecclesia apostolica auctoritate facta vertitur, ad apostolicam sedem fuisset per appellationem legitime devoluta, coram nobis, magistro Bernardo Yspano, domini pape cappellano, ab eodem domino partibus auditore concesso, partibus constitutis, videlicet Roberto Arnadelli, clerico procuratore ipsius Bernardi pro ipso Bernardo, et Juliano de Groso, canonico sancti Juliani, Lemovicensis diocesis, procuratore abbatis et capituli predictorum pro abbate et capitulo memoratis, libellus oblatus extitit sub hac forma.

« Coram vobis, domino Bernardo Yspano, domini » pape cappellano, partibus auditore concesso, dicit et » proponit Robertus Arnadelli clericus, nomine magistri Bernardi de Petit, cujus procurator existit, » quod, cum felicis recordationis Alexander papa IIII » venerabili fratri . . episcopo Petragoricensi, suis » dederit litteris in mandatis ut eidem Bernardo de » aliquo ecclesiastico beneficio, cum cura vel sine cura, » ad cujuscumque collationem spectante, per se vel » per alium provideret, quamcito ad id se facultas » offerret, prout in litteris apostolicis plenius continetur, dicto episcopo Gaumaro de Chambarlhac, » canonico sancti Frontonis Petragoricensis, committente super hoc vices suas, idem canonicus, auctoritate hujusmodi mandati, dicto Bernardo de canonicatu et prebendali beneficio ecclesie secularis sancti » Asterii, Petragoricensis diocesis, cum plenitudine » juris canonici providit, et dictum procuratorem » suum ejus nomine investivit, eidem stallum in choro » et locum in capitulo assignando, in contradictores et » rebelles excommunicationis sententiam in scriptis » proferendo, mandans . . abbati et canonicis ejusdem » ecclesie ut dictum Bernardum reciperent in canonicum et in fratrem, quod ipsi contumaciter facere recusarunt, propter quod per eundem executorem ex» communicati fuerunt in scriptis. Quare petit idem

1. *Factum est* est répété par erreur dans le manuscrit.

» procurator, nomine ejusdem Bernardi, processum » dicti executoris per vos, domine auditor, sententia» liter confirmari, et dictis abbati et canonicis senten» tialiter precipi et injungi ut eundem Bernardum » recipiant in canonicum et in fratrem, et sibi sicut uni » ex aliis canonicis ejusdem ecclesie de proventibus » ejusdem provideant, et ad hoc petit eos sibi sen» tentialiter condempnari. Item petit expensas et » protestatur faciendas, salvo jure addendi, etc. »

« Lite autem super eodem libello legitime contestata, prestito a partibus juramento de veritate dicenda, factisque positionibus et responsionibus ad easdem, datis hinc inde articulis, ex parte ipsius Bernardi propositum extitit coram nobis quod, cum intentionem suam tum per confessionem partis adverse, tum per acta judicialia sufficienter fundasset, partis alterius articulis non admissis, sententiam debebat ferri pro ipso. Pars vero altera in contrarium allegans dicebat eundem Bernardum habere competens beneficium et executorem ipsius Bernardi majori excommunicatione ligatum, tempore provisionis per eum sibi facte, fuisse. Allegabat insuper insufficientiam facultatum et privilegia ecclesie memorate et ecclesiam esse gravatam tam ob receptionem plurium quam propter onera debitorum, et ipsum Bernardum esse de genere persecutorum ecclesie antedicte, que se velle probare dicebat per articulos ad hoc datos. Ad que pars altera respondebat quod articuli predicti pro eo admittendi non erant [1] quod beneficium predictum ita erat tenue et exile quod non poterat commode sustentari de ipso, et ipsum beneficium erat resignare paratus, nec super oppositione perjurii audienda erat pars altera respondebat, cum per confessionem ipsius partis constaret ipsum Bernardum esse dignum tanto beneficio vel majori. Nec etiam eidem Bernardo obstabat excommunicationis exceptio contra prefatum executorem proposita, cum hoc probatum non esset, et contrarium appareret. Nec super insufficientia facultatum et gravamine debitorum audiri debebat, cum per confessionem partis ipsius constaret plures quam sint, modo fuisse canonicos in dicta ecclesia, et a xx annis citra redditus et proventus ipsius ecclesie augmentatos fuisse. Ad probandum vero privilegia et indulgentias ipsius ecclesie supradicte non debebat admitti, cum causa ad sedem apostolicam fuisset per appellationem delata, ut jam per vestram sententiam fuerat declaratum, et ob hoc dicti abbas et capitulum procuratorem instructum cum privilegiis, indulgentiis et aliis munimentis causam et appellationem contingentibus mittere debuerunt, propter quod ad indulgentias ipsas probandas vel etiam exhibendas dilationem non debebant habere. Nec quod de genere persecutorum prefate ecclesie idem Bernardus dicebatur fuisse, ei obstare debebat, cum pena delicti hujusmodi, etiam si esset probatum, extendi non debeat ad heredes. Nos igitur, auditis hinc inde propositis, et in causa concluso assignatoque termino peremptorio ad sententiam audiendam, habitoque consilio peritorum, presentibus partibus, scilicet Roberto Arnaldelli, procuratore predicto pro eodem Bernardo, et Bernardo Venderii, procuratore abbatis et capituli predictorum, pro ipsis, predictis articulis non admissis, processum executoris prefati sententialiter confirmantes, abbatem et capitulum memoratos et predictum procuratorem, eorum nomine, ad recipiendum eundem Bernardum in canonicum et in fratrem, et ut sibi de proventibus ipsius ecclesie tamquam uni de canonicis suis providere procurent, et in vigintiquinque libris turonensium pro expensis, taxatione et juramento prehabitis, eidem Bernardo nichilominus condempnamus. In cujus rei testimonium, presentem sententiam fecimus nostri sigilli munimine roborari et per Bernardum notarium infrascriptum precepimus publicari. Lata fuit hec sententia sive pronuntiata Viterbii, in palatio domini pape, presentibus domino . . episcopo Cathaniensi; magistro Marino, Tropensi electo; magistro Johanne de Galliano, domini pape cappellano, archidiacono Colimbriensi; magistro Helia de Narbona; Petro Chasade; Arnoldo de La Casa; Helia de Canalibus, canonico Engolismensi; et aliis testibus ad hec vocatis et rogatis, anno Domini a nativitate M°CC°LXII°, indictione v, die III mensis martii pontificatus domini Urbani pape IIII, anno primo. Et ego, Berardus de Mevania, apostolica et imperiali auctoritate notarius, huic prolationi interfui et de mandato et auctoritate predicti magistri Bernardi, scripsi et publicavi predicta rogatus. »

« In nomine Domini amen. Orta jamdudum inter Bernardum, dictum *de Petit*, clericum Petragoricensis diocesis, ex parte una, et . . abbatem et capitulum secularis ecclesie sancti Asterii, ejusdem diocesis, ex altera, super provisione facta auctoritate apostolica ipsi Bernardo in eadem ecclesia, materia questionis, eaque per appellationem ad sedem apostolicam devoluta, sanctissimus in Christo pater, dominus Urbanus papa IIII, discretum virum magistrum Bernardum Yspanum, cappellanum suum, deputavit ipsis partibus in causa hujusmodi auditorem. Qui tandem, procurato-

1. Ms : *erat*.

ribus partium comparentibus coram eo, cognitis ipsius cause meritis, pro ipso Bernardo de Petit contra abbatem et capitulum predictos super ipsa causa diffinitivam sententiam promulgavit, a qua sententia procurator abbatis et capituli predictorum appellatum fuisse proponens, venerabilem virum magistrum Michaelem, sancte Romane ecclesie vicecancellarium, tunc in minori officio constitutum, ab eodem domino papa in causa appellationis hujusmodi sibi dari obtinuit auditorem, coram quo Julianus de Groso, procurator dictorum abbatis et capituli, contra prefatum Bernardum de Petit libellum obtulit in hec verba :

« Coram vobis, magistro Michaele de Tholosa, domini » pape cappellano ac ipsius palatii causarum generali » auditore, dicit et proponit Julianus de Groso, procu- » rator abbatis et capituli ecclesie sancti Asterii, » Petragoricensis diocesis, contra Bernardum de Petit, » clericum, et ipsius procuratorem, quod, cum causa » que vertebatur inter ipsum B., ex una parte, et dictos » abbatem et capitulum ecclesie sancti Asterii, ex al- » tera, super canonicatu et prebenda ecclesie sancti As- » terii, magistro Bernardo Yspano, ipsius domini pape » cappellano, ut dicitur, a domino papa commissa fuis- » set, idem magister Bernardus in dicta causa perpe- » ram et inique procedens, non cognitis ipsius cause » meritis ac juris ordine non servato, pro dicto Ber- » nardo iniquam tulit diffinitivam sententiam contra » dictos abbatem et capitulum, a qua fuit, tamquam » ab iniqua, ex parte ipsorum abbatis et capituli in » scriptis ad dominum papam appellatum. Unde petit » dictus procurator appellationem predictam legiti- » mam pronuntiari, et dictam sententiam et quicquid » ex ea secutum est, cassari et irritari, cassum et irri- » tum nuntiari, et dicto Bernardo et ipsius procura- » tori super canonicatu et prebenda ipsius ecclesie » perpetuum silentium imponi ; petit expensas factas » et protestatur de faciendis, salvo jure, etc. »

« Super quo libello coram eodem magistro Michaele lite legitime contestata, et juramento de calumpnia seu de veritate dicenda hinc inde prestito, factis etiam quibusdam positionibus coram eo, cum ipse magister Michael ad officium cancellarie promotus fuisset, dominus papa predictus nobis J., miseratione divina sancte Marie in Cosmedin diacono cardinali, causam hujusmodi audiendam commisit. Sicque, magistro Iterio Blanci, procuratore abbatis et capituli, pro ipsis, et Bernardo de Petit pro se comparentibus in judicio coram nobis, et per eosdem factis in causa ipsa quibusdam positionibus et responsionibus subsecutis ad eas, datis insuper quibusdam articulis ex parte abbatis et capituli predictorum, eisdem per sententiam reprobatis, magister Iterius Blanci, procurator predictus, asserens instrumentum appellationis fuisse amissum, ad probandum appellationem ipsam necnon tenorem instrumenti se postulavit admitti. Eoque ad hoc probandum admisso, quosdam testes produxit, quibus receptis et diligenter examinatis ac eorum depositionibus sollempniter publicatis, et postmodum litteris et instrumentis in eadem causa ab utraque parte productis, et ad dicendum et proponendum quicquid in ipsa causa dicere et proponere vellent de jure, peremptorio termino partibus assignato, demum fuit in causa conclusum. Nos itaque, visis et diligenter auditis hinc inde propositis et super hiis plena deliberatione habita, et pronuntiandi ac diffiniendi licentia ac speciali mandato viva voce a domino papa receptis, dieque prefixa partibus ad sententiam audiendam, eisque presentibus coram nobis, quia procurator abbatis et capituli predictorum non probavit ex parte eorundem appellatum fuisse a sententia magistri Bernardi Yspani auditoris predicti, sententiando declaramus ejusdem magistri Bernardi sententiam transisse in rem judicatam, pronuntiantes ipsam sententiam debere executioni debite demandari. Et quia iidem abbas et capitulum, in causa appellationis sic confecte, per annum et amplius dictum Bernardum de Petit indebite fatigarunt, idcirco ipsos abbatem et capitulum et magistrum Iterium Blanci, procuratorem predictum, eorum nomine, in expensis legitimis prefato Bernardo de Petit, reservata nobis taxatione legitima, sententialiter condempnamus. Lata et recitata est in scriptis hujusmodi sententia, presentibus Bernardo de Petit et magistro Iterio Blanci procuratore predictis, apud Urbemveterem, in hospitio nostro, anno Domini M°CC°LXIII°, indictione VII, kalendis februarii, pontificatus domini Urbani pape anno tertio, presentibus hiis venerabili in Christo patre Angelo, Cathaniensi episcopo; magistro Odone Capotii, domini pape cappellano; et magistro Galabruno, priore secularis ecclesie sancti Caprasii Agennensis ; magistro Hugone, archipresbytero de Rupella; et Geraldo de Pauciaco, canonico Xanctonensi, cappellanis nostris, testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis, anno vero, indictione, pontificatu et loco predictis, quinto nonas martii.

« Citato prius peremptorie, ex parte nostra, ad instantiam ipsius Bernardi de Petit, magistro Iterio, procuratore abbatis et capituli predictorum, ut compareret coram nobis, auditurus taxationem expensarum quam nobis duximus reservandam, et eodem in hujusmodi termino comparente, dictoque Bernardo de Petit cum

instantia postulante ut ad taxationem dictarum expensarum procedere deberemus, nos predictas expensas restringentes potius quam laxantes, easdem taxamus in quadraginta libris turonensium; et a dicto Bernardo de Petit super hiis juramento secuto, dictos abbatem et capitulum et predictum magistrum Iterium procuratorem, ipsorum nomine, pro eis ad restitutionem ipsarum eidem Bernardo faciendam sententialiter condempnamus. Actum presentibus hiis venerabili viro magistro Michaele, sacrosancte Romane ecclesie vicecancellario; fratre Andrea, priore Wintoniensi, Cluniacensis ordinis; magistro Phylippo de Cancellis, domini pape cappellano; et pluribus aliis testibus ad hoc specialiter convocatis. In quorum omnium testimonium et evidentiam pleniorem, presentem sententiam per Bernardum, dictum *Bardonier*, infrascriptum notarium, scribi et publicari mandavimus et sigilli nostri fecimus munimine communiri. Et ego Bernardus, dictus *Bardonier*, publicus apostolice sedis auctoritate notarius, qui prolationi omnium predictorum et condempnationi expensarum ac taxationi earundem per venerabilem patrem dominum J., Dei gratia sancte Marie in Cosmedin diaconum cardinalem, factis, presens interfui, ea de mandato et auctoritate ejusdem omnia supradicta propria manu scripsi, et in publicam formam redegi meoque signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno tertio. »

**1050** Orvieto, 29 avril 1264.

Officialem Burdegalensem et magistrum Iterium dictum *de Templo*, canonicum Petragoricensem, praedictae sententiae executores constituit. (Reg. 29, fol. 46 v°, n° 99.)

« *Officiali Burdegalensi et magistro Iterio dicto* de Templo, *subdiacono nostro, canonico Petragoricensi*. Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas maii, anno tertio. »

**1051** Orvieto, 29 avril 1264.

Ordinationem et provisionem de proventibus ecclesiae Metensis pro Philippo de Florehenges, qui juri suo in Metensi episcopatu cesserat, ab Albanensi episcopo et Simone, tituli s. Ceciliae presbytero cardinalibus factas, confirmat. (Reg. 29, fol. 46 v°, n° 100.)

« *Venerabili fratri Philippo de Florehenges episcopo*. Ut ea que —. Sane, duabus olim electionibus in Metensi ecclesia, tunc destituta pastore, una videlicet de te, reliqua vero de quondam T., cantore ipsius ecclesie, in discordia celebratis, tandem hujusmodi negotio per appellationem ad sedem apostolicam devoluto, et per felicis recordationis Alexandrum papam, predecessorem nostrum, certo super hoc auditore concesso, factisque circa id diversis citationibus per auditorem eundem ac eodem negotio apud sedem pendente [1] predictam, dilectus filius Henricus, Treverensis electus, factam de te electionem hujusmodi confirmavit ac munus fecit tibi consecrationis impendi tuque, predictarum electionis et confirmationis pretextu, aliquandiu tamquam episcopus in eadem ecclesia ministrasti. Postmodum vero, per nos omni processu per eundem electum ipsiusque auctoritate pro te habito in hac parte, de fratrum nostrorum consilio, justitia suadente, cassato, quin potius casso et irrito nuntiato, tu, ad tuam hoc prolato notitiam, eidem Metensi ecclesie in spiritualibus et temporalibus graviter tam collapse pio affectu compatiens, ac sibi, ne occasione litis, que contra te apud eandem sedem diutius agitata pendebat, per dissensiones et pericula que inde consurgere poterant, irreparabile cum anime tue periculo detrimentum incurreret, salubriter precavere, ac tuos humeros a gubernatione ipsius ecclesie relevare volens, te nostris super hoc beneplacitis coaptando, totum jus si quod ex premissis in eadem ecclesia tibi fuerat acquisitum, sponte ac libere in nostris duxisti manibus resignandum. Porro nos, tuam circa resignationem hujusmodi promptitudinem acceptantes, ac volentes erga statum tuum gratiose liberalitatis munificentia providere, predicta resignatione recepta, et proviso eidem ecclesie de pastore, decrevimus et etiam ordinavimus, de fratrum nostrorum consilio predictorum, tibi debere in bonis episcopatus Metensis provisionem fieri congruam et decentem, ac tandem venerabili fratri .. Albanensi episcopo, et dilecto filio nostris S., tituli sancte Cecilie presbytero cardinali, ut tibi provisionem ipsam in eisdem bonis, prout sibi videretur expediens, facerent, oraculo commisimus vive vocis. Iidem vero episcopus et cardinalis, hujusmodi commissione recepta et considerato quid ratione dignitatis et nobilitatis personam tuam deceat, ac erga te fore motum nostri animi liberalem, sexcentarum librarum turonensium monete provisionem annuam in predictis bonis, preter thesaurariam et prebendam quas in predicta ecclesia, prefate electionis tempore, obtinebas, tibi auctoritate commissionis hujusmodi fa-

1. Ms : *pendentem*.

cientes, totum bannum de Remillei, Metensis episcopatus, cum omnibus juribus, appenditiis, redditibus et pertinentiis suis, pro quadringentis libris dicte monete in hujusmodi sexcentarum librarum provisione annua computandis, et pro ducentis libris residuis de predictis sexcentis libris illum annuum redditum centum librarum Metensis monete in quibus burgenses de Sarbuic, Metensis diocesis, teneri dicuntur Metensi episcopo annuatim, sub certa tibi forma contulerunt, concesserunt et etiam assignarunt, quedam ad provisionis hujusmodi robur nichilominus statuentes, prout in litteris eorumdem episcopi et cardinalis confectis exinde, ipsorum sigillis munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continetur. Nos itaque, tuis precibus inclinati, quod ab episcopo et cardinali predictis super hoc factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus.

Tenor autem litterarum ipsarum talis est :

« *Venerabili in Christo patri Philippo de Florehenges episcopo, miseratione divina Radulfus, Albanensis episcopus, et Symon, tituli sancte Cecilie presbyter cardinalis, salutem in Domino.* Olim in ecclesia Metensi tunc destituta pastore, duabus electionibus, una videlicet de vobis, reliqua vero de quondam J., cantore ipsius ecclesie, in discordia celebratis, tandem hujusmodi negotio per appellationem ad sedem apostolicam devoluto, et per felicis recordationis dominum Alexandrum papam [1] IIII, certo super hoc auditore concesso, factisque circa id diversis citationibus per auditorem eundem, ac eodem negotio apud sedem pendente predictam, venerabilis vir Henricus, Treverensis electus, factam de vobis electionem hujusmodi confirmavit ac vobis munus fecit consecrationis impendi vosque, pretextu electionis et confirmationis earundem, tanquam episcopus aliquandiu in eadem ecclesia ministrastis. Postmodum vero per sanctissimum patrem et dominum, dominum Urbanum, divina providentia papa IIII, omni processu per eundem electum ipsiusque auctoritate pro vobis habito in hac parte, de fratrum suorum consilio, justitia suadente, cassato, quin potius casso et irrito nuntiato, vos, ad vestram hoc perducto notitiam, eidem Metensi ecclesie in spiritualibus et temporalibus graviter jam collapse pio compatientes affectu, et sibi, ne occasione litis que contra vos apud dictam sedem diutius agitata pendebat, per dissensiones et pericula que inde consurgere poterant, irreparabile cum anime vestre periculo detrimentum incurreret, salubriter precavere, ac vestros humeros a gubernatione ipsius ecclesie relevare volentes, ipsius vos domini super hoc beneplacitis coaptando, totum jus siquod ex premissis in eadem ecclesia vobis fuerat acquisitum, sponte ac libere in ejusdem domini manibus resignastis. Porro, prefatus dominus, vestram circa resignationem hujusmodi promptitudinem ratam habens et volens erga statum vestrum gratiose liberalitatis munificentia providere, predicta resignatione recepta et proviso eidem Metensi ecclesie de pastore, de predictorum fratrum decrevit consilio et etiam ordinavit vobis in bonis episcopatus Metensis debere provisionem fieri congruam et decentem, ac tandem nobis oraculo vive vocis commisit ut vobis provisionem ipsam in eisdem bonis, prout nobis videretur expediens, faceremus. Nos itaque, hujusmodi commissione recepta et considerato quod, ratione dignitatis ac nobilitatis, personam vestram deceat erga vos fore motum animi ejusdem domini liberalem, preter thesaurariam et prebendam Metensis ecclesie, quas electionis vestre tempore habebatis, ibidem sexcentarum librarum Turronensis monete provisionem annuam in predictis bonis vobis facere intendentes, totum bannum de Remillei, cum omnibus juribus, appenditiis, proventibus, redditibus et pertinentiis suis, ad dictum episcopatum pertinens, vobis, predicte commissionis auctoritate, pro quadringentis libris dicte monete in hujusmodi sexcentarum librarum provisione annua computandis, et pro ducentis libris residuis de dictis sexcentis libris illum annuum redditum centum librarum Metensis monete in quibus burgenses de Sarbuic, Metensis diocesis, tenentur Metensi episcopo annuatim, conferimus, concedimus et etiam assignamus, ut tam dictum bannum cum juribus, appenditiis, redditibus, proventibus et pertinentiis suis ipsiusque fructus, quam predictum centum librorum redditum integre habeatis, teneatis, ipsosque fructus percipiatis, prout consueverunt Metenses episcopi qui fuere pro tempore, tenere, percipere et habere, quousque vobis alias in equivalenti vel majori provisione per sedem provisum fuerit prelibatam, non obstante collatione de dicto banno vel parte ipsius a memorato domino venerabili viro magistro Laurentio, notario suo, facta, quam exnunc, de speciali ejusdem domini mandato et de ipsius assensu notarii, revocamus. Ut autem hujusmodi provisio debitum sortiri possit effectum, auctoritate predicta decernimus et etiam ordinamus ut, si bannum predictum vel quicquam ex ipso aut prefate centum libre Metenses forent forsitan alicui vel aliquibus, ypothece vel alio

1. Le mot *papam* est répété.

titulo, obligata seu concessa per bone memorie Jacobum, episcopum, vel venerabilem virum Guillelmum, electum Metensem, idem electus bannum et centum libras hujusmodi et quicquid ex ipsis taliter obligatum vel concessum existeret, vobis redire ac liberare seu recuperare propriis labore et sumptibus teneatur. Insuper exnunc eadem auctoritate irritum et inane decernimus si secus de banno et centum libris Metensibus supradictis apostolica vel alia quavis auctoritate contigerit attemptari. In quorum testimonium, has litteras vobis tradimus, nostrorum sigillorum munimine roboratas. Datum apud Urbemveterem, XVIII kalendas maii, anno Domini M°CC°LXIIII°. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, III kalendas maii, anno tertio. »

**1052** Orvieto, 29 avril 1264.

Abbatem s. Mathiae Treverensis et priorem s. Mariae in Campis Metensibus, ordinis s. Benedicti, praedictae ordinationis executores constituit. (Reg. 29, fol. 17 v°, n° 101.)

« *Abbati s. Mathie Treverensis et priori s. Marie in Campis Metensibus, ordinis s. Benedicti.* Ut ea que —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas maii, anno tertio. »

**1053** Orvieto, 25 juillet 1263 [1].

Ordinationem de praebenda vacante in ecclesia Aniciensi pro Hugone de Brixiaco et de quamprimo vacatura pro Stephano de Monsnilis-Symonis a Guillelmo, tituli s. Marci presbytero cardinali editam, confirmat. (Reg. 29, fol. 17 v°, n° 102.)

« *Stephano de Monsnilis* [2] *-Symonis, canonico Aniciensi.* Lecta coram nobis tua petitio continebat quod nos causam que inter te et Hugonem de Brixiaco, canonicum Aniciensem, super quadam prebenda que per promotionem Mauritii, prepositi tunc canonici Aniciensis ecclesie, ibidem vacavit, et quam uterque vestrum sibi debitam et litterarum sedis apostolice auctoritate collatam esse dicebat, vertebatur, ad examen apostolicum legitime devolutam, dilecto filio nostro Guillelmo, tituli sancti Marci presbytero cardinali, duximus, ad instantiam partium, committendam, et ipse partes viam pacis et concordie eligentes, se ipsius cardinalis ordinationi, arbitrio, dispositioni ac diffinitioni concorditer summiserunt, concessa ei a nobis ordinandi, arbitrandi, disponendi, statuendi et providendi ei qui in hujusmodi questione succumberet, de prebenda alia, prout expedire videret, plenaria potestate. Idem vero cardinalis, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, prebendam ipsam Hugoni adjudicans supradicto, tibi qui ante omnes expectantes vacaturas prebendas in ecclesia prefata, litteras apostolicas presentasse diceris, et illarum es auctoritate receptus, prebendam, si qua tunc vacabat ibidem, contulit, alioquin proximo inibi vacaturam conferendam tibi donationi apostolice reservavit, decernens irritum et inane si secus de illa contingeret attemptari. Ordinavit etiam quod tu medietatem cotidianarum distributionum que ratione debentur ipsius prebende adjudicate predicto Hugoni, si in ecclesia ipsa resederis et ipse Hugo absens fuerit, tandiu habeas et percipias donec ibidem prebendam fueris assecutus, non obstante quod tu de dicta prebenda fueras investitus, vel quod alique ibidem prebende vacaverant, quarum una tibi forsitan debebatur, vel si aliqui post te erant ibidem recepti quibus idem cardinalis te de speciali mandato nostro preferendum esse in prebende assecutione decrevit, nisi haberent, ex beneficio litterarum sedis apostolice, quod deberent aliis anteferri, prout in litteris confectis exinde et sigillo dicti cardinalis sigillatis plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinali super hoc factum est, ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus.

Tenorem litterarum ipsarum presentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Presidente rationis imperio in animo judicantis etc. usque judicentur. Dudum siquidem inter Stephanum de Mesnilio (*sic*) Symonis et Hugonem de Brixiaco, canonicos Anicienses, super prebenda quam dominus Mauritius, prepositus Aniciensis, in eadem ecclesia obtinuit, et que per ipsius promotionem in prepositum vacavit ibidem, quam quilibet eorum ad se spectare et de qua per executores a sede apostolica deputatos sibi fore provisum dicebant, orta [1] materia questionis, sanctissimus pater noster, dominus Urbanus papa IIII, ad instantiam procuratorum partium earundem, nos Guillelmum, miseratione divina tituli sancti Marci presbyterum cardinalem, in hujusmodi negotio concessit parti-

1. Cette lettre de la seconde année du pontificat est placée par erreur parmi celles de la troisième.

2. Plus bas ce nom est écrit avec plus de raison *Mesnilio* et *Maisnilio*.

1. ms : *orata*.

bus auditorem, dans nobis plenariam potestatem ordinandi, diffiniendi, statuendi et providendi illi cui predictam prebendam abjudicandam duxerimus, de alia prebenda si qua vacat ibidem ad presens vel quamcito ad id obtulerit se facultas, ac alia circa ista ordinandi et faciendi, prout juxta commissionis nobis facte formam, nobis visum fuerit expedire. Quo mandato recepto, Johannes de Combladario, canonicus sancti Georgii Aniciensis, prefati Stephani, ac magister Bernardus Constantii, domini pape subdiaconus, predicti Hugonis procuratores, habentes sufficientia mandata ab eisdem ad compromittendum, componendum, transigendum, agendum, defendendum, jurandum de calumpnia et de veritate dicenda et prestandum in animas eorum cujuslibet alterius generis sacramentum, prout in eorum mandatis plenius continetur, coram nobis in judicio constituti, in nos tamquam in arbitrum, arbitratorem, amicabilem compositorem, laudatorem et ordinatorem libere et absolute, alte et basse, super predictis omnibus et singulis compromittere curaverunt, retenta nobis nichilominus judiciaria potestate, promittentes, suis et illorum quorum procuratores existunt, nominibus procuratoriis, per stipulationem sollempnem suisque juramentis corporaliter prestitis quod ipsi et predicti Stephanus et Hugo, quorum sunt procuratores, stabunt dicto, laudo, arbitrio, ordinationi et diffinitioni nostris et ea firmiter et inviolabiliter observabunt, sub pena centum marcarum argenti, quam penam pars non observans predicta parti alteri observanti et observare volenti solvet integre et persolvat, qua autem pena soluta vel non, nichilominus dictum laudum, arbitrium nostra, ordinatio et diffinitio nostre in suo robore permaneant et existant. Voluerunt etiam et consenserunt procuratores predicti quod nos, de plano et sine judicii strepitu, de causa, questione et omnibus contingentibus et tangentibus causam ipsam cognoscere debeamus. Nos autem, recepto hujusmodi compromisso, a prefato Johanne, procuratore prenominati Stephani, magistro Bernardo procuratore prelibati Hugonis presente, libellum recepimus, cujus tenor talis est :

« Coram vobis, reverendo patre, domino Guillelmo, » miseratione divina tituli sancti Marci presbytero » cardinali, partibus a domino papa auditore specia» liter deputato, dicit et proponit Johannes de Conbla» dorio, canonicus sancti Georgii Aniciensis, procu» ratorio nomine Stephani de Maisnillo-Symonis, » canonici Aniciensis, contra Hugonem de Brixiaco, » concanonicum suum, vel ejus procuratorem legiti» mum quod, licet de prebenda quam dominus Mauri» tius, prepositus Aniciensis, in Aniciensi ecclesia ob» tinuit et que per ipsius promotionem in prepositum » vacavit ibidem, libera et vacante, auctoritate apos» tolica canonice sit provisum et de ea fuerit investitus » et in ejus corporalem possessionem inductus, pre» dictus tamen Hugo, propter potentiam suam, pre» dictam prebendam occupavit et detinet occupatam » in ipsius Stephani prejudicium et gravamen. Quare » petit per vos, reverende pater, sententialiter declarari » dictam prebendam ad eundem Stephanum pertinere, » et eam sibi adjudicari, cum fructibus inde perceptis » vel qui percipi potuerunt, et dicto Hugoni vel ejus » procuratori, ejus nomine, super ea perpetuum silen» tium imponi, cum nullum jus habeat in eadem, et » hec petit salvo jure etc. »

« Lite igitur super dicto libello legitime contestata, juratoque de veritate dicenda, factis hinc inde positionibus et responsionibus subsecutis, rationibus partium plene discussis, quia constat nobis ex confexione prefati procuratoris jamdicti Stephani coram nobis in judicio facta, dictam prebendam eidem Hugoni, juxta sue receptionis ordinem, fore debitam, et de ea sibi per executorem a sede apostolica deputatum, fuisse provisum, et ipsum in ipsius possessione esse et per multos annos etiam extitisse, auctoritate et mandato predictis nobis a domino nostro papa factis, sententiamus, ordinamus, diffinimus et statuimus quod dicta prebenda de qua agitur, cum juribus et pertinentiis suis, eidem Hugoni qui in ipsius possessione diutius extitit et existit, remaneat pleno jure, ipsum Hugonem et prefatum procuratorem ejus, suo nomine, ab impetitione dicti Stephani et ejus procuratoris sententialiter absolventes, eidem Stephano et procuratori suo, ejus nomine, super eadem prebenda et ejus pertinentiis perpetuum silentium imponendo. Ceterum, quia dictus Stephanus, cum sit canonicus supradicte Aniciensis ecclesie, carere prebenda non debeat et in presentatione et receptione in eadem ecclesia expectantes prebendas vacaturas precedere dicatur, auctoritate et mandato predictis, de prebenda si qua vacat in eadem ecclesia ad presens, non obstante quod — providemus, et predictum procuratorem suum ejus nomine per nostrum anulum de eadem investimus, in contradictores —. Alioquin, prebendam proximo inibi vacaturam, donationi sedis apostolice eidem Stephano per executorem sibi a predicta sede deputatum seu deputandum conferendam, auctoritate apostolica nobis super hoc commissa, specialiter reservamus, non obstante si —. Pro bono autem pacis, statuimus et ordinamus ut dictus Stephanus, cum presens

in Aniciensi ecclesia fuerit, dicto tamen Hugone absente, medietatem cotidianarum distributionum dicte prebende ipsi Hugoni adjudicate habeat et percipiat quousque prebendam in jamdicta Aniciensi ecclesia pacifice fuerit assecutus. Decernimus etiam ex nunc irritum et inane si secus de dicta prebenda eidem Stephano reservata, contigerit attemptari. Que omnia et singula supradicta dicti Johannes et magister Bernardus, procuratores partium predictarum, in presentia mei Guillelmi notarii et infrascriptorum testium approbaverunt et expresse emologaverunt. In quorum omnium testimonium et evidentiam pleniorem, memoratus dominus cardinalis presentem sententiam sui fecit sigilli appensione muniri. Lata et pronuntiata apud Urbemveterem, sub anno Domini M°CC°LXIII°, indictione vi, mense junio die xviii^a^, pontificatus domini Urbani pape IIII anno secundo, presentibus Gallucio, procuratore in Romana curia; magistro Guillelmo de Pampilona; Jordano Merleti; Pontio de Croso clericis; et fratre Pediorici, monacho Cluniacensi, testibus vocatis et rogatis. Et ego Guillelmus Nicolai, auctoritate sancte Romane ecclesie notarius ac prefati domini cardinalis scriba, pronuntiationi predictorum interfui et, ut supra legitur, de ipsius domini cardinalis mandato, predictorum procuratorum partium jamdictarum interveniente assensu, scripsi et in publicam formam redegi, meoque signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas augusti, anno secundo. »

**1054** Orvieto, 25 juillet 1264.

Ludovicum, dictum de *Roure*, praedictae ordinationis executorem constituit. (Reg. 29, fol. 48, n° 103.)

« *Lodovico dicto* de Roure, *canonico Claromontensi*. Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas augusti, anno secundo. »

**1055** Orvieto, 9 avril 1264.

Officium *Militiam* vulgariter nuncupatum in ecclesia Lugdunensi magistro Petro Corderii, rectori ecclesiae de Ansa, ab Henrico, Ostiensi episcopo, collatum, confirmat. (Reg. 29, fol. 48, n° 104.)

« *Magistro Petro Corderii, cappellano nostro, rectori ecclesie de Ansa, Lugdunensis diocesis*. Que de sedis apostolice, etc. — Sane venerabilis frater noster H., Ostiensis et Velletrensis episcopus, attendens liberalia et grata obsequia que sibi hactenus impendisti, necnon tua laudabilia merita quibus dinosceris adjuvari, quoddam officium *Militiam* vulgariter nuncupatum, quod in ecclesia Lugdunensi per mortem quondam magistri Willelmi de Serrone illud obtinentis, vacabat, cum omnibus juribus et pertinentiis ipsius officii, auctoritate nostra et de speciali mandato, quod sibi oraculo vive vocis fecimus, tibi contulit, teque de illo per suum annulum presentialiter investivit, decernens ex tunc auctoritate predicta irritum et inane si secus de officio et pertinentiis ipsius apostolica vel quavis auctoritate alia a quoquam contingeret attemptari, prout in publico instrumento confecto exinde ac sigillo episcopi predicti signato, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem episcopo super hiis factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem autem instrumenti predicti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« *Henricus, miseratione divina Ostiensis et Velletrensis episcopus, dilecto in Christo magistro Petro Corderii, domini pape capellano et nostro, rectori ecclesie de Ansa, Lugdunensis diocesis, salutem in Domino Jesu Christo*. Attendentes liberalia et —. In quorum omnium testimonium, presens publicum instrumentum per Raymundum de Campaniaco, notarium nostrum, fieri fecimus et nostri sigillo impressione muniri. Acta sunt hec apud Urbemveterem, in hospitio nostro, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, indictione septima, mense aprili, die quarta intrantis, tempore domini Urbani pape quarti, pontificatus ejus anno tertio, presentibus hiis testibus scilicet venerabili patre domino Willelmo, episcopo Grassensi; magistro Galtero de Linaio camerario, Thomasio clerico et Symone de Gebenna familiari nostris, ad hoc vocatis et rogatis. Et ego Raymundus de Campaniaco, clericus auctoritate sacrosancte Romane ecclesie publicus notarius, predictis omnibus presens interfui, et ea omnia, de mandato venerabilis patris domini Ostiensis predicti, scripsi et in hanc publicam formam redegi meoque signo signavi rogatus. »

Nulli ergo hominum liceat, etc. —. Datum apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno tertio. »

**1056** Orvieto, 9 avril 1264.

Priorem s. Romani de Podio, Lugdunensis diocesis, praedic-

tae collationis executorem constituit. (Reg. 29, fol. 48 v°, n° 105.)

« *Priori s. Romani de Podio, Lugdunensis diocesis.* Que de sedis —. Datum apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno tertio. »

**1057** Orvieto, 10 avril 1264.

Poltrono de Guidolardis praebendam in ecclesia s. Mariae Vercellensis ab Uberto, s. Eustachii diacono cardinali, adjudicatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 48 v°, n° 106 [1].)

« *Poltrono de Guidolardis, canonico ecclesie s. Marie Vercellensis.* Ea que judicio —. Datum apud Urbemveterem, iiii idus aprilis, anno tertio. »

**1058** Orvieto, 13 avril 1264.

Abbatem s. Stephani Vercellensis praedictae collationis executorem constituit. (Reg. 29, fol. 49, n° 107.)

« *Abbati s. Stephani Vercellensis.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno tertio. »

**1059** Orvieto, 14 mai 1264.

Privilegium conventui domus Wallis s. Mauricii, Cartusiensis ordinis, Aquilegensis diocesis, a Liuppoldo, Austriae et Styriae duce, anno 1209, concessum, innovat et confirmat. (Reg. 29, fol. 49, n° 108.)

« *Priori et conventui domus Wallis sa[n]cti Mauricii, Cartusiensis* [2] *ordinis, Aquilegensis diocesis.* Cum a nobis petitur, etc., usque effectum. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod clare memorie Liupoldus, Austrie ac Stirie dux, volens Deo aliqua de suis tribuere qui sibi dederat universa, et terrena pro celestibus ac pro eternis transitoria felici comercio permutare, domui vestre possessiones, suis eas declarando limitibus, annuum pecunie redditum et quedam alia bona ad se spectantia, cum quibusdam libertatibus, pro sue suorumque parentum animarum remedio, pia liberalitate concessit, prout in litteris confectis exinde ipsius ducis sigillo munitis, plenius continetur. Nos itaque devotionis vestre precibus inclinati, quod ab eodem duce super hoc pie ac provide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc., usque communimus, predictarum litterarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« *In nomine sancte et individue Trinitatis, Liuppoldus, Dei gratia dux Austrie et Stirie, universis Christifidelibus, tam futuris quam presentibus, in perpetuum.* Quia nonnunquam, temporum labente circulo, vel gesta oblivionis consueverunt pati dispendium et periculum diffidentie videtur frequenter turbare veritatem, hinc est quod nos notitie tam presentium quam futurorum transmittere curavimus qualiter nos, pro remedio anime nostre et parentum nostrorum tam vivorum quam mortuorum, domum quandam Cartusiensi ordini, *Kyrio* nomine, restituimus, que cum quondam a venerabili Henrico, Gurcensis ecclesie episcopo, feliciter fuisset extructa, ab ordine predicto per successores memorati episcopi in alium fuit translata ordinem et sic pene annichilata est et destructa ; quam nos, inducti pietatis officio, ad honorem Domini nostri Jesu Christi et sancte ejus Genitricis Marie et sancti Johannis Baptiste, ad ordinem Cartusiensem revocavimus, nostre sibi manum consolationis porrigentes. Igitur, juxta nostre discretionis beneptacitum, possessionibus quas ab initio sue extructionis habuit et quas nos de novo adaugemus, certissimos assignamus terminos hoc modo :

Contra orientem in loco ubi rivulus, nomine *Gohtroynih* fluit in torrentem qui dicitur *Grassenih* sumunt initium termini predictarum possessionum. Ab hinc per tramitem predicti rivuli Gohtromuh sursum extendit se terminus ad locum qui dicitur *Crutentanne*, qui separat terram nostram a terra Orcholfide Monparis. Ibi via pertransiens a leva ambit terminum suo descensu. Qua meta deficiente, oritur in extremitate ejusdem vie rivulus dictus *Lochamel*, qui item a leva manu circuit predictum terminum usque ad villam que sita est in littore eodem que dicitur *Thelsach*, super quam eminet excissa rupis, ad quam de vertice proximi collis defluit rivulus qui dat signum terminis. Rursus, de summitate ejusdem collis ad aliam partem deorsum descendit rivulus in torrentem predictum Grassenih a quo incepit. Et hic etiam clauditur. Quicquid hoc termino clauditur nos, ut predictum est, et beate Marie et sancto Johanni inviolabiliter et perpetuo tradidimus. Extra hos terminos conferimus ei villam vinearum nomine *Planinih.* Preterea annuatim

1. Cf. plus haut n° 1034.
2. Ms : *Catursiensis.*

constituimus ei in foro Marpurch quinque marcas Frisacenses pro piscibus. Concessimus etiam siquis ministerialium nostrorum predia vel alia quevis alia que sine nostro consensu dare non possunt, ei conferre voluerit, libere faciat, et fratres domus prefate illa perpetuo et sine infestatione possideant. Tale quoque preceptum statuimus ne quis terminos heremitarum ibidem habitantium venationibus vel pascendis pecoribus vel lignorum incisionibus sive quibuslibet tumultuosis accessibus presumat inquietare. Advocatiam etiam ejusdem loci nobis ipsis conservamus. Et hanc totalem nostre pietatis actionem sigilli nostri roboramus impressione. Si quis vero hujus nostri precepti temerator extiterit tremendi judicis sentiet indignationem et nostram proculdubio merebitur offensam. Testes autem qui in hac nostra presentes fuerint donatione subscribere studuimus : Weregandus de Hoheneke, Gebehardus de Souneke, Luitoldus de Peta, Dietimarus de Lithtensteine, Ottho de Cremis, Ubacus de Stabenberch, Cholo de Trhusen et fratres ejus Gottifridus et Ottho, Fridericus de Petrowe, Reumbertus de Murehke, Albertus de Roas, Cholo de Rasa, Pertholdus dapifer de Leunberberch, Albero pincerna de Grumneinsteine, Rudegerus marscalcus de Planchenwarte, Ekehardus de Libenh, Otthaker de Wolchesteine, Otto de Wasen, Gerhardus de Grumpach et frater suus Henricus, fratres de Witthusen, Albertus de Sulh de Austria, Ulricus Struno, Werenahrdus Strano, Heinricus de Prumien, Heinricus camerarius de Tribanswinthel, Dietimarus de Ratelenperger, Ulricus de Wahingen, Wiherus de Luibes, Heinricus de Sibenhirten. Acta sunt hec in foro nostro Marpurch, anno dominice incarnationis M°C°C°VIIII°, indictione XII$^{a}$, quinta idus septembris. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, II idus maii, anno tertio. »

**1060** Orvieto, 28 mai 1264.

Magistro Johanni de Macio praebendam in ecclesia Cumana, a Geraldo abbate Lesatensi, arbitraria potestate adjudicatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 49, v°, n° 109.)

« *Magistro Johanni de Macio, de Cumis* [1], *scriptori nostro, canonico ecclesie de Lenno, Cumane diocesis.* Que de sedis —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod inter te ac dilectum filium Thomasium de Lambertengis, canonicum ecclesie de Lenno, Cumane diocesis, super quadam prebenda que vacavit in ecclesia ipsa per mortem Ottoboni, presbyteri ejusdem ecclesie canonici, et quam ad te de jure spectare ac ipsum Thomasium per plures annos detinuisse dicebas contra justitiam occupatam, necnon et super fructibus ex eadem prebenda perceptis, questione suborta, demum partes, litigiosis vitatis anfractibus, pacis semitas eligentes, tu pro te ac dilectus filius magister Bertramus, civis Cumanus, procurator prefati Thomasii, pro eodem Thomasio, a quo super hoc plenum habebat mandatum, in dilectum filium Geraldum, abbatem monasterii Lesatensis, Tholosane diocesis, cappellanum nostrum et causarum palatii nostri generalem auditorem, tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem, sub pena centum librarum imperialium a parte non servante ordinationem ipsius auditoris parti eam servanti solvenda, et juramento hinc inde prestito, compromittere suisque ordinationi, diffinitioni et arbitrio super hoc vos summittere sponte ac libere curavistis. Idem vero cappellanus, hujusmodi compromisso recepto et lite in causa hujusmodi super libello per te oblato, in judicio coram ipso legitime contestata, factis positionibus et ad eas responsionibus subsecutis, visis quoque, inspectis ac plene discussis juribus utriusque partis, et a nobis statuendi, arbitrandi, ordinandi, providendi, mandandi, diffiniendi et pronuntiandi super hoc, prout sibi videretur expediens, auctoritate plenaria et libera potestate viva voce sibi concessis, consideratis juribus partium et circumstantiis personarum, auctoritate ac potestate hujusmodi ordinavit, pronuntiavit, arbitratus fuit et diffinivit quod tu prefatam prebendam, quam tibi adjudicavit et ad te spectare decrevit, cum juribus et pertinentiis suis, habeas, teneas et possideas pacifice ac quiete, dictusque Thomasius prebendam eandem in pace tibi dimittere teneatur, ipsi Thomasio diffiniendo et ordinando imposito sententialiter perpetuo silentio super illa. Ceterum idem cappellanus fructus sepefate prebende qui sequestrati dicuntur, tibi ac memorato Thomasio restitui voluit et mandavit, inter vos communiter pro equalibus portionibus dividendos. Hujusmodi autem ordinationem, pronuntiationem, arbitrium, decretum et mandatum utraque pars emologavit et eisdem expresse consensit, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius auditoris, plenius continetur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, ordinationem, pronuntiationem, arbitrium, diffinitionem, decretum et mandatum hujusmodi provide facta, rata habentes et firma,

1. Ms : *Cuirus.*

illa auctoritate apostolica confirmamus, etc., usque communimus.

Tenorem instrumenti predicti de verbo ad verbum annotari presentibus facientes, qui talis est:

« In nomine Domini amen. Inter magistrum Johannem de Macio de Cumis, domini pape scriptorem, canonicum ecclesie de Lenno, Cumane diocesis, et Thomasium de Lambertengis, canonicum ipsius ecclesie, super prebenda que vacavit in eadem ecclesia per mortem Ottoboni, presbyteri ecclesie predicte canonici, et quam memoratus scriptor ad se de jure spectare, ipsumque Thomasium per plures annos detenuisse dicebat contra justitiam occupatam, necnon et super fructibus ex eadem prebenda perceptis a tempore quo ipsa prebenda vacavit, orta materia questionis, tandem partes, vitatis litigiorum anfractibus, per semitas pacis incedere cupientes, idem scriptor pro se ac magister Bertramus, civis Cumanus, procurator prefati Thomasii, pro ipso Thomasio, a quo super hoc plenum habebat mandatum, in nos, Geraldum, abbatem monasterii Lesatensis, Tholosane diocesis, prelibati domini pape cappellanum et causarum palatii sui generalem auditorem, tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem, sub pena centum librarum imperialium a parte non servante ordinationem nostram parti eam servanti solvenda, et juramento hinc inde prestito, compromittere nostreque ordinationi, diffinitioni et arbitrio super hoc se summittere sponte ac libere curaverunt. Hujusmodi ergo compromisso a nobis recepto, idem scriptor coram nobis libellum obtulit in judicio, in hunc modum :

« Coram vobis, venerabili patre, domino abbate Le-» satensi, cappellano domini pape ac ipsius causarum » generali auditore, ab eodem domino deputato, dicit » et proponit magister Johannes de Cumis, domini » pape scriptor, contra Thomasium de Lambertengis, » clericum Cumanum, quod olim, auctoritate littera-» rum felicis recordationis Innocentii pape IIII, recep-» tus fuit ab archipresbytero et cappellano ecclesie de » Lenno, Cumane diocesis, in eadem ecclesia in cano-» nicum et in fratrem et post hujusmodi receptionem, » vacavit quedam prebenda dicto Johanni debita in » dicta ecclesia, per mortem Ottoboni, presbyteri ipsius » canonici, quam prebendam dictus Thomasius contra » justitiam et in periculum anime sue occupavit, cum » nullum jus habeat in eadem. Quare petit dictus » Johannes per vos, reverende pater, per vestram sen-» tentiam declarari ipsum Thomasium nullum jus » habere in prebenda predicta, ipsumque fore ab ipsa » penitus amovendum, ac ipsi Johanni per eandem » sententiam prebendam cum fructibus ex ea perceptis » adjudicari predictam. »

« Super quo libello lite a partibus in causa hujusmodi in nostra presentia legitime contestata, factis positionibus et ad eas responsionibus subsecutis, visis quoque, inspectis ac discussis plene juribus utriusque partis, et a sanctissimo patre ac domino Urbano, divina providentia papa IIII, statuendi, arbitrandi, ordinandi, providendi, mandandi, diffiniendi et pronuntiandi super hoc, prout nobis videretur expediens, auctoritate plenaria et libera potestate viva voce nobis concessis, consideratis juribus partium et circumstantiis personarum, auctoritate ac potestate hujusmodi ordinamus, pronuntiamus, arbitramur et diffinimus ut nominatus magister Johannes prefatam prebendam, quam sibi adjudicamus et ad ipsum spectare decernimus, cum juribus et pertinentiis suis habeat, teneat et possideat pacifice et quiete; idemque Thomasius prebendam ipsam eidem magistro Johanni in pace dimittere teneatur, super ea ipsi Thomasio diffiniendo et ordinando perpetuum silentium sententialiter imponentes. Ceterum, attendentes quod indignum existeret ut nominatus Thomasius, qui jam elapso decennio in dicta ecclesia fuit in canonicum et in fratrem apostolica auctoritate receptus, quique, sicut dicitur, ecclesie potest eidem non modicum existere fructuosus, vacuum canonici nomen gerat, auctoritate ac potestate premissis ordinamus, providemus et statuimus ut de alia prebenda que de jure nulli alii debeatur, si in ecclesia predicta vacat ad presens vel quamprimum se ad id oportunitas obtulerit, eidem Thomasio, non obstante si aliqua prebenda sibi debita in ecclesia ipsa vacavit, quam idem Thomasius per negligentiam petere omiserit, debeat provideri. Ad hec siquidem, pro bono pacis et concordie, ordinamus et volumus ut memoratus magister Johannes medietatem fructuum et proventuum prefate prebende sibi per nos adjudicate, tamdiu ipsi Thomasio exhibeat donec eidem Thomasio de alia prebenda in dicta ecclesia sit provisum et illam etiam assequatur. Fructus autem sepefate prebende de qua fuit actum, qui sequestrati dicuntur, memoratis magistro Johanni et Th. restitui volumus et mandamus, inter eos communiter pro equalibus portionibus dividendos. Hujusmodi quoque ordinationem, provisionem, pronuntiationem, arbitrium, decretum et mandatum utraque pars emologavit et eisdem expresse consensit. In cujus rei testimonium, presens publicum instrumentum per manum Raymundi dicti *Faure*, publici notarii, scribi fecimus nostroque sigillo muniri. Actum apud Urbemveterem, in palatio dicti domini

pape, presentibus domino Alberto Azarii; domino Guillelmo de Lesato, monacho; fratre Raymundo preposito sancti Michaelis de Coxano; Matheo de Narnia et Jacobo de Parma notariis, testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis, anno Domini M°CC°LXIIII°, v kalendas junii, indictione vii, pontificatus domini Urbani papa IIII anno tertio. Et ego Raymundus, dictus *Faure*, de Tribus bonis, sacrosancte Romane ecclesie publicus auctoritate notarius, predictis interfui et de mandato dicti domini abbatis scripsi et in publicam formam redegi rogatus signoque meo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, v kalendas junii, anno tertio. »

**1061** Orvieto, 28 mai 1264.

Attonem de Castello et Dalfinum de Grecis, canonicos Cumanos, praedictae sententiae executores constituit. (Reg. 29, fol. 50 v°, n° 110.)

« *Attoni de Castello et Dalfino de Grecis, canonicis Cumanis.* Exposuit coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas junii, anno tertio. »

**1062** Orvieto, 27 mars 1264.

Ordinationem in controversia inter abbatem, ex una parte, et priorem ac canonicos, ex altera, ecclesiae s. Lupi Trecensis exorta, editam ab Anchero, tituli s. Praxedis presbytero et Jordano ss. Cosmae et Damiani diacono cardinalibus, confirmat. (Reg. 29, fol. 50 v°, n° 111.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Licet ea que —. Sane olim inter dilectum filium Milonem, abbatem ecclesie sancti Lupi Trecensis, ordinis sancti Augustini, ex parte una, et priorem ac alios in hac parte sibi adherentes canonicos ejusdem ecclesie, ex altera, super dilapidatione, privatione administrationum, spoliatione quarundam rerum et ceteris aliis articulis questione suborta, tandem, post diversas altercationes et lites, hujusmodi negotio per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluto, dilecti filii nostri A., tituli sancte Praxedis presbyter, et J., sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinales, auctoritate nostra eis in hac parte commissa, et de speciali mandato nostro facto eis oraculo vive vocis, per certam ordinationem ipsum negotium terminarunt, prout in instrumento publico inde confecto, dictorum cardinalium munito sigillis, plenius continetur. Nos itaque quod ab eisdem cardinalibus factum est in hac parte, ratum et firmum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« *Miseratione divina Ancherus, tituli sancte Praxedis presbyter, et Jordanus, sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinales, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino.* In desideriis apostolice —. Sane significantibus olim sanctissimo patri et domino Urbano, divina providentia pape IIII, . . priore ac aliis in hac parte sibi adherentibus canonicis ecclesie sancti Lupi Trecensis, ordinis sancti Augustini, quod vir religiosus Milo, abbas ipsius ecclesie, multis desipiens insolentiis. bona ejusdem ecclesie dilapidabat enormiter et irreparabiliter consumebat, quodque idem abbas, appellatione contempta propter hoc ad eandem sedem interjecta, excommunicationis sententiam hac occasione promulgaverat in eosdem et privaverat ipsos administrationibus suis quas ab ipsa ecclesia obtinebant, quod etiam quibusdam equis et aliis bonis que ratione administrationum ipsarum habebant, eos indebite spoliarat. Idem dominus, ad instantiam dicti prioris et Hodoini, ejusdem ecclesie canonici, qui tandem propter hoc pro se ac sibi adherentibus ad sedem accesserunt eandem, primo venerabilem patrem dominum S., tituli sancte Cecilie presbyterum cardinalem, concessit partibus auditorem, et postmodum contra dictum abbatem inquisitionem super hiis certis judicibus delegavit, cui postmodum supersederi precepit, donec super hoc aliud demandaret, intendens per viam compendiosiorem consulere ecclesie supradicte. Asserentibus autem priore et canonicis memoratis quod ipsi, hujusmodi prosequendo negotium, multa subierant onera debitorum, ratione quorum certis erant creditoribus obligati, et supplicantibus sibi super hiis et aliis apostolica sollicitudine provideri, prefatus dominus noster discreto viro Johanni de Varzeio, canonico ecclesie sancti Stephani Trecensis, dedit sub certa forma suis litteris in mandatis ut, predicta excommunicationis sententia, sicut justum esset, ad cautelam in forma ecclesie primitus relaxata, dictisque .. priore, et canonicis ad administrationes et alia supradicta plenarie restitutis, de bonis ejusdem ecclesie debita prefata, que pro eodem dumtaxat negotio prosequendo contracta fore constaret, faceret cum integritate persolvi. Cumque . . camerarius monasterii Celle Trecensis, cui predictus Johannes sub certa forma super hoc commiserat vices suas, in ipso procedere ne-

gotio, juxta formam sibi traditam, incepisset, demum, ipso negotio per appellationem ad sedem delato predictam, memoratus dominus noster digna meditatione considerans quod eadem ecclesia sancti Lupi per hujusmodi controversiam grave dispendium verisimiliter incurrebat, et ex hoc ad statum miserabilem facile poterat devenire, ac circa id benigne volens interponere partes suas et ipsi ecclesie de quietis et pacis commodo providere, nobis viva voce commisit ut circa predicta provideremus, statueremus et ordinaremus ac preciperemus auctoritate ipsius, prout utilitati et tranquillo ejusdem ecclesie statui expediens videremus. Nos itaque, auctoritate apostolica nobis specialiter in hac parte commissa et de speciali dicti domini pape mandato facto nobis oraculo vive vocis, providemus, statuimus, ordinamus et ordinando precipimus, quod dictus abbas ejusdem ecclesie, omnium suorum jurium et pertinentiarum possessione pacifice gaudeat et quiete, hortantes eum quod ipsam ecclesiam utiliter regere ac provide dirigere studeat et servare in ipsius prosecutione regiminis limites honestatis. Preterea memoratis priori et canonicis restituimus administrationes et loca sua, in eum statum in quo fuerant ante litem motam reducentes eosdem, ac mandantes nichilominus quod restituantur eis integraliter, absque difficultate qualibet, per eundem abbatem equi et alia supradicta quibus, ut dictum est, fuerant spoliati. Ordinamus etiam et simili auctoritate precipimus ut iidem prior et canonici, non obstantibus quibuslibet appellationibus ab eis interpositis, abbati predicto tamquam eorum spirituali patri, more devotorum filiorum, obediant et intendant, eis nichilominus super hiis que opposuerunt dicto abbati et super quibus contra eum dicta inquisitio ad eorum instantiam emanavit, silentium imponentes. Omnes quoque litteras contra dictum abbatem impetratas, omnes etiam excommunicationis sententias in eundem priorem et sibi adherentes, seu quoslibet alios, occasione predicti negotii, penitus revocamus, dispensantes cum eodem priore, canonicis et clericis qui fuere dictis ligati sententiis, super irregularitatibus si quas sacris se immiscendo exinde contraxerunt. Insuper dictis priori et Hodoino, ratione expensarum quas veniendo ad curiam Romanam et apud eam dictum prosequendo negotium, fecisse noscuntur, centum et quatuor libras turonensium tam pro eis quam pro aliis eidem priori adherentibus, per eundem abbatem mandamus, absque difficultate qualibet, exhiberi, reddentes ab omnibus debitis per eundem priorem et dictum H. hac occasione contractis, dictam ecclesiam penitus absolutam. Super aliis autem expensis que dicuntur esse facte in partibus illis pretextu inquisitionis ejusdem, duximus providendum sicut per litteras apostolicas que super hoc specialiter fieri debent, plenius apparebit. Ceterum prefato domino summo pontifice cupiente quod eadem ecclesia sancti Lupi et degentes in ipsa, sedatis omnino discordiis, statum habeant, Deo propitio, pacificum et tranquillum et ibidem locum sibi virtutes vendicent, destructa quarumlibet macerie pravitatum, ordinamus auctoritate simili quod per aliquos viros discretos ad hoc per dicte sedis providentiam deputandos in eadem ecclesia visitationis exerceatur officium, qui corrigant et reforment ibidem tam in capite quam in membris, statu et honore dicti abbatis sibi per omnia reservatis, que correctionis et reformationis officio noverint indigere. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roborari fecimus et per infrascriptum notarium in publica redigi munimenta. Actum apud Urbemveterem, in domibus domini Bonicomitis, sub anno Domini M°CC°LXIIII°, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, mense marcii die VII exeuntis, indictione VIII, presentibus hiis testibus ad hoc specialiter vocatis videlicet domino Johanne de Brueriis; magistro Felicio de Trecis; magistro Waltero de Villa-Mauri, cappellanis dicti domini A. cardinalis; magistro Johanne de Rocca; Laudato, primicerio Gaietano; Martino, decano Zamorensi, cappellanis dicti domini J. cardinalis. Et ego, Ricardus de Pofis, sancte Romane ecclesie scriniarius, prolationi dicte ordinationis interfui, et eam de mandato predictorum dominorum cardinalium scripsi et in publicam formam redegi. »

Verum, ut ipsa ecclesia decore clareat honestatis nec in aliqua parte sui quicquam deforme remaneat vel nocivum, volumus et districte precipimus quod si visitatores hujusmodi, quesita veritate tam a predictis abbate et priore quam a prefatis et aliis canonicis ejusdem ecclesie ac alias, prout ad officium visitationis spectaverit, forsan invenerint sive de hiis super quibus prefata inquisitio emanavit, sive alias aliqua gravia et enormia, propter que aliqui subditi vel prelati ejusdem ecclesie fuerint a suis locis et officiis merito amovendi, ad amotionem illorum, quicumque fuerint, persona dicti abbatis dumtaxat excepta, libere procedant, prout bono ipsius ecclesie statui secundum Deum viderint expedire, non obstante cujuscumque frivole appellationis objectu. Illa vero que abbatem ipsum seu statum ejus tangere videbuntur, nobis fideliter insinuare procurent, ut ex relatione ipsorum instructi

procedamus ad amotionem ejus vel alia provideamus in hiis sicut viderimus faciendum. Nulli ergo nostre confirmationis et precepti etc. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas aprilis, anno tertio. »

**1063** Orvieto, 23 mai 1264.

Ebolo Dornhac, canonico Lemovicensi, praebendam in ecclesia Lemovicensi ab Oddone, episcopo Tusculano adjudicatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 51, n° 112.)

« *Ebolo Dornhac* [1], *subdiacono nostro, canonico Lemovicensi.* Ea que judicio etc. — Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum in causa que inter te, ex parte una, et dilectos filios .. decanum, et capitulum ecclesie Lemovicensis super provisione tibi facta de canonicatu ipsius ecclesie per venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Burdegalensem, auctoritate apostolica, ex altera, vertebatur, per appellationem, ipsorum decani et capituli ad sedem apostolicam legitime devoluta, venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Tusculanum, dederimus partibus auditorem, idem episcopus, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, sententialiter pronuntiavit appellationem predictorum decani et capituli illegitimam extitisse, et provisionem factam tibi de canonicatu predicto et processum super hoc habitum fuisse legitimum, et ipsa etiam confirmavit declarans per hujusmodi sententiam te habere jus in canonicatu predicto, teque debere recipi in canonicum et in fratrem ecclesie supradicte, predictos decanum et capitulum ad hoc et in quadam summa pecunie tibi, expensarum nomine, taxatione prehabita et a te juramento recepto, nichilominus condempnando, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius episcopi, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, predictam sententiam ratam et firmam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Orta dudum inter decanum et capitulum ecclesie Lemovicensis, ex una parte, et Ebolum Dornhac, subdiaconum domini pape, ex altera, super ipsius Eboli provisione auctoritate apostolica sibi facta, de canonicatu et prebenda ipsius ecclesie materia questionis, et causa super questione hujusmodi per appellationem ipsorum decani et capituli ad sedem apostolicam legitime devoluta, sanctissimus pater dominus Urbanus, papa quartus, in causa et questione hujusmodi nos, Oddonem miseratione divina Tusculanum episcopum, dedit partibus auditorem. Comparentibus igitur dicto Ebolo pro se ac magistro Rolando de Parma, procuratore ipsorum decani et capituli, pro ipsis decano et capitulo, in judicio coram nobis, contra predictos decanum et capitulum et eorum predictum procuratorem dictus Ebolus libellum obtulit continentie infrascripte :

« Coram vobis reverendo patre, domino Odone, » Dei gratia episcopo Tusculano, partibus auditore » concesso, dicit et proponit in jure Ebolus Dornhac, » canonicus Lemovicensis, subdiaconus domini pape, » contra decanum et capitulum Lemovicenses et con- » tra ipsorum legitimum defensorem, eorum nomine, » quod, cum de canonicatu Lemovicensis ecclesie » sibi sit auctoritate apostolica provisum, et eadem » auctoritate eisdem decano et capitulo sit mandatum » ut eum reciperent in canonicum et in fratrem, et » eidem providerent de prebenda, si qua vacabat ibi- » dem ad presens, vel quam cito ad id offerret se fa- » cultas, in contradictores et rebelles in scriptis ex- » communicationis sententia promulgata, ipsi hoc fa- » cere recusantes ad sedem apostolicam indebite in » scriptis appellarunt. Unde petit per vos, reverende » pater, quicquid factum est de canonicatu predicto » in personam ipsius Eboli, et processum super pre- » missis habitum pro eodem Ebolo sententialiter » confirmari et predictos decanum et capitulum et eo- » rum legitimum defensorem, eorum nomine, senten- » tialiter condempnari ut ipsum Ebolum recipiant » in canonicum et in fratrem ecclesie predicte et de » prebenda sibi provideant, juxta mandatum aposto- » licum auctoritate apostolica eis factum, appellatio- » nem eorum illegitimam decerni, et eos in expen- » sis factis condempnari, protestans de faciendis etc. »

Lite vero super hujusmodi libello legitime contestata prestitoque a partibus de veritate dicenda juramento, factis positionibus et responsionibus ad easdem, datis articulis hinc et inde et concessis induciis ad probandum interea datos articulos contra ipsum Ebolum, ex parte decani et capituli predictorum, tandem remissum fuit ad curiam negotium supradictum. Partibus etiam comparentibus coram nobis et facta discussione super remissione hujusmodi, comperimus quod non fuit probatum aliquid, nec aliqui testes producti super dictis articulis ex parte dictorum decani et capituli datis, quos coram nobis obtulit se procurator eorum predictus legitime probaturum. Et licet

1. Ms : *Daornahao.*

procnrator predictorum decani et capituli exceptionem excommunicationis proposuerit coram nobis contra examinatores vel judices deputatos ad recipiendum testes, quos pars dictorum decani et capituli vellet producere ad probandum articulos datos ex parte ipsorum, et a nobis fuerit bis admissus ad probandum, exceptionem hujusmodi non probavit sed penitus in probatione defecit. Unde nos, auditis rationibus utriusque partis et quecumque partes voluerunt proponere coram nobis tam de jure quam de facto, consideratis etiam meritis negotii et cause, habito consilio cum peritis et ab ipsis partibus in causa conclusione facta, et ad diffiniendum die partibus assignata, habitaque a domino papa licentia diffiniendi, quia constat nobis intentionem dicti Eboli plene fundatam, nec aliquid fuisse probatum ex parte predictorum decani et capituli contra predictum Ebolum et processum ejusdem, sed in probatione penitus defecisse, sententialiter pronuntiamus appellationem predictorum decani et capituli illegitimam esse, et provisionem factam eidem Ebolo de canonicatu predicto, et processum super hoc habitum fuisse legitimum, et ipsos etiam confirmamus. Declaramus etiam per sententiam ipsum Ebolum habere jus in canonicatu predicto et ipsum Ebolum debere recipi in canonicum et in fratrem ecclesie supradicte, et ad hoc predictos decanum et capitulum et eorum procuratorem procuratorio nomine sententialiter condempnamus; nichilominus condempnantes prefatos decanum et capitulum et procuratorem predictorum, procuratorio nomine, ipsi Ebolo in triginta libras turonen., expensarum nomine, taxatione prehabita diligenti et juramento ipsius Eboli subsecuto. In cujus rei testimonium, presentem sententiam scribi mandamus per Gaufridum, notarium nostrum infrascriptum, et sigilli nostri munimine roborari. Lata et pronuntiata fuit in scriptis hujusmodi sententia presentibus Ebolo et procuratore predictis, apud Urbemveterem, in domo reverendi patris domini O., Dei gratia episcopi Tusculani, die sabbati vi idus maii, anno M°CC°LXIIII° indictione vii^a^ pontificatus domini Urbani pape quarti anno tertio, presentibus hiis testibus venerabili viro magistro Johanne, archidiacono Sigalonie in ecclesia Bituricensi; magistro Petro de Latapetra, canonico Lemovicensi; magistro Petro de Pinu, canonico sancti Aredii, Lemovicensis diocesis; domino Guillelmo Bertrandi et Bernardo de Magnaco, clericis, et pluribus aliis testibus vocatis et rogatis. Et ego Gaufridus Talhati, clericus sacrosancte Romane ecclesie auctoritate publicus notarius, predictis interfui et presentem sententiam de mandato predicti domini episcopi Tusculani scripsi, publicavi et meo signo signavi rogatus. »

Nulli ergo hominum etc. — Datum apud Urbemveterem, x kalendas junii, anno tertio. »

**1064** Orvieto, 23 mai 1264.

Priorem de Catusio, Caturcensis diocesis, praedictae sententiae executorem constituit. (Reg. 29, fol. 51 v°, n° 113.)

« *Priori de Catusio, Caturcensis diocesis.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas junii, anno tertio. »

**1065** Orvieto, 11 février 1264.

Ordinationem a Simone, tituli s. Martini presbytero cardinali, editam in controversia inter Martinum Petri, canonicum Salamantinum, et Amatorem Pelagii, cantorem, super præbenda in ecclesia Salamantina exorta, confirmat. (Reg. 29, fol. 51 v°, n° 114.)

« *Martino Petri, canonico Salamantino.* Ea que judicio etc. usque communiri. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod cum nos causam que inter te et Amatorem Pelagii, canonicum Salamantinum, super prebenda que in Salamantina ecclesia vacavit per mortem quondam Roderici Facundi, cantoris ejusdem, orta extitit, ad sedem apostolicam legitime devolutam, dilecto filio nostro S., tituli sancti Martini presbytero cardinali, audiendam commiserimus et fine debito terminandam, concessa sibi a nobis nichilominus vive vocis oraculo potestate inter te et dictum Amatorem tam super eadem prebenda et ejus fructibus quam etiam super alia proximo vacatura in ecclesia memorata, decernendi, statuendi et sicut pro bono pacis ei magis videretur expediens, ordinandi, tandem tu et dictus Amator, postquam fuit coram dicto cardinali aliquandiu litigatum, eligentes potius initiate litis paramenta diripere ac per pacis et compositionis objectum certamina terere jurgiorum quam viam texendis, ex dubietate processunm, questionibus aperire, in eundem cardinalem super causa, lite seu questione hujusmodi tamquam in arbitrum, arbitratorem, ordinatorem et amicabilem compositorem, sponte et concorditer compromittere curavistis, sibi nichilominus potestate judiciaria reservata. Idem vero cardinalis, habita super hiis a nobis, ut dictum est, ordinandi inter partes

libera facultate, ac hujusmodi compromisso recepto, habito etiam consilio peritorum et secum plena deliberatione prehabita jurisque ordine observato necnon utraque parte presente ac super hiis sententiam ferri cum instantia postulante, tam judiciaria quam arbitraria potestate, supradictam prebendam, cum omnibus juribus, titulis, honoribus et pertinentiis suis, tibi sententialiter adjudicavit et eam ad te spectare de jure decrevit ac diffinivit, prefato Amatori, a cujus impetitione te absolvit, super prebenda et pertinentiis ipsis perpetuum silentium imponendo, prout in publico instrumento confecto exinde ac sigillo cardinalis ejusdem signato, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinali super hiis factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus annotari facientes, qui talis est :

« In nomine Domini, amen. Applaudit pacifici regis —. Sane dudum inter Martinum Petri et Amatorem Pelagii, canonicos Salamantinos, super prebenda Salamantine ecclesie, que per mortem bone memorie quondam Rodorici Facundi, cantoris Salamantini, vacaverat inibi, orta materia questionis, sanctissimus pater et dominus noster, dominus Urbanus, Dei gratia papa IIII, causam seu questionem hujusmodi nobis, Symoni, miseratione divina tituli sancti Martini presbytero cardinali, audiendam commisit et judicio vel concordia terminandam, concessa nobis nichilominus vive vocis oraculo potestate inter dictos canonicos tam super predicta prebenda quondam cantoris ejusdem et ejus fructibus, quam etiam super alia primo in dicta Salamantina ecclesia vacatura, decernendi, statuendi et prout pro bono pacis nobis magis videretur expediens, ordinandi. A partibus itaque supradictis coram nobis in judicio super dicta prebenda quondam dicti cantoris aliquandiu litigato, tandem ab eis, videlicet predicto Martino Petri pro se et Amatore ipso pro se in nostra presentia constitutis et eligentibus potius initiate litis paramenta diripere, ac per pacis et compositionis objectum certamina terere jurgiorum, quam viam texendis, ex dubietate processuum, questionibus aperire, in nos, prefatum Symonem, Dei gratia cardinalem, de dicta causa, lite seu questione, tamquam in arbitrum, arbitratorem, ordinatorem et amicabilem compositorem, sponte hinc inde ac concorditer extitit compromissum, ut super hiis inter ipsos componendo, statuendo, sententiando, arbitrando et decernendo, ordinaremus, statueremus, arbitraremur, sententiaremus et disponeremus totaliter, juxta nostre beneplacitum voluntatis, retenta nobis in omnibus nichilominus judiciaria potestate, prout in instrumento publico inde confecto dinoscitur plenius contineri. Nos igitur, habita super predictis, ut dictum est, ordinandi inter partes easdem a domino papa libera et legitima facultate, recepto hujusmodi compromisso, habito etiam diligenti consilio peritorum et nobiscum plena deliberatione prehabita, Dei nomine invocato, partibus ipsis presentibus et super hiis sententiam et arbitrium nostrum ferri cum instantia postulantibus in assignato ad id eis termino, in judicio coram nobis, tam judiciaria quam arbitraria nobis tradita potestate, prebendam predictam de qua agitur, que fuit olim supradicti R., cantoris Salamantini, in dicta Salamantina ecclesia, cum omnibus juribus, titulis, honoribus et pertinentiis suis prefato Martino Petri, canonico Salamantino, sententialiter in scriptis adjudicamus et ad ipsum eam spectare de jure decernimus et sententialiter diffinimus, predicto Amatori, canonico Salamantino, a cujus impetitione dictum Martinum per hanc sententiam nostram absolvimus, super ipsa prebenda et ejus pertinentiis exnunc perpetuum silentium imponentes. Ut autem idem Amator, canonicus Salamantinus, juris et equitatis presidio non privetur, statuimus, arbitramur, judicamus, dicimus et per nostram sententiam et arbitrium ordinamus ut idem Amator, canonicus Salamantinus, fructus omnes seu distributiones cotidianas dicte prebende olim dicti cantoris Salamantini dicto Martino adjudicate, exceptis prestimoniis et fructibus vestiarii Salamantine ecclesie ad prebendam ipsam spectantibus, tamdiu totaliter exnunc inantea percipiat et percipere debeat, donec prebendam primo in dicta Salamantina ecclesia vacaturam idem Amator pacifice fuerit assecutus, quam prebendam dictum Amatorem, canonicum Salamantinum, auctoritate apostolica nobis, ut dictum est, in hac parte concessa, exnunc sententialiter decernimus habiturum, et reservamus eidem, cum vacaverit, conferendam, non obstante quod plures, ut dicitur, post Amatorem predictum in eadem Salamantina ecclesia in canonicos sunt recepti, prebendas expectantes inibi vacaturas, vel quod aliqui ut recipiantur insistunt, quibus eundem Amatorem, prout etiam ordo sue receptionis exigit, in assecutione dicte prebende primo vacature in predicta ecclesia Salamantina, auctoritate predicta decernimus preferendum, et eis quoad alias nullum per hoc prejudicium generari, decernentes nichilominus auctoritate predicta irritum et inane quicquid contra hujusmodi ordinationem nostram contigerit attemptari. Hanc autem sententiam et hujusmodi arbitrium nostrum dicti

Martinus et Amator, canonici Salamantini, et eorum quilibet statim hinc inde in nostra presentia universaliter et particulariter, in toto et in partibus, ratificaverunt ac in omnibus et singulis acceptarunt. In quorum omnium testimonium et ipsorum canonicorum cautelam, presens publicum instrumentum per manus Nicolai de Rocca, publici notarii, exinde fieri facimus et nostri sigilli munimine roborari. Acta sunt hec et lata est hujusmodi sententia et arbitrium pronuntiatum apud Urbemveterem, in hospitio dicti domini Symonis cardinalis, anno dominice incarnationis M°CC° LXIII°, mense decembri die xviii^a, indictione vii^a, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, coram me, predicto Nicolao de Rocca, notario, presentibus venerabili patre domino N., episcopo quondam Bruniatensi; A., abbate monasterii de Carraria, Paduane diocesis : magistris Albertino, canonico Tervisino, et Albertino archipresbytero plebis de Sacco, diocesis Paduane; Johanne, canonico Vercellensi; Thoma de Sancto-Germano et O., decano Feltrensi, capellanis dicti domini Symonis cardinalis, testibus ad hoc specialiter convocatis. Ego Nicolaus de Rocca. publicus sacrosancte Romane ecclesie auctoritate notarius, prolationi et acceptationi hujusmodi sententie et arbitrii ac omnibus aliis et singulis suprascriptis interfui et ea de mandato predicti domini Sy., cardinalis et ad preces dictarum partium scripsi et publicavi et publicata una cum sigillo ipsius domini cardinalis presentibus appenso, consueto meo signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem. iii idus februarii, anno tertio. »

**1066** Orvieto, 13 février 1264.

Sententiam a Simone, tituli s. Martini presbytero cardinali, latam. in quantum Amatoris Pelagii, canonici Salamantini, interest, confirmat. (Reg. 29, fol. 52 v°, n° 115.)

« *Amatori Pelagii, canonico Salamantino.* Cum a nobis —. Datum apud Urbemveterem, idus februarii, anno tertio. »

**1067** Orvieto, 13 février 1264.

Episcopum Seguntinum praedictarum sententiarum constituit executorem. (Reg. 29, fol. v°, n° 116.)

« *Episcopo Seguntino.* Exhibita nobis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, idus februarii, anno tertio. »

**1068** Orvieto, 31 mai 1264.

Venturae, canonico ecclesiae s. Venantii Escolani, ecclesiam s. Mariae de Monte, sitam extra castrum de Racanato, a Jacobo Giberti collatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 52 v°, n° 117.)

« *Venture, canonico ecclesie sancti Venantii Escolani, cappelle nostre clerico.* Licet ea que —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod nos, intellecto quod ecclesia sancte Marie de Monte, sita extra castrum de Racanato, Humanatis diocesis, de jure vacabat, nos, obtentu cappellanorum nostrorum pro te apostolicam gratiam implorantium, volentes tibi de ipsa gratiam facere specialem, dilecto filio Jacobo de Sancto-Donato, subdiacono et cappellano nostro, commisimus oraculo vive vocis ut tibi predictam ecclesiam, cum juribus et pertinentiis suis, conferre curaret. Idem vero cappellanus eandem ecclesiam, cum juribus et pertinentiis suis, auctoritate sibi a nobis in hac parte commissa, tibi contulit et providit de illa teque de ipsa per suum pileum presentialiter investivit, decernens irritum et inane si secus de ipsa ecclesia, juribus et pertinentiis predictis a quoquam contingeret attemptari, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius Jacobi cappellani, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem cappellano provide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus, etc., usque communimus.

Tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« *In nomine Domini amen. Jacobus Giberti, dictus* de Sancto-Donato, *domini pape subdiaconus et cappellanus, canonicus Januensis, dilecto sibi in Christo Venture, canonico ecclesie sancti Venantii Esculani, clerico cappelle domini pape, salutem in Domino.* Sanctissimus pater dominus—. In cujus rei testimonium, presens instrumentum per Johannem de Balneo, publicum notarium, fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Actum apud Urbemveterem, in cappellania domini pape, sub anno Domini M°CC°LXIIII°, v kalendas junii, indictione vii, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, presentibus dominis Bartholomeo Sarraceno; Bartholomeo, abbate de Trebis; Andrea, decano Constantinopolitano; Marcellino, archidiacono Anconitano; Pagano, preposito de Florentia; et Leonardo, primicerio de Venetiis, domini pape cappellanis, testibus ad premissa vocatis et rogatis. Et ego Johannes de Balneo, apostolice sedis auctoritate notarius, hujusmodi collationi, provisioni et investiture interfui et de mandato supradicti domini Jacobi Giberti, dicti *de Sancto-Donato*,

domini pape subdiaconi et cappellani, presens instrumentum scripsi et publicavi rogatus. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, II kalendas junii, anno tertio. »

**1069** Orvieto, 2 juin 1264.

Episcopum Auximanum et archidiaconum Spoletanum praedictae collationis executores constituit. (Reg. 29, fol. 53, n° 118.)

« *Episcopo Auximano et dilecto filio . . archidiacono Spoletano, capellano nostro.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas junii, anno tertio. »

**1070** Orvieto, 14 mai 1264.

Ordinationem a Guillelmo, tituli s. Marci presbytero cardinali, editam super praebenda in ecclesia Senogiensi, Cameracensis diocesis, inter Balduinum et Raynerium de Hun contestata, confirmat. (Reg. 29, fol. 53. n° 119.)

« *Balduino, cappellano venerabilis fratris nostri . . episcopi Albanensis, canonico ecclesie Senogiensis, Cameracensis diocesis.* Ea que judicio, etc., usque communiri. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod olim super receptione tua et provisione tibi de prebenda in Senogiensi ecclesia faciendis, nostris ad certum executorem a te sub certa forma litteris impetratis, et eodem executore capitulo ejusdem ecclesie ut te in canonicum et in fratrem reciperent, hujusmodi litterarum auctoritate, mandante, iidem capitulum propter hoc ad sedem apostolicam appellarunt. Verum dilectus filius Renerius de Hun, subdiaconus noster, cappellanus dilecti filii nostri G., tituli sancti Marci presbyteri cardinalis, in predicta ecclesia per felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, litteras in canonicum jam receptus, ad prosequendam appellationem hujusmodi, cum sua crederet interesse, ad dictam sedem accedens, dilectum filium magistrum Petrum, dictum *Senem*, cappellanum nostrum, decanum ecclesie sancti Ylarii Pictavensis, dari sibi a nobis obtinuit auditorem. Porro predicti capitulum, post appellationem prefatam, te in fratrem et canonicum, assignatis tibi stallo in choro et loco in capitulo, receperunt. Demum vero, hujusmodi tuam receptionem predicto Renerio impugnante, ac inter te et ipsum super hoc et super eo quod alteruter vestrum se debere in prebende assecutione in dicta ecclesia preferri alteri asserebat, materia questionis exorta, tandem idem cardinalis in quem super hoc et super quadam prebenda, que in dicta ecclesia per mortem Nicolai dicti *Warumbe*, ipsius ecclesie canonici, medio tempore vacaverat, in qua uterque vestrum se jus habere dicebat, tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem, sub certa pena et juramento hinc inde prestito, compromittere ejusque laudo et arbitrio vos submittere curavistis, auditis hiis que tu et dictus Renerius voluistis proponere coram eo, ac juribus utriusque vestrum plene discussis, et a nobis ordinandi, statuendi, providendi, arbitrandi, diffiniendi, reservandi et decernendi tam super premissis, quam super hiis que alter contra alterum duxerat proponendum, et super prebenda siqua preter predictam in eadem ecclesia tunc vacabat, alioquin proximo vacatura, obtenta vive vocis oraculo plena et libera potestate, ordinavit, statuit, arbitratus est et providit ac reservavit et decrevit prout in publico instrumento confecto exinde, ipsius cardinalis sigillo munito, quod de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continetur. Nos itaque, tuis precibus inclinati, quod ab eodem cardinali super hoc factum est, ratum habentes et firmum, id auctoritate apostolica confirmamus, etc., usque communimus.

Tenor autem instrumenti predicti talis est :

« In nomine Domini amen. Presidente rationis imperio —. Sane Reinerio de Hun, domini pape subdiacono, canonico ecclesie Sen[o]giensis, Cameracensis diocesis, auctoritate litterarum felicis recordationis Alexandri pape quarti in ecclesia ipsa recepto in canonicum et in fratrem, sanctissimus pater, dominus Urbanus papa IIII, Balduinum, rectorem ecclesie sancti Johannis de Nivella, Leodiensis diocesis, in eadem ecclesia Senogiensi per suas litteras sub certa forma recipi mandavit in canonicum et in fratrem ac sibi provideri de prebenda siqua tunc vacabat ibidem vel quamprimum ad id oportunitas se offerret, dicto Balduino certo super hoc executore concesso. Eodem itaque executore mandante capitulo predicte Senogiensis ecclesie ut eundem Balduinum reciperent in canonicum et in fratrem, predicti capitulum propter hoc ad sedem apostolicam appellarunt. Dictus vero Renerius ad prosequendam appellationem hujusmodi, cum id sua crederet interesse specialiter, ad eandem sedem accedens, discretum virum magistrum Petrum, dictum *Senem*, decanum ecclesie sancti Ylarii Pictavensis, domini pape cappellanum, ab eodem domino Urbano papa[1] sibi super hoc dari obtinuit auditorem.

1. Le mot *papa* est répété par erreur.

Porro predicti capitulum, post appellationem eandem, dictum Balduinum receperunt in canonicum et in fratrem, sibi stallo in choro et loco in capitulo assignatis. Demum vero, predicto Renerio impugnante receptionem hujusmodi ipsius Balduini, ac inter Renerium et Balduinum predictos super hoc et super eo quod [1] alteruter eorum asserebat se debere preferri alteri in assecutione prebende in dicta Senogiensi ecclesia, materia questionis exorta, tandem Renerius et Balduinus predicti in nos Guillelmum, miseratione divina tituli sancti Marci presbyterum cardinalem, super hoc et super quadam prebenda que in dicta Senogiensi ecclesia per mortem Nicolai, dicti *Warumbe*, ipsius ecclesie canonici, medio tempore vacaverat, in qua uterque ipsorum se jus habere dicebat, tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem, sub certa pena et juramento hinc inde prestito, compromittere, ac nostre ordinationi, laudo et arbitrio se summittere curaverunt. Dictus namque Renerius, cappellanus noster, ipsius Balduini receptionem impugnans, proposuit coram nobis quod dictus Balduinus patiebatur defectum in natalibus propter quod ipsius receptio non valebat, et quod dictus Renerius, etiam si ejusdem Balduini receptio esset valida, eidem debebat in prebende assecutione preferri, cum idem dominus Urbanus papa in sepedicta Senogiensi ecclesia, post ejusdem Renerii receptionem, litteras suas direxerat faceret [2] in prebende assecutione preferri, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Ex parte vero prefati Balduini fuit propositum ex adverso quod, licet idem defectum in natalibus patiatur, est tamen cum eo auctoritate sedis ipsius super defectu hujusmodi dispensatum, et quod predictus Renerius quandam prebendam que vacaverat ante in prefata Senogiensi ecclesia, per mortem Jacobi, dicti *Anibant*, ejusdem ecclesie canonici, eidem Renerio de jure debitam, petere ac super ea jus suum omiserat prosequi negligenter, propter quod predictam prebendam que fuit ipsius Nicolai, que dicto Balduino debebatur de jure, petere non poterat nec debebat. Ad hec dictus Renerius respondit quod ipse, obstante sibi quodam juramento quod prestiterat, in predicta prebenda quam obtinuit prefatus Jacobus, non poterat jus obtinere. Nos itaque, auditis hiis et aliis que Renerius et Balduinus predicti voluerunt proponere coram nobis, ac juribus ipsorum plene discussis, et ab eodem domino Urbano papa ordinandi, statuendi, providendi, ordinandi, arbitrandi et diffiniendi super hoc, prout nobis expediens videretur, ac providendi ei a quo abjudicaremus predictam prebendam que fuit dicti Nicolai, de alia prebenda pertinente ad collationem ipsius capituli, si qua in dicta Senogiensi ecclesia tunc vacabat, alioquin reservandi donationi apostolice prebendam proximo in eadem ecclesia vacaturam, conferendam sibi per illum cui dictus dominus Urbanus id duxerit committendum, ac decernendi irritum et inane si secus de illa contingeret attemptari, libera facultate ac plenaria potestate oraculo vive vocis obtentis, ordinamus, statuimus, arbitramur et providemus quod predictus Renerius, hujusmodi exceptionibus contra eum propositis, nequaquam obstantibus, prefatam prebendam que fuit predicti Nicolai, cum juribus et pertinentiis suis habeat, teneat et possideat pacifice et quiete, ac sibi adjudicamus eandem, super ea dicto Balduino perpetuum silentium imponentes. Ceterum, auctoritate ac potestate nobis ab eodem domino Urbano papa in hac parte commissis, hujusmodi receptionem dicti Balduini ac assignationem stalli in choro et loci in capitulo factam sibi per dictum capitulum, pronuntiamus esse canonicas, ac ei prebendam pertinentem ad collationem dicti capituli, si qua in predicta Senogiensi ecclesia vacat ad presens, non obstante exceptione hujusmodi proposita contra eum super defectu suorum natalium, predicto Balduino conferimus ac providemus de illa. Si vero aliqua prebenda ibidem non vacat ad presens, nos prebendam pertinentem ad collationem dicti capituli in sepedicta Senogiensi ecclesia proximo vacaturam, conferendam dicto Balduino per illum vel per illos cui vel quibus predictus dominus papa id duxerit committendum, donationi apostolice reservamus, decernentes irritum et inane si secus de hujusmodi prebenda a quoquam contigerit attemptari, non obstantibus quibuscumque litteris post receptionem dicti Balduini super receptione ac provisione quorumlibet in dicta Senogiensi ecclesia a sede impetratis eadem, etiam si per eas ad receptionem, reservationem, inhibitionem et decretum processum existat, aut etiam impetrandis per quas memorato Balduino super assecutione prebende in sepedicta ecclesia decernimus nullum debere generari prejudicium vel obstaculum interponi, aut aliquibus indulgentiis predicte sedis de quibus oporteat plenam et expressam mentionem fieri et per quas ipsius Balduini provisio impediri valeat vel differri. In hujus itaque rei evidentiam pleniorem, presens instrumentum per infrascriptum notarium de mandato nostro scriptum, nostri fecimus sigilli appensione muniri. Lata, recitata et pronuntiata apud Urbemveterem, in

1. Le mot *quod* est répété par erreur.
2. Le texte est ici manifestement altéré.

domo nostri cardinalis predicti, sub anno Domini M°CC°LX tertio, indictione VII^a, mense decembri die XI exeunte, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, presentibus hiis testibus videlicet venerabilibus viris magistro Guillelmo de Sancto-Martino, archidiacono Roffensi; Yoberto, decano Rosetensi: domino Alberto de Parma, doctore legum; magistro Guillelmo de Bontolio; Thomasino Spada, procuratore in Romana curia, vocatis et rogatis. Et ego Guillelmus Nicolai, auctoritate sancte Romane ecclesie notarius ac prefati domini cardinalis scriba, prolationi et pronuntiationi ordinationis, provisionis et aliorum predictorum presens fui, et, ut supra legitur, de mandato ipsius domini cardinalis, scripsi et in publicam formam redegi, meoque signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, II idus maii, anno tertio. »

**1071** Orvieto, 9 juin 1264.

Thesaurarium ecclesiae Nivellensis praedictae sententiae executorem constituit. (Reg. 29, fol. 53 v°, n° 120.)

« *Thesaurario ecclesie Nivellensis, Leodiensis diocesis.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, V idus junii, anno tertio. »

**1072** Orvieto, 14 mai 1264.

Sententiam praedictam G. tituli s. Marci praesbyteri cardinalis, in quantum Raynerii de Hum interest, confirmat. (Reg. 29, fol. 54, n° 121.)

« *Raynerio de Hum, subdiacono nostro, capellano dilectorum filiorum nostrorum A., tituli s. Praxedis et G., tituli s. Marci presbiterorum cardinalium, canonico ecclesie Senogiensis, Cameracensis diocesis.* Ea que judicio —. Datum apud Urbemveterem, II idus maii, anno tertio. »

**1073** Orvieto, 31 mai 1264.

Magistro Adae de Filebi perpetuam vicariam ecclesiae de Stanes, Londoniensis diocesis, a magistro Andrea Spiliati adjudicatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 54, n° 122.)

« *Magistro Ade de Filebi, subdiacono nostro, perpetuo vicario ecclesie de Stanes, Londoniensis diocesis.* Justis petentium desideriis etc. usque complere. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod, vacante dudum perpetua vicaria ecclesie de Stanes, Londoniensis diocesis, dilecti filii.. abbas, et conventus Westmonasterii Londoniensis, ad quos presentatio perpetui vicarii ad vicariam ipsam pertinet, venerabili fratri nostro .. Londoniensi episcopo, te ad vicariam ipsam canonice presentarunt, ac idem episcopus te ad dictam vicariam contra justitiam recusans admittere, Willelmum de Sandwico [1], presbyterum Cantuariensis diocesis, de facto, cum de jure non posset, instituit in eadem, propter quod tu ad sedem apostolicam appellasti et, juxta constitutionem felicis recordationis Innocentii pape IIII, predecessoris nostri, super hoc editam, personaliter ad sedem ipsam accedens, dilectum filium nostrum R., sancti Angeli diaconum cardinalem, dari obtinuisti a nobis in causa hujusmodi auditorem. Quo dilecto filio Riccardo, dicto *Tasca*, canonico Remensi, primo, et tandem eodem canonico recedente de Romana curia et se ad partes alias transferente, dilecto filio magistro Andree Spiliati, subdiacono et capellano nostro, causam committente predictam, idem capellanus, nullo coram ipso pro eisdem episcopo et presbytero, in statuto ab eadem constitutione termino, competente comparente, quamquam ipsi post eundem terminum in audientia publica, ut moris est, peremptorie citati fuerunt, et diutius expectati, auditis et intellectis que tu proponere voluisti, ac visis juribus tuis ac plene discussis, eisque nobis et dicto cardinali fideliter recitatis, te quoque presente, ac prefatis episcopo et presbytero iterato in audientia citatis ad sententiam audiendam et nemine comparente pro eis, habito sapientum consilio, de speciali mandato cardinalis ejusdem, predictam vicariam tibi sententialiter adjudicavit, et ad te illam de jure pertinere decrevit, super vicaria ipsa eidem presbytero perpetuum silentium imponendo, ac ipsos tibi pro expensis factis in lite, taxatione prehabita et juramento a te prestito, in certa summa pecunie nichilominus condempnando, prout in instrumento publico inde confecto, ipsorum cardinalis et capellani sigillis munito, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc provide factum est, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus.

Tenorem autem predicti instrumenti presentibus de verbo ad verbum fecimus annotari, qui talis est:

« In nomine Domini amen. Presidente rationis imperio etc. usque judicentur. Sane vacante perpetua vicaria ecclesie de Stanes, Londoniensis diocesis, religiosi viri.. abbas, et conventus Westmonasteriensis

1. Ce nom est écrit plus bas *Sandwitico*.

ad quos presentatio perpetui vicarii ad vicariam ipsam pertinet, magistrum Adam de Phyleby, domini pape subdiaconum, venerabili in Christo patri domino Dei gratia Londoniensi episcopo, loci diocesano, ad vicariam ipsam canonice presentarunt, quem idem episcopus ad dictam vicariam recusans admittere, Willelmum de Sandwico, presbyterum Cantuariensis diocesis, de facto, cum de jure non posset, instituit in eadem, propter quod dictus magister Adam ad sedem apostolicam appellavit et, juxta constitutionem felicis recordationis domini Innocenti IIII super hoc editam, personaliter ad sedem ipsam accedens, reverendum in Christo patrem, dominum Riccardum, miseratione divina sancti Angeli diaconum cardinalem, a sanctissimo patre domino Urbano papa IIII dari obtinuit in causa hujusmodi auditorem. Quo venerabili viro Riccardo Tasca, canonico Remensi, committente causam audiendam pradictam, idem canonicus episcopum et presbyterum predictos pluries citari fecit in audientia publica, ut est moris; et cum nullus procurator legitimus compareret pro eis coram ipso, quamquam eos post terminum in constitutione ipsa statutum, diutius expectavit, interloquendo pronuntiavit predictam causam fore ad eandem sedem per appellationem hujusmodi legitime devolutam, et apud eam tractari deberi. Postmodum vero dictus magister eidem [1] canonico libellum obtulit continentie infrascripte :

« Coram vobis reverendo patre, domino R., sancti » Angeli diacono cardinali, partibus auditore dato, di» cit et proponit magister Adam de Phyleby, domini » pape subdiaconus, contra venerabilem patrem, domi» num Londoniensem episcopum, et Willelmum de » Sandwitico presbyterum vel eorum legitimos procu» ratores, quod, cum ipse ad vacantem vicariam ec» clesie de Stanes, Londoniensis diocesis, a religiosis » viris .. abbate, et conventu Westmonasterii Londo» niensis, veris patronis ejusdem vicarie, esset memo» rato episcopo, loci diocesano, canonice presentatus, » idem episcopus eundem subdiaconum admittere ad » dictam vicariam et instituere in eadem contra justi» tiam recusavit : quare idem subdiaconus sentiens in» debite se gravari sedem apostolicam appellavit. At » idem episcopus, hujusmodi appellatione contempta, » confingens falso quod hujusmodi vicaria tanto tem» pore jam vacarat quod ad ipsum per dictorum abbatis » et conventus negligentiam, juxta Lateranensis statuta » concilii, erat ipsius vicarie collatio devoluta, quod» que vicariam eandem predicto presbytero presenti, » tempore appellationis predicte, contulerat, ipsum » presbyterum in ejusdem vicarie possessionem fecit » induci, qui ipsam de facto contra justitiam detinet » occupatam. Unde petit memoratus subdiaconus pre» dictum presbyterum a prefata vicaria amoveri, et » eandem sibi adjudicari, et admitti ad jamdictam » vicariam et vicarium perpetuum institui in eadem. » Petit etiam expensas factas in lite et protestatur de » faciendis et hec dicit etc. »

« Demum vero, predicto magistro Adam petente ab eodem canonico ut ad instructionem juris sui testes suos super principali recipere procuraret, idem canonicus episcopum et presbyterum predictos in audientia publica citari fecit ut comparerent per se vel per procuratorem ydoneum coram eo, ad videndum jurare testes quos dictus magister Adam in predicta causa producere intendebat. Et tandem coram eo, in termino ipso, pro eisdem episcopo et presbytero nullo comparente procuratore legitimo, hujusmodi testes recepit et diligenter examinare curavit. Porro, dicto canonico recedente de Romana curia et se ad partes alias transferente, idem cardinalis nobis, Andree Spiliati, domini pape subdiacono et cappellano, predictam causam audiendam commisit. Petente itaque predicto magistro Adam ut in causa procederemus eadem, nos prefatos episcopum et presbyterum in audientia publica citari fecimus ut visuri publicationem hujusmodi testium comparerent per se vel per procuratorem ydoneum, certo termino, coram nobis ; et cum nullus compareret pro eis, attestationes publicavimus testium eorumdem, ac eas et jura ipsius magistri Ade inspeximus et examinavimus ac plene discussimus, et coram eodem cardinali, primo, et postmodum, de mandato ipsius et in ejus presentia, coram dicto domino papa curavimus fideliter recitare. Quo tandem precipiente nobis ut procederemus ad sententiam, de predicti cardinalis consilio et mandato, nos episcopum et presbyterum predictos in audientia publica citari fecimus ad sententiam audiendam ; et, prehabita deliberatione habitoque jurisperitorum consilio, predictorum episcopi et presbyteri absentia que Dei replevit presentia, non obstante, de consilio et mandato prefati cardinalis, predictam vicariam prelibato magistro Ade sententialiter adjudicamus, et ad eum de jure decernimus pertinere, super dicta vicaria eidem presbytero perpetuum silentium imponendo, ac ipsos pro expensis factis in lite predicto magistro Ade, taxatione nostra prehabita et ab eo juramento recepto, in viginti quinque marchis sterlingorum nichilominus condempnando. In cujus rei testimonium, presens instrumen-

1. Le manuscrit porte par erreur *eodem*.

tum scribi et publicari fecimus per Bonamspem, notarium infrascriptum, et nostri sigilli una cum sigillo dicti domini cardinalis munimine roborari. Lecta et pronuntiata fuit hec sententia apud Urbemveterem per dictum dominum Andream, anno Domini M°CC° LXIIII°, indictione vii, mense maii, die secunda, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, presentibus domino Viviano, priore sancti Bartholomei de Fighino; domino Sanctoro, priore de Guarzino; Egidio de Barentone, clerico Helyensis diocesis; Galgano, clerico de Verulis; et magistro Petro scriniario. Et ego Bonaspes Guiducci de Perusio, apostolice sedis auctoritate notarius, lectioni et pronuntiatoni hujus sententie interfui et, ut supra legitur, de mandato dicti domini Andree scripsi et rogatus in publicam formam redegi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas junii, anno tertio. »

**1074** Orvieto, 31 mai 1264.

Priorem de Hurele, Saresbiriensis diocesis, et magistrum Johannem de Tribelliano praedictae sententiae executores constituit. (Reg. 29, fol. 54 v°, n° 123.)

« *Priori de Hurele, Saresbiriensis diocesis, et magistro Johanni de Tribelliano, canonico ecclesie s. Cristine de Anagnia, in Anglia commoranti.* Exhibita nobis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas junii, anno tertio. »

**1075** Orvieto, 7 juin 1264.

Alberto magisterium scolarum ecclesiae Parmensis ab Uberto, s. Eustachii diacono cardinali, collatum, confirmat. (Reg. 29, fol. 55, n° 124.)

« *Alberto, magistro scolarum ecclesie Parmensis, cappellano dilecti filii U., sancti Eustachii diaconi cardinalis.* Inducunt nos tue —. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod nos, intellecto quod Lantelmus Odolanus, quondam magister scolarum Parmensis ecclesie, dignitatem magisterii scolarum ipsius ecclesie, retentis sibi canonicatu et prebenda quos in ecclesia ipsa obtinet, intendebat libere resignare, dilecto filio nostro U., sancti Eustachii diacono cardinali, commisimus, oraculo vive vocis, ut ab eodem Lantelmo vel ejus procuratore, ipsius nomine, predicte dignitatis libera resignatione recepta, eam persone ydonee conferre curaret. Idem vero cardinalis, auctoritate sibi a nobis in hac parte commissa, a dilecto filio magistro Fulcone de Placentia, scriptore nostro, habente ab ipso L. ad hoc sufficiens et speciale mandatum, ipsius dignitatis liberam resignationem recipiens, tibi de cujus ydoneitate sibi plene constitit, predictam dignitatem cum omnibus juribus et pertinentiis suis, vacantem per resignationem hujusmodi, auctoritate predicta contulit, et te de ipsa per suum anulum presentialiter investivit, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius cardinalis, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem cardinali factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc., usque communimus.

Tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« *Ubertus, miseratione divina sancti Eustachii diaconus cardinalis, discreto viro presbytero Alberto, custodi chori Parmensis, dilecto cappellano nostro, salutem in Domino.* Apostolica sedes illos —. In cujus rei testimonium et futuram memoriam premissorum, presentes litteras nostras fieri per infrascriptum tabellionem nostrum et in publicam formam redigi mandavimus ac sigilli nostri appensione muniri. Actum apud Urbemveterem, in camera nostra, presentibus Jacobo, archipresbytero Vulterano, cappellano, et Nicolao de Cannario, clerico nostris, testibus ad hec vocatis, sub anno Domini M°CC°LX quarto, iii kalendas maii, indictione septima, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio. Ego Paris de Spoleto, notarius publicus, predictis resignationi, collationi et investiture interfui et mandato predicti domini cardinalis, ut supra legitur, scripsi, publicavi meoque consueto signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, vii idus junii, anno tertio.

**1076** Orvieto, 7 juin 1264.

Uberto, s. Eustachii diacono cardinali, mandat quatenus Albertum praedictum in possessionem inducat praedictae dignitatis ei collatae. (Reg. 29, fol. 55, n° 125.)

« *Uberto, s. Eustachii diacono cardinali.* Inducunt nos dilecti —. Datum apud Urbemveterem, vii idus junii, anno tertio. »

**1077** Orvieto, 11 juin 1264.

Stephano de Eugneyo praebendam in ecclesia Tullensi a Jordano, ss. Cosmae et Damiani diacono cardinali, collatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 55, n° 126.)

« *Stephano de Eugneyo, decano Tullensi, familiari nostro.* Ea que judicio etc., usque communiri. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, dilecto filio Petro, dicto *Carpinatio*, cappellano dilecti filii nostri U., sancti Eustachii diaconi cardinalis, tunc decano ecclesie Tullensis, decanatum et prebendam quos in eadem ecclesia obtinebat, libere in nostris manibus resignante, nos decanatum et prebendam eosdem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, tibi contulimus et providimus de illis, investientes te per nostrum anulum de eisdem, non obstante quod Garinus de Rigneyo in prebenda ipsa, que fuit dicti Petri, se jus habere contendens, eam sibi conferri fecerat, et super ea cum dicto Petro seu capitulo dicte ecclesie litigabat. Cumque inter te ac dictum Garinum super eadem prebenda orta esset materia questionis, nos in causa hujusmodi dilectum filium nostrum J., sanctorum Cosme et Damiani diaconum cardinalem, dedimus partibus auditorem. Idem vero cardinalis, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, diffinitivam pro te sententiam promulgavit, prout in litteris inde confectis, sigillatis sigillo ipsius cardinalis, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, sententiam predictam provide latam, ratam et firmam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem ipsarum litterarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« *Jordanus, miseratione divina sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino.* Constitutus olim in presentia sanctissimi patris et domini nostri domini Urbani divina providentia pape IIII, vir discretus Petrus, dictus *Carpinatius*, cappellanus venerabilis patris domini Uberti, sancti Eustachii diaconi cardinalis, tunc decanus ecclesie Tullensis, decanatum et prebendam quos obtinebat in eadem ecclesia Tullensi, libere in ipsius domini nostri manibus resignavit. Idem vero dominus, hujusmodi ab eo resignatione recepta, decanatum et prebendam eosdem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, provido viro Stephano de Eugney, canonico Virdunensi, familiari suo, contulit sibique de illis providit, investiens eum per suum anulum de eisdem, non obstante quod Garinus de Rigneyo in prebenda ipsa que fuit dicti Petri, se jus habere contendens, eam sibi conferri fecerat et super ea cum dicto Petro seu capitulo ipsius ecclesie litigabat, prout in litteris apostolicis inde confectis ex parte ipsius S. productis in judicio coram nobis, plenius continetur. Prefato autem Guarino se jus habere in prebenda contendente predicta, et super ea inter dictum Stephanum et eundem G. questione suborta, memoratus dominus noster dedit nos in ipso negotio partibus auditorem. Nominatus vero Garinus contra dictum S. libellum obtulit in hunc modum :

« Coram vobis, reverendo patre domino J., miseratione divina sanctorum Cosme et Damiani diacono » cardinali, a domino papa partibus auditore concesso, » proponit Garinus de Rigneyo, canonicus Tullensis » ecclesie, contra dominum S., ejusdem ecclesie decanum, vel suum legitimum procuratorem dicens quod, » licet idem G., in dicta Tullensi ecclesia auctoritate » apostolica, decem annis et amplius jam elapsis, receptus fuerit in canonicum et in fratrem, ac postmodum, succedente tempore, prebendam que per » mortem Gerardi de Gondevilla vacavit ibidem, eadem auctoritate apostolica canonice sit adeptus et » in corporalem possessionem vel quasi ipsius prebende fuisset inductus, nec non primo contra Johannem archidiaconum, Vivianum, Rascinum, Willelmum et Warinum, canonicos ejusdem ecclesie, » secundo contra capitulum Tullense diffinitivas idem » G. pro se obtinuisset sententias, auctoritate apostolica supradicta, tamen prefatus dominus S., ecclesie » Tullensis decanus, pro sue arbitrio voluntatis prefatum G. super dicta prebenda indebite turbat, impedit et molestat quominus idem G. prefatam prebendam libere possideat pacifice et quiete. Unde petit per vos, venerande pater, prefatum dominum S., » decanum Tullensem, sententialiter condempnari et » compelli ut a dictis turbatione, impedimento et molestatione desistat et sibi inhiberi ne de cetero simili » attemptare presumat, cum nullum jus habeat talia » faciendi. Petit etiam quod ipsum faciatis predicte » prebende pacifica possessione gaudere, et dicto decano super ipsa prebenda silentium perpetuum imponatis, et hoc petit cum dampnis et interesse et » expensis factis, que omnia extimat ducentas libras » turon., et expensas faciendas protestatur, salvo jure » etc. »

« Lite igitur super eodem libello legitime contestata, prestito hinc inde juramento de veritate dicenda, factis positionibus et responsionibus subsecutis ad easdem, visis quoque, auditis et intellectis que partes proponere voluerunt, concluso in causa et procurato-

ribus partium earundem in nostra presentia constitutis ac sententiam cum instantia ferri petentibus, dieque prefixo ad sententiam audiendam, habito sapientum consilio et Dei nomine invocato, dictum Stephanum et ejus procuratorem, suo nomine, ab inpetitione dicti G. et ejus procuratoris sententialiter duximus absolvendum. In expensis autem in lite factis, nobis earum taxatione reservata, jam dictum procuratorem ipsius Garini et per eum Garinum eundem memorato Stephano sententialiter condempnamus. In cujus rei testimonium, presentes litteras fieri fecimus ac nostro sigillo muniri et per infrascriptum notarium in publica munimenta reduci. Actum apud Urbemveterem in hospitio nostro, anno Domini M° CC°LXIIII°, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, mense maii die v exeuntis, indictione vii$^{a}$, presentibus hiis testibus ad hoc specialiter vocatis, videlicet magistro Johanne de Rocca; fratre Jacobo et Petro presbytero, cappellanis nostris; domino Johanne de Trembecort, canonico Tullensi; Henrico clerico Johannis Noyse, canonici Metensis; et Symone speciario. Et ego Ricardus de Pofis, sancte Romane ecclesie scriniarius, prolationi dicte sententie presens interfui, et eam de mandato prefati domini J. cardinalis, scripsi et in publicam formam redegi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, iii idus junii, anno tertio. »

**1078** Orvieto, 11 juin 1264.

Priorem s. Simphoriani Metensis praedictae sententiae executorem constituit. (Reg. 29, fol. 55 v°, n° 127.)

« *Priori s. Simphoriani Metensis.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, iii idus junii, anno tertio. »

**1079** Orvieto, 10 juin 1264.

Vitali de Vaxosio archidiaconatum de Boriaco, Convenarum diocesis, a magistro Navarro adjudicatum, confirmat. (Reg. 29, fol. 55 v°, n° 128.)

« *Vitali de Vaxosio, archidiacono de Boriaco, Convenarum diocesis.* Ea que judicio etc., usque communiri. Ex parte siquidem tua fuit propositum coram nobis quod, cum olim venerabilis frater noster . . episcopus Convenarum, vacantem archidiaconatum de Boriaco, qui a pluribus sancti Gaudentii appellatur, tibi, de communi assensu capituli ecclesie Convenarum, ad quod et episcopum ipsum collatio ejusdem archidiaconatus pertinet, contulisset, canonici seu capitulum ecclesie sancti Gaudentii, Convenarum diocesis, Bernardum de Andorra, Convenarum et ejusdem sancti Gaudentii ecclesiarum canonicum, de facto ad archidiaconatum predictum, post collationem hujusmodi, elegerunt. Orta igitur inter te, ex parte una, et eosdem canonicos seu capitulum sancti Gaudentii et Bernardum, ex altera, super dicto archidiaconatu materia questionis, ac causa hujusmodi per appellationes partium ad sedem apostolicam devoluta, et coram dilecto filio magistro Navarro, cappellano nostro ac causarum palatii nostri generali auditore, Johanne Martini, clerico procuratore tuo, pro te legitime comparente ac petente ut in causa procederet supradicta, idem cappellanus capitulum seu canonicos et Bernardum predictos ac omnes et singulos qui se tibi super predicto archidiaconatu opponerent vel sua crederent interesse, pluries et peremptorie citari fecit in audientia publica, ut est moris; et nemine coram eo pro jam dictis capitulo seu canonicis et Bernardo vel pro aliquo alio comparente, visis instrumentis appellationum hujusmodi, considerans quod appellationis prosequende tempora observaras, pronuntiavit dictam causam fore ad dictam sedem per appellationem delatam et apud ipsam tractari debere, partis alterius absentia non obstante. Ac demum, visis probationibus, juribus et defensionibus tuis et plenius intellectis habitoque super hoc peritorum consilio, predicto procuratore presente et parte altera se contumaciter absentante, collationem tibi factam de archidiaconatu predicto pronuntiavit canonicam extitisse, ipsamque sententialiter confirmavit, cassans et irritans seu cassam et irritam nuntians electionem que de dicto Bernardo dicitur celebrata fuisse per prefatos canonicos seu capitulum sancti Gaudentii, et quicquid ex ea secutum fuerat vel ob ipsam, prefato Bernardo super nominato archidiaconatu perpetuum silentium imponendo. Prefatos quoque capitulum seu canonicos tibi in legitimis expensis condempnans, earum taxationem sibi in posterum reservavit, prout in instrumento publico inde confecto, ipsius cappellani sigillo signato, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cappellano provide factum est in hac parte, ratum et firmum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus etc., usque communimus.

Tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes qui talis est :

« In nomine Domini amen. Cum venerabilis pater

dominus Bertrandus, episcopus Convenarum, vacantem quondam archidiaconatum de Borriaco, qui a nonnullis sancti Gaudentii appellatur, de communi assensu capituli ecclesie Convenarum, Vitali de Vaxosio, Convenarum canonico, contulisse diceretur, prout in patentibus litteris ipsius episcopi sigillo munitis, confectis exinde, videbatur plenius contineri, ac canonici seu capitulum sancti Gaudentii predicti, collatione hujusmodi minime reprobata, Bernardum de Andorra, earundem ecclesiarum Convenarum et sancti Gaudentii canonicum, elegisse in dicti loci archidiaconum dicerentur, orta tandem inter dictum Vitalem, ex parte una, et eosdem capitulum seu canonicos et Bernardum super dicto archidiaconatu, ex altera, materia questionis, eademque per appellationem ab utraque parte, occasione predicta, interpositam, ad examen sedis apostolice devoluta, Johannes Martini, clericus procurator Vitalis predicti, procuratorio nomine pro eodem, coram nobis, magistro Navarro, domini pape cappellano et ipsius palatii generali auditore causarum, pro ipsa causa curavit personaliter comparere, instanter petens quod in causa procederemus eadem. Nos igitur, ad ipsius procuratoris instantiam, predictos capitulum seu canonicos et Bernardum ac omnes et singulos sedis et diocesis Convenarum qui se dicto Vitali opponerent super archidiaconatu predicto vel sua crederent interesse, ut per se vel responsalem ydoneum coram nobis comparere curarent, in dicta causa secundum juris exigentiam processuri, pluries et tandem peremptorie in audientia publica citari fecimus, ut est moris. Sane nullo pro jamdictis capitulo seu canonicis et Bernardo vel aliquo alio qui se dicto Vitali opponeret super archidiaconatu prefato, principali vel procuratore seu defensore legitimo comparente, nos, visis instrumentis appellationum hujusmodi, considerato etiam quod dictus procurator appellationis prosequende tempora legitime observarat, eodem procuratore instante procuratorio nomine pro Vitali prefato, pronuntiamus dictam causam esse per appellationem ad sedem apostolicam devolutam legitime, et in eadem debere tractari et decidi, dictorum capituli seu canonicorum et Bernardi ac aliorum qui se dicto Vitali opponerent, absentia, quos contumaces reputavimus, non obstante. Postmodum quidem dictus procurator coram nobis libellum obtulit in hunc modum :

« Coram vobis, magister Navarre, domini pape cap- » pellane et ipsius palatii generalis causarum auditor, » proponit Johannes Martini clericus, procurator do- » mini Vitalis de Vaxosio, ecclesie Convenarum cano- » nici et archidiaconi de Boriaco, procuratorio nomine » pro ipso Vitali, contra canonicos seu capitulum ec- » clesie sancti Gaudentii, diocesis Convenarum, et Ber- » nardum de Andorra, earundem ecclesiarum Conve- » narum scilicet et sancti Gaudentii canonicum, quod, » cum predictus archidiaconatus de Boriaco, dicte dio- » cesis Convenarum, qui a nonnullis sancti Gaudentii » appellatur, vacaret, venerabilis pater dominus Ber- » trandus, Dei gratia episcopus Convenarum, de consilio » et assensu capituli ipsius ecclesie Convenarum, dic- » tum archidiaconatum memorato Vitali canonice con- » tulit, ad quos scilicet dominum episcopum et capitu- » lum ipsius ecclesie Convenarum collatio dicti archi- » diaconatus de jure communi noscitur pertinere. Sed » predicti canonici seu capitulum sancti Gaudentii, » collatione predicta de ipso archidiaconatu facta ei- » dem Vitali minime reprobata, Bernardum de An- » dorra in archidiaconum dicti loci eligere de facto » temere presumpserunt. Quare petit dictus Johannes » pro ipso Vitali, procuratorio nomine, per vos, do- » mine auditor, pronuntiari collationem predictam » dicto Vitali factam, fore et fuisse canonicam, et eam » sententialiter confirmari, et electionem de ipso Ber- » nardo de Andorra per dictos canonicos seu capitu- » lum sancti Gaudentii temere attemptatam, non debere » subsistere vel valere, sed nullius fore momenti, cas- » santes et irritantes seu cassum et irritum nuntiantes » quicquid per eos circa predictam electionem vel oc- » casione ipsius super premissis extitit attemptatum, » predicto Bernardo de Andorra super ipso archidia- » conatu nichilominus perpetuum silentium imponen- » tes. Petit insuper ipsos in dampnis, interesse et ex- » pensis factis pretextu ipsius negotii, condempnari, » quas et que suo juramento paratus est declarare, et » protestatur faciendas quas declarabit loco et tem- » pore oportunis. »

« Cumque partem adversam responsuram ipsi libello et alias in ipso negotio ratione prima processuram, citari peremptorie in audientia publica fecissemus et nullus pro ipsa principalis seu procurator legitimus compareret, parte dictorum capituli seu canonicorum et Bernardi et aliorum se dicto Vitali opponentium contumace reputata, dictum procuratorem ad jurandum, secundum exigentiam negotii, et ad dicendum de juribus Vitalis predicti duximus admittendum ad que videnda, impugnanda et dicenda contra, prout parti adverse videretur expediens, ipsam pluries et peremptorie in audientia publica citari fecimus, prout in processu coram nobis habito plenius continetur. Visis tandem probationibus, juribus et defensionibus Vitalis predicti eisque plenius intellectis et diligenter exami-

natis, habitoque super eis peritorum consilio et plena deliberatione nobiscum, dicto procuratore instante ut ad diffinitivam dicte cause sententiam procedere deberemus, nemine vero pro parte alia, quamvis in audientia publica ad presentem audiendam sententiam pluries peremptorie citata fuerit et post expectata diutius, comparente, ipsius absentiam Dei replente presentia, juris ordine observato, invocato Christi nomine, predictam collationem de ipso archidiaconatu dicto Vitali factam, pronuntiamus canonicam extitisse, ipsamque sententialiter confirmamus, cassantes et irritantes seu cassam et irritam penitus nuntiantes electionem que de dicto Bernardo ad ipsum archidiaconatum dicitur celebrata, et quicquid ex ea vel ob eam secutum vel occasione ipsius extitit attemptatum, predicto Bernardo de Andorra super ipso archidiaconatu perpetuum silentium imponendo, dictos quoque capitulum seu canonicos in expensis legitimis ipsi procuratori, procuratorio nomine pro Vitali prefato, et per eum ipsi Vitali nichilominus condempnamus, eorum taxationem nobis de voluntate procuratoris predicti in posterum reservantes. In cujus rei testimonium, presentem sententiam scribi et publicari mandavimus per notarium infrascriptum et nostri sigilli munimine roborari. Lata et pronuntiata fuit presens sententia per predictum dominum auditorem apud Urbemveterem, in palatio domini pape, anno Domini M°CC°LXIIII°, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, indictione VII^a^ mense maii die XXVII^a^, presentibus domino Ardicione, primicerio cleri Mediolanensis; magistro Petro Saunerii, rectore ecclesie de Ucello, Lemovicensis diocesis; magistro Raymundo Radulfi Biterrensis; et Stephano Fabri Petragoricensis diocesium clericis; et magistris Bardo de Podio-bonizi et Berardo de Mevania notariis, testibus inde rogatis. Et ego Jacobus de Marsia, apostolice sedis auctoritate notarius, predictis interfui et ea, de mandato predicti domini auditoris, in publicam formam redegi meoque signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, IIII idus junii, anno tertio. »

**1080** Orvieto, 10 juin 1264.

Episcopum Bigorritanum praedictae sententiae executorem constituit. (Reg. 29, fol. 56 v°, n° 129.)

« *Episcopo Bigorritano.* Ex parte dilecti —. Datum apud Urbemveterem, IIII idus junii, anno tertio. »

**1081** Orvieto, 14 mai 1264.

Abbati s. Nicolai de Bosco mandat quatenus ordinationem prædictam (cf. n° 1072) in eo quod pro Raynerio de Ilum facta est, executioni demandet. (Reg. 29, fol. 56 v°, n° 130.)

« *Abbati s. Nicolai de Bosco, ordinis s. Benedicti, Laudunensis diocesis.* Olim super receptione —. Datum apud Urbemveterem, II idus maii, anno tertio. »

**1082** Orvieto, 29 juin 1264.

Magistro Johanni de Pendemonte canonicatum in ecclesia s. Clementis Compendiensis, Suessionensis diocesis, a magistro Dalfinate de Neapoli adjudicatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 56 v°, n° 131.)

« *Magistro Johanni de Pendemonte, abreviatori dilecti filii magistri Berardi de Neapoli, subdiaconi et notarii nostri, canonico ecclesie sancti Clementis Compendiensis, Suessionensis diocesis.* Ex tenore tue petitionis accepimus quod, olim in ecclesia sancti Clementis Compendiensis, Suessionensis diocesis, quadam prebenda vacante per mortem Ricardi dicti *Lebocu*, ejusdem ecclesie canonici, et ea canonice tibi collata, Fredericus de Monteculo, clericus Cameracensis diocesis, asserens prebendam ipsam ad se spectare, procuravit de facto sibi provideri de ipsa in tuum prejudicium et gravamen. Tu vero, quamcito id ad tuam pervenit notitiam, ad sedem apostolicam appellasti ac tempora constitutionis super hoc edite servans, coram dilecto filio magistro Delfinate de Neapoli, subdiacono et cappellano nostro ac nostri palatii causarum generali auditore, comparens, petiisti tibi super hoc ab eo justitiam exhiberi. Idem quoque auditor in negotio ipso procedens et dictum F., quia in audientia publica, ut moris est, citatus legitime, non comparuit coram ipso nec aliquis pro eodem, reputans contumacem, pronuntiansque dictum negotium fore per hujusmodi appellationem ad eandem sedem legitime devolutum, tandem cognitis ipsius negotii meritis et juris ordine observato, diffinitivam pro te sententiam promulgavit, prout in instrumento publico inde confecto ipsius auditoris sigillo munito, cujus tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri facimus, plenius continetur. Nos itaque, tuis precibus inclinati, sententiam ipsam provide latam ratam habentes et gratam, ipsam auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus.

Tenorem instrumenti predicti talis est :

« In Dei nomine amen. Cum magister Johannes de

Pedemonte, abreviator venerabilis viri magistri Berardi de Neapoli, domini pape notarii, canonicus ecclesie sancti Clementis Compendiensis, Suessionensis diocesis, olim in ea ecclesia fuisset auctoritate apostolica receptus in canonicum et in fratrem, et prebenda que vacavit ibidem per mortem Ricardi dicti *Leboccu*, ejusdem ecclesie canonici, canonice sibi collata fuisset, postmodum Fridericus de Monticulo clericus de prebenda ipsa de facto sibi provideri procuravit, in ejusdem magistri Johannis prejudicium et gravamen; procurator vero ipsius magistri J. ejus nomine a provisione hujusmodi, quamcito ad ejus pervenit notitiam, duxit ad sedem apostolicam appellandum. Quare predictus magister Johannes, tempora constitutionis super hoc edite servans, et coram nobis magistro Dalfinate de Neapoli, domini pape subdiacono et cappellano ac ipsius palatii causarum generali auditore, comparens, petiit a nobis ut in negotio ipso, mediante justitia, procedere curaremus. Nos, ad ipsius magistri Johannis instantiam, prefatum Fridericum et ejus procuratorem, si quis esset pro eo, pluries et peremptorie in audientia publica citari fecimus, ut est moris; et demum, quia nullus comparuit pro eodem post peremptorium terminum a nobis diutius expectatus, dicto magistro Johanne quolibet termino comparente et ipsius Friderici contumaciam accusante, eundem reputavimus contumacem, justitia exigente, et pronuntiavimus negotium ipsum fore per appellationem dicti magistri Johannis seu procuratoris ipsius magistri nomine ad sedem apostolicam legitime devolutum, ac libellum a predicto magistro Johanne recepimus, formam hujusmodi continentem :

« Coram vobis, magistro Dalfinate de Neapoli, domini » pape subdiacono et cappellano ac ipsius palatii gene- » rali causarum auditore, proponit magister Johannes » de Pedemonte clericus contra Fridericum de Monti- » culo, clericum Cameracensis diocesis, seu legitimam » personam pro ipso dicens quod, cum ipse in ecclesia » sancti Clementis Compendiensis, Suessionensis dio- » cesis auctoritate apostolica in canonicum et in fratrem » canonice sit receptus, et post receptionem ipsius que- » dam ibidem per mortem Riccardi, dicti *Lebocu*, ejus- » dem ecclesie canonici, prebenda vacaverit, eidem de » jure debita, ac sibi eadem prebenda canonice collata » fuerit, dictus Fridericus ipsam prebendam occupavit » et eam detinet occupatam, in ipsius magistri Jo- » hannis prejudicium et gravamen. Quare petit per » vestram sententiam declarari antedictam preben- » dam ad ipsum J. de jure spectare et prenominatum » Fridericum ab ipsa prebenda sententialiter amoveri » et eidem perpetuum silentium imponi, cum nullum » jus habeat in eadem, et sibi adjudicari et restitui » cum fructibus inde perceptis et qui percipi potue- » runt, quos extimat viginti libras parisienses, et » ipsum magistrum Johannem vel ejus procuratorem » induci in corporalem possessionem ipsius pre- » bende, et defendi inductum salvo jure etc. Petit ex- » pensas factas et protestatur faciendas. »

« Et demum, receptis testibus, instrumentis, litteris apostolicis ac juribus ab eodem magistro Johanne productis diligenter examinatis, dictum Fridericum et ejus procuratorem pluries et peremptorie citari fecimus in audientia publica ad sententiam audiendam, pro quo nullus comparuit, dicto magistro Johanne quolibet termino comparente ac sententiam ferri cum instantia postulante. Unde nos, probationibus et juribus dicti magistri Johannis diligenter examinatis et discussis, habitoque peritorum consilio, dicto magistro Johanne presente et ad hoc instante, dicti Friderici absentia Dei repleta presentia, sententialiter in scriptis pronuntiamus et prebendam cum juribus et pertinentiis suis ad dictum magistrum Johannem decernimus pertinere, eamque adjudicamus eidem, cum fructibus inde perceptis, Friderico prefato perpetuum silentium imponentes; prefatum etiam magistrum J. in possessionem dicte prebende decernimus inducendum et inductum defendendum. Condempnamus etiam prefatum Fridericum eidem magistro Johanni in expensis legitimis, quarum taxationem nobis in posterum reservamus. In cujus rei testimonium et futuram memoriam premissorum, presens publicum instrumentum exinde fieri mandavimus per manus Tervisii de Laureto notarii, et nostri sigilli munimine roborari fecimus. Lata fuit et pronuntiata hec sententia in scriptis apud Urbemveterem, anno Domini M°CC°LXIIII°, mense januario die III intrantis, indictione VII, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, presentibus domino Guidone, canonico Callensi; judice Alduino; Johanne de Pedemonte, clerico; magistro Raynerio de Florentia et magistro Jacobo de Narnia, testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis. Et ego qui supra Tervisius de Laureto, imperiali auctoritate publicus notarius, predicte pronuntiationi interfui et de mandato predicti domini Dalfinatis auditoris presens instrumentum scripsi et publicavi rogatus et meum signum apposui. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, III kalendas julii, anno tertio. »

**1083** Orvieto, 29 juin 1264.

Priorem s. Germani de Pratis Parisiensis et Petrum de Curte praedictae sententiae executores constituit. (Reg. 29, fol. 57, n° 132.)

« *Priori s. Germani de Pratis Parisiensis et Petro de Curte, thesaurario Tripolitano, Parisius commoranti.* Ex tenore petitionis. — Datum apud Urbemveterem, III kalendas julii, anno tertio. »

**1084** Orvieto, 5 juin 1264.

Mathaeo Gentilis praebendam in ecclesie Firmana a magistro Dalfinate adjudicatam confirmat. (Reg. 29, fol. 57, n° 133.)

« *Matheo Gentilis, prebendario ecclesie Firmane.* Ea que judicio etc. usque communiri. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum tu Noe, presbyterum ecclesie Firmane, super eo quod ipse te prebenda tua ejusdem ecclesie contra justitiam spoliarat, coram .. priore sancti Salvatoris Firmani, auctoritate venerabilis fratris nostri .. Firmani episcopi, traxisses [1] in causam, idem prior, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, diffinitivam pro te sententiam promulgavit, a qua predictus Noe ad sedem apostolicam appellavit; nosque dilectum filium Matheum, Salernitanum electum tunc cappellanum nostrum, dedimus in causa hujusmodi partibus auditorem, et tandem lite coram eo in causa ipsa legitime contestata, factis positionibus et responsionibus ad easdem, dilecto filio magistro Dalfinati de Neapoli, cappellano nostro, causam eandem duximus committendam. Idem vero magister Dalfinas, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, sententialiter pronuntiavit per priorem predictum bene judicatum et ab eo male appellatum fuisse, ac eandem sententiam confirmavit, dictum Noe tibi in quadam pecunie summa, taxatione prehabita, et a te juramento recepto, expensarum nomine, sententialiter condempnando, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius magistri Dalfinatis plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, sententiam hujusmodi predicti magistri Dalfinatis, sicut provide lata est, ratam et firmam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

1. Ms : *traxisset.*

« In Dei nomine amen. Cum in causa appellationis que inter Matheum Gentilis de Firmo et presbyterum Noe, canonicum Firmanum, super expoliatione cujusdam prebende vertitur, coram magistro Matheo de Salerno, domini pape cappellano, ab eodem domino papa partibus auditore deputato, libellus oblatus extitit in hunc modum :

« Coram vobis, domino Matheo de Salerno, domini » pape cappellano, generali auditore causarum palatii » domini pape, dicit et proponit Clemens domini » Cesarii, procurator dompni Noe, canonici Firmani, » contra Matheum Gentilis quod, cum dictus Matheus » coram domino Johanne, priore sancti Salvatoris de » Firmo, subdelegato a venerabili patre domino .. » Firmano episcopo, super eo quod idem Matheus » asserebat per eundem dompnum Noe possessione » prebende sue indebite spoliatum, ipsum dompnum » Noe traxisset in causam, idem prior perperam et » inique procedens contra dictum Noe, iniquam et diffinitivam sententiam promulgavit a qua pro parte » dicti Noe presbyteri ad sedem apostolicam fuit legitime appellatum. Quare petit predictus procurator » sententiam predictam, quatenus de facto processit, » et quicquid ex ea secutum est, cassari et irritari, » cassam, nullam et irritam nuntiari, et nullius esse » nomenti, et appellationem predictam justam esse et » fuisse per vestram sententiam declarari; petit ex» pensas factas et de faciendis etiam protestatur, » salvo jure etc. »

« Super quo lite legitime contestata, positiones et responsiones hinc inde facte fuerunt etiam coram eo; tandem sanctissimus pater dominus Urbanus papa IIII, nobis, magistro Dalfinati de Neapoli, ipsius domini subdiacono et cappellano, causam commisit eandem, et licet dictus Matheus pro se et Johannes de Podio, procurator dicti presbyteri Noe, pro ipso Noe aliquando comparuit et processit coram nobis, procuratore tamen predicto de curia se postmodum absentante, ad instantiam dicti Mathei dictum presbyterum Noe et ejus procuratorem, si quis esset pro ipso, pluries et peremptorie in audientia publica citari fecimus, ut est moris, pro quo nullus comparuit qui vellet defendere legitime causam ipsam. Nosque processum primi judicis et jura partis presentis examinavimus diligenter, ac demum citationes fecimus ad sententiam audiendam. Unde, visis et plene discussis predicte cause meritis, cum jurisperitis ac nobis deliberatione prehabita diligenti, dicto Matheo presente, presbyteri Noe absentia Dei repleta presentia, sententialiter pronuntiamus per priorem predictum bene judicatum et ab eo male ap-

pellatum, ejus sententiam confirmantes, dictumque presbyterum in decem libras Ravennatenses dicto Matheo, pro expensis in lite factis, sententialiter condempnamus, taxatione et juramento super hoc prehabitis, nomine expensarum. In cujus rei testimonium et futuram memoriam premissorum, presens publicum instrumentum exinde fieri mandavimus per manus Tervisii de Laureto, notarii, et nostri sigilli munimine roborari. Lata et pronuntiata fuit hec sententia apud Urbemveterem, anno Domini M°CC°LXIII°, mense januario die xxvii<sup>a</sup>, indictione vi, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno secundo, presentibus magistro Petro Venetensi; presbytero Guidoneto; Obizo et Bertramo de Cumis; magistro Jacobo de Podio-Bonissi, testibus ad hoc vocatis et rogatis. Et ego qui supra Tervisius de Laureto, imperiali auctoritate publicus notarius, predicte prolationi interfui, et de mandato predicti domini Dallinatis, presens scriptum scripsi et publicavi rogatus et meum solitum signum apposui. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**1085** Orvieto, 6 juin 1264.

Priorem s. Petri Veteris extra Firmum praedictae sententiae executorem constituit. (Reg. 29, fol. 57 v°, n° 134.)

« *Priori s. Petri Veteris extra Firmum.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, viii idus junii, anno tertio. »

**1086** Orvieto, 21 juin 1264.

Gerardo abbatiam monasterii s. Sepulchri Cameracensis a G., tituli s. Marci presbytero cardinali, adjudicatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 57 v°, n° 135.)

« *Gerardo, abbati monasterii sancti Sepulchri Cameracensis, ordinis sancti Benedicti.* Ea que judicio etc., usque communiri. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod, cum nos in causa que inter te, ex parte una, et venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Cameracensem, necnon conventum monasterii tui sancti Sepulchri Cameracensis, ac Johannem Douchet, ipsius monasterii monachum, qui se pro abbate gerebat ejusdem, super eo quod episcopus ipse, post appellationes tuas ad sedem apostolicam legitime interjectas, tibi primo interdixit administrationem predicti monasterii minus juste, et postmodum abbatia privavit eadem, et quod, prefato conventu, post privationes hujusmodi et appellationes tuas predictas, eundem Johannem ad regimen ipsius abbatie tamquam vacantis temere eligente, prefatus episcopus presentatam sibi electionem hujusmodi pro sue voluntatis libito confirmavit, munere illi benedictionis impenso, in tuum prejudicium et gravamen, ex altera, orta extitit, dilectum filium nostrum G., tituli sancti Marci presbyterum cardinalem, dedissemus partibus auditorem, tandem, lite coram eo inter te et procuratorem dicti conventus legitime contestata, ac questione hujusmodi coram eo aliquandiu agitata, tu pro te personaliter ac procurator episcopi, conventus et Johannis Douchet predictorum pro eis sponte et concorditer in cardinalem compromisistis eundem, vos omnino super questionem hujusmodi, alte et basse, ejus laudo, ordinationi, voluntati et arbitrio summittentes, ita quod de ipsa et omnibus ad eam pertinentibus, providere ac diffinire valeret et uni vestrum adjudicare regimen ipsius monasterii et alteri providere de bonis ejusdem, prout sibi expediens videretur, eidem cardinali a nobis nichilominus plenaria potestate collata ut summissionem et compromissum hujusmodi recipere posset ac prefatam questionem, secundum formam in compromisso expressam, ut sibi videretur expediens, diffinire. Nos autem supplevimus defectus si qui fuerunt in procurationibus, quarum auctoritate procurator ipse, nomine episcopi, conventus et Johannis predictorum, in questione compromisit eadem. Porro predictus cardinalis, indempnitati ejusdem monasterii volens occurrere, ne ipsum in spiritualibus et temporalibus propter longa litigia detrimentum incurreret, predictum compromissum recepit, reservata sibi judiciaria potestate sicque, visis appellationibus tuis ac inquisitione et processibus contra te habitis, diligenter audivit et intellexit que partes voluerunt proponere coram eo, ac demum ipsa et omnia negotium hujusmodi contingentia recensere et super hiis habere studuit cum dilecto filio magistro Gregorio de Neapoli, cappellano nostro, quem ad hoc specialiter duximus deputandum, deliberationem diutinam et etiam diligentem, habitoque cum eodem et quampluribus jurisperitis consilio jurisque ordine observato, te quoque et procuratore episcopi et conventus predictorum presentibus, tam judiciaria quam arbitraria auctoritate, necnon potestate super hoc a nobis sibi concessa, ordinavit, providit, sententiavit, statuit et arbitrando ac diffiniendo pronuntiavit supradictas appellationes tuas fuisse legitimas, necnon amotionis,

privationis seu depositionis sententiam contra te per supradictum episcopum editam, fore injustam, nec non tam ipsius episcopi quam commissariorum suorum processus super hiis contra te habitos, et quicquid de persona prefati Johannis Douchet in hac parte factum extitit, sententialiter revocavit atque cassavit. Decrevit etiam te reducendum esse in possessionem monasterii memorati, teque reduxit ad eam, ac ordinando, statuendo, providendo et arbitrando precepit ut monachi dicti monasterii et membrorum ejus tibi, tamquam suo abbati et pastori, in spiritualibus et temporalibus obediant et intendant, dictum Johannem a regimine ipsius monasterii amovens ac super eo et abbatia predicta perpetuum silentium imponens eidem, prout in publico instrumento confecto exinde ac sigillo cardinalis memorati signato, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, ea que a prefato cardinali super hiis pro te facta sunt, rata habentes et firma, illa auctoritate apostolica confirmamus etc., usque communimus.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Presidente rationis imperio —. Sane, cum olim venerabilis in Christo pater .. Cameracensis episcopus, a sede apostolica impetrasset ut, non obstantibus frivolis appellationibus, tam auctoritate apostolica quam sua libere sui debitum exequeretur officii circa suorum correctione excessuum subditorum, idem episcopus ad monasterium sancti Sepulchri Cameracensis accessit, et contra fratrem Gerardum, abbatem ipsius monasterii, volens ad inquisitionem procedere auctoritate apostolica, ut dicebat, ac asserens, fama referente et denuntiante clamore, ad sui notitiam pervenisset quod idem abbas diffamatus erat super dilapidatione, vitio incontinentie, irregularitate, perjurio ac etiam simonia, a dicto abbate, jurisjurandi religione astricto, quesivit si sciebat vel credebat se fore super dictis criminibus diffamatum ; et cum hoc abbas ipse negasset, quosdam testes idem episcopus, tam monachos dicti monasterii quam laicos, super infamia criminum predictorum recepit. Verum idem abbas, post terminum sibi ad reprobandum testes peremptorie assignatum, contra quosdam testes ex eis proposuit quod, tempore lati testimonii, cum essent proprietarii, vinculo erant excommunicationis astricti, cum in capitulo generali per priores seu visitatores ordinis contra monachos proprietarios fuisset excommunicationis sententia promulgata, que obtulit se probare paratum et fidem facere premissa de novo ad ejus notitiam pervenisse. Sed, cum memoratus episcopus predictum inquisitionis negotium magistris G., archidiacono Cameracensi in Valencenis, Ubaldo officiali et Johanni Franconis et cuilibet eorum insolidum commisisset, quousque commissionem hujusmodi revocaret, dicti archidiaconus et college sui, interloquendo pronuntiarunt predictam excommunicationis exceptionem non esse, prout erat proposita, admittendam, et, ea non obstante, fore in ipsius inquisitionis negotio procedendum ; propter quod idem abbas sentiens se gravatum primo ab eisdem commissariis ad dictum episcopum, et deinde, eodem episcopo revocare gravamen hujusmodi contra justitiam recusante, ab eodem in scriptis ad sedem apostolicam appellavit. Cumque eidem abbati instanter apostolos ab eodem episcopo postulanti, dare apostolos idem episcopus denegasset, iterum ad eandem sedem propter hoc, ex parte dicti abbatis, extitit appellatum, et ut dictas appellationes prosequeretur, dictus abbas personaliter ad Romanam curiam accessit. Sed prefati inquisitores, appellationi hujusmodi minime deferentes, contra dictum abbatem in inquisitionis negotio processerunt, idemque episcopus nichilominus administrationem bonorum dicti monasterii interdixit eidem. propter quod idem abbas iterato ad sedem predictam vocem appellationis emisit. Verum memoratus episcopus, appellationibus ipsis non deferens, contra prefatum abbatem depositionis seu amotionis sententiam promulgavit. Monachi vero dicti monasterii fratrem Johannem Douchet, ejusdem monasterii monachum, in abbatem suum, post amotionis sententiam et appellationes predictas, elegerunt, cujus electionem idem confirmans episcopus eidem munus benedictionis impendit, a quibus antedictus abbas, cum ad ejus pervenit notitiam, existens in curia sedem apostolicam appellavit. Orta igitur inter dictum Gerardum abbatem, ex parte una, et prefatum episcopum, Johannem Douchet et conventum monasterii sepedicti, ex altera, super premissis materia questionis, sanctissimus pater et dominus Urbanus papa IIII, nos, Guillelmum, miseratione divina tituli sancti Marci presbyterum cardinalem, eisdem partibus auditorem in causa et questione hujusmodi deputavit, et pro parte predicti G., procuratoris episcopi et conventus predictorum, libellus oblatus extitit continentie infrascripte :

« Coram vobis, venerabili patre, domino G., tituli » sancti Marci presbytero cardinali, a domino papa » super hoc auditore concesso, proponit Thomasinus » Spada, nomine G., abbatis sancti Sepulchri Camera- » censis, cujus procurator existit, quod, cum venera-

» bilis pater.. episcopus Cameracensis, contra predic-
» tum abbatem super quibusdam criminibus, super
» quibus nec clamosa insinuatio nec aliqua infamia
» precesserat, de facto, cum de jure non posset, vellet
» inquirere, et pro parte ipsius abbatis fuisset allega-
» tum quod super hiis diffamatus non erat, idem epis-
» copus quosdam testes, emulos et conspiratores ip-
» sius abbatis, super hujusmodi infamia recepit, contra
» quos ex parte ipsius abbatis inter alia fuit excipiendo
» propositum quod eorum testimonium non valebat
» pro eo quod ipsi testes erant et fuerant, tempore sue
» depositionis, per priores ordinis sancti Benedicti
» Remensis provincie, tamquam proprietarii majori
» excommunicatione ligati, quod procurator ejusdem
» abbatis se obtulit probaturum et se petiit ad pro-
» bandum admitti. Verum, quia magistri Gabriel, ar-
» chidiaconus Cameracensis in Valencenis, Ubaldus
» officialis Cameracensis, et Johannes Franconis cano-
» nicus Cameracensis, vices gerentes, ut dicebatur, in
» hac parte dicti episcopi Cameracensis, dictam ex-
» ceptionem admittere, ipsumque abbatem et ejus pro-
» curatorem super hoc audire contra justitiam dene-
» garunt, nec ipsos ad probandum predictam excep-
» tionem admiserunt, ex parte ejusdem abbatis fuit
» in scriptis ad predictum episcopum legitime appel-
» latum. Et quia super hac appellatione predicti ma-
» gistri petitos apostolos cum instantia concedere de-
» negarunt, fuit denuo ad eundem episcopum legitime
» appellatum, et in scriptis fuit etiam appellatum le-
» gitime ab eodem episcopo ex parte dicti abbatis ad
» apostolicam sedem, pro eo quod dictam appellatio-
» nem pronuntiavit minus canonicam extitisse; et
» quia prefatus episcopus super hac appellatione peti-
» tos apostolos concedere denegavit, ex parte dicti ab-
» batis similiter fuit ad sedem appellatum eandem.
» Sed idem episcopus, hujusmodi appellationibus
» vilipensis, eidem abbati, licet ipse non esset de di-
» lapidatione suspectus, de facto, cum de jure nequi-
» verit, sine cause cognitione et absque alia justa
» causa, postquam etiam idem abbas fuit in itinere
» constitutus ad sedem predictam veniendi ad prose-
» quendum appellationes easdem, administrationem
» bonorum dicti monasterii contra justitiam inter-
» dixit; propter quod ex parte jamdicti abbatis iterum
» fuit in scriptis ad sedem apostolicam legitime ap-
» pellatum et apostoli instanter etiam petiti, quos
» quia idem episcopus concedere denegavit, ad sedem
» prefatam legitime appellatum fuit similiter iterato.
» Sed idem episcopus postmodum, predictis appella-
» tionibus contemptis, contra predictum abbatem ab-
» sentem, et juris ordine non servato, de facto, cum de
» jure nequiverit, amotionis sententiam dicitur protu-
» lisse, a qua sententia tamquam ab iniqua, ex parte
» ejusdem abbatis, fuit ad sedem apostolicam legitime
» appellatum. Quare petit, nomine ejusdem abbatis,
» processus et sententiam dictorum episcopi et ejus
» commissariorum et quicquid ex eis vel ob id secu-
» tum est, et quicquid etiam post dictas appellationes
» et earum quamlibet attemptatum est vel etiam sub-
» secutum, per vos sententialiter revocari et cassari
» et etiam irritari, et cassa nulla et irrita etiam pro-
» nuntiari, et decerni ea contra eundem abbatem pe-
» nitus non tenere, ac ex eis sibi nullum prejudicium
» generari, salvo jure etc. »

« Lite igitur cum procuratore conventus monasterii sepedicti legitime contestata, et questione hujusmodi coram nobis aliquandiu agitata, tandem prefatus G., abbas, pro se, et Johannes, rector ecclesie beate Marie Magdalene in Atrebato, procurator episcopi, Johannis Douchet et conventus predictorum, eorum nomine et pro ipsis, in nos compromiserunt, se omnino super questione predicta nostris laudo, ordinationi, voluntati et arbitrio alte et basse supponentes, ut de eadem et de omnibus ad eam pertinentibus, servato vel non servato juris ordine, providere et etiam diffinire possemus ac uni eorum adjudicare dictum monasterium et alteris de bonis ejusdem monasterii providere, prout nobis expediens videretur, sicut in instrumento publico exinde confecto plenius continetur, nobis nichilominus a domino papa plenaria potestate collata ut dictam summissionem et compromissum recipere ac questionem prefatam, secundum modum in dicto instrumento contentum, prout videremus expediens, diffinire possemus, supplens idem dominus papa defectus siqui sunt in procurationibus, quarum auctoritate dictus Johannes, procurator episcopi, Johannis Douchet et conventus predictorum in causa et questione hujusmodi compromisit.

« Nos vero, indempnitati dicti monasterii volentes occurrere, ne per longa litigia ipsum monasterium incurrat in spiritualibus et temporalibus detrimentum, dictum recipientes compromissum, reservata nobis judiciaria potestate, visis appellationibus predicti G. abbatis ac inquisitione et processibus habitis contra eum, diligenter audivimus et intelleximus que partes coram nobis proponere curaverunt. Proponebatur siquidem pro parte procuratoris predicti quod processus dicti episcopi legitimus apparebat ex eo maxime quod, cum ipsi episcopo constitisset, sicut dicebat, quod prefatus G. erat super memoratis criminibus diffamatus,

episcopus ad inquisitionem contra eum descendere, et probatis contra eum criminibus supradictis, rite potuit et debuit sententiam depositionis seu amotionis proferre; nec obstare dicebat appellationem ad sedem apostolicam interjectam ex eo quod prefatus G. admissus non extitit ad reprobandum quosdam monachos super ipsius infamia productos in testes, tum quia exceptionem illam non proposuerat infra terminum ad reprobandum testes sibi peremptorie assignatum, tum etiam ex eo quod, si de novo id ad suam notitiam diceret pervenisse, proprietas monachorum suorum abbatem ipsum latere aliquatenus non debebat, et si diceret quod hoc eum latuerat suam culpam vel negligentiam allegabat, qui curiosus et diligens esse debebat de statu monachorum suorum sollicite perquirendo. Alia quoque multa proposita et allegata fuerunt ad roborationem processus episcopi supradicti.

« Ceterum pro parte predicti G., abbatis, processus dicti Cameracensis episcopi fuit multipliciter impugnatus primo ex eo quod testes super sua infamia deponentes, ac nude prorsus dicentes ipsum esse super dictis criminibus diffamatum, nullam causam sui testimonii reddiderunt. Interrogati enim si dictus abbas esset de dilapidatione suspectus vel de aliis articulis seu criminibus antedictis, responderunt quod sic, nec plus fuit in responsione aut interrogatione processum nec quesitum fuit ab eis a quibus ortum dicta infamia habuisset, utrum a malivolis et maledicis vel a providis et honestis, quod secundum jura de substantia hujusmodi probationis existit. Sancti etenim patres providere statuerunt, ne concussis columpnis corruat edificium, ut accusatio prelatorum non facile admittatur. Propter quod apparere dicebat dictus G. quod idem episcopus non ex caritatis zelo, sed ex rancore potius preconcepto, ut non dicatur ex odii fomite sue voluntatis prosequendo libitum, in inquisitione hujusmodi procedebat. Et, quamquam alii testes nullam, ut predictum est, testimonii sui causam reddentes, ipsum super prefatis criminibus apud bonos et graves dixerint diffamatum, subductis tamen testibus contra quos dicta excommunicationis exceptio fuit proposita, qui subduci debent propter appellationem predictam, unus solus testis remanet qui, nulla causa testimonii sui reddita, apud bonos et graves dictum G. asseruit diffamatum. Propter quod ulterius inferebat quod per hoc satis constabat de iniquitate processus predicti, et quod sua appellatio ab episcopi sententia interposita legitima pronuntiari debebat, et dicta sententia et quiquid ex ea secutum est, revocari. Allegabat insuper et sententiam episcopi et processum inquisitionis penitus nullos esse cum ipse, ante inquisitionem, ad sedem apostolicam ex justo gravamine appellasset, sicut superius est expressum; nec terminum peremptorium sibi obstare dicebat, cum secundum jura paratus esset, licet admissus non fuerit, fidem facere quod de novo ad ipsius notitiam pervenerat excommunicationis exceptio, ex causa proprietatis quorundam monachorum productorum in testes; quod ipse juste potuit ignorasse, cum multa frequenter a monachis committantur que suos latent abbates ut beatum Gregorium latuit quendam monachum suum proprietarium fuisse in vita, quem mortuum, postquam eum talem fuisse comperit, fecit in sterquilinio sepeliri. Adjiciens propter interdictam sibi administrationem, ut superius dictum est, ante prolationem prefate amotionis sententie, pro parte sua fuisse ad sedem apostolicam appellatum. Dicebat etiam cedulis illis in quibus dicebatur facta contra ipsum inquisitio contraria, fidem non esse aliquam adhibendam ex eo quod non apparebant manu publica vel per duos fidedignos conscripte, sed erant sigillo ipsius episcopi tantummodo sigillate, per cujus processum satis constabat quod suus erat adversarius in hac causa. Sed, et si actis sigillatis sigillo episcopi fides adhiberi deberet, dictis tamen cedularum fides esset nullatenus adhibenda, quia, sicut constat ex ipso processu, ad inquisitionem per se episcopus non processit sed aliis faciendam commisit, quorum sigilla non sunt in cedulis ipsis appensa; propter quod episcopus per suum sigillum non de suo processu testificatur sed potius aliorum, et sic ipsa acta non sunt originalia reputanda quin immo ab originalibus illorum quibus episcopus ipsam inquisitionem commiserat, exemplata; et cum idem episcopus testes non receperit nec examinaverit contra prefatum G. productos, super hoc testificari non potuit nisi quatenus hoc habuit ab inquisitoribus memoratis. Sed et si actis ipsis stari deberet nec de fide dubitaretur, tamen ipsorum si diligenter attendantur qualitas personarum testium productorum et dicta, satis per hoc evidenter apparere poterat quod nulla contra ipsum efficacia sunt probata, propter que ferri contra eum depositionis seu amotionis sententia debuisset. Ad hec, in prefata apostolica littera cujus auctoritate episcopus ad inquisitionem processit predictam, eidem episcopo mandabatur ut, tam auctoritate apostolica quam sua, ad correctionem suorum procederet subditorum. Non ergo fuit domini pape intentio ut idem episcopus apostolica tantum auctoritate procederet, verum etiam ordinaria. Et sic, cum posset, sua tamen auctoritate nolens procedere, quod non potuit

voluit, apostolica tantum auctoritate procedens. Dicebat ergo idem G. processus non valere episcopi memorati quos, ut ipse asserit, apostolica auctoritate tantum fecit. Sed, et si jurisdictionem dividere potuisset, ut auctoritate apostolica et non ordinaria procederet, secundum hoc idem episcopus ad inquisitionem faciendam a sede apostolica delegatus, committere non potuit super hoc aliis vices suas. Quod si dicatur quod mandatum apostolicum potius excitavit officium episcopi, ut idem episcopus ad inquisitionem procederet contra subditos insolentes, et non jurisdictionem aliquam specialiter delegavit, ut sic videretur episcopus non alia jurisdictione quam ordinaria processisse, non valuit igitur sententia contra prefatum G. prolata quam idem episcopus sine capituli sui consilio promulgavit, cum depositionis seu amotionis abbatum negotium sit de illis negotiis que prelati sine capitulorum suorum consilio de jure nequeunt expedire. Quod si utraque jurisdictione processisse dicatur, ratione commissionis sibi a domino papa facte, ipsa jurisdictio aliis non potuit delegari; ratione vero ordinaria, sine capituli Cameracensis consilio non potuit ad dicti G. depositionem seu amotionem procedi. Propter que et alia multa proposita coram nobis, evidenter constare dicebat dictus G. quod dicta sententia nulla, cassa et irrita debeat judicari, et quod totus processus contra eum habitus sit merito revocandus et penitus irritandus.

« Nos vero premissa et alia que partes predicte coram nobis proponere voluerunt, ac omnia negotium ipsum tangentia, sollicite recensentes, et super hiis diutinam et diligentem deliberationem habentes, quasi inter duas molas attriti, cum, ex parte una, antiqua dilectio, reverentia et affectio quam ad dictum episcopum et suos semper habuimus et habemus, ex altera vero juris necessitas nos artarent, qui totius fructum negotii qualitatemque personarum et dicta testium predictorum examinavimus diligenter, rationes et jura partium equa lance nichilominus ponderantes et plena discussione tam per nos quam per alios perscrutantes, cum discreto viro magistro Gregorio de Neapoli, domini pape cappellano, in omnibus et singulis supra et infra scriptis capitulis, de ejusdem domini pape speciali mandato, tractatu habito diligenti deliberatoque cum eodem et quam pluribus aliis jurisperitis consilio, predicto magistro Gregorio presente ac nobis in presenti negotio assistente, tam judiciaria quam arbitraria auctoritate predicta et specialiter in hac parte nobis a domino papa potestate concessa, ordinamus, providemus, sententiamus, statuimus, arbitramur ac etiam diffinimus pronuntiantes appellationes pro parte sepedicti G., tam ante sententiam qua ab ipsa diffinitiva sententia ad sedem apostolicam interjectas, fore legitimas, et dictam depositionis seu amotionis sententiam esse injustam, et omnes processus tam episcopi quam commissariorum suorum predictos et quiquid de persona Johannis Douchet predicti factum est, quatenus de facto processum est, sententialiter revocamus atque cassamus. Decernimus etiam prefatum G. reducendum esse ad possessionem monasterii memorati, ipsumque reducimus ad eandem, ordinantes, statuentes, providentes, arbitrantes et precipientes ut monachi dicti monasterii et membrorum ejus ipsi G., tamquam abbati suo et pastori, in spiritualibus et temporalibus obediant et intendant, ipsum Johannem Douchet a regimine ipsius monasterii amoventes sibique super regimine ejusdem ac ipsa abbatia perpetuum silentium imponentes. Ceterum, pro bono pacis et concordie, prefato Johanni Douchet de domo sive curte de Keiu, ad dictum monasterium spectantem, providemus quam dictum Johannem habere, quoad vixerit, volumus et tenere, qui secum in eadem curte duos monachos monasterii supradicti in expensis suis propriis teneat quamdiu curtem tenuerit supradictam, ita tamen quod, si redditus et proventus curtis ejusdem ducentas libras parisien. non valuerint annuatim, dictus G. abbas defectum hujusmodi de bursa propria aut aliis redditibus suppleat, et ad suppletionem hujusmodi teneatur. Insuper procuratori episcopi, Johannis Douchet et conventus predictorum et eisdem episcopo, Johanni et conventui per procuratorem eundem, dicto autem fratri G., abbati presenti, in virtute prestiti juramenti, injungimus quod omnia et singula supradicta in omnibus et singulis capitulis inviolabiliter et integraliter teneant et observent, nec per se vel per alium contra ea vel aliquid eorum veniant vel faciant in futurum. In hujus itaque rei evidentiam pleniorem, presens instrumentum per infrascriptum notarium de mandato nostro scriptum, nostri fecimus sigilli appensione muniri. Acta, recitata et pronuntiata apud Urbemveterem, sub anno Domini M°CC°LXIIII°, indictione VII^a^, die V mensis junii, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, presentibus hiis testibus videlicet venerabilibus viris magistro Matheo de Salerno, domini pape cappellano; .. priore Wintoniensi; magistro Bartholomeo de Regio, advocato; domino Nicolao Romano, canonico Remensi; domino Goberto de Sancto-Quintino; magistro Guidone de Remis; magistro Pagano, procuratore .. episcopi Andegavensis; magistro Renerio de Hon; magistro Johanne de Maiguaut; magistro Petro Pinzoy, canonico Peronensi; et pluribus

aliis vocatis et rogatis. Et ego Guillelmus Nicolai, sancte Romane ecclesie scriniarius ac prefati domini cardinalis scriba, pronuntiationi omnium et singulorum predictorum presens fui, et, ut supra legitur, de ipsius domini cardinalis mandato, scripsi et in publicam formam redegi, meoque signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, xi kalendas julii, anno tertio. »

**1087** Orvieto, 21 juin 1264.

Abbates s. Nicasii Remensis et s. Nicolai in Bosco, Laudunensis dioecesis, praedictae sententiae executores constituit. (Reg. 29, fol. 59, n° 136.)

« .. s. *Nichasii Remensis et .. s. Nicolai in Bosco, Laudunensis diocesis, ordinis s. Benedicti, monasteriorum abbatibus.* Exhibita nobis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, xi kalendas julii, anno tertio. »

**1088** Orvieto, 21 juin 1264.

Ordinationem de ecclesia de Petris, Carnotensis dioecesis, a Berardo de Neapoli, notario apostolico, editam, confirmat. (Reg. 29, fol. 59, n° 137.)

« *Ade de Voys, presbytero Cameracensis diocesis.* Licet ea que —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod olim inter te, ex parte una, et dilectos filios . . abbatem, et conventum Majoris-Monasterii Turonensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, ex altera, super ecclesia de Petris, Carnotensis diocesis, in qua iidem abbas et conventus jus obtinent patronatus, et in qua te jus habere dicebas, questione suborta, et causa hujusmodi ad sedem apostolicam legitime devoluta, demum post varios processus habitos in causa ipsa coram diversis auditoribus tam a nobis quam a felicis recordationis Alexandro papa, predecessore nostro, in eadem causa datis, tu, pro te, ac dilectus filius magister Petrus Bonior, cappellanus noster, cancellarius Turonensis, pro eisdem abbate et conventu, a quibus plenum ad hoc mandatum habebat, in dilectum filium magistrum Berardum de Neapoli, subdiaconum et notarium nostrum, tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem super dicta causa, alte et basse, compromittere ac ejus arbitrio, ordinationi vos libere summittere curavistis. Idem vero notarius, hujusmodi compromisso recepto ac a nobis ordinandi, statuendi, et diffiniendi super hoc necnon recipiendi a te resignationem juris, siquod tibi in dicta ecclesia competebat, et assignandi tibi provisionem aliquam, prout dicto notario expedire videretur, ac relaxandi omnes suspensionis et excommunicationis sententias, si que in aliquam partium quacumque auctoritate, occasione questionis predicta, forsitan essent late, auctoritate ac plenaria potestate oraculo vive vocis obtentis, a te juris hujusmodi nec non ejusdem ecclesie liberam resignationem recepit, tibique perpetuum silentium imposuit super ecclesia supradicta et considerans quod tu, occasione predicte cause, graves labores sustinueras et expensas, auctoritate ac potestate premissis ordinando statuit et statuendo ordinavit, quod dicti abbas et conventus tibi provideant in dicta diocesi Carnotensi de aliquo beneficio ecclesie, cum cura vel sine cura, pertinente ad collationem seu presentationem eorundem abbatis et conventus, communiter vel divisim, vel prioris alterius prioratus eidem monasterio pleno jure subditi, de quo is cui nos provisionem hujusmodi commiserimus, viderit expedire, ac nichilominus iidem abbas et conventus decem librarum turonen. annuam pensionem, certo termino, apud civitatem Carnotensem tibi tandiu sine aliqua difficultate persolvant, donec tibi fuerit de beneficio predicto provisum, fructusque perceperis ex eodem. Idem quoque notarius, auctoritate ac potestate predictis, relaxavit omnes suspensionis, excommunicationis et interdicti sententias, sique in predictos abbatem et conventum vel ipsorum aliquem aut in te per quoscumque alios forent, quacumque auctoritate, occasione predicte questionis, forsitan promulgate, ac ad prefate pensionis exhibitionem, et ad hujusmodi provisionem tibi de beneficio faciendam abbatem et conventum obligavit eosdem, prout in instrumento publico inde confecto, dicti notarii sigillo signato, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem notario pro te provide factum est in hac parte, ratum et firmum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus etc., usque communimus.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini, amen. Orta dudum inter religiosos viros .. abbatem, et conventum Majoris monasterii Turonensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, ex parte una, et Adam de Voys, presbyterum Carnotensis diocesis, ex altera, super ecclesia de Petris, ejusdem diocesis, in qua iidem abbas et conventus jus obtinent patronatus, et in qua presbyter predictus se jus habere dicebat, materia questionis, tamdem causa hujusmodi ad sedem

apostolicam legitime devoluta, idem presbyter pro se, ac discretus vir magister Petrus Boniur, domini pape cappellanus, cancellarius Turonensis, pro eisdem abbate et conventu, a quibus ad hoc plenum habebat mandatum, prout in litteris inde confectis plenius continetur, quarum tenor inferius est insertus, post varios processus habitos coram diversis auditoribus in causa predicta, datis tam a felicis recordationis domino Alexandro, quam a sanctissimo patre domino Urbano, Romanis pontificibus, super causa predicta, in nos, Berardum de Neapoli, domini pape subdiaconum et notarium, tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem, alte et basse, compromittere ac nostre ordinationi, diffinitioni et arbitrio super hoc se libere summittere curaverunt. Nos itaque, recepto hujusmodi compromisso, et nobis ab eodem domino nostro Urbano, divina providentia summo pontifice, ordinandi, statuendi, diffiniendi super hoc ac recipiendi a dicto presbytero resignationem juris, siquod habebat in ecclesia supradicta, et assignandi sibi provisionem aliquam, prout nobis expediens videretur, ac relaxandi omnes suspensionis et interdicti sententias, si que in aliquam ex eisdem partibus quacumque auctoritate, occasione questionis predicte, forsitan sunt prolate, auctoritate et plenaria potestate viva voce concessis, a predicto presbytero juris hujusmodi liberam resignationem recepimus; quod quidem jus necnon et dictam ecclesiam idem presbyter in nostris manibus expresse ac libere resignavit. Et nos nichilominus, ordinando et diffiniendo inter partes, ei silentium imponimus super ipsa. Sane, considerantes quod dictus presbyter, occasione predicte cause, graves labores sustinuerat et plura subierat onera expensarum, auctoritate ac potestate premissis ordinando statuimus et ordinamus statuendo quod dicti abbas et conventus provideant eidem presbytero in dicta diocesi Carnotensi de aliquo beneficio ecclesiastico, cum cura vel sine cura, pertinente ad collationem seu presentationem eorundem abbatis et conventus, communiter vel divisim, vel prioris alicujus prioratus eidem monasterio immediate subjecti, de quo is cui idem dominus Urbanus, summus pontifex, commiserit provisionem hujusmodi, viderit expedire, ac nichilominus iidem abbas et conventus predicto presbytero decem librarum turonen. annuam pensionem, in festo beati Johannis Baptiste, apud civitatem Carnotensem, eidem presbytero sine aliqua difficultate persolvant, donec ipsi presbytero de hujusmodi beneficio sit provisum idemque fructus percipiat ex eodem. Ceterum, ne, sopito principali negotio, supersit exinde alicujus occasio questionis, auctoritate ac potestate predictis relaxamus omnes excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias, si que in eosdem abbatem et conventum vel ipsorum aliquem aut prefatum presbyterum sive quoscumque alios fuerint, quacumque auctoritate, occasione predicte questionis, forsitan promulgate. Ad prefate autem pensionis exhibitionem et provisionem faciendam dicto presbytero de predicto beneficio, eadem auctoritate abbatem et conventum obligamus eosdem.

« Tenor vero prefati mandati sive procuratorii talis est :

« *Universis presentes litteras inspecturis, frater Stephanus, permissione divina Majoris Monasterii Turonensis minister humilis, salutem in Domino.* Noveritis quod nos damus potestatem et speciale mandatum dilecto nostro magistro Petro, cancellario Turonensi, componendi super omnibus causis in Romana curia motis, spectantibus ad monasterium nostrum vel membra ipsius, ratum et gratum habentes quicquid per dictum magistrum Petrum factum fuerit in premissis; et hoc omnibus quorum interest significamus. Datum die sabbati post festum beati Martini hyemalis, anno Domini M°CC°LXIII°. »

« Supradictam autem ordinationem utraque pars acceptavit, et homologavit ac expresse consensit eidem. Actum apud Urbemveterem, in hospitio memorati magistri Berardi, presentibus magistro Petro de Belna, domini pape cappellano; magistro Symone de Vercellis, ejusdem domini scriptore; et magistro Johanne de Sevingiaco, procuratore venerabilis patris domini .. episcopi Ebroicensis, anno Domini M°CC° LXIIII°, mense aprili, quintadecima die ejusdem, indictione VII, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio. Ego Ricius de Sulmona, apostolice sedis auctoritate notarius publicus, predictis interfui, et ea ad instantiam partium ac de mandato prefati magistri Berardi, scripsi et in publicam formam redegi. Ad majorem enim cautelam, idem magister Berardus fecit huic instrumento suum sigillum apponi. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**1689** Orvieto, 21 juin 1264.

Succentorem ecclesiae Carnotensis praedictae sententiae executorem constituit. (REG. 29, fol. 59 v°, n° 138.)

« *Succentori ecclesie Carnotensis.* Petitio dilecti filii

—. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**1090** Orvieto, 18 juin 1264.

Sententiam diffinitivam a G., tituli s. Marci presbytero cardinali, editam in controversia exorta inter monasterium de Villamagna et Conradum de Sculcula, confirmat. (Reg. 29, fol. 59 v°, n° 139.)

« *Abbati et conventui monasterii sancti Petri de Villamagna, ordinis sancti Benedicti, Anagnine diocesis.* Ea que judicio vel concordia, etc., usque communiri. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat quod, cum dudum inter quondam Johannem, abbatem monasterii vestri, nomine ipsius monasterii, et nobilem virum Conradum de Sculcula, Anagnine diocesis, coram felicis recordationis Innocentio papa IIII, predecessore nostro, super quibusdam terris ad monasterium ipsum spectantibus, questio verteretur, predecessor ipse, postquam litis contestatio facta extitit coram eo, dilectum filium nostrum O., sancti Adriani diaconum cardinalem, dedit in causa hujusmodi partibus auditorem. Qui, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, necnon procuratoribus utriusque partis presentibus, dicto quoque nobili pro quadam sua contumacia in centum solidis provesinorum parti dicti monasterii, exigente justitia, condempnato, diffinitivam pro dicto monasterio sententiam promulgavit. Et licet idem nobilis appellasse a dicta sententia diceretur, quia tamen appellationem suam, cum potuerit, non fuit infra tempus legitimum prosecutus, dicto J. abbate viam universe carnis ingresso, nos demum, ad tuam instantiam, fili abbas, dilecto filio nostro G., tituli sancti Marci presbytero cardinali, executionem predicte sententie duximus committendam. Partibus igitur per procuratores ydoneos coram eo in judicio constitutis, idem presbyter cardinalis, auditis hinc inde propositis et juris ordine observato, decrevit supradictam sententiam executioni fore mandandam ac eandem sententiam exequendo, precepit atque mandavit procuratori nobilis memorati, eique per ipsum, ut idem nobilis predicte sententie plene pareat, et per se vel per alium aut [1] alios vos aut quoscumque alios, vestro nomine, super dictis terris non impediat vel molestet et quod, infra unius mensis spatium postquam ad eum hujusmodi mandatum pervenerit et preceptum, vobis vel procuratori vestro supradictos centum solidos in quibus ipse per supradictum diaconum cardinalem extitit condempnatus, ac etiam certam bladi exhibeat quantitatem. Decrevit quoque idem presbyter cardinalis ad hoc, si opus fuerit, invocandum et compellendum fore auxilium brachii secularis, prout in publico instrumento confecto exinde ac sigillo ipsius presbyteri cardinalis sigillato, plenius continetur. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem presbytero cardinali super decreto, mandato et precepto executionis hujusmodi factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini, amen. Exorta dudum inter religiosum virum, abbatem monasterii sancti Petri de Villamagna, Anagnine diocesis, nomine dicti monasterii, ex parte una, et nobilem virum, dominum Conradum de Sculcula, dicte diocesis, ex altera, coram felicis recordationis domino Innocentio papa quarto super quibusdam terris designatis suis finibus questione, idem dominus papa, lite coram eo legitime contestata, tandem eandem venerabili patri domino O., sancti Adriani diacono cardinali, commisit fine debito terminandam. Idem vero cardinalis, rite in causa ipsa procedens, eodem nobili in centum solidis provesin. pro contumacia ex parte sua commissa, exigente justitia, condempnato, cognitis cause meritis et juris ordine observato, diffinitivam pro dicto abbate, nomine monasterii memorati, contra ipsum nobilem, procuratore suo presente, sententiam promulgavit. Et cum prefatus nobilis diceretur ab hujusmodi sententia appellasse, appellationem tamen ipsam prosequi non curavit, quamvis facultatem habuerit, per multa tempora expectatus. Unde prefatus abbas a sanctissimo patre domino Urbano papa quarto nobis, Guillelmo, tituli sancti Marci presbytero cardinali, mandari [1] obtinuit ut eandem sententiam executioni debite mandaremus. Partibus igitur per procuratores ydoneos coram nobis in judicio constitutis, procurator dicti monasterii petitionem suam edidit sub hac forma :

« Petit Thomasinus Spada, procurator monasterii » Villemagne, ordinis sancti Benedicti, Anagnine dio» cesis, a vobis, venerabili patre, domino G., tituli » sancti Marci presbytero cardinali, partibus auditore » concesso, ut compellatis et censura ecclesiastica dis» tringatis auctoritate apostolica nobilem virum, do» minum Conradum de Sculcula, ne impediat nec

1. Le ms. répète par erreur *aut*.

1. Le mot *mandari* est répété.

» molestet per se vel per alios aut alium .. abbatem, » et conventum dicti monasterii vel alios, eorum nomine, super quibusdam petiis terre que exprimuntur » in sententia venerabilis patris domini O., sancti » Adriani diaconi cardinalis, et quod super caveat » per ydoneam cautionem, et ut compellatis eum ad » solutionem centum solidorum prov. senatus et sexaginta septem saumarum bladi, cujus tertia pars sit » frumentum et alie due partes sint de bladis aliis » que in partibus illis communiter colliguntur, ut in » sententia ejusdem cardinalis clarius continetur, que » in rem transiit judicatam, de quibus omnibus dictus » nobilis per eundem cardinalem extitit condempnatus. Et hoc petit dictus procurator ex officio vestro » petendo sententiam ejusdem cardinalis executioni » mandari, et quod, si opus fuerit, invocetur auxilium » brachii secularis, quod etiam compellatur ad predicta exequenda. »

« Ad quam petitionem magister Guillelmus Marsilii, dicti nobilis procurator, ex adverso respondens dixit prefatam sententiam executioni non esse mandandam, plures exceptiones proponens, infra prefixum peremptorium terminum, coram nobis, inter quas duas exceptiones excommunicationis proposuit, quarum altera, prout fuit proposita, non admissa, in alterius probatione defecit; aliis autem post diutinam disceptationem renuntiavit omnino. Nos igitur, decernentes prefatam sententiam executioni fore mandandam, ipsam sententiam exequendo precipimus et mandamus et sub excommunicationis pena injungimus dicto G., procuratori dicti nobilis, et eidem nobili per eundem, ut idem nobilis predicte sententie plene pareat et non impediat nec molestet per se vel per alium sive alios abbatem et conventum monasterii supradicti aut quoscumque alios, eorum nomine, super quindecim petiis terre que in prefata sententia exprimuntur, et quod infra unius mensis spatium postquam ad eundem nobilem pervenerit hoc nostrum mandatum et preceptum, solvat jam dictis abbati et conventui aut procuratori ipsorum centum solidos prov. senatus, in quibus fuit, pro sui procuratoris contumacia, abbati predicti monasterii condempnatus per cardinalem eundem, ac etiam sexaginta septem saumas bladi, cujus tertia pars sit frumentum, et alie due partes sint de bladis aliis que in partibus Campanie communiter colliguntur, prout in sepedicta sententia continetur. Ad que omnia et singula facienda, predictum terminum unius mensis dicto G., procuratori prefati nobilis presenti, et eidem nobili per procuratorem eundem peremptorium assignamus. Que si non fecerit vel quodcumque ipsorum, nobilem ipsum extunc excommunicamus in scriptis, et mandamus excommunicatum publice nuntiari usque ad omnium predictorum satisfactionem integram et perfectam, decernentes nichilominus ad hoc, si opus fuerit, invocandum et compellendum fore auxilium brachii secularis. In hujus itaque rei evidentiam pleniorem, presens instrumentum, per infrascriptum notarium de mandato nostro scriptum, nostri fecimus sigilli appensione muniri. Lata, recitata et pronuntiata apud Urbemveterem, sub anno Domini M°CC°LXIIII°, indictione VII[a] die X mensis aprilis, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, presentibus hiis testibus videlicet fratre Gerardo, abbate sancti Sepulchri Cameracensis; domino Johanne, rectore ecclesie sancte Marie Magdalene in Attrebato; magistro Willelmo de Bontolio; et magistro Goberto de Sancto-Quintino vocatis et rogatis. Et ego Guillelmus Nicolai, auctoritate sancte Romane ecclesie notarius ac prefati domini G. cardinalis scriba, predictis omnibus interfui et, ut supra legitur, de mandato cardinalis ejusdem scripsi et in publicam formam redegi meoque signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, XIIII kalendas julii, anno tertio. »

**1091** Orvieto, 18 juin 1264.

Episcopum Signinum praedictae sententiae executorem constituit. (Reg. 29, fol. 60, n° 140.)

« *Episcopo Signino.* Exhibita nobis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, XIIII kalendas julii, anno tertio. »

**1092** Orvieto, 20 juin 1264.

Giroldo de Owad, cui Stephanus, episcopus Penestrinus, capellas s. Laurentii de villa Files, s. Demetrii de Boren, Omnium Sanctorum de Nigwan et s. Martini de Minore Mortin, quas Tymotheus, Zagabriensis episcopus, tempore suae promotionis, in diocesi Jauriensi habuerat, canonice contulit, easdem ecclesias confirmat. (Reg. 29, fol. 60 v°, n° 141. Potthast, 18948.)

« *Giroldo de Owad, clerico Jauriensis diocesis.* Hiis que nostra —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas julii, anno tertio. »

**1093** Orvieto, 20 juin 1264.

Archiepiscopum Strigoniensem praedictae collationis executorem constituit. (Reg. 29, fol. 60 v°, n° 142. Potthast, 18949.)

« *Archiepiscopo Strigoniensi.* Hiis que nostra —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas julii, anno tertio. »

**1094** Orvieto, 30 juin 1264.

Infrascriptos arbitratores confirmat in causa vertente inter Bernardum de Villaboe, ex una parte, et decanum ac capitulum Xanctonensi, ex altera. (Reg. 29, fol. 61, n° 143.)

« *Constantino, archidiacono Alnisiensi, magistris Hugoni archipresbytero de Rupella, Petro Sorini et Pontio de Ponte, canonicis Xantonensibus.* Sua nobis dilecti filii .. decanus, et capitulum ecclesie Xantonensis, petitione monstrarunt quod, magistro Bernardo de Villa Boe, cappellano nostro, rectore ecclesie de Machovilla, Xantonensis diocesis, asserente quod nos canonicatum Xantonensis ecclesie ac prebendam, si tunc vacabat ibidem, sibi contulimus de gratia speciali, alioquin prebendam tunc proximo inibi vacaturam, donationi apostolice reservantes, decrevimus irritum et inane si secus de prebenda hujusmodi a quoquam contingeret attemptari, certis sibi super hoc executoribus deputatis, nos tandem super questione que super hoc inter dictos decanum et capitulum, ex parte una, et eundem cappellanum, ex altera, orta extitit, dilectum filium nostrum S., tituli sancti Martini presbyterum cardinalem, apostolice sedis legatum, antequam sibi committeremus legationis officium, dedimus partibus auditorem. Porro dilectus filius magister Petrus, presbyter elemosinarius Xantonensis, dictorum decani et capituli procurator, ac prefatus cappellanus noster volentes utriusque partis laboribus et expensis per viam compromissi obviare, in presentia dicti cardinalis, ejus ad hoc accedente consensu, in vos sponte ac concorditer consenserunt ut de hujusmodi questione, infra certum terminum ad hoc statutum, cognoscatis et decidatis eandem, prout in publico instrumento confecto exinde ac sigillo cardinalis prefati signato, plenius continetur. Quocirca discretioni vestre, de ipsorum cappellani et procuratoris assensu, per apostolica scripta mandamus quatinus questionem audiatis et, juxta ipsius instrumenti tenorem, fine debito decidatis eandem, facientes quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati etc., usque perhibere.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Olim magister Bernardus de Villaboe, domini pape cappellanus et rector ecclesie de Machovilla, Xantonensis diocesis, canonicatum ecclesie Xantonensis et prebendam si tunc vacaret ibidem, alioquin tunc proximo vacaturam, sibi sub certa forma obtinuisse dicitur apostolica auctoritate conferri, certis sibi super hoc executoribus deputatis. Cumque postmodum magister Petrus, elemosinarius Xantonensis, procurator venerabilium virorum .. decani, et capituli Xantonensium, pro se, decano et capitulo predictis provisioni hujusmodi se opposuerit, et coram venerabili patre domino Symone, tituli sancti Martini presbytero cardinali, super hoc a domino papa auditore concesso, hujusmodi questio foret aliquanto tempore ventilata, tandem idem B., predictis decano et capitulo humiliter deferre volens et per viam compromissi et pacis procedere et judiciorum anfractus vitare cupiens, de sua mera, spontanea ac libera voluntate, super hoc negotio quatuor canonicos Xantonenses, scilicet Constantinum archidiaconum Alnisiensem, magistrum Hugonem archipresbyterum de Rupella, magistrum Petrum Sorinum et dominum Pontium de Ponte sibi liberaliter super hoc cognitores, arbitros seu judices elegit, dicto magistro Petro pro se, decano et capitulo predictis hoc simpliciter acceptante. Et expresse consensit idem Bernardus ut predicti quatuor simul, alioquin tres, si omnes non interfuerint vel nequiverint aut noluerint interesse, vel duo ex ipsis, duobus aliis absentibus cum aliquo tertio, scilicet magistro Petro de Farge, abbate secularis ecclesie sancte Marie Majoris Pictavensis, per dictum magistrum B. electo, in questione predicta, omissa juris sollempnitate, summarie, de plano et sine judicii strepitu, procedant et questionem ipsam, infra quatuor mensium spatium a die qua dictus Bernardus presentes litteras decano et canonicis residentibus ibidem et predictis quatuor seu tribus ex ipsis presentaverit, examinent totaliter et de jure decidant, et quod etiam possint testes in hoc negotio, infra dictum tempus, recipere et ipsos super toto negotio et contra ipsum Bernardum, sive super criminibus, exceptionibus, sive super aliis auctoritate apostolica compellere, in casibus tamen in quibus testes de jure possunt et debent compelli, hoc expresse acto quod duo tantum ex quatuor canonicis predictis non possint in aliquo in hoc negotio procedere, nisi de partium processerit voluntate. Si vero

sepedicti canonici ad hoc electi, in tempus quatuor mensium predictum, predictam non deciderint questionem, nisi tempus ipsum interim prorogatum fuerit de partium voluntate, ex tunc non possint in cognitione et decisione sepedicte questionis aliquatenus interponere partes suas, sed causa remaneat in eo statu in quo erat eo tempore quo ista littera data fuit. Promiserunt etiam dictus dominus B. et magister Petrus, pro decano et capitulo supradictis, sibi ad invicem sollempniter stipulantes quod, pendente dicto temporis spatio seu prorogatione ipsius a partibus facienda, neuter ipsorum contra alterum, videlicet nec magister Petrus per se vel per alium, pro se et ecclesia predicta vel ipsa ecclesia per alium contra dictum B., nec ipse dominus B. per se vel per alium contra dictum magistrum seu ecclesiam Xantonensem ullam litteram super ista questione a sede apostolica vel ejus legato impetrabunt; et si per aliquem contingat super hoc litteram aliquam impetrari, quod neutra pars ea utetur; et si contingeret aliqua partium uti littera iterum impetrata, consenserunt expresse, nomine quo supra, quod in nullo valeat processus habitus per eandem. Predictus vero magister Petrus, acceptans, suo et ecclesie Xantonensis nomine, universa et singula suprascripta, promisit dicto B., sub pena centum marcarum argenti a dicto B. presente sollempniter stipulata, obligans ad hoc sibi omnia bona sua ecclesiastica et mundana, quod ipse bona fide sine fraude curabit et faciet fideliter quod dicti decanus et capitulum hanc conventionem acceptabunt, in predictis omnibus et singulis ratificabunt et gratam habebunt, et quod etiam iidem decanus et capitulum canonicos predictos super hoc electos viva voce aut saltem per suas litteras rogabunt et requirent cum instantia ut examinationem, cognitionem et decisionem hujusmodi questionis assumant effectualiter, ut superius est expressum, et quod . . decanus, et capitulum predicti perpetuo observabunt quicquid a predictis electis canonicis vel majori parte ipsorum, aliquo absente, ut superius est expressum, super hoc infra dictum tempus eis prefixum vel prorogandum de consensu partium, de jure fuerit diffinitum. Idem vero magister P., per juramentum ab ipso corporaliter prestitum, promisit eidem domino B. omnia et singula supradicta adimplere et servare pro posse, et quod ipse bona fide et sine fraude vel dolo aliquo rogabit et inducet pro posse prefatos decanum et capitulum ad predicta omnia et singula facienda et adimplenda, et faciet et curabit pro posse quod ipsi canonici ad hoc electi assumant cognitionem et decisionem predicte questionis. Hec autem universa et singula promisit predictus dominus B. dicto magistro P. pro se, decano et capitulo predictis sollempniter stipulanti, se servaturum, et nunquam per se vel per alium contraventurum, sub pena centum marcarum argenti, pro qua obligavit omnia bona sua, mobilia et immobilia, ecclesiastica et mundana, renuntians omni juri canonico et civili ac consuetudinario per quod aliquo tempore venire posset contra predicta vel quidlibet predictorum. Acta sunt hec apud Urbemveterem, in hospitio predicti domini S. cardinalis, in presentia domini Albertini, camerarii ejusdem cardinalis; magistri Petri Helie, Xantonensis diocesis; magistri Ilarii de Filitinio, canonici Antensis, Lemovicensis diocesis; et magistri Johannis, archidiaconi Tricastini, domini pape cappellani, ad hoc vocatorum et rogatorum testium, anno Domini M°CC°LXIIII°, indictione VII, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, mense maii die XVIIII. Ego Symon de Reate, apostolice sedis auctoritate notarius, hiis interfui et ea, ut superius continentur, rogatus scripsi et in publicam formam redegi. Predictus vero dominus Symon cardinalis, ad instantiam dictorum domini Bernardi et magistri Petri, presens instrumentum sigilli sui adjectione munivit. »

Datum apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

**1095** Orvieto, 28 janvier 1264.

Michaeli Sanctii cantoriam ecclesiae Legionensis ab Uberto, s. Eustachii diacono cardinali, adjudicatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 61 v°, n° 144.)

« *Michaeli Sanctii, cantori ecclesie Legionensis.* Ea que judicio, etc., usque communiri. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod, cum nos in causa que inter te, ex parte una, et Rodericum Petri, archidiaconum, ac quosdam alios canonicos ecclesie Legionensis super eo quod ipsi electioni de te ad cantoriam ipsius ecclesie tunc vacantem, canonice celebrate, ac etiam collationi et investiture tibi tam apostolica quam ordinaria auctoritate, de cantoria factis eadem, se indebite opponebant, ex altera, orta extitit, per appellationem eorum ad sedem apostolicam legitime devoluta, dilectum filium nostrum U., sancti Eustachii diaconum cardinalem, dedissemus partibus auditorem, idem cardinalis, auditis hinc inde propositis et relatis fideliter coram nobis jurisque ordine observato, te quoque in cantu, in quo te pars adversa defectum pati dicebat, examinato et comperto ydoneo, de speciali

mandato nostro diffinitivam pro te sententiam promulgavit, dicte quoque parti adverse ac ejus procuratori, nomine ipsius partis, super hujusmodi oppositione sua perpetuum imponens silentium, supradictam electionem tuam confirmavit, teque de cantoria ipsa presentialiter per suum anulum investivit, prout in publico instrumento confecto exinde ac sigillo cardinalis prefati signato, plenius continetur. Cumque idem procurator dicte partis adverse propter hoc ab eodem cardinali ad nostram audientiam appellasset, tandem dilectus filius noster M., sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis, quem in hujusmodi negotio, supradicto U., cardinali sancti Eustachii auditorem duximus adjungendum comperit super premissis per eundem U. cardinalem legitime fuisse processum. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod a predicto U. cardinali super predictis pro te factum est, ratum et firmum habentes, id, non obstante appellatione predicta, quam reputamus frivolam, auctoritate apostolica confirmamus etc., usque communimus.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini amen. In causarum decisionibus —. Tulimus autem hanc sententiam, et acta fuerunt predicta apud Urbemveterem, in camera nostra, presentibus testibus ad hoc vocatis venerabili patre A., Humanate episcopo; magistro Bernardo Yspano; et domino Jacobo de Thonenga, domini pape cappellanis, magistro Fernando, magistro scolarum Auriensium; et domino Pepone de Senis, Romane curie advocato; Subgerio Gundisalvi, Auriensi et Tudensi canonico; Pelagio de Cana et Fernando Fructuosi, canonicis Compostellanis; Pelagio Fernandi, canonico Palentino; Johanne Fernandi, canonico Salamantino; Petro Petri, clerico predicti cantoris; et ipso cantore ac prefato Jacobo Juvenalis procuratore. In cujus rei testimonium et futuram memoriam premissorum, presentem sententiam nostram et omnia supradicta per infrascriptum tabellionem nostrum scribi et publicari mandavimus et sigilli nostri appensione muniri sub anno Domini M°CC°LXIII°, die VIII intrantis augusti, indictione VI, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno secundo. Ego Paris de Spoleto, notarius publicus, predictis omnibus interfui, et mandato predicti domini cardinalis, ut supra legitur, scripsi, publicavi et meo signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, V kalendas februarii, anno tertio. »

**1096** Orvieto, 30 juin 1264.

Arnaldo praeposituram ecclesiae Terraconensis a Guidone, tituli s. Laurentii in Lucina presbytero cardinali, collatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 62, n° 145.)

« *Arnaldo, preposito ecclesie Terraconensis, ordinis sancti Augustini, cappellano dilecti filii nostri G., tituli sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis.* Que de sedis. — Nuper siquidem, intellecto quod prepositura ecclesie Terraconensis, ordinis sancti Augustini, per obitum quondam Arnaldi, prepositi ecclesie jamdicte, vacabat, nos, ei talem personam in prepositum preficere cupientes per quam prepositura ipsa, Deo propitio, votiva possit suscipere incrementa, dilecto filio nostro G., tituli sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali, oraculo vive vocis commisimus ut preposituram ipsam ydonee persone conferret. Idem autem cardinalis, attendens quo tu moribus, litterarum scientia et honesta conversatione laudabiliter adjuvaris, et quod dicta prepositura per tuam industriam poterit salubriter gubernari, eam tunc vacantem, cujus collatio ad venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum, et capitulum Terraconenses communiter pertinet vel divisim, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, ac etiam canonicatum ipsius ecclesie tibi, tunc canonico ecclesie sancti Jacobi de Pruvino, ordinis sancti Augustini, auctoritate nostra in hac parte sibi commissa, contulit, et de illis providit teque investivit per suum anulum de eisdem, decernens irritum et inane si secus de prepositura, juribus et pertinentiis hujusmodi a quoquam contigerit attemptari, prout in publico instrumento confecto exinde ac sigillo cardinalis predicti sigillato, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinali super hiis factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc., usque communimus.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« *In nomine Domini amen. Anno nativitatis ejusdem M°CC°LXIII°, indictione* VII, VI *kalendas julii pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, Guido, miseratione divina tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, religioso viro magistro Arnaldo, cappellano nostro, canonico ecclesie sancti Jacobi de Pruvino, ordinis sancti Augustini, Senonensis diocesis, salutem in Domino.* Apostolica sedes illos —. In cujus rei testimonium presens instrumentum publicum per Leonardum, infrascriptum tabellionem, fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Actum apud Urbemveterem, presentibus magistris Henrico et Matheo, canonicis ecclesie

sancte Marie in Vallibus Catalaunensibus; et fratre Odone, monacho monasterii de Fonte-Johannis, Cisterciensis ordinis, Senonensis diocesis. Ego Leonardus, imperiali auctoritate notarius, predictis collationi et investiture interfui et de mandato predicti domini cardinalis, predicta omnia scripsi et in publicam formam redegi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

**1097** Orvieto, 17 juillet 1264.

Justamonti de Vallero canonicatum et praebendam in ecclesia Veronensi ab Uberto, s. Eustachii diacono cardinali, collatos, confirmat. (Reg. 29, fol. 62 v°, n° 146.)

« *Justamonti* [1] *de Vallero, Parmensis diocesis, cappellano dilecti filii nostri U., sancti Eustachii diaconi cardinalis.* Licet ea que —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod nos, intellecto quod dilectus filius magister Gerardus de Vallero, tunc canonicus ecclesie Veronensis, canonicatum et prebendam ac omne jus que in ipsa obtinebat ecclesia et competebant eidem, resignare libere intendebat, recipiendi ab eodem magistro Gerardo canonicatus, prebende ac juris hujusmodi resignationem liberam et conferendi ea persone ydonee concessimus dilecto filio nostro U., sancti Eustachii diacono cardinali, vive vocis oraculo, auctoritatem ac plenam et liberam potestatem. Idem vero cardinalis, auctoritate ac potestate hujusmodi sibi in hac parte concessis, a predicto magistro Gerardo canonicatus, prebende ac juris predictorum libera resignatione recepta, ea cum omnibus pertinentiis et juribus eorundem, tibi, nondum aliquod beneficium assecuto, contulit et providit de illis, dilectum filium Guillelmum, dictum *Maram*, clericum et familiarem suum, investiendo tuo nomine per suum anulum de eisdem, decernens irritum et inane si secus de canonicatu, prebenda et jure predictis, nostra vel quavis auctoritate, a quoquam contingeret attemptari, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius cardinalis, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem cardinali factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus.

Tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« *Ubertus, miseratione divina sancti Eustachii diaconus cardinalis, dilecto nobis in Christo Justamonti de Vallero, Parmensis diocesis, cappellano nostro, salutem in Domino.* Apostolice sedis benignitas —. Actum apud Urbemveterem in camera nostra, presentibus testibus ad hec vocatis venerabili patre Johanne, archiepiscopo Sancte-Severine; Ferrarino, canonico Aquilegiensi; Carrando, archipresbytero de Grana, Astensis diocesis; et Nicolao de Cannario, clerico nostro. In cujus rei testimonium et futuram memoriam premissorum, ea per infrascriptum tabellionem nostrum scribi et publicari mandavimus et sigilli nostri appensione muniri, sub anno Domini M°CC°LXIIII°, die x, intrante julio, indictione VII, pontificatus domini Urbani pape IIII predicti, anno tertio. Ego Paris de Spoleto, notarius publicus, predictis interfui et, ut supra legitur, mandato predicti domini cardinalis, scripsi, publicavi et meo consueto signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, XVI kalendas augusti, anno tertio. »

1. On peut lire aussi *Instamonti*.

**1098** Orvieto, 18 juillet 1264.

Archipresbyterum ecclesiae Ferrariensis praedictae collationis executorem constituit. (Reg. 29, fol. 63, n° 147.)

« *Archipresbitero ecclesie Ferrariensis.* Petitio dilecti filii Justamontis —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas augusti, anno tertio. »

**1099** Orvieto, 30 juin 1264.

Abbatem et priorem monasterii Populeti, ordinis Cisterciensis, Terraconensis diocesis, sententiae n° 1096 signatae, executores committit. (Reg. 29, fol. 63, n° 148.)

« *Abbati et .. priori monasterii Populeti, ordinis Cisterciensis, Terraconensis diocesis.* Que de sedis. — Datum apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

**1100** Orvieto, 18 mars 1263 [1].

Ordinationem a Bernardo Hispano, causarum palatii apostolici generali auditore, editam super archidiaconatu de Benevento, praebenda et praestimoniis in ecclesia Ovetensi vacantibus, confirmat. (Reg. 29, fol. 63, n° 149.)

1. Cette lettre de la seconde année du pontificat est placée, par erreur, parmi celles de la troisième.

« *Magistro Petro, cappellano nostro, magistro scolarum Lucensium.* Cum a nobis petitur quod justum est etc., usque effectum. Exposuisti siquidem nobis quod cum causas que inter te, ex parte una et venerabilem fratrem nostrum .. episcopum. et capitulum, Munionem Alvari, Laurentium Petri, Didacum Johannis, et Petrum Menendi archidiaconum, cantorem Astoricensem, Johannem de Cabralis, Martinum Lupi, Tellum Gundisalvi, Petrum Alvari, Fernandum Nicolai, et Petrum Johannis canonicos Ovetenses, ex altera, super archidiaconatu de Benevento, prebenda et prestimoniis que per mortem Gundisalvi Petri vacaverunt in Ovetensi ecclesia, vertebantur, ad sedem apostolicam legitime devolutas, dilecto filio magistro Bernardo Yspano, capellano nostro, commiserimus per providentiam et ordinationem, judiciali postposito strepitu, terminandas, idem magister Bernardus te ac dicto Johanne de Cabralis personaliter, et ipsius episcopi et supradictorum Martini, Lupi, Munionis Alvari, Didaci Johannis, Laurentii Petri, Telli Gundisalvi et Petri Alvari procuratoribus habentibus ab eis mandatum ad agendum, defendendum et recipiendum providentiam et ordinationem super hoc faciendas, comparentibus coram eo, ac nullo comparente pro ipso capitulo et Petro Menendi cantore, Fernando et Petro predictis, quamvis in audientia publica pluries, prout est moris, peremptorie citati fuerint et post prefixum eis terminum diutius expectati, habito super hoc peritorum consilio, de voluntate tua et eorundem Johannis et procuratorum, ac de mandato et auctoritate nostra volens animarum saluti consulere, ante omnia relaxatis ad cautelam omnibus sententiis suspensionis, interdicti et excommunicationis in quoscunque, hujusmodi occasione, prolatis, providit, ordinavit et decrevit super hujusmodi causis prout in instrumento publico confecto exinde, ipsius magistri B. sigillato sigillo, plenius continetur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem magistro B. in hac parte provide factum est, ratum habentes et firmum, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem instrumenti ejusdem presentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Cum cause que inter magistrum Petrum, domini pape cappellanum, magistrum scolarum Lucensium, ex parte una, et venerabilem in Christo patrem .. episcopum, et capitulum, Munionem Alvari, Laurentium Petri, Didacum Johannis, et Petrum Menendi archidiaconum, cantorem Astoricensem, Johannem de Cabralis, Martinum Lupi, Tellum Gundisalvi, Petrum Alvari, Fernandum Nicolai et Petrum Johannis, canonicos Ovetenses, ex altera, super archidiaconatu de Benevento, prebenda et prestimoniis, que per mortem Gundisalvi Petri in Ovetensi ecclesia vacaverant, vertuntur, ad apostolicam sedem per citationes et appellationes varias devolute fuissent, sanctissimus pater dominus Urbanus papa prefato cappellano, per plures annos, occasione causarum hujusmodi, expensis et laboribus fatigato, nec non episcopo, capitulo et aliis supradictis quos per executores diversos contingebat super causis predictis multipliciter molestari, paterna sollicitudine providere intendens, nobis, magistro Bernardo Yspano, cappellano suo ac ejusdem palatii generali auditori causarum, viva voce mandavit ut controversias et causas predictas per providentiam et ordinationem diffinire, strepitu judiciali postposito, curaremus. Prefatis igitur magistro Petro et Johanne de Cabralis personaliter et procuratoribus episcopi memorati ad agendum, defendendum et recipiendum ordinationem et providentiam quam dominus papa vel alius pro eo in causis predictis faceret, et Martino Lupi, Munione Alvari, Didaco Johannnis, Laurentio Petri, Tello Gundisalvi et Petro Alvari per procuratores in nostra presentia constitutis, predictorum capituli, Petri Menendi, archidiaconi cantoris Astoricensis, Fernandi Nicolai et Petri Johannis absentia non obstante, auctoritate et mandato predictis, saluti animarum volentes ante omnia providere, sententias omnes suspensionis, interdicti et excommunicationis in quoscumque, occasione causarum earundem, prolatas, ad cautelam auctoritate apostolica relaxamus. Super archidiaconatu autem, prebenda et prestimoniis supradictis episcopum et capitulum, archidiaconos et alios Ovetenses canonicos superius nominatos, auctoritate et mandato predictis, ab impetitione cappellani prefati absolvimus, et eidem cappellano perpetuum imponimus silentium super eis. Verum, ne dictus cappellanus, qui circa prosecutionem beneficiorum eorundem fatigatus est non modicum et attritus, gratia per sedem apostolicam sibi facta, remaneat omnino frustratus, et solam jacturam unde commodum debuit habere, incurrat, auctoritate et mandato prefatis, ipsi de canonicatu Ovetensis ecclesie, cum plenitudine juris canonici, providemus, ac eundem per nostrum pileum investimus de ipsis. Prebendam et prestimonia, ducentos marobotinos usualis monete annuatim preter prebendam valentia, si qua in ecclesia ipsa vacant ad presens, vel quamprimum ad hoc obtulerit se facultas, eidem cappellano conferenda reservantes, decernimus irri-

tum et inane quicquid de prebenda et prestimoniis ipsis, contra reservationem, providentiam et ordinationem predictas a quoquam fuerit attemptatum, non obstante —, decernentes nichilominus capeltanum ipsum in executione prebende ac prestimoniorum eorundem eis preferri qui, postquam apostolica littera super provisione ejusdem capellani ad ecclesiam Ovetensem obtenta, ad notitiam ipsius episcopi et capituli predictorum pervenit, litteras super provisione sua in eadem ecclesia presentarunt. Et ut jamdictum capellanum diu litibus fatigatum, occasione ordinationis et provisionis hujusmodi, non contingat diutius fatigari, in ipsum episcopum suspensionis ab ingressu ecclesie, et in capitulum interdicti ac in omnes alios excommunicationis sententias, si ordinationem et provisionem predictas impedierint aut contra eas in aliquo venerint, promulgamus, non obstante si —. In cujus rei testimonium, presentes providentiam et ordinationem fecimus nostri sigilli munimine roborari et per Bernardum, notarium infrascriptum, precepimus publicari. Lata fuit hec providentia et ordinatio sive pronuntiatio apud Urbemveterem, in hospitio nostro, presentibus Adam archidiacono; Michaele Sancii, cantore Legionensibus; Johanne de Gabralis, canonico Ovetensi; Pelagio Fernandi, canonico Palentino; Petro Alvari Ovetensi; Petro Didaci, canonico Mindoniensi; Petro Fernandi, clerico chori ecclesie Ovetensis; Johanne Martini, clerico diocesis Ovetensis; et aliis testibus ad hec vocatis et rogatis, anno Domini a nativitate M°CC°LXIII°, indictione VI, die II mensis martii, pontificatus domini Urbani pape IIII. anno secundo. Et ego Bernardus de Mevania, apostolica et imperiali auctoritate notarius, huic prolationi interfui et de mandato et auctoritate predicti magistri Bernardi, scripsi et publicavi predicta rogatus. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas aprilis, anno secundo.

**1101** Orvieto, 3 août 1264.

Johanni, dicto *Kevillette* [1], perpetuam capellaniam s. Mariae de Gauchi, Noviomensis diocesis, a G., tituli s. Marci presbytero cardinali, collatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 63 v°, n° 150.)

« *Johanni, dicto* Kevillette, *de Nigella, perpetuo capellano ecclesie sancte Marie de Gauchi, Noviomensis diocesis.* Que de sedis —. Sane exhibita nobis tua petitio continebat quod nos, intellecto pridem quod dilectus filius Johannes de Perona, rector ecclesie de Oupi, Atrebatensis diocesis, capellanus venerabilis fratris nostri J., episcopi Portuensis, capellaniam ecclesie s. Marie de Gauchi, Noviomensis diocesis, quam tunc se pacifice obtinere dicebat, vellet libere resignare, dilecto filio nostro G., tituli sancti Marci presbytero cardinali, oraculo vive vocis commisimus ut, ab eodem rectore libera ipsius capellanie resignatione recepta, eam idonee persone conferret. Idem vero presbyter cardinalis, a rectore ipso liberam predicte capellanie resignationem recipiens, eandem capellaniam per resignationem hujusmodi tunc vacantem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, tibi, quem propter laudabile testimonium de te sibi perhibitum, ad hoc idoneum reputavit, auctoritate nostra contulit, tibique de illa providit, ac te investivit presentialiter de eadem, prout in patentibus litteris ejus confectis exinde suoque sigillo signatis plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem presbytero cardinali super premissis factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est : « *Guillelmus, miseratione divina tituli sancti Marci presbyter cardinalis, Johanni dicto* Kevillette, *de Nigella, clerico Noviomensis diocesis, salutem in Domino sempiternam.* Sanctissimus pater dominus —. In cujus rei testimonium, tibi presentes litteras nostri sigilli concedimus appensione munitas. Datum apud Urbemveterem, anno Domini M°CC°LXIIII°, mense julio, pontificatus domini Urbani pape quarti, anno tertio. »

Nulli ergo —. Datum apud Urbemveterem, III nonas augusti, anno tertio. »

**1102** Orvieto, 3 août 1264.

Decanum ecclesiae Lensensis, Atrebatensis diocesis, et scolasticum Atrebatensem praedictae collationis executores constituit. (Reg. 29, fol. 64, n° 151.)

« *Decano ecclesie Lensensis, Atrebatensis diocesis, et .. scolastico Atrebatensi.* Que de sedis —. Datum ut supra. »

1. On peut lire aussi *Kenillette*.

**1103** Orvieto, 7 août 1264.

Petro ecclesiam de Vadis-Aponiz, a G., tituli s. Marci presbytero cardinali, collatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 64, n° 152.)

« *Petro, rectori ecclesie de Vadis-Aponiz, nato Johannis Truet, de Castro-Theodorici, Suessionensis diocesis.* Que de sedis apostolice etc., ut supra usque provenire. Sane exhibita nobis tua petitio continebat quod, quondam Haymardo, rectore ecclesie de Vadis-Aponiz, Suessionensis diocesis, apud sedem apostolicam viam universe carnis ingresso, dilectus filius noster G., tituli sancti Marci presbyter cardinalis attente considerans quod tu, clericus et familiaris ejus, suis obsequiis fideliter ac diligenter insistens, nondum eras beneficium ecclesiasticum assecutus, nec alias in bonis habebas unde posses commode sustentari, ac propter hoc circa te sue dirigens benignitatis officium, predictam ecclesiam, per obitum ipsius Haymardi vacantem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, auctoritate nostra sibi a nobis oraculo vive vocis tradita, tibi, quem de legitimo matrimonio procreatum reputavit ydoneum ad hujusmodi beneficium obtinendum, contulit et de illa providit, teque de dicta ecclesia presentialiter per suum anulum investivit, prout in patentibus litteris ipsius cardinalis confectis exinde suoque sigillo munitis, plenius continetur. Nos itaque, obtentu cardinalis ejusdem, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eo super hiis factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus, decernentes irritum et inane si secus de dicta ecclesia et juribus ac pertinentiis ipsis, apostolica vel quavis auctoritate alia, contigerit attemptari.

Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« *Guillelmus miseratione divina tituli sancti Marci presbyter cardinalis, dilecto in Christo Petro, nato Johannis Truet de Castro-Theodorici, Suessionensis diocesis, clerico et familiari nostro, salutem in Domino.* Dignum et debitum —. In cujus rei testimonium, tibi presentes litteras concedimus nostri sigilli appensione munitas. Datum apud Urbemveterem, anno Domini M°CC°LXIIII°, mense augusti die tertia intrante, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, vii idus augusti, anno tertio. »

**1104** Orvieto, 7 août 1264.

Archidiaconum in Bria in ecclesia Suessionensi et decanum ecclesiae Rosetensis, Laudunensis diocesis, praedictae collationes executores constituit. (Reg. 29, fol. 64, n° 153.)

« *Archidiacono in Bria in ecclesia Suessionensi, et decano ecclesie Rosetensis, Laudunensis diocesis.* Que de sedis —. Datum ut supra. »

**1105** Orvieto, 6 août 1264.

Johanni Martini portionem in ecclesia s. Mariae de Sintria, Ulixbonensis diocesis, a Gottifredo, s. Georgii ad Velum Aureum diacono cardinali, collatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 64, n° 154.)

« *Johanni Martini, portionario secularis ecclesie sancte Marie de Sintria, Ulixbonensis diocesis, clerico venerabilis fratris nostri M., Ulixbonensis episcopi.* Que de sedis apostolice auctoritate etc. ut supra usque provenire. Exhibita quidem nobis tua petitio continebat quod, Johanne Egee, portionario ecclesie sancte Marie de Sintria, Ulyxbonensis diocesis, apud sedem apostolicam viam universe carnis ingresso, dilectus filius noster G., sancti Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis, de speciali mandato nostro quod sibi fecimus oraculo vive vocis, portionem et prestimonia que dictus Johannes Egee in ecclesia predicta obtinuit, per obitum ejus vacantia, cum juribus et pertinentiis suis, tibi contulit et de illis providit, teque presentialiter investivit per suum annulum de eisdem, decernens irritum et inane si secus de illis apostolica vel qualibet alia auctoritate a quoquam contigerit attemptari, prout in patentibus litteris ipsius cardinalis confectis exinde suoque sigillo signatis, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinali super hiis factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus.

Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« *Gottifridus, miseratione divina sancti Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis, dilecto sibi in Christo Johanni Martini, clerico venerabilis patris M., miseratione divina Ulixbonensis episcopi, salutem in Domino.* De speciali mandato —. In cujus rei testimonium, presentes litteras tibi concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum apud Urbemveterem, v kalendas augusti, pontificatus ejusdem domini Urbani pape IIII, anno tertio. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, viii idus augusti, anno tertio. »

**1106** Orvieto, 6 août 1264.

Fernandum Menendi et Johannem Alvari, canonicos Ulixbonenses, praedictae collationis executores constituit. (Reg. 29, fol. 64 v°, n° 155.)

« *Fernando Menendi et Johanni Alvari, canonicis Ulixbonensibus.* Que de sedis —. Datum apud Urbemveterem, viii idus augusti, anno tertio. »

**1107** Orvieto, 3 août 1264.

Sententiam qua Lesatensis abbas praepositum ecclesiae s. Servatii Trajectensis in quadraginta marcis Leodiensibus magistro Thomae de Trajecto condempnavit, eidemque Thomae praebendam quamprimo vacaturam in ecclesia s. Servatii Trajectensis, Leodiensis diocesis, reservavit, confirmat. (Reg. 29, fol. 64 v°, n° 156.)

« *Thome de Trajecto clerico, nepoti dilecte in Christo filie Hawidis, recluse sancti Remacli juxta Leodium.* Cum a nobis petitur usque effectu. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod, cum nos dilecto filio decano ecclesie sancti Johannis in burgo Laudunensi, dedissemus olim sub certa forma per nostras litteras in mandatis ut tibi de prebenda, si qua in ecclesia s. Servatii Trajectensis, Leodiensis diocesis, tunc vacabat, vel quamcito se facultas offerret, per se vel per alium provideret, faciens te ad illam ......[1] provisum esset, in canonicum ipsius ecclesie sancti Servatii recipi et in fratrem, contradictores etc. usque compescendo, ac per easdem litteras decernens irritum et inane si secus de prebenda hujusmodi contingeret attemptari, dilectus filius Symon, dictus *de Montibus*, canonicus ecclesie s. Petri Leodiensis, cui dictus decanus super hoc vices suas commisit, preposito ipsius ecclesie s. Servatii, ad quem collatio prebendarum in ipsa pertinet, ac etiam capitulo ejusdem ecclesie, auctoritate dictarum litterarum, ...... primo vacaret ibidem, aliquid ordinarent, inhibuit decernens irritum et inane si secus contingeret attemptari. Cumque ...... in ecclesia s. Servatii per mortem quondam Alberti, canonici ecclesie jamdicte, vacavit, tibi auctoritate litterarum ipsarum canonice contulisset, quia [dictus prepositus eandem prebendam dilecto filio Henrico, canonico Leodiensi, nato nobilis viri .. comitis de Los, proprio motu conferre presumpsit, te propter hoc ad sedem apostolicam recurrente, nos prefato decano per litteras nostras injunximus ut te vel procuratorem tuum, tuo nomine, in canonicum et in fratrem in prefata ecclesia sancti Servatii recipi et ut ejus canonicum tractari faceret et haberi, tibique de prebenda per se vel per alium provideret ibidem, juxta priorum continentiam litterarum; et si forte dictus prepositus prebendam eandem que fuit ipsius Alberti, post inhibitionem hujusmodi, in elusionem mandati apostolici, alii contulisset, tibi, donec prebendam inibi fuisses pacifice assecutus, de proventibus ipsius prepositi quantum annuatim valerent proventus ejusdem prebende dicti Alberti, faceret annis singulis assignari. Porro, dictus Symon, cui prefatus decanus vices suas super hoc totaliter commisit, memoratum prepositum qui dictam prebendam que fuit prefati Alberti, post inhibitionem ipsam, alii in elusionem apostolici mandati contulerat, monuit diligenter ut tibi de proventibus prepositure sue usque ad valorem quadraginta marcarum Leodiensium, prout valebant proventus sepedicte prebende, tibi, juxta tenorem dictarum litterarum prefato decano ultimo directarum, annis singulis assignaret. Et quia idem prepositus id efficere contumaciter denegavit, cum nichil rationabile proponeret quia id fieri non deberet, dictus Symon in eundem prepositum excommunicationis sententiam, exigente justitia, promulgavit. Verum, cum dictus prepositus propter hoc ad sedem apostolicam appellasset, tuque causa prosequendi negotium hujusmodi, ad nostram presentiam accessisses, nos idem negotium dilecto filio Geraldo, abbati Lesatensi, capellano nostro nostrique palatii causarum generali auditori, commisimus decidendum. Cumque Lambertus, clericus, ipsius prepositi procurator, pro eo super hujusmodi appellatione ipsius ad .. decanum ecclesie Sanctorum Apostolorum Coloniensis, nostras sub certa forma litteras impetrasset teque ipsis contradicente in audientia publica, dictus abbas, ad tuam tandem instantiam, eas sibi presentari fecisset, fuit postmodum coram eo inter te et procuratorem ipsum diutius litigatum utrum predictum negotium esset et deberet in curia nostra tractari, vel predicte littere pro eodem preposito impetrate deberent absolvi. Idem vero abbas, demum, auditis rationibus et allegationibus utriusque partis, de speciali mandato nostro, pronuntiavit prefatum negotium esse in eadem curia et tempora constitutionis felicis recordationis Innocentii pape IIII, predecessoris nostri, a te super hoc fuisse legitime observata, dictumque negotium in curia ipsa debere tractari. Verum, quia dictus procurator qui tantum ad impetrandum et contradicendum pro preposito ipso mandatum habebat,

1. En plusieurs endroits l'écriture du manuscrit est si endommagée que la lecture en est impossible.

ad procedendum in principali negotio non erat sufficiens procurator, nec dictum prepositum super hoc defendere voluit pluries requisitus, neque alius pro eodem preposito coram auditore ipso comparuit, licet pluries et peremptorie in audientia publica citatus fuisset, pronuntiavit, non obstante absentia nominati prepositi, esse in appellatione et principali negotio procedendum. Deinde vero dictus abbas, a te super premissis libello et juramento de veritate dicenda receptis, visis quoque ac diligenter inspectis eodem libello et supradictis nostris litteris ac processibus habitis per easdem, necnon depositionibus testium, rationibus et allegationibus tuis tam juris quam facti et omnibus que coram eo proponere voluisti, die vero ad proferendam sententiam peremptorie assignata, jurisque ordine observato, recepto etiam a te juramento quod prebenda ipsa que fuit quondam Alberti predicti, in elusionem mandati nostri alii collata fuerat, et quod ejus proventus valebant et valent quadraginta marcas leodienses annuatim, a nobis etiam licentia pronuntiandi obtenta, de plurium bonorum virorum consilio et speciali mandato nostro, dictum prepositum in quadraginta marcis leodiensibus, solvendis tibi annuatim de ipsius prepositure sue redditibus, donec tu fueris in eadem ecclesia sancti Servatii prebendam integre et pacifice assecutus, et ad satisfaciendum tibi de [hujusmodi] quadraginta marcis a tempore quo ipse super hoc per supradictum Symonem de Montibus, juxta mandatum nostrum, fuit monitus, sententialiter condempnavit. Pronuntiavit quoque et pronuntiando declaravit te recipiendum esse in canonicum et in fratrem in ecclesia sancti Servatii memorata, et adjudicavit tibi sententialiter prebendam nulli alii debitam, si qua vacat ibidem, vel proximo vacaturam. Supradictum vero prepositum necnon decanum et capitulum ejusdem ecclesie sancti Servatii ad receptionem tuam in canonicum, et ad assignationem prebende vacantis vel proximo vacature, quatenus communiter vel divisim pertinet ad eosdem, necnon prepositum ipsum tibi in expensis legitimis propter hoc a te factis, quarum taxationem [sibi] reservavit in posterum, sententialiter condempnavit, prout in publico instrumento confecto exinde ac sigillo auditoris predicti signato, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, hujusmodi sententiam, declarationem, pronuntiationem et condempnationem, sicut per eundem auditorem provide late sunt, ratas et firmas habentes, eas auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini, amen. Cum causa appellationis et principalis que verti sperabatur inter .. prepositum, et capitulum sancti Servatii de Trajecto, Leodiensis diocesis, ex una parte, et Thomam de Trajecto clericum, nepotem Hawidis, recluse sancti Remacli juxta Leodium, super receptione ipsius Thome in canonicum et in fratrem in dicta ecclesia Trajectensi et super aliis in libello contentis, ex altera, a sanctissimo patre domino nostro Urbano papa quarto nobis, fratri Geraldo, abbati Lesatensi, capellano suo et ejusdem palatii generali auditori, specialiter commissa fuisset, quia Lambertus, clericus procurator dicti prepositi ad impetrandum et contradicendum a dicto preposito constitutus, litteram impetrabat super dicta appellatione ad .. decanum ecclesie Sanctorum Apostolorum Coloniensis, dictus Thomas supplicavit quod dictam litteram faceremus ad nostram presentiam evocari. Qua littera evocata, cum diutius coram nobis litigatum fuisset utrum predictum negotium esset et deberet in curia tractari, et sic per consequens utrum esset dicta littera absolvenda, nos, auditis rationibus et allegationibus utriusque partis, de speciali mandato predicti domini nostri, pronuntiavimus predictum negotium esse in curia et tempora constitutionis statuimus fuisse a dicto Thoma legitime observata, et dictum negotium in curia debere tractari. Et quia dictus Lambertus, qui habebat mandatum ad impetrandum et contradicendum solummodo, non erat sufficiens procurator ad procedendum in negotio principali nec defendere voluit dictum prepositum pluries requisitus, nec alius compareret pro eo, licet pluries et peremptorie in audientia publica fuisset dictus prepositus vel ejus procurator citatus, pronuntiavimus, non obstante ipsius prepositi absentia, procedendum esse in negotio appellationis et principali. Postmodum vero, dictus Thomas libellum suum obtulit in dicto negotio sub hac forma :

« Coram vobis, domino G., abbate Lesatensi. domini » pape capellano et ejusdem palatii generali auditore » causarum, dicit et proponit Thomas de Trajecto, cle- » ricus, nepos Hawidis, recluse sancti Remacli juxta » Leodium, quod dominus Urbanus papa IIII .. de- » cano ecclesie sancti Johannis in Burgo Laudunensi, » suis olim dedit litteris in mandatis ut dicto Thome » de prebenda, siqua in ecclesia sancti Servatii Tra- » jectensis, Leodiensis diocesis, tunc vacabat, vel quam- » primum ad id se facultas offerret, per se vel per » alium provideret, faciens ipsum ad illam, cum de » ipsa vacante sibi provisum esset, in canonicum ejus-

» dem ecclesie sancti Servatii recipi et in fratrem, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo; ac idem dominus Urbanus papa IIII decrevit irritum et inane si secus de prebenda hujusmodi contigerit attemptari. Porro Symon, dictus *de Montibus*, canonicus ecclesie sancti Petri Leodiensis, cui dictus decanus super hoc duxerat vices suas committendas, .. preposito dicte ecclesie sancti Servatii ad quem collatio prebendarum in ipsa ecclesia pertinere dicitur, et capitulo ejusdem ecclesie auctoritate dictarum litterarum inhibuit ne de prebenda quam primo ibidem vacare contingeret, aliquid ordinarent, decernens irritum et inane si secus contingeret attemptari. Cumque in dicta ecclesia per mortem Alberti, ejusdem ecclesie canonici, prebenda vacaret, dictus Symon eam prefato Thome canonice contulit; et quia dictus prepositus eandem prebendam Henrico, canonico Leodiensi, nato nobilis viri .. comitis de Los, proprio motu de facto conferre presumpsit, dictus Thomas super hoc ad sedem duxit apostolicam recurrendum. Propter quod dominus papa dicto decano per litteras suas injunxit ut dictum Thomam vel procuratorem suum, ejus nomine, in canonicum et in fratrem recipi et ut canonicum dicte ecclesie tractari faceret et haberi, eique de prebenda si qua tunc vacabat ibidem, per se vel per alium provideret, juxta priorum continentiam litterarum; et si dictus prepositus eandem prebendam, que fuit prefati Alberti, post inhibitionem hujusmodi in elusionem mandati apostolici, alii contulit, eidem Thome, donec prebendam in sepedicta ecclesia pacifice fuerit assecutus, de proventibus dicti prepositi quantum valerent annuatim proventus prefate prebende dicti Alberti, faceret, annis singulis, assignari. Et quia dictus prepositus, post dictam inhibitionem, dictam prebendam que fuit prefati Alberti, in elusionem mandati apostolici alii contulit, dictus Symon, cui prefatus decanus iterato commiserat vices suas, prepositum predictum monuit diligenter ut dicto Thome de proventibus dicte prepositure quantum valerent annuatim proventus dicte prebende, que fuit dicti Alberti, quos proventus ad valorem quadraginta marcarum leodiensium extimavit, annis singulis assignaret. Et quia dictus prepositus id facere recusavit, dictus Symon in eundem prepositum, exigente justitia, excommunicationis sententiam promulgavit. Quare petit dictus Thomas per vestram sententiam dictum prepositum ipsi Thome condempnari et compelli ad solutionem dictarum quadraginta marcarum, annis singulis, solvendarum tam pro tempore transacto quam pro futuro, et dictam excommunicationis sententiam usque ad satisfactionem condignam debere inviolabiliter observari, quousque sibi provisum fuerit de prebenda in ecclesia supradicta et ejus possessionem pacificam fuerit assecutus. Petit etiam decerni et declarari dictum prepositum et capitulum compellendos ut ipsum debeant sicut suum fratrem et concanonicum pertractare, et quod sibi de prima prebenda quam in dicta ecclesia vacare contigerit, debeant providere. Petit etiam dictum prepositum condempnari in expensis factis et protestatur de faciendis, quas tempore sententie declarabit. Hec dicit dictus Thomas salvo jure, etc. »

« Super quo libello juravit dictus Thomas de veritate dicenda et fuerunt articuli traditi, testes producti diligenter examinati et sollempniter publicati, disputatum super dictis testium, littere predicti domini nostri super gratia dicto Thome clerico facta, coram nobis exhibite, processus habiti auctoritate dictarum litterarum per executores dicti Thome producti ad ipsius Thome intentionem fundandam. Quibus visis et diligenter inspectis, ad majorem probationem, delatum fuit dicto Thome juramentum super hoc quod prepositus predictus in elusionem mandati apostolici contulit alii prebendam que fuit Alberti, quondam canonici Trajectensis, sibi debitam, et quod dicta prebenda valebat quadraginta marcas leodienses annuatim. Et tandem conclusum fuit in negotio de jure et de facto, et sententia diffinitiva cum instantia postulata, et in qualibet mutatione, et dilatione negotii fecimus citari in audientia publica dictum prepositum vel ejus procuratorem, et specialiter, pluries et peremptorie, ad diffinitivam sententiam audiendam. Unde nos, predictus abbas Lesatensis, domini pape cappellanus et ejus palatii causarum generalis auditor, Christi nomine invocato, auditis et diligenter inspectis petitione dicti Thome, litteris domini nostri, processibus habitis per executores earum, depositionibus testium, rationibus et allegationibus juris et facti et omnibus que dictus Thomas voluit proponere coram nobis, conclusione facta in dicto negotio et sententia cum instantia postulata, die ad proferendam diffinitivam sententiam peremptorie assignata, quia nobis constitit per processus predictos et dicta testium prebendam que fuit quondam Alberti, canonici Trajectensis, dicto Thome tunc debitam, in elusionem mandati domini nostri esse alii collatam, et quod valebat et valet quadraginta marcas leodienses annuatim, recepto etiam super hiis juramento a dicto Thoma super hoc a nobis sibi delato, recepta a predicto domino nostro pronun-

tiandi et sententiandi licentia speciali, habito plurium bonorum virorum consilio, de speciali mandato predicti domini nostri, sententialiter condempnamus dictum prepositum Trajectensem, licet absentem corpore, cujus absentia Dei presentia suppleatur, in quadraginta marcis leodiensibus solvendis annuatim dicto Thome de redditibus prepositure, quousque dictus Thomas sit in dicta ecclesia sancti Servatii Trajectensis prebendam integre et pacifice assecutus, et ad satisfaciendum dicto Thome de dictis quadraginta marcis a tempore quo fuit super hoc monitus, juxta mandatum apostolicum per Symonem de Montibus, canonicum sancti Petri Leodiensis, executorem ipsius, sententialiter pronuntiamus et pronuntiando declaramus dictum Thomam recipiendum esse in canonicum et in fratrem in predicta ecclesia sancti Servatii Trajectensis, et adjudicamus ei sententialiter prebendam nulli alii debitam, si qua vacat in predicta ecclesia, vel proximo vacaturam, et ad receptionem ipsius Thome in canonicum, et ad assignationem prebende si qua vacat vel proximo vacaturam (*sic*), sententialiter condempnamus dictos .. prepositum, .. decanum, et capitulum Trajectenses quatenus ad eosdem communiter vel divisim noscitur pertinere, et sententialiter condempnamus dictum prepositum in expensis legitimis propter hoc factis, quarum taxationem nobis in posterum reservamus. Actum et pronuntiatum apud Urbemveterem, in palatio domini pape, presentibus domino Johanne, archiepiscopo Sancte-Severine; magistro Bernardo Johannis, archidiacono Vasatensi; domino Arnaldo, preposito Coloniensi; Guillelmo Petri, canonico sancti Frontonis, Petragoricensis diocesis; domino Adulfo de Blanchanem; Lamberto, clerico de Leodio; magistro Jacobo de Mevania, domini pape scriptore, Godescalco de Lira; Abram de Scandremale, clericis, et pluribus aliis testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis, anno Domini M°CC°LXIIII°, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, indictione VII, XV° kalendas julii. In cujus testimonium, presens publicum instrumentum fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Et ego Raymundus, dictus *Faure*, de Tribus bonis, sacrosancte Romane ecclesie publicus notarius, omnibus premissis presens interfui et de mandato predicti domini abbatis scripsi et rogatus fideliter publicavi et signo meo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, III nonas augusti, anno tertio. »

**1108** Orvieto, 3 août 1264.

Priorem Insulae-b.-Mariae et decanum ecclesiae s. Pauli Leodiensis praedictae sententiae executores constituit. (Reg. 29, fol. 65 v°, n° 157.)

« *Priori Insule-b.-Marie, ordinis Vallis Scolarum, et .. decano ecclesie s. Pauli Leodiensis.* Exhibita nobis dilecti —. Datum ut supra. »

**1109** Orvieto, 12 juillet 1264.

Sententias a Gregorio de Neapoli, capellano apostolico, et Uberto, s. Eustachii diacono cardinali, prolatas in causa inter Riboldum Morenam et Albertum de Buxinate de praebenda in ecclesia s. Stephani in Brolio Mediolanensi exorta, confirmat. (Reg. 29, fol. 66, n° 158.)

» *Riboldo, dicto* Morene, *canonico ecclesie sancti Stephani in Brolio Mediolanensi.* Ea que judicio etc., usque communiri. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod nos in causa que inter te et Albertum de Buxinate, ordinarium Mediolanensem, super quadam prebenda que in ecclesia sancti Stephani in Brolio Mediolanensi vacavit per mortem Oldrici presbyteri, ejusdem ecclesie canonici, et in qua uterque vestrum se dicebat habere jus, vertebatur, ad sedem apostolicam legitime devoluta, dilectum filium magistrum Gregorium de Neapoli, capellanum nostrum, dedimus partibus auditorem; et tandem, lite coram eo legitime contestata, factisque positionibus et responsionibus ad easdem, ac formatis articulis et productis hinc inde testibus, causam hujusmodi dilecto filio nostro U., sancti Eustachii diacono cardinali, audiendam commisimus et fine debito terminandam. Idem vero cardinalis, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, pronuntiavit predictam prebendam ad te pertinere de jure, et tibi sententialiter adjudicavit eandem, dictumque Albertum a dicta prebenda amovens ac sibi perpetuum silentium imponens super ea, ipsum ad restituendum et dimittendum tibi predictam prebendam, cum fructibus inde perceptis, nichilominus condempnavit, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius cardinalis, plenius continetur. Sane, procuratore dicti Alberti pro eo a sententia hujusmodi ad nostram audientiam appellante, nos hujusmodi appellationis causam venerabili fratri nostro .. episcopo Sabinensi, et eidem cardinali audiendam et terminandam fine debito duximus committendam. Comparentibus igitur partibus coram

eodem episcopo qui vice sua et ipsius cardinalis de appellationis causa cognoscebat eadem, et lite coram eo legitime contestata et de veritate dicenda prestito a partibus juramento, factisque positionibus et responsionibus ad easdem et formatis articulis, demum partes ipse, volentes vitare litigiorum anfractus ac viam pacis et concordie amplectentes, in eundem cardinalem, tamquam in arbitrum, arbitratorem, ordinatorem, diffinitorem et amicabilem compositorem, alte et basse, super eadem appellationis causa compromittere curaverunt, de stando arbitrio, diffinitioni et ordinationi predicti cardinalis et de non prosequendo ulterius causam appellationis predicte, cui partes ipse coram eodem cardinali jam renuntiaverant, corporali prestito juramento. Predictus autem cardinalis, recepto hujusmodi compromisso et a nobis de arbitrio seu de ordinatione proferendis licentia et auctoritate obtentis, de auctoritate et licentia hujusmodi, ordinando, arbitrando, statuendo et diffiniendo predictam diffinitivam sententiam quam pro te tulerat, confirmavit, et, non obstante appellatione predicta, mandavit eam a predictis partibus, sub debito prestiti juramenti, nisi quoad fructus perceptos ex predicta prebenda, ad quorum restitutionem dictum Albertum tibi condempnaverat, inviolabiliter observari, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo dicti cardinalis, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super premissis ab eodem cardinali factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenores predictorum instrumentorum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes.

Tenor instrumenti predicte diffinitive sententie talis est :

« In nomine Domini amen. Olim vacante prebenda in ecclesia sancti Stephani in Brolio Mediolanensi per mortem presbyteri Oldrici, quondam dicte ecclesie canonici, ortaque inter Riboldum dictum *Morenam*, de Merate, et Albertum de Buxinate, ordinarium Mediolanensis ecclesie, dicte ecclesie sancti Stephani canonicos, materia questionis, licet per appellationem proponeretur negotium ad sedem apostolicam devolutum, tamen bone memorie dominus Alexander papa IIII supradictum Albertum qui dictam prebendam ex collatione capituli ipsius ecclesie sancti Stephani detinebat, peremptorie citari fecit ut infra certum terminum per se vel per procuratorem ydoneum apostolico se conspectui presentaret, recepturus super hoc quod justitia suaderet. Comparentibus igitur dicto Riboldo in curia pro se, et Johanne Ferrario, canonico de Gorgonzolla, procuratore dicti Alberti, pro ipso Alberto, termino assignato, dominus noster Urbanus papa IIII discretum virum magistrum Gregorium de Neapoli, capellanum suum, in dicta causa concessit partibus auditorem, coram quo dictus Riboldus libellum obtulit in hunc modum :

« Coram vobis, domino Gregorio de Neapoli, domini pape capellano, partibus auditore concesso » ac causarum domini pape auditore generali, dicit et » proponit Riboldus Morena de Merate, canonicus ec» clesie sancti Stephani in Brolio Mediolanensi, contra » Albertum de Buxinate, ordinarium ecclesie Mediola» nensis, et ejus quemlibet procuratorem quod ipse » Riboldus Morena olim ab apostolica sede litteras » super sua receptione et provisione in aliqua eccle» siarum civitatis vel diocesis Mediolanensis ad . . » prepositum ecclesie sancti Ambrosii Mediolanensis, » obtinuit, quarum auctoritate idem prepositus pre» bendam que in dicta ecclesia sancti Stephani vacavit » per mortem presbyteri Oldrici, quondam canonici » ipsius ecclesie, contulit, ipsumque de ea investire » curavit, et in ejus possessionem eum fecit induci, » ac eum fecit a capitulo sive canonicis ejusdem ec» clesie in canonicum et in fratrem recipi et admitti. » Sed prefatus Albertus eandem prebendam illicite » occupavit ac detinet contra justitiam occupatam et » fructus ac proventus percipit ex eadem, in ipsius » R. prejudicium et gravamen. Quare, cum ipsa pre» benda ad eundem R. dinoscatur apostolica auctori» tate spectare, petit ipse R. collationem et investitu» ram ac inductionem premissas approbari, et eandem » prebendam, cum juribus et pertinentiis suis, sibi » adjudicari, et ad ipsum pertinere per sententiam » declarari, dictumque Albertum ab ea penitus amo» veri et ipsum ad restituendam et dimittendam ean» dem prebendam, cum fructibus medio tempore » perceptis, si extant, vel si non extant eorum exti» mationem, quam facit librarum centum monete » Mediolanensis, compelli et sententialiter condemp» nari, ac sibi super ipsa prebenda perpetuum silen» tium imponi. Et hec omnia petit cum dampnis et » expensis legitimis que et quas extimat librarum » quinquaginta monete Mediolanensis, et protestatur » futuras expensas quas, cum debuerit, declarabit, » salvo jure etc. »

« Lite igitur super premisso libello inter ipsas partes legitime contestata prestitoque de veritate dicenda a partibus juramento, factis hinc inde positionibus et subsecutis responsionibus ad easdem,

datis articulis et factis interrogatoriis super ipsis, quia de meritis cause per ea que proposita fuerant coram ipso, plene liquere non poterat, idem dominus papa per litteras suas mandavit discretis viris .. sancte Tecle Mediolanensis et .. de Olzate, Mediolanensis diocesis, ecclesiarum prepositis, et Rogerio de Porta, canonico sancti Ambrosii Mediolanensis, ut testes quos utraque pars super articulis eisdem cum interrogatoriis partium ab eodem capitulo sub suo sigillo transmissis, duceret producendos, infra certum terminum recipere, ac secundum interrogatoria examinare sollicite procurarent, omnes depositiones testium producendorum in scriptis redactas, cum toto processu ad apostolice sedis presentiam quamcitius transmissuri, partibus ipsis terminum peremptorium assignarent quo per se vel per procuratores ydoneos cum omnibus actis et munimentis causam ipsam contingentibus, se conspectui apostolico presentarent, justam, dante Domino, sententiam recepture. Quibus per dictos judices, secundum formam mandati, legitime peractis, et attestationibus in presentia supradicti magistri Gregorii de consensu partium publicatis, et hinc inde copia facta, tandem idem dominus Urbanus papa IIII, nobis, Uberto, sancti Eustachii diacono cardinali, predictam causam audiendam commisit et fine debito terminandam. Nos vero, in dicta causa, servato juris ordine, procedentes, partes predictas in audientia publica fecimus evocari, et dicto Riboldo pro se ipso et Bonifacio de Uglona, procuratore prefati Alberti, pro ipso Alberto in nostra presentia constitutis, et facta examinatione per examinatorem datum, a partibus rubricarum instrumentis hinc inde productis, ac allegationibus et juribus partium ......[1] et intellectis que partes tam de jure quam de facto coram nobis dicere ac proponere voluerunt, conclusoque in causa, partibus terminum [prefiximus] ad sententiam audiendam. Sed cum judex ante sententie prolationem omnia acta cause examinare et investigare [debeat diligenter, nos, dicte] cause actis sollempniter recensitis, visa petitione coram prefato magistro G. facta et contestatione ac responsione habitis coram eo, visis positionibus et responsionibus partium earundem, visis et diligenter in scriptis instrumentis hinc inde productis, attestationibus, juribus et rationibus, allegationibus partium universis, et super hiis omnibus nobiscum provida deliberatione habita et consilio peritorum dicimus ac pronuntiamus in scriptis predictam prebendam ad dictum Riboldum pertinere de jure et eam sibi adjudicantes, collationem et investituram ac possessionis inductionem predictam approbamus, dictumque Albertum ab ipsa prebenda nichilominus amovemus per nostram sententiam, eidem A. super hiis perpetuum silentium imponentes, ac ipsum ad dimittendam et restituendam [dictam] prebendam prefato R., cum fructibus inde perceptis vel eorum extimationem per nostram sententiam condempnamus, nobis taxatione ipsorum in posterum reservata. Tulimus autem predictam sententiam apud Urbemveterem in camera nostra, presentibus Jacobo, de Thonengo ...... canonico, domini pape capellano; Guillelmo, archidiacono Yporiensi; magistro Bernardo, archidiacono Vasatensi; Carrando, archipresbytero de Grana ...... Guillelmo de Crema, notario, testibus. et partibus, videlicet Riboldo ...... In cujus rei testimonium et futuram memoriam premissorum, prescriptam sententiam nostram per infrascriptum tabellionem nostrum scribi et publicari mandavimus et sigilli nostri appensione muniri, sub anno Domini M°CC° LXIII°, die IIa exeuntis octobris, indictione VII, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio. Ego Paris de Spoleto, notarius publicus, prolationi dicte sententie presens interfui et mandato predicti domini cardinalis, ut supra legitur, scripsi, publicavi et meo sigillo consueto sigillavi. »

« Tenor vero instrumenti ordinationis, arbitrii seu diffinitionis cardinalis ejusdem est talis :

« In nomine Dei, amen. Inter Riboldum dictum *Morenam*, et Albertum de Buxinate, canonicos ecclesie sancti Stephani in Brolio Mediolanensi, super prebenda que fuit presbyteri Oldrici, olim ipsius ecclesie canonici, orta dudum in Romana curia materia questionis, sanctissimus dominus Urbanus papa IIII, nos, Ubertum, miseratione divina sancti Eustachii diaconum cardinalem, concessit in causa hujusmodi predictis partibus auditorem. Nos vero, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, nobiscum deliberatione prehabita et consilio peritorum, pro dicto Riboldo contra dictum Albertum, exigente justitia, diffinitivam duximus sententiam promulgandam, a qua sententia pro parte dicti Alberti ad dominum papam extitit appellatum, cujus appellationis causam idem dominus papa venerabili patri domino G., Sabinensi episcopo, una nobiscum audiendam commisit et fine debito terminandam. Comparentibus igitur partibus coram eodem domino episcopo Sabinensi, qui vice sua vel nostra de causa cognoscebat eadem, et lite inter eos super libello coram eo a dicto Alberto porrecto, legitime contestata, juramento de veritate dicenda prestito, factisque

1. Plusieurs mots effacés.

positionibus et subsecutis responsionibus ad easdem, ac datis articulis, predicte partes, volentes vitare litigiorum anfractus et viam pacis et concordie amplectentes, in nos, tamquam arbitrum, arbitratorem, ordinatorem, diffinitorem et amicabilem compositorem, alte et basse, pure ac simpliciter, compromittere curaverunt, de stando arbitrio, ordinationi et diffinitioni nostris et de non prosequendo ulterius causam appellationis hujusmodi, cui jam renuntiaverant, coram nobis, corporali prestito juramento, promittentes, sicut in instrumento publico inde confecto per infrascriptum tabellionem, plenius continetur. Nos quidem, finem litibus imponere cupientes, recepto in nos hujusmodi compromisso obtentaque a predicto domino nostro papa auctoritate et licentia de arbitrio seu ordinatione hujusmodi proferendo, predictorum canonicorum voluntatibus perscrutatis, auctoritate et licentia predictis, ordinando, arbitrando, statuendo et diffiniendo, predictam sententiam quam pro dicto Riboldo tulimus, confirmamus et, non obstante appellatione predicta, mandamus eam a predictis partibus, sub debito prestiti juramenti, nisi quoad fructus perceptos de prebenda predicta, ad restitutionem quorum dictum Albertum condempnavimus, inviolabiliter observari. Et, ut dictus Albertus de ordinatione nostra commodum assequatur, presertim cum constet nobis ipsum in dicta ecclesia receptum fuisse in canonicum et in fratrem et stallum in choro et locum in capitulo habuisse nec non et cotidianas distributiones, sicut ceteri ipsius ecclesie canonici, jam diutius percepisse, eadem auctoritate ordinamus, statuimus ac etiam arbitramur quod habeat et habere debeat stallum in choro et locum in capitulo ipsius ecclesie, sicut hactenus habuit, ac cotidianas distributiones, sicut alter canonicorum ipsius ecclesie, cum resederit in eadem. Ordinamus preterea, diffinimus ac arbitramur quod dictus Riboldus tamdiu tertiam partem fructuum et reddituum dicte prebende quam sibi adjudicavimus, predicto Alberto det et solvat, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, quousque idem Albertus in prefata ecclesia prebendam super qua idem Albertus litigat cum Jacobo Capone, fuerit assecutus, vel alia prebenda vacaverit in ecclesia supradicta, ita tamen quod prenominatus Albertus ad obtinendam prebendam predictam jus suum sollicite prosequatur; et si in prosecutione hujusmodi sui juris negligens fuerit vel remissus, dictus Riboldus ad prestationem dicte tertie partis prelibato Alberto minime teneatur; et quod dictus Albertus tertiam partem omnium onerum que imponentur dicto Riboldo, ratione dicte prebende, supportet tamdiu et gerat quamdiu a dicto Riboldo tertiam partem receperit fructuum predictorum, mandantes predictam ordinationem nostram seu arbitrium, in virtute prestiti juramenti, integre et sine diminutione aliqua a predictis partibus observari, quas partes auctoritate jam dicta a qualibet condempnatione et petitione tam fructuum perceptorum de dicta prebenda, quam dampnorum et expensarum duximus absolvendas. Lata et recitata fuit hec ordinatio seu arbitrium apud Urbemveterem, in camera nostra, presentibus testibus ad hec vocatis Guidone de Aramengo, domini pape subdiacono, preposito Cariensi, Taurinensis diocesis; Carrando, archipresbytero de Grana, Astensis diocesis; magistro Berengario de Secureto; Maza, canonico sancti Secundi Astensis; et Nicolao de Cannaria, clerico nostro. In cujus rei testimonium et futuram memoriam premissorum, prescriptam ordinationem seu arbitrium nostrum scribi et publicari mandavimus et sigilli nostri appensione muniri, sub anno Domini M°CC° LXIIII°, die VI exeunte junio, indictione VII, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio. Ego Paris de Spoleto, notarius publicus, prolationi prescripte ordinationis seu arbitrii presens interfui et, ut supra legitur, mandato predicti domini cardinalis, scripsi, publicavi et meo signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, IIII idus julii, anno tertio. »

**1110** Orvieto, 12 juillet 1264.

Abbates s. Celsi et s. Vincentii Mediolanensium praedictae sententiae executores constituit. (Reg. 29, fol. 67, n° 159.)

« *S. Celsi et s. Vincentii monasteriorum Mediolanensium abbatibus.* Petitio dilecti filii —. Datum ut supra. »

**1111** Orvieto, 13 juillet 1264.

Guillelmo Fulcaudi cappellaniam in ecclesia s. Palladii Xantonensis a G., tituli s. Marci presbytero cardinali, adjudicatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 67, n° 160.)

« *Guillelmo Fulcaudi, capellano in ecclesia sancti Palladii Xantonensis.* Ea que judicio etc., communiri. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod, cum nos olim, intellecto quod magister Guillelmus de Quarteriis, capellanus in ecclesia sancti Palladii Xanctonensis, capellaniam suam ejusdem ecclesie intendebat libere resignare, dilecto filio . . abbati secularis

ecclesie sancti Asterii, Petragoricensis diocesis, dedissemus per nostras litteras in mandatis ut, ab eodem Guillemo libera ipsius capellanie resignatione recepta, eandem capellaniam tibi auctoritate nostra conferre et assignare curaret, idemque abbas, juxta dictarum litterarum nostrarum tenorem, ab eodem Guillmo liberam ipsius capellanie resignationem recipiens, eam tibi conferre et assignari curasset, quia Guillelmus de Braies, presbyter Xantonensis diocesis, se in capellania predicta jus habere falso proponens, se tibi super hujusmodi collatione et assignatione factam tibi, indebite opponebat, ad sedem apostolicam appellasti. Et, licet procuratore tuo, causa prosequendi negotium hujusmodi, apud sedem eandem ad nostram presentiam accedente, nos in eodem negotio dilectum filium nostrum G., tituli sancti Marci presbyterum cardinalem, dederimus auditorem, dictus magister Guillelmus de Braies, quamquam pluries in audientia publica citatus fuerit et quantum juris ordo postulat, expectatatus, coram eo per se vel procuratorem ydoneum comparere contumaciter non curavit. Idem vero cardinalis, instrumentis, juribus et munimentis tuis ex quibus procurator ipse dictum negotium per hujusmodi appellationem tuam ad sedem devolutum eandem, docere volebat, receptis et diligenter examinatis, interloquendo pronuntiavit predictum negotium esse per hujusmodi appellationem ad sedem apostolicam legitime devolutum ac illud ibidem fore tractandum. Cumque postmodum idem cardinalis in negotio ipso Renerio de Pissiaco, canonico Remensi, capellano nostro, causarum palatii nostri auditori generali, vices suas commisisset, diffinitiva sibi sententia reservata, idem capellanus, a dicto tuo procuratore libello et etiam juramento de calumpnia seu de veritate dicenda, nec non litteris, actis et munimentis tuis per que intentionem suam pro te super principali volebat fundare, receptis, ac eisdem libello, litteris, actis et munimentis diligenter examinatis, de hiis prefato cardinali relationem fecit fideliter et prudenter. Idem igitur cardinalis, visis et plenius intellectis juribus et rationibus tuis, ac plena deliberatione habita super ipsis, citationibus quoque factis in audientia publica, ut est moris, jurisque ordine observato, nec non dicto tuo procuratore presente ac prefato Guillelmo de Braies non curante coram dicto cardinali per se vel responsalem ydoneum comparere, diffinitivam pro te sententiam promulgavit, condempnans eundem G. de Braies ad restitutionem fructuum de capellania ipsa medio tempore perceptorum vel qui percipi potuerunt nec non in expensis in lite factis, quarum taxationem sibi in posterum reservavit. Postmodum vero expensas pro tua parte apud sedem eandem propter hoc factas, in quatuor marcis sterlingorum, juramento a dicto procuratore tuo recepto, taxavit, taxationem dictorum fructuum ac expensarum quas propter hoc in transmontanis partibus subiisti, venerabili fratri nostro .. episcopo Petragoricensi, qui super hiis habere poterit notitiam pleniorem, totaliter committendo, prout in publicis instrumentis confectis exinde et sigillo cardinalis prefati signatis, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, hujusmodi sententiam, condempnationem et taxationem ab eodem cardinali super hiis editas, ratas et firmas habentes, eas auctoritate apostolica confirmamus etc., usque communimus.

Tenores autem instrumentorum ipsorum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui tales sunt :

« In nomine Domini, amen. Presidente rationis imperio —. Sane sanctissimus pater dominus Urbanus papa IIII, intellecto quod magister Guillelmus de Quarteriis capellaniam quam obtinebat in ecclesia sancti Palladii Xantonensis, intendebat libere resignare, .. abbati secularis ecclesie sancti Asterii, Petragoricensis diocesis, suis dedit litteris in mandatis ut, a predicto magistro Guillelmo ipsius capellanie libera resignatione recepta, capellaniam eandem Guillelmo Fulcaudi, pauperi clerico, auctoritate apostolica conferret ac etiam assignaret. Qui abbas, a prefato magistro Guillelmo de Quarteriis predicte capellanie, juxta mandatum apostolicum, libera resignatione recepta, capellaniam ipsam predicto G. Fulcaudi auctoritate apostolica contulit ac etiam assignavit, decernens eadem auctoritate irritum et inane si secus de capellania ipsa a quoquam contingeret attemptari. Cumque postmodum Guillelmus de Braies presbyter dicens sibi de capellania ipsa fore provisum, capellaniam ipsam, cum juribus et pertinentiis suis, temere occuparet ac detineret occupatam, predictum G. Fulcaudi impediendo quominus possessionem capelle ipsius pacifice obtineret ac ingerens se indebite ad eandem, in ejusdem G. Fulcaudi prejudicium et gravamen, ex parte ejusdem G. Fulcaudi fuit super hiis ad sedem apostolicam legitime appellatum. Porro negotio provisionis hujusmodi per appellationem ad sedem eandem devoluto, idem dominus papa nobis, Guillelmo, tituli sancti Marci presbytero cardinali, duxit causam appellationis hujusmodi et principalis negotii committendam et fine debito terminandam. Petente autem procuratore prenominati G. Fulcaudi ut in negotio eodem procederemus, justitia mediante, dic-

tum G. presbyterum vel procuratorem ejus, si quis esset in curia qui vellet et posset eum defendere, primo, secundo et tertio peremptorie citari fecimus in audientia publica, ut est moris; et quia pro parte dicti G. presbyteri nullus coram nobis comparuit procurator vel defensor, procuratore ipsius G. Fulcaudi in ipsis terminis legitime comparente, instrumentis, juribus et munimentis per que negotium predictum fore per appellationem ad sedem apostolicam devolutum, procurator dicti G. Fulcaudi suam intentionem intendebat in hac parte fundare, a nobis receptis et diligenter examinatis, negotium predictum interloquendo pronuntiavimus apud jam dictam sedem per appellationem fore delatum et ipsum tractandum esse in curia sepedicta. Ceterum procuratore prelibati G. Fulcaudi coram discreto viro magistro Renerio de Pissiaco, Remensi canonico, domini pape capellano ac ejusdem palatii generali auditori causarum, cui super hoc vices nostras duximus committendas, nobis tamen diffinitiva sententia reservata, in judicio comparente, idem procurator coram eodem capellano in causa eadem libellum obtulit sub hac forma :

« Coram vobis, magistro Renerio de Pissiaco, canonico Remensi, domini pape capellano ac ejusdem » palatii causarum generali auditore, cui venerabilis » in Christo pater dominus Guillelmus, miseratione » divina tituli sancti Marci presbyter cardinalis, a » domino papa deputatus auditor, vices suas in hac » parte commisit, dicit et proponit Yterius Blanci, » canonicus sancti Asterii, Petragoricensis diocesis, » procurator Guillemi Fulcaudi, pauperis clerici, contra Guillelmum de Braies presbyterum quod sanctissimus pater dominus Urbanus papa IIII dedit » abbati secularis ecclesie sancti Asterii, Petragoricensis diocesis, per suas litteras in mandatis, obtentu » venerabilis patris domini G., tituli sancti Laurentii in » Lucina presbyteri cardinalis, quod a magistro Guillelmo de Quarteriis capellanie quam in ecclesia » sancti Palladii Xantonensis obtinebat, libera resignatione recepta, capellaniam eandem dicto G. Fulcaudi auctoritate apostolica conferret ac etiam » assignaret ; et nichilominus dominus papa decrevit » irritum et inane in eisdem litteris si secus de ipsa » capellania contingeret attemptari. Cujus auctoritate » mandati, prefatus abbas predictam capellaniam » ecclesie sancti Palladii Xantonensis quam idem » magister G. de Quarteriis in eadem ecclesia obtinebat, recepta ab eodem primitus dicte capellanie » libera resignatione, prefato G. Fulcaudi auctoritate » apostolica contulit ac etiam assignavit, ac eundem » induxit seu induci mandavit in illius capellanie » corporalem possessionem, decernens irritum et » inane si secus de ipsa capellania contingeret attemptari. Post cujus collationem et decretrum dictus Guillelmus presbyter predictam capellaniam, » cum suis juribus et pertinentiis, occupavit et contra » justitiam eam detinet occupatam ac eundem impedit et perturbat quominus possessionem ipsius » capellanie pacifice valeat obtinere ac se ingerit » indebite ad eandem, in ejusdem G. Fulcaudi prejudicium et gravamen. Unde idem G. Fulcaudi » sentiens ex hiis se gravari, in scriptis ad sedem » apostolicam appellavit. Quare petit dictus Yterius, » procurator sepedicti G. Fulcaudi, ipsius nomine, » dictam capellaniam, cum juribus et pertinentiis » suis, ad eundem G. Fulcaudi de jure spectare per » vos sententialiter declarari, et sibi adjudicari, ac » predictum G. de Braies presbyterum, quantum de » facto possessioni ipsius capellanie incumbit, ab » ipsa capellania et possesione illius penitus amoveri, » ac eum ut dictam capellaniam ipsi G. Fulcaudi dimittat et restituat, cum fructibus inde perceptis et » qui percipi potuerunt aut eorum extimationem sententialiter condempnari, ac etiam eidem G. presbytero super ea perpetuum silentium imponi, cum » nullum jus habeat in eadem ; et hec petit cum » dampnis, expensis et interesse que et quos extimat » sexaginta libras turonenses ; et protestatur futuras » expensas et fructus percipiendos, salvo jure etc. »

Lite igitur super eodem libello, in contumacia dicti G. presbyteri, per capellanum eundem pro contestata habita, juratoque coram ipso per sepedicti G. Fulcaudi procuratorem de calumpnia seu de veritate dicenda, idem capellanus, receptis litteris, actis et munimentis per que idem procurator suam in hac parte volebat intentionem probare, ac diligenter examinatis, nobis de predictis omnibus et singulis relationem fecit fideliter et prudenter. Quare pro parte procuratoris ejusdem qui in negotio conclusit predicto, fuit cum instantia petitum a nobis ut predictum negotium deberemus diffinitive sententie calculo terminare. Visis igitur et plenius intellectis juribus et rationibus sepedicti G. Fulcaudi ac plena deliberatione habita super ipsis, citatoque prefato G. de Braies presbytero in audientia publica ad sententiam audiendam, cum in termino sibi assignato nec ipse nec aliquis comparuit coram nobis, nos, ipsius absentiam Dei replente presentia, Dei nomine invocato, presente procuratore sepedicti G. Fulcaudi ac ferri sententiam cum instan-

tia postulante, sententialiter pronuntiamus et declaramus capellaniam sepedictam, cum juribus et pertinentiis suis, ad eundem Guillelmum Fulcaudi spectare de jure, sibi adjudicantes eandem, ac G. de Braies presbytero super ea perpetuum silentium imponendo, amovemus et amovendum decrevimus predictum G. presbyterum ab ipsa capellania et possessione ejusdem, condempnantes eundem G. presbyterum nichilominus ad restitutionem fructuum perceptorum ab eadem capellania medio tempore vel qui percipi potuerunt, nec non in expensis factis in judicio hac de causa, ea durante, quarum taxationem nobis in posterum reservamus. In hujus itaque rei evidentiam pleniorem, presentem sententiam per infrascriptum notarium de mandato nostro scriptam, nostri fecimus sigilli appensione muniri. Lecta, recitata et pronuntiata apud Urbemveterem, in domo nostri, cardinalis predicti, sub anno Domini M°CC°LXIIII°, indictione VII, mense aprilis die XII, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, presentibus hiis testibus videlicet viris venerabilibus domino Melando, archidiacono Astoricensi; magistro Gondesalvo, archidiacono Legionensi; magistro Guillelmo Pampilonensi; Garcia, canonico Ovetensi; magistro Johanne, de Corbendorio, canonico sancti Georgii Aniciensis; et Johanne de Gora, procuratore in Romana curia, ac pluribus aliis vocatis et rogatis. Et ego, Guillelmus Nicolai, auctoritate sacrosancte Romane ecclesie notarius, ac prefati domini G. cardinalis scriba, prolationi et pronuntiationi prefate sententie présens fui et, ut supra legitur, de mandato cardinalis ejusdem, scripsi et in publicam formam redegi meoque signo signavi. »

« In nomine Domini, amen. Causam que vertebatur inter Guillelmum Fulcaudi, pauperem clericum, ex parte una, et Guillelmum de Brives (*sic*) presbyterum, ex altera, super quadam capellania sancti Palladii Xantonensis, nobis Guillelmo, miseratione divina tituli sancti Marci presbytero cardinali, a domino papa commissam fine debito terminandam, pro prefato Guillelmo Fulcaudi, juris ordine observato, diffinitive sententie calculo duximus terminandam, condempnato nichilominus dicto Guillelmo de Braies presbytero ad restitutionem fructuum perceptorum ab eadem capellania medio tempore vel qui percipi potuerunt, nec non in expensis factis in lite, quarum taxationem nobis in posterum duximus reservandam, prout in nostra exinde confecta sententia plenius declaratur. Citato igitur prefato Guillelmo de Braies vel procuratore ejus siquis esset in curia, primo, secundo et tertio peremptorie in audientia publica, ut est moris, visurus et auditurus taxationem expensarum predictarum et juramentum procuratoris predicti Guillelmi Fulcaudi in hac parte prestandum, quia nec dictus Guillelmus de Braies nec alius pro eo coram nobis comparere curavit, expensas easdem in curia factas in causa predicta, investigatione ac inquisitione super ipsis habita diligenti, in quatuor marcis sterlingorum bonorum, tredecim solidis et quatuor sterlingis pro marca qualibet computando, taxamus, juramento procuratoris predicti G. Fulcaudi super ipsis postmodum subsecuto, restitutionem fructuum predictorum, taxationem expensarum factarum in ultramontanis partibus pro parte predicta G. Fulcaudi in causa eadem, G. Fulcaudi faciendas, venerabili in Christo patri . . episcopo Petragoricensi, qui super hiis habere poterit notitiam pleniorem, totaliter committentes. In hujus itaque rei evidentiam, presens instrumentum per infrascriptum notarium de mandato nostro scriptum, nostri fecimus sigilli appensione muniri. Actum apud Urbemveterem, sub anno Domini M°CC°LXIIII°, indictione VII, mense junio die XXI, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, presentibus magistro Willelmo de Pampilone; magistris Goberto et Wimberto de Sancto-Quintino vocatis testibus et rogatis. Et ego Guillelmus Nicolai, auctoritate sacrosancte Romane ecclesie notarius, predictis interfui et ea de mandato predicti domini cardinalis, scripsi et in publicam formam redegi meoque signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, III idus julii, anno tertio. »

**1112** Orvieto, 13 juillet 1264.

Magistrum Ramnulfum de Marolio, archidiaconum in ecclesia Petragoricensi, praedictae sententiae executorem constituit. (Reg. 29, fol. 68, n° 161.)

« *Magistro Ramnulpho de Marolio, archidiacono in ecclesia Petragoricensi.* Exhibita nobis dilecti —. Datum ut supra. »

**1113** Orvieto, 21 août 1264.

Concordiam a Simone, tituli s. Ceciliae presbytero cardinali, prolatam in lite inter episcopum Cameracensem et Beatricem, comitissam Sabaudiae, exorta, confirmat. (Reg. 29, fol. 68, n° 162.)

« .. *episcopo Cameracensi*. Personam tuam paterni —. Lecta sane nobis ex parte tua petitio continebat quod dudum inter te ac bone memorie Thomam de Sabaudia comitem super quadam pecunie summa, videlicet tredecim milium librarum turonensium, in qua idem comes te ac Cameracensem ecclesiam, occasione dilecte in Christo filie nobilis mulieris . . comitisse Flandrie, sibi teneri dicebat, orta materia questionis, tandem dictus comes in egritudinis de qua obiit, lecto decubans, dilecte in Christo filie nobili mulieri Beatrici, comitisse, uxori sue presenti et acceptanti, omnia jura et actiones que dicto comiti competebant et quidquid juris habebat in causis quas moverat et movere intendebat contra te, ratione cujuscunque debiti in quo, ex quacunque causa, occasione dicte comitisse Flandrie et comitatus sui, dicto comiti teneris, concessit donationis titulo et causa mortis donavit ac jure fidei commissi reliquit. Eodem itaque comite viam universe carnis ingresso, ac inter te et dictam Beatricem super hoc questione suborta, nos in causa hujusmodi ad sedem apostolicam legitime devoluta, dilectum filium nostrum S., tituli sancte Cecilie presbyterum cardinalem, dedimus in ipso negotio partibus auditorem. Cumque fuisset aliquandiu super hoc coram eodem cardinali processum, demum magister Gerardus de Linea, tuus, et Rolandus de Lavania, Rolandus de Parma et Giffredus de Vezano, ejusdem Beatricis procuratores, habentes ad hoc sufficientia et plena mandata et volentes vitare litigiorum anfractus ac concordie viam eligentes et pacis transigere, composuerunt et pacti fuerunt insimul juxta modum inferius annotatum, videlicet quod tu des et solvas eidem Beatrici comitisse ac nuntio vel procuratori suo seu alii cui ipsa mandaverit, suo nomine, de predicta summa pecunia tria milia librarum et trecentas libras turonenses, loco et terminis infrascriptis, in festo scilicet beati Michaelis, mense septembris proximo futuro, Parisiis apud domum hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani octingentas libras, et deinceps, annis singulis, in eisdem loco et termino, quingentas libras ejusdem monete, donec de predictis tribus milibus libris et trecentis libris fuerit eidem B. plenarie satisfactum. De residuo vero predicte quantitatis tredecim milium librarum, dampnis, expensis et interesse iidem procuratores ipsius Beatricis, pro ea et ejus nomine, jure transactionis et compositionis ac pro bono pacis et concordie te, successores et heredes tuos quitaverunt et penitus liberarunt, hoc expresse acto inter procuratores eosdem quod in ipsa solutione predictarum octingentarum librarum, littere originales et illud etiam instrumentum quod occasione predicti debiti coram quondam magistro Johanne de Sancto-Germano notario, tunc capellano sedis ipsius, confectum extitit, quodque vim eandem habere cum originali dicitur instrumento, nec non littere donationis facte super hoc ab eodem comite prefate B. comitisse de pecunia memorata tibi vel tuo procuratori legitimo seu nuntio speciali restituantur et dentur; quodque in ipsa solutione dictarum octingentarum librarum prefata B. comitissa te a toto residuo predicte quantitatis tredecim milium librarum, tam suo quam filiorum suorum nomine, liberabit, et super hoc tibi seu tuo procuratori, nomine tuo, plenam et sufficientem securitatem prestabit, ac nichilominus per se vel procuratorem suum aut nuntium specialem cavebit sufficienter et ydonee per legitimos fidejussores, mercatores videlicet Florentinos et Senenses aut burgenses Parisienses, quod ipsa B. comitissa faciet et procurabit quod omnes filii sui quos de dicto suscepit comite, postquam ad pubertatem pervenerint, jurabunt quod ipsi per se vel alios te aut successores vel heredes tuos, occasione hujusmodi debiti seu obligationis per eundem episcopum olim prefato comiti, eorum patri, facte, aliquo modo vel ingenio, in judicio vel extra judicium, nullatenus inde stabunt, sed quantum in eis fuerit, ratam habebunt satisfactionem hujusmodi et aliquo modo nunquam venient contra eam. Tu vero, in restitutione dictorum instrumentorum, te sufficienter et plene per tuas patentes litteras et per instrumentum publicum obligabis ac de novo recognoscens confiteberis te dicta duo milia librarum et quingentas libras turonen. pro residuo dicti debiti debere et teneri solvere, loco et terminis predictis, eidem B. comitisse, ut superius est expressum, teque super hiis et heredes tuos ac bona tua obligabis eidem; et nichilominus tunc temporis sufficientes et ydoneos fidejussores, mercatores scilicet Florentinos vel Senenses aut burgenses Parisienses dabis dicte B. comitisse super predictis omnibus et singulis observandis et inviolabiliter attendendis, qui super dicta summa pecunie duorum milium et quingentarum librarum in solidum se principales constituant debitores et obligent omnia bona sua presentia et futura, et renuntient omnibus exceptionibus ac defensionibus, prout super hiis omnibus pro securitate ipsius B. sufficientius, secundum jura, confici poterit publicum instrumentum. Postquam autem eidem B. de tribus milibus librarum et trecentis libris predictis plenarie satisfactum extiterit, littere ac instrumenta que confecta fuerint super hujusmodi debito duorum milium et quingentarum librarum ac secu-

ritates preslande dicte B. comitisse, tibi sine qualibet difficultate reddantur. Sane predicti procuratores, nomine tuo et ejusdem B. comitisse, premissa omnia et singula premissorum, interveniente sollempni stipulatione, servare ac ad ea observanda idem procurator tuus te heredesque tuos et omnia bona tua, prefati vero procuratores dicte B. comitisse ipsam et bona sua ac heredes ipsius, stipulatione simili interveniente sollempni, sub certis pena et forma, nichilominus obligarunt, prout in instrumento publico inde confecto, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, transactionem, compositionem seu pactiones hujusmodi ratas et firmas habentes, eas auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Ceterum te et heredes et successores tuos ac prefatam Cameracensem ecclesiam, postquam eidem B. comitisse de hujusmodi summa trium milium librarum turonensium fuerit plenarie satisfactum, a toto predicto tredecim milium librarum debilo liberos esse decernimus, et te ac ipsos heredes, successores et ecclesiam ad ipsius debiti solutionem aliquatenus non teneri.

Tenorem vero ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Cum olim venerabilis pater W., Cameracensis episcopus, confessus fuisset et recognovisset se debere ac solvere teneri, occasione comitisse Flandrensis ac comitatus Flandrie, quondam nobili viro domino Thome de Sabaudia comiti certam pecunie quantitatem, scilicet tredecim milium librarum turonen. et propter hoc omnia bona sua eidem comiti specialiter obligasset, prout in litteris ipsius episcopi sigillo munitis, plenius continetur, ac postmodum dictus comes in infirmitate de qua fuit mortuus, constitutus, domine Beatrici comitisse, tunc uxori sue, presenti et acceptanti, titulo donationis concessisset et causa mortis eidem donasset et jure fidei commissi et legati eidem domine reliquisset et legasset jura et actiones que ipsi comiti competebant contra dictum Cameracensem episcopum et quidquid juris contra ipsum habebat in causis quas moverat et movere intendebat, occasione cujuscunque debiti ad quod dictus episcopus eidem comiti, ex quacunque causa, teneretur occasione dicte domine comitisse Flandrensis et comitatus Flandrie, et actiones et jura predicta predicte domine B. cessisset, et mandasset ipsam procuratricem in rem suam in predictis omnibus faciendis ac concessionem hujusmodi irevocabiliter voluisset valere idem comes jure simplicis donationis et inter vivos facte vel causa mortis seu jure legati vel fidei commissi vel quocunque alio jure aut modo quo validior esset aut censeri possel ac etiam reputari, prout in litteris dicti comitis, ejus sigillo munitis, plenius continetur; cum etiam super dicta pecunie quantitate fuisset demum tam eodem comite vivente inter ipsum et prefatum episcopum, quam eodem comite defuncto, inter dictam dominam B. et predictum episcopum orta materia questionis, in causa hujusmodi ad sedem apostolicam legitime devoluta, sanctissimus pater dominus Urbanus papa IIII venerabilem patrem dominum Symonem, tituli sancte Cecilie presbyterum cardinalem, concessit ipsis partibus auditorem. Cumque aliquandiu fuisset coram eodem cardinali in negotio ipso processum, tandem magister Gerardus de Linea, procurator dicti episcopi Cameracensis, pro ipso episcopo et ejus nomine, ex parte una, et dominus Rolandus de Lavania, canonicus Cameracensis, magister Rolandus de Parma et magister Giffredus de Vezano, procuratores dicte domine B., pro ipsa et ejus nomine, ex altera, habentes ad hoc mandata legitima et sufficientia, prout in ipsorum procurationibus seu mandatis inferius annotatis plenius continetur, volentes vitare litigiorum anfractus et viam pacis et concordie in dicto negotio eligentes, insimul transegerunt, composuerunt et pacti fuerunt in hunc modum — [1]. Predicta autem omnia et singula dictus magister Gerardus de Linea, procuratorio nomine dicti episcopi Cameracensis, prefatis domino Rolando, magistris Rolando et Giffredo, dicte domine Beatricis procuratoribus, procuratorio nomine ipsius domine, solempni stipulatione interveniente, promisit et obligavit dictum episcopum et heredes suos et omnia bona sua patrimonialia, presentia et futura, sub pena mille marcharum sterlingorum solvendarum dicte domine per dictum episcopum totiens quotiens contra predicta omnia vel aliquid ex eis memoratum episcopum vel heredes suos venire contingeret, dictis transactione, pacto et compositione in suo nichilominus robore duraturis. Et similiter dicti dominus Rolandus, magister Rolandus et magister Giffredus, procuratorio nomine prefate domine Beatricis pro ipsa domina, dicto magistro Gerardo, procuratori prefati episcopi, ejusdem episcopi nomine, solempni stipulatione interveniente, promiserunt quod dicta domina B. observabit omnia predicta et contra non veniet, sub pena mille marcharum, obligando super hiis omnia bona dicte domine, mobilia et immobilia, presentia et futura, ita quod dicta pena totiens commit-

1. Suivent les conditions de la transaction, exprimées à peu près dans les mêmes termes que plus haut.

tatur quotiens contraventum fuerit in predictis seu singulis predictorum, transactione et compositione predictis nichilominus in suo robore duraturis. Et renuntiaverunt procuratores predicti pro eorum dominis, eorum nomine, omni juris auxilio, canonici et civilis et consuetudinis, et restitutioni in integrum ac exceptioni omni vel defensioni per que vel quas prefatus episcopus et dicta domina B. se possent in predictis aut contra omnia predicta et singula defendere et tueri. Et specialiter procuratores dicte domine renuntiaverunt auxilio senatusconsulti Veleiani. »

Tenor vero litterarum procurationis dicti magistri Gerardi pro dicto episcopo Cameracensi talis est :

« *Sanctissimo patri ac domino Urbano, divina providen-* » *tia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, N., ejus-* » *dem permissione Cameracensis ecclesie minister humilis,* » *devota pedum oscula beatorum.* Sanctitati vestre notum » facio quod ego magistrum Gerardum de Linea, cano- » nicum Cameracensem, meum constituo procuratorem » in curia sanctitatis vestre, ad impretrandum litteras, » cujuscunque tenoris existant, etiam specialem gra- » tiam continentes, indulgentias et alias quaslibet litte- » ras adversus quascunque personas, regulares vel se- » culares, contradicendum et in judices conveniendum » unum vel plures, et ad faciendum omnia alia et sin- » gula que verus et legitimus procurator facere potest » et debet, dans eidem procuratori potestatem plena- » riam et mandatum speciale agendi pro jure et no- » mine meo, defendendi, transigendi seu componendi » et constituendi seu substituendi alium vel alios pro- » curatores loco sui, quotiens voluerit et sibi visum fue- » rit expedire. Ratum et firmum habebitur quicquid » dictus procurator vel ab eo constitutus aut substitu- » tus, constituti vel substituti egerint vel dixerint super » premissis et singulis premissorum. Quod omnibus » quorum interest, tenore presentium significo. In cujus » rei testimonium, sigillum meum duxi presentibus » apponendum. Datum anno Domini M°CC°LXIII°, sab- » bato post festum beati Bartholomei apostoli. »

Tenor vero procurationis dictorum domini Rolandi et magistri Rolandi et magistri Gifredi pro dicta domina Beatrice comitissa talis est :

« *Universis presentes litteras inspecturis, Beatrix, comi-* » *tissa, relicta clare memorie domini Thome de Sabaudia co-* » *mitis, salutem in Domino.* Noveritis quod nos facimus » et constituimus dominum Rolandum de Lavania, ca- » nonicum Cameracensem, dilectum fratrem nostrum » magistrum Rolandum de Parma, et Guidonem Sep- » tem et Gifredum, clericos venerabilis patris domini » Ottoboni, sancti Adriani cardinalis, germani nostri, » procuratores nostros et quemlibet eorum in solidum » ita quod non sit melior occupantis conditio, in omni- » bus causis quas habemus et habiture sumus contra » venerabilem patrem .. episcopum Cameracensem, et .. » prepositum Duacensem, pro quocunque debito et qua- » cunque quantitate pecunie, que predicti episcopus et » prepositus, ex certis causis, dare debebant et tene- » bantur predicto comiti, quondam viro et domino nos- » tro, occasione domine .. illustris comitisse Flandrie » et comitatus Flandrensis, et damus eis et cuilibet » eorum in solidum liberam administrationem et spe- » ciale mandatum agendi, defendendi, ponendi, respon- » dendi de calumpnia et de veritate dicenda, in anima » nostra jurandi, et cujuslibet alterius generis jura- » mentum prestandi, sententias audiendi, appellandi, » appellationes prosequendi, objiciendi crimina, ex- » communicationes et defectus et probandi, compro- » mittendi, componendi, paciscendi, transigendi in in- » tegrum, restitutionem petendi recipiendi insolutum, » litteras tam simplices quam de gratia, indulgentias » et alia privilegia impetrandi et contradicendi, et ap- » probandi compositionem aut transactionem que olim » dicitur esse super premissis inter dictum dominum » nostrum comitem et episcopum supradictum et fa- » ciendi omnia alia que nos, si presentes essemus, » facere possemus, et constituendi alium vel alios pro- » curatores, quandocunque et quotienscunque eis et » cuilibet eorum videbitur expedire, et eos revocandi ; » promittentes quod nos ratum habebimus quicquid a » predictis procuratoribus vel eorum aliquo sive a » constituto seu constitutis ab eis vel eorum aliquo » fuerit factum, actum, gestum et procuratum. In cujus » rei testimonium, has litteras fieri fecimus et sigillo » nostro muniri. Et ad majorem firmitatem, procuravi- » mus sigillum venerabilis patris domini O., sancti » Adriani diaconi cardinalis, apponi. Datum Burgetti » VIII kalendas augusti, anno Domini M°CC°L° nono. »

« Actum apud Urbemveterem, anno a Nativitate Domini M°CC°LXIIII°, indictione VII, die nono intrantis mensis junii, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, in presentia venerabilis patris domini Ottoboni, sancti Adriani diaconi cardinalis, in capella ipsius, presentibus testibus magistris Martino, decano Burgensi ; Garino, archidiacono Cathalaunensi ; Melendo, archidiacono Astoricensi ; Bernardo de Villalboe, rectore ecclesie de Macovilla, diocesis Xanctonensis ; Theodisio de Camilla, canonico Tripolitano ; magistro Angelo advocato, canonico Cameracensi ; et magistro Petro de Naslines, clerico Leodiensis diocesis, ad prescriptam transactionem, pactum et compositio-

nem vocatis et rogatis. Et ego, magister Bartholomeus de Regio, sancte apostolice sedis auctoritate notarius, transactioni, compositioni et pacto supradictis interfui et, de suprascriptorum procuratorum voluntate expressa et rogata, omnia predicta scripsi et in publicam formam mei signi annotatione redegi. Et ad majorem firmitatem, ad supplicationem dictorum procuratorum, suprascriptus dominus O. cardinalis suum sigillum presenti instrumento fecit apponi. »

Nulli ergo nostre confirmationis, liberationis et constitutionis etc. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas septembris, anno tertio. »

**1114** Orvieto, 13 juin 1264.

Johannem, rectorem ecclesiae de Moigneio, Redonensis diocesis, Briocensem canonicum nominat. (REG. 29, fol. 69, n° 163.)

« *Johanni, rectori ecclesie de Moigneio, Redonensis diocesis.* Licet ea que —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum venerabili fratri nostro . . Redonensi episcopo, nostris dederimus litteris in mandatis ut te in ecclesia sancti Johanni Andegavensis in qua prebendarum collatio ad venerabilem fratrem nostrum Nicolaum, Andegavensem episcopum, pertinet, recipi faciens in canonicum et in fratrem, tibi de prebenda, si qua tunc vacabat ibidem vel quamprimum ad id se offerret oportunitas, provideret, contradictores etc., usque compescendo, magister Paganus de Pinibus, rector ecclesie de Muris, clericus et procurator ipsius episcopi Andegavensis, asserens quod episcopus ipse, auctoritate litterarum nostrarum, super plurium erat provisione gravatus, et quod ipse habebat efficaces rationes contra te et predictas litteras tuas, a nobis predicto Andegavensi episcopo super hoc petiit provideri, sicque nos dilectum filium nostrum G., tituli sancti Marci presbyterum cardinalem, super hoc dedimus partibus auditorem. Porro post multas altercationes inter te ac eundem magistrum Paganum coram eodem cardinali habitas, dictus cardinalis, attendens quod tibi, qui es de partibus Brittanie, utilius erat provideri in ecclesia Briocensi, de cujus canonicatu erat eidem magistro Pagano per nos sub certa forma provisum, et quod eidem magistro Pagano, qui de diocesi Andegavensi oriundus existit, in dicta ecclesia sancti Johannis facilius et utilius provisio poterat provenire premissa, requisito prius et obtento a te ac eodem magistro P. assensu quod questionem hujusmodi deberet per viam pacis et concordie terminare, nobis retulit diligenter, nosque providere volentes ecclesiarum utilitatibus et personis, recipiendi a magistro P. canonicatus ipsius ecclesie Briocensis, et a te juris quod tibi per hujusmodi tuas litteras ad eundem episcopum Redonensem obtentas, in dicta ecclesia sancti Johannis fuerat acquisitum, resignationem liberam, et canonicatum dicte Briocensis ecclesie tibi, canonicatum vero ipsius ecclesie sancti Johannis dicto P., cum beneplacito ejusdem Andegavensis episcopi, ac prebendas sique in predictis tunc vacabant ecclesiis, conferendi, nec non reservandi apostolice donationi prebendas proximo in eisdem ecclesiis vacaturas nulli alii de jure debitas, si nulle in ipsis ecclesiis tunc vacabant, tibi et eidem P. conferendas, ordinandi quoque, statuendi et providendi super hiis, prout eidem cardinali expediens videretur, concessimus sibi vive vocis oraculo auctoritatem ac plenam et liberam potestatem. Idem autem cardinalis, auctoritate ac potestate sibi a nobis concessis, ab eodem magistro Pagano canonicatus ipsius ecclesie Briocensis, et a te hujusmodi juris libera resignatione ac nichilominus juramento quod in ipsa resignatione inter te et dictum B. fraus et dolus non intervenit, receptis, canonicatum predicte Briocensis ecclesie, cum plenitudine juris canonici, tibi quem per dilectum filium magistrum Petrum archidiaconum Bruliensem, socium dilecti filii magistri Michaelis, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, alias examinari fecimus, et inventus fuisti ydoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, ita quod pro ipsius ecclesie canonico habearis, et prebendam nulli alii de jure debitam siqua tunc vacabat ibidem, contulit tibique providit de illa et te de ipsis per suum anulum presentialiter investivit. Si vero aliqua prebenda tunc non vacabat in predicta ecclesia Briocensi, prefatus cardinalis prebendam proximo inibi vacaturam, nulli alii de jure debitam, conferendam tibi per illum cui id duxerimus committendum, donationi apostolice reservavit, decernens irritum et inane si secus de prebenda hujusmodi a quoquam contingeret attemptari. Ordinavit etiam idem cardinalis quod ecclesia de Moigneio, cujus rector existis, eo ipso vacet cum prebendam in eadem Briocensi ecclesia fueris pacifice assecutus et fructus perceperis ex eadem, prout in instrumento publico inde confecto sigillato sigillo ipsius cardinalis plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc pro te ab eodem cardinali factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc., usque communimus.

Tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« In nomine Domini, amen. Nuper sanctissimus pater —. Acta, recitata, ordinata et pronuntiata apud Urbemveterem, sub anno Domini M°CC°LXIIII°, indictione VII, mense maio die ultima exeunte, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, presentibus hiis testibus, videlicet religioso viro, fratre Gerardo, abbate sancti Sepulcri Cameracensis; fratre Guillelmo, monacho suo; magistris Guillelmo de Lavania, Renerio de Lobiis, capellanis nostris; magistro Stephano, procuratore domini episcopi Cameracensis; Gallutio, procuratore in Romana curia; Gualtero de Bractone, clerico, et pluribus aliis vocatis et rogatis. Et ego Guillelmus Nicolai, auctoritate sancte Romane ecclesie notarius, pronuntiationi provisionis et ordinationis et aliorum predictorum interfui et, ut supra legitur, de mandato dicti domini cardinalis, scripsi et publicavi meoque signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**1115** Orvieto, 13 juin 1264.

Thesaurarium et Guillelmum, archidiaconum Redonenses, praedictae collationis executores constituit. (Reg. 29, fol. 69 v°, n° 164.)

« .. *thesaurario, et Guillelmo archidiacono Redonensibus.* Petitio dilecti filii —. Datum ut supra. »

**1116** Orvieto, 13 juin 1264.

Magistrum Paganum de Pinibus canonicum ecclesiae s. Johannis Andegavensis nominat. (Reg. 29, fol. 69 v°, n° 165.)

« *Magistro Pagano de Pinibus, rectori ecclesie de Muris, Andegavensis diocesis.* Licet ea que —. Datum ut supra [1]. »

**1117** Orvieto, 15 juin 1264.

Abbatem Villelupensem, Turonensis diocesis, et decanum ecclesiae Turonensis praedictae collationis executores constituit. (Reg. 29, fol. 70, n° 166.)

« .. *abbati Villelupensi, Turonensis diocesis, et .. decano ecclesie Turonensis.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, XVII kalendas julii, anno tertio. »

1. Voyez la lettre 1114.

**1118** Orvieto, 27 juillet 1263 [1].

Ordinationem de archidiaconatu de Montenigro, in ecclesia Minduniensi, ab Ulixbonensi episcopo editam, confirmat. (Reg. 29, fol. 70, n° 167.)

« *Magistro Petro, capellano nostro, magistro scolarum Lucensium.* Apostolice sedis obsequiis diligenter insistens, te jamdudum per honeste conversationis et sincere devotionis merita dignum reddidisse dinosceris ut a benignitate sedis ejusdem dono specialis gratie fovearis. Hujusmodi siquidem tuis meritis nos olim inducti, archidiaconatum de Montenigro in ecclesia Minduniensi, qui vacare de jure tunc temporis dicebatur, tibi duximus conferendum. Cumque tandem inter te et Fernandum Johannis, archidiaconum Lucensem, super eodem archidiaconatu de Montenigro, in quo idem J. se jus habere dicebat, orta fuisset materia questionis, ac propter illius obstaculum de archidiaconatu ipso non posses consequi commodum affectatum, nos, attendentes quod tu per plures annos in curia Romana laborans, expensis gravibus ac laboribus plurimis propter hoc et alia fueras fatigatus, ac tibi et eidem archidiacono necnon venerabili fratri nostro .. episcopo Minduniensi, quem occasione hujusmodi contingebat molestari, volentes paterna sollicitudine providere, venerabili fratri nostro M., Ulixbonensi episcopo, apud sedem commoranti predictam, mandavimus viva voce ut controversiam seu causam ipsam expedire curaret. Dedimus quoque sibi plenariam potestatem componendi, arbitrandi vel ordinandi inter partes ac providere tibi de aliqua dignitate seu personatu, cum prestimoniis cedentis vel decedentis in prefata ecclesia Minduniensi, judicatu et thesauraria exceptis, nec non apponendi penas quas super ordinatione seu provisione sua expedire videret, contradictione procuratorum dicti episcopi et sui capituli non obstante, indulgendi vero tibi, juxta formam priorum litterarum nostrarum, quas super dicto archidiaconatu tibi concessimus, quod possis dignitatem vel personatum hujusmodi cum aliis similibus beneficiis retinere. Porro te personaliter et dilecto filio Pelagio Aprilis, canonico Tudensi, procuratore prefati archidiaconi, habente ab eo ad componendum et jurandum pro ipso speciale mandatum, in presentia ipsius Ulixbonensis episcopi constitutis et in eum plenarie compromittentibus super hiis, hinc et inde prestito juramento, idem episcopus Ulixbonensis, auctoritate hu-

1. Cette lettre de la seconde année figure ici par erreur au milieu de celles de la troisième.

jusmodi mandati nostri, suspensionis, interdicti et excommunicationis sententiis, hujusmodi occasione latis in dictos episcopum Minduniensem et archidiaconum seu quoscunque alios relaxatis, et dispensato cum eis super irregularitate si quam ex jure contraxerint, pro bono pacis et concordie, de consensu partium, ordinans diffinivit ut prefatus archidiaconatus de Montenigro, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, apud archidiaconum remaneat memoratum. Ordinavit etiam quod dictus archidiaconus tibi vel procuratori tuo pro te de proventibus archidiaconatus ejusdem quadraginta libras legionensis monete tamdiu persolvat, certis loco et termino, annuatim, donec tibi de personatu vel dignitate, cum prestimoniis seu beneficiis cedentis vel decedentis, exceptis judicatu et thesauraria predictis, in eadem Minduniensi ecclesia sit provisum et ipsius sis pacificam possessionem adeptus. Verum, ne tu super dicta provisione per nos tibi de archidiaconatu facta predicto, remaneres frustratus dictusque archidiaconus diu oneratus existeret in solutione pecunie memorate, episcopus ipse Ulixbonensis, de auctoritate et mandato nostris que sibi fecimus viva voce, tibi de dignitate vel personatu, si tunc in predicta ecclesia Minduniensi vacabant, cum prestimoniis cedentis vel decedentis, exceptis judicatu et thesauraria predictis, providit; si vero personatus vel dignitas hujusmodi non vacarent, primum personatum vel primam dignitatem vacaturam ibidem, cum prestimoniis cedentis vel decedentis, predictis judicatu et thesauraria exceptis, reservavit tibi auctoritate apostolica conferenda; et inhibens supradictis episcopo et capitulo Minduniensibus ne de dignitate vel personatu, cum prestimoniis et beneficiis hujusmodi, sive communiter sive divisim ad collationem pertineant eorundem, contra hujusmodi reservationem suam aliquid audeant attemptare, vel procedere ad provisionem eorum vel alicujus ipsorum alicui faciendam, decrevit irritum et inane quicquid de dignitate vel personatu et prestimoniis hujusmodi, contra reservationem ipsam, a quoquam fuerit attemptatum, et extunc te ipsorum verum esse voluit possessorem. Mandato quoque et auctoritate predictis, tibi concessit ut, secundum formam dictarum litterarum nostrarum super dicto archidiaconatu olim concessarum, hujusmodi dignitatem vel personatum, cum prestimoniis, una cum duobus aliis beneficiis curam habentibus animarum, super quorum receptione ac retentione felicis recordationis Alexander, papa, predecessor noster, tecum, ut asseris, dispensavit, possis habere licite ac etiam retinere, non obstante constitutione concilii generalis, seu illa quam bone memorie Sabinensis episcopus, tunc in partibus Yspanie apostolice sedis legatus, contra detinentes plura beneficia in eisdem partibus dicitur edidisse, aut si tu alias beneficiatus existas vel si eisdem episcopo et capitulo Minduniensibus a sede sit ipsa indultum ut ad receptionem et provisionem alicujus per litteras ipsius sedis compelli non possint, aut si in dicta ecclesia super personatu vel dignitate seu prestimoniis simul aut divisim conferendis, direxerimus pro aliis scripta nostra. Decrevit autem dictus episcopus Ulixbonensis te in assecutione dictorum personatus seu dignitatis et prestimoniorum preferri aliis qui, post dictas litteras nostras super dicto archidiaconatu pro te olim obtentas, super provisione sua in dicta ecclesia litteras impetrarunt sine aliqua predicte sedis revocatoria littera vel indulgentia generali seu speciali impetrata vel impetranda, cujuscunque tenoris existat, per quam effectus ordinationis aut provisionis hujusmodi impediri valeat vel differri. Ceterum questionem, si quam tu habes contra dictum archidiaconum et quoscumque alios super dampnis et injuriis que per eum illata tibi fuisse asseris, reservavit tibi, prout in publico instrumento confecto exinde ac sigillo episcopi Ulixbonensis predicti signato, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem Ulixbonensi episcopo super premissis provide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini, amen. Cum causam que inter magistrum Petrum, domini pape capellanum, magistrum scolarum Lucensium, ex parte una, et dominum Fernandum Johannis, archidiaconum Lucensem, ex altera, super archidiaconatu de Montenigro, quem in ecclesia Mindoniensi eidem capellano sanctissimus pater dominus Urbanus papa IIII, contulerat, verteretur, idem dominus prefato capellano per plures annos in curia laboranti, pluribus dampnis et expensis et laboribus super hoc et aliis fatigato, necnon episcopo Mindoniensi et archidiacono predicto, quos contingebat super facto hujusmodi molestari, intendens paterna sollicitudine providere, nobis M., miseratione divina Ulixbonensi episcopo, viva voce mandavit ut controversiam seu causam predictam expedire curaremus, dans nobis plenam potestatem componendi, arbitrandi seu ordinandi inter eos ac providendi eidem capellano de aliqua dignitate seu personatu, cum prestimoniis cedentis vel decedentis, in eadem ecclesia, exceptis ju-

dicatu et thesauraria, et apponendi penas quas videremus super hac ordinatione seu provisione hujusmodi expedire. contradictione procuratorum episcopi et capituli non obstante, ac indulgendi eidem, secundum formam littere super archidiaconatu de Montenigro impetrate, quod possit hujusmodi dignitatem vel personatum cum aliis similibus beneficiis retinere. Prefatis igitur magistro Petro personaliter, et Pelagio Aprilis, canonico Tudensi, procuratore prefati domini Fernandi archidiaconi ad componendum et jurandum in anima ejusdem Fernandi, in nostra presentia constitutis, et etiam compromittentibus in nos plenarie et jurantibus eodem procuratore in animam ejusdem archidiaconi et predicto magistro in suam quod mandatum et ordinationem nostram seu arbitrium observarent, et petentibus cum instantia a nobis arbitrium seu sententiam seu ordinationem proferri, auctoritate et mandato predictis, saluti animarum providere ante omnia cupientes, sententias suspensionis seu excommunicationis seu interdicti, occasione hujusmodi latas in episcopum et predictum dominum Fernandum archidiaconum ad cautelam et in quoscunque alios relaxamus. Et si prefati episcopus et archidiaconus et quicunque alii, occasione earundem sententiarum, irregularitatem aliquam incurrerunt, cum eisdem, de speciali mandato domini pape, misericorditer dispensamus. Et de predicto archidiaconatu de Montenigro, pro bono pacis et concordie, de consensu partium, ordinamus et diffinimus ut idem archidiaconatus, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, apud archidiaconum remaneat memoratum, eidem capellano super ipso archidiaconatu perpetuum silentium imponentes. Processus autem occasione hujusmodi habitos per quoscunque, penitus revocamus. Ordinamus etiam quod idem archidiaconus eidem magistro scolarum vel procuratori suo ad hoc specialiter dato, ejusdem nomine, de ipso archidiaconatu quadraginta libras Legionensis monete, in proximo festo sancti Andree, et sic deinceps annis singulis persolvat pacifice et amicabiliter apud Mindoniensem civitatem, quousque eidem capellano de aliqua dignitate vel personatu, cum prestimoniis seu beneficiis cedentis vel decedentis, exceptis judicatu et thesauraria, in Mindoniensi ecclesia sit provisum, et ipsius provisionis sit pacificam possessionem adeptus, adjicientes, de consensu partium, quod si in prefatis loco et termino, prefatus magister scolarum vel procurator ipsius specialiter ad hoc dictis loco et termino presentes non fuerint, tunc idem archidiaconus deponat in presentia bonorum hominum, nomine ipsius magistri scolarum, dictas quadraginta libras apud sacristam monasterii de Meyra, ordinis Cisterciensis, Lucensis diocesis, qui pro tempore fuerit, eidem magistro scolarum vel certo procuratori suo libere et integre assignandas; et hanc depositionem faciat dictus archidiaconus de cetero annis singulis et termino supradicto, quamvis dictum magistrum scolarum vel procuratorem suum ad hoc specialiter datum, abesse contigerit, ut superius est premissum. Si autem prefatus archidiaconus supradicta vel aliquid predictorum non servaverit, et eidem magistro scolarum de predicta pecunie quantitate loco et terminis non satisfecerit supradictis, ipso facto et ipsa cessatione, sententiam excommunicationis incurrat, quam, si predicta vel aliquid predictorum non compleverit, ferimus in eundem. Verum, ne dictus magister scolarum qui circa prosecutionem hujusmodi beneficii fatigatus et dampnificatus est non modicum et afflictus, gratia dignitatis per sedem apostolicam sibi facta, remaneat sic frustratus et vituperium unde honorem debuit consequi, incurrat, necnon ne supradictis archidiaconus remaneat in solutione memorate pecunie diutius oneratus, auctoritate et mandato sanctissimi patris domini Urbani pape IIII, oraculo vive vocis specialiter nobis facto, eidem magistro scolarum Lucensium de dignitate vel personatu, si vacat ibidem ad presens, cum prestimoniis cedentis vel decedentis in ecclesia Mindoniensi, exceptis judicatu et thesauraria dumtaxat, providemus. Si vero personatus vel dignitas ad presens ibidem non vacat, primum personatum seu primam dignitatem ibidem vacaturam, cum prestimoniis cedentis vel decedentis, exceptis predictis judicatu et thesauraria, auctoritate apostolica reservamus eidem magistro scolarum conferendam, et inhibemus sub excommunicatione episcopo et capitulo Mindoniensi ne de dignitate vel personatu et prestimoniis seu beneficiis hujusmodi, sive ad eorum collationem pertineant communiter vel divisim, contra nostram reservationem aliquid audeant attemptare vel ad collationem eorum vel alicujus illorum procedere persone alii faciendam, in conferentes et recipientes ex nunc excommunicationis sententiam proferentes; et eadem auctoritate decernimus irritum et inane quicquid de dignitate seu personatu, cum prestimoniis hujusmodi, contra reservationem nostram a quoquam fuerit attemptatum, et ex nunc verum possessorem eorundem dignitatis vel personatus et prestimoniorum esse volumus ipsum capellanum si vacant vel cum ea vacare contigerit, nichilominus, mandato et auctoritate ejusdem domini pape, eidem capellano concedentes ut, secundum formam litterarum sibi per ipsum do-

minum concessarum super archidiaconatu de Montenigro impetratarum, hanc dignitatem seu personatum cum prestimoniis una cum duobus aliis beneficiis, similem curam animarum habentibus, super quorum receptione ac retentione felicis recordationis Alexander papa quartus cum eo, ut asseritur, dispensavit, possit habere licite ac cum aliis que habet, insimul retinere, non obstante constitutione generalis concilii seu alia quam dominus . . Sabinensis episcopus, cum in partibus Ispanie legationis officio fungeretur, super hoc dicitur edidisse, seu si —. In cujus rei testimonium et certitudinem pleniorem, presentem sententiam seu ordinationem et provisionem per Guillelmum Malpilii, sacrosancte Romane ecclesie judicem et notarium, fieri fecimus et nostri sigilli robore communiri. Actum in Urbeveteri, in palatio domini pape, sub anno Domini M°CC°LXIII°, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno secundo, indictione VII, mense julii, die XX, presentibus domino Matheo, judice Lucensi; Petro de Deo, canonico Minduniensi; Dominico Menendi, canonico Ulixbonensi; Iterio de Rupecavardi, clerico Lemovicensi; Raymundo de Castronovo, clerico Narbonensis diocesis; Fernando Petri, clerico Minduniensi; et Roderico Gonsalvi, clerico Lucensi, ad hoc vocatis testibus et rogatis. Ego Guillelmus Malpilii, sacrosancte Romane ecclesie judex et notarius publicus, prolationi dicte sententie, arbitrii, ordinationis et provisionis presens interfui et mandato [1] dicti domini episcopi, publicavi et meo signo signavi rogatus. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, VI kalendas augusti, anno secundo. »

**1119** Orvieto, 23 janvier 1264.

Praebendam in ecclesia s. Mariae de Alcazoba de Sanctarena, Ulixbonensis dioecesis, a magistro Delfinate Alphonso Menendi adjudicatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 71, n° 168.)

« *Alphonso Menendi, canonico ecclesie sancte Marie de Alcazoba de Sanctarena, Ulixbonensis diocesis.* Justis petentium etc., usque complere. Exposuisti siquidem nobis quod, te olim in ecclesia sancte Marie de Alcazoba de Sanctarena recepto auctoritate litterarum felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, in canonicum et in fratrem, ac vacante in ecclesia ipsa quadam prebenda sive portione per mortem magistri Dominici de Ferraginali, ecclesie predicte canonici, tibi de jure debita, Rodericus Alphonsi qui habet predictam ecclesiam commendatam, et clerici ejusdem ecclesie ad quos collatio prebendarum sive portionum in ea pertinet, medietatem ipsius prebende seu portionis Aprili Vincentii, clerico Bracharensis diocesis, de facto, cum de jure nequiverint, contulerunt, in tuum prejudicium et gravamen ; propter quod tu ad sedem apostolicam appellasti nosque tibi propter hoc, juxta constitutionem felicis recordationis Innocentii pape, predecessoris nostri, super hoc editam, ad sedem ipsam personaliter accedenti et parti alteri dilectum filium magistrum Delfinatem de Neapoli, capellanum nostrum, dedimus in causa hujusmodi auditorem. Idem vero capellanus, pro parte adversa coram eo nemine comparente, quamquam idem ipsam in audientia publica pluries peremptorie fecerit citari, et post terminum in constitutione premissa statutum diutius expectaverit, audivit tandem quod tu voluisti proponere coram eo. Sed cum dictus magister Delfinas nollet procedere ad sententiam super hoc proferendam, nos dilectum filium magistrum Navarrum, capellanum nostrum, in causa ipsa concessimus partibus auditorem. Qui, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato ac juribus tuis plene discussis, jamdictam prebendam sive portionem ad te de jure spectare decrevit, tibique per diffinitivam sententiam adjudicavit eandem, ipsumque Aprilem ab hujusmodi medietate dicte prebende seu portionis ammovens, super ea duxit sibi perpetuum silentium imponendum, tibi eundem in fructibus perceptis ex eadem prebenda seu portione ac in quadam pecunie summa, expensarum nomine, taxatione prehabita et a te super hoc juramento prestito, nichilominus condempnando, prout in instrumento publico confecto exinde, ipsius magistri Navarri sigillato sigillo, plenius continetur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, sententiam hujusmodi provide latam, ratam habentes et firmam, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem instrumenti ejusdem presentibus de verbo ad verbum inseri facientes qui talis est :

« In nomine Domini, amen. Olim felicis recordationis dominus Alexander papa quartus discretis viris priori et clericis secularis ecclesie sancte Marie de Alcazova de Sanctarena, Ulixbonensis diocesis, suis sub certa forma dedit litteris in preceptis ut Alfonsum Menendi clericum recipientes in canonicum et in fratrem, sibi de prebenda siqua tunc vacabat ibidem

1. Les mots *et mandato* sont répétés.

vel quam primum ad id se offerret oportunitas, providerent, irritum et inane decernens siquid contra hujusmodi mandati sui tenorem existeret attemptatum. Dicti autem prior [1] et clerici mandatis apostolicis parere volentes, dictum Alfonsum in dicta ecclesia receperunt in canonicum et in fratrem, promittentes sibi de prebenda seu portione, quamprimo in ipsa ecclesia vacare contingeret, providere, suas sibi super hiis patentes litteras concedendo, predictusque dominus Alexander quod ab eodem priore et clericis pro dicto Alfonso in ea parte factum fuerat, auctoritate apostolica confirmavit. Cumque postmodum quedam prebenda sive portio in dicta vacaret ecclesia, quam quondam magister Dominicus de Ferraginali, canonicus ipsius ecclesie, in ipsa ecclesia obtinebat, dominus Rodericus Alfonsi, qui dictam ecclesiam sancte Marie habere dicitur commendatam, et ejusdem ecclesie clerici contra promissionem hujusmodi temere venientes, dictam prebendam seu portionem pro medietate ipsius Aprili Vincentii contulerunt, in dicti Alfonsi prejudicium et jacturam, a qua collatione seu provisione prefatus Alfonsus, statim cum ad ejus pervenit notitiam, ad sedem apostolicam appellavit. Qui ad sedem accedens eandem, venerabilem virum dominum Delfinatem de Neapoli, domini pape subdiaconum et capellanum, auditorem causarum ipsius palatii generalem, in dicta causa appellationis et principalis obtinuit auditorem. Coram quo predicto Alfonso pro se legitime, pro parte vero alia Petro Roderici comparentibus, prefatus dominus Delfinas pro eo quod dictus Petrus pro prefato Aprili ad istiusmodi prosecutionem cause mandatum sufficiens non habebat nec alias idonee satisdare voluit, ut est juris, appellationem a dicto Alfonso interpositam, diligenter inspiciens, ac discutiens quod Alfonsus prefatus, sicut debuit, tempora observasset, pronunciavit causam hujusmodi esse ad curiam legitime devolutam, ipsam in curia debere tractari, dicti Aprilis quem contumacem reputavit, absentia non obstante. Coram quo, in contumacia adverse partis, prefatus Alfonsus libellum obtulit infrascriptum:

« Coram vobis domino Delfinate, domini pape capellano, causarum palatii ejusdem generali auditore, » dicit et proponit Alfonsus Menendi clericus contra » Aprilem Vincentii quod, cum ipse Alfonsus auctoritate apostolica esset receptus a priore et clericis » sancte Marie de Alcazova de Sanctarena, Ulixbonensis diocesis, in socium clericum et in fratrem ac a » predictis priore et clericis eidem esset promissum » ut eidem providerent in predicta ecclesia de prebenda seu portione quamprimum ad id se facultas » offerret, ac dominus papa decrevisset irritum et » inane si secus de dicta prebenda et portione existeret attemptatum, et idem dominus papa predictam » receptionem et promissionem eidem Alfonso a » dictis priore et clericis factam, per suas litteras » confirmasset, vacante postea prebenda vel portione quam obtinuit quondam magister Dominicus » de Ferraginali in dicta ecclesia, per mortem ipsius, » dominus R. qui habet dictam ecclesiam sancte Marie » commendatam, et clerici ejusdem ecclesie, contra receptionem et promissionem factam eidem Alfonso » temere venientes, in ipsius Alfonsi prejudicium et » jacturam, dictam prebendam seu portionem pro medietate contulerunt dicto Aprili; a qua collatione seu » provisione dictus Alfonsus, statim cum ad ejus pervenit notitiam, sedem apostolicam legitime appellavit. Quare petit predictam prebendam seu portionem sibi per vos adjudicari et ad eum de jure pertinere decerni, ac ipsum Aprilem a medietate dicte » prebende seu portionis quam tenet, amoveri et eidem super ea perpetuum silentium imponi, cum nullum jus habeat in eadem, et per eundem Alfonsum » bene appellatum, et predictos R., qui habet dictam » ecclesiam commendatam, et clericos ejusdem ecclesie » male processum fore, per vos pronunciari; et hec petit salvo jure etc.; petit etiam fructus quos idem » Aprilis inde percepit et qui percipi potuerunt a tempore vacationis supradicte portionis, cum dampnis » et interesse. Petit etiam expensas factas et protestatur de faciendis. »

Tandem predictus dominus Delfinas, ab ipso Alfonso juramento recepto, dictum Aprilem in audientia publica responsurum libello predicto et alias secundum juris ordinem processurum in causa, peremptorie citari fecit, prout processus qualitas exigebat. Dicto vero Aprili nec per se nec per procuratorem idoneum comparere curante, probationes Alfonsi sepefati recepit iterato, faciens eundem Aprilem peremptorie in audientia predicta citari ad diffinitivam sententiam audiendam. Verum, memorato domino Delfinate ad hujusmodi prolationem sententie procedere non volente, sanctissimus pater dominus Urbanus papa IIII nos, magistrum Navarrum, capellanum suum et auditorem causarum ipsius pallatii generalem, dedit in ipsa causa partibus auditorem. Nos itaque predictum Aprilem iterato peremptorie citari fecimus. Demum, pro parte dicti Aprilis nemine comparente, visis allega-

1. Le mot *prior* est répété.

tionibus, probationibus et juribus Alfonsi predicti, nec non processibus in ipsa causa habitis plenius intellectis et diligenter examinatis, habitoque super hiis peritorum consilio et plena deliberatione nobiscum, presente Alfonso prefato, predicti Aprilis absentia quam Dei replevit presentia, non obstante, ipsius nomine invocato, pronunciamus per diffinitivam sententiam a dicto Alfonso bene appellatum, et per predictos dominum Rodericum ac clericos ejusdem ecclesie male fuisse processum, provisionem, collationem omnemque ipsorum processum cassantes et annullantes, ipsa cassa pronunciamus et irrita et nullius existere firmitatis. Decernimus etiam dictam prebendam seu portionem ad dictum Alfonsum pertinere de jure sibique adjudicamus eandem, dictum Aprilem a medietate prebende seu portionis hujusmodi quam de facto tenet, cum de jure non debeat, amoventes, eidem super ea perpetuum silentium imponendo. Condempnamus etiam eundem Aprilem in fructibus ex dicta prebenda perceptis, ipsum, ab Alfonso prefato juramento recepto, taxatione premissa, in triginta marabotinos legionensis monete, expensarum nomine, sententialiter condempnantes. In cujus rei testimonium, presentem sententiam scribi et publicari mandavimus per notarium infrascriptum et nostri sigilli munimine roborari. Lata et pronuntiata fuit presens sententia per predictum magistrum Navarrum, apud Urbemveterem, in palatio ipsius domini pape, presentibus viris discretis magistro Francisco de Alatro, capellano reverendi patris domini Ancheri, tituli sancte Praxedis presbyteri; magistro Johanne dicto *Savarico*, capellano reverendi patris domini Johannis, sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalium; magistro Johanne Ispano, capellano reverendi patris Gotefridi sancti Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis; Gualgano, Verulano canonico; Bernardo Johannis Ispano; et magistro Bernardo de Mevania, notario memorati domini magistri Navarri, testibus inde rogatis. Et ego Jacobus de Marsia, apostolice sedis auctoritate notarius, predictis interfui ipsaque de mandato memorati domini in publicam formam redegi meoque signo signavi rogatus, sub anno Domini M°CC° sexagesimo tertio, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, indictione septima, mense decembri die undecima. »

Nulli ergo nostre confirmationis —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas februarii, anno tertio. »

**1120** Orvieto 28 janvier 1264.

Archiepiscopum Bracharensem praedictae ordinationis executorem constituit. (Reg. 29, fol. 71 v°, n° 169.)

« *Archiepiscopo Bracharensi*. Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas februarii, anno tertio. »

**1121** Orvieto, 9 avril 1264.

Ordinationem de praebendis in ecclesia s. Gaudentii Novariensis ab Uberto, s. Eustachii diacono cardinali, editam, confirmat. (Reg. 29, fol. 71 v°, n° 170.)

« *Villano Johannis Lasagne, canonico ecclesie sancti Gaudentii Novariensis*. Ea que judicio vel concordia, etc., usque communiri. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod nos in causa que inter te ac dilectum filium Petrum, presbyterum canonicum ecclesie sancti Gaudentii Novariensis, super quadam prebenda que in ecclesia ipsa vacavit per mortem magistri Petri de Monticello, ejusdem ecclesie canonici, et in qua uterque vestrum se dicebat habere jus, vertebatur, per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluta, dilectum filium nostrum U., sancti Eustachii diaconum cardinalem, dedimus partibus auditorem. Verum, lite coram eo in causa hujusmodi legitime contestata factisque positionibus et responsionibus ad easdem ac datis articulis, tu et idem presbyter Petrus, volentes vitare litigiorum anfractus ac viam pacis et concordie amplectentes, in eundem cardinalem, reservata sibi judiciaria potestate, tanquam in arbitrum, arbitratorem, ordinatorem, diffinitorem seu amicabilem compositorem, super dicta prebenda ejusque fructibus alte et basse compromittere ac ejus ordinationi, diffinitioni ac arbitrio sponte ac libere vos submittere curavistis, corporali super hoc prestito juramento. Idem vero cardinalis, hujusmodi compromisso recepto et a nobis ordinandi, statuendi, providendi, declarandi, arbitrandi et diffiniendi super dicta prebenda et ejus fructibus, prout sibi expediens videretur, speciali obtenta licentia et mandato, visis et auditis juribus utriusque partis ac plene discussis et juris ordine [1] servato, dixit, ordinavit, arbitratus fuit et etiam diffinivit quod dictus presbyter Petrus predictam prebendam habeat, teneat et possideat pacifice et quiete ac ipsam ad eum pertinere declarans, sibi

1. Ce mot est répété par erreur.

sententialiter adjudicavit eandem, super ipsa tibi perpetuum silentium imponendo. Ceterum idem cardinalis, ne tu spe quam de ordinatione sive arbitrio ipsius conceperas, omnino frustreris, sed comodum assequaris ex eo, de speciali mandato nostro et auctoritate arbitratus fuit, ordinavit, statuit et providit quod tu tandiu medietatem fructuum et proventuum perceptorum ex dicta prebenda a tempore vacationis ipsius et percipiendorum habeas et percipias, cottidianis distributionibus dumtaxat exceptis, donec due prebende vacabunt in ecclesia supradicta; et si prebendam primo vacaturam ibidem pacifice fueris assecutus, ex tunc vel postquam due prebende vacabunt in dicta ecclesia, fructus et proventus dicte prebende ipsi presbytero integre remaneant et ad prestandum tibi dictam medietatem nullatenus teneatur. Decrevit etiam memoratus cardinalis auctoritate predicta quod tu aliam prebendam in sepedicta ecclesia vacaturam tibi de jure debitam assequaris, et quod ad onera quelibet que dicto presbytero ratione dicte prebende quomodolibet imponentur, minime tenearis, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius cardinalis, plenius dicitur contineri. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc per eundem cardinalem pro te factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo nostre confirmationis etc., usque incursurum. Datum apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno tertio. »

**1122** Orvieto, 9 avril 1264.

Abbatem s. Laurentii Novariensis praedictae ordinationis executorem constituit. (Reg. 29, fol. 72, nº 171.)

« . . *abbati s. Laurentii Novariensis.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno tertio. »

**1123** Orvieto, 26 mars 1264.

Rogerio, nato Mathei Deomidiedi, praebendam in ecclesia Florentina a G., tituli s. Marci presbytero cardinali, adjudicatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 72, col. 172.)

« *Rogerio, nato Mathei Deomidiedi, canonico Florentino.* Ea que judicio vel concordia etc., usque communiri. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod, cum nos in causa que inter te et Raynerium, plebanum plebis sancti Petri in Pisside, Florentine diocesis, super prebenda quam quondam magister Johannes Guidi, canonicus ecclesie Florentine, in ea obtinuit, ac super fructibus et juribus spectantibus ad prebendam ipsam quam te canonice proponis adeptum et aliquandiu pacifice possedisse, quaque a dicto Rainerio spoliatum te injuste fuisse dicebas, orta extitit, dilectum filium nostrum G., tituli sancti Marci presbyterum cardinalem, dedissemus partibus auditorem, tandem tu personaliter et Cursus, procurator supradicti Raynerii, nomine ipsius a quo super hoc speciale mandatum habebat, in eundem cardinalem, reservata sibi judiciaria potestate, tamquam in arbitrum, arbitratorem, amicabilem compositorem, laudatorem, preceptorem et ordinatorem, alte et basse super premissis omnibus sponte ac concorditer compromittere curavistis juramento prestito, sub certa pena etiam promittentes observare, attendere ac in omnibus adimplere universa et singula que per dictum cardinalem ordinarentur et dicerentur super predictis et quolibet predictorum. Idem autem cardinalis, recepto hujusmodi compromisso et a nobis super predictis vive vocis oraculo speciali licentia et auctoritate arbitrandi, laudandi, precipiendi, ordinandi, amicabiliter componendi, sententiandi, diffiniendi, statuendi et faciendi sicut sibi visum existeret expedire, de omnibus que in compromisso continentur, optenta, et diligenter voluntatibus partium perquisitis, te et dicto procuratore presentibus jurisque ordine nichilominus observato, tam nostra quam ipsius compromissi auctoritate, laudando, arbitrando, precipiendo, amicabiliter componendo, sententiando et diffiniendo in scriptis, supradictum Rainerium a possessione dicte prebende et quarundam rerum ad prebendam ipsam pertinentium amovit et amovendum pronunciavit. Prebendam, autem et res easdem tibi per ipsum Rainerium restitui precepit atque mandavit, dictamque prebendam cum domo, terris et vineis in judicio petitis, tibi adjudicans dictoque procuratori, nomine ipsius Raynerii, perpetuum imponens silentium super ipsis, eum ad restitutionem possessionis, prebende, domus, terrarum et vinearum, ipsarum tibi faciendam condempnare curavit, prout in publico instrumento confecto exinde ac sigillo cardinalis predicti signato plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinali super hiis factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad

verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini, amen. Orta questionis materia inter Rogerium natum Mathei Deomidiedi, canonicum Florentinum, et Raynerium, plebanum plebis sancti Petri in Pisside, Florentine diocesis, super prebenda in ecclesia Florentina que quondam fuisse dicitur magistri Johannis Guidi, ejusdem ecclesie canonici, cujus possessione prebende idem Rogerius a dicto Raynerio se spoliatum dicebat, et super fructibus et juribus ad eandem prebendam pertinentibus, dominus papa in questione seu causa hujusmodi nos, Guillelmum, miseratione divina tituli sancti Marci presbyterum cardinalem, concessit partibus auditorem. Comparentibus autem coram nobis dicto Rogerio instanter petente ut in negotio secundum viam juris procedere deberemus, et Curso, procuratore dicti Raynerii habente ab eo inter cetera ad agendum, defendendum, compositionem faciendum et compromittendum speciale mandatum, ut patet per patentes litteras venerabilis patris domini Octaviani, Dei gratia sancte Marie in Via Lata diaconi cardinalis, exhibitas in judicio coram nobis, ipse Rogerius dicto Curso procuratori libellum obtulit in judicio coram nobis in hac forma :

« Coram vobis, reverende pater, domine G., tituli » sancti Marci presbyter cardinalis, partibus a domino » papa auditore concesso, dicit et proponit Rogerius » natus Mathei, canonicus Florentinus, contra dominum Raynerium, plebanum sancti Petri in Pisside, » Florentine diocesis, et ejus procuratorem quod, cum » ipse Rogerius teneret et possideret et diutius possedisset pacifice et quiete prebendam canonice sibi » collatam, quam obtinuerat in ecclesia Florentina » quondam magister Johannes Guidi, ejusdem ecclesie » canonicus, et res infrascriptas pertinentes seu spectantes ad prebendam predictam, idem dominus Raynerius possessionem dicte prebende et rerum infrascriptarum occupavit et ipsas detinet occupatas, in » ipsius Rogerii prejudicium et gravamen. Quare petit » ipsum dominum Raynerium a possessione predicta » per vos sententialiter amoveri, eamque sibi restitui » cum fructibus inde perceptis et qui percipi potuerunt a tempore occupationis predicte, quos extimat » quadraginta libras parve monete usualis pro quolibet » anno, et dictam prebendam sibi adjudicari, et eidem » domino Raynerio super ipsa prebenda et rebus infrascriptis perpetuum silentium imponi, et dictum » Raynerium et ejus procuratorem ad restitutionem » omnium predictorum cum expensis factis, quas extimat XL libras predicte usualis monete, condempnari » et compelli; protestatur expensas faciendas quas » tempore sententie declarabit. Res autem iste sunt » videlicet domus, terra et vinea posite in populo » sancti Angeli de Rovezana, a quarum rerum uno » latere est via, a secundo tenent heredes olim domini » Orlandi et filii Oliverii Cerchi, a tertio Jacobus » Mathei Thebaldi et si qui alii sunt confines. Item » terra et vinea posite in dicto populo, a quarum rerum duobus lateribus sunt vie, a tertio tenet Matheus » Grifonis, a quarto tenet ecclesia supradicta et Usmisandus et si qui alii sunt confines, salvo jure, etc. »

Cum nos autem parati essemus in hujusmodi negotio prima ratione procedere, predicti Rogerius pro se et Cursus procurator procuratorio nomine dicti Raynerii, auctoritate dicti mandati, volentes parcere suarum partium laboribus et expensis et potius eligere viam pacis et concordie quam litis eventum sub longo marte judicii expectare, in nos, judiciaria potestate nobis a domino papa concessa, nichilominus reservata, tamquam in arbitrum, arbitratorem, amicabilem compositorem, laudatorem, preceptorem, ordinatorem, alte et basse, de supradicte possessione prebende et fructibus et rebus ad eandem spectantibus, in suprascripto libello contentis, et de tota hujusmodi questione compromiserunt, dantes et concedentes nobis liberam potestatem, arbitrium et auctoritatem super predictis prebenda, possessione et fructibus perceptis et percipiendis, expensis factis, et ceteris supradictis arbitrandi, laudandi, precipiendi, ordinandi, amicabiliter componendi, sententiandi et diffiniendi, alte et basse, juris ordine observato vel non servato, die feriato vel non feriato, presentibus vel absentibus partibus, vel una parte presente et alia absente, et ad pronunciationem nostram audiendam citatis vel non citatis partibus, in scriptis vel sine scriptis, qualitercunque et quomodocunque et quandocunque vellemus usque ad octavam proximi futuri Pasche Resurrectionis Domini. Promiserunt quoque dictus Rogerius pro se in suam animam, et dictus Cursus procuratorio nomine in animam dicti Raynerii plebani, corporaliter hinc inde prestitis juramentis, sub pena quingentarum librarum florenorum parvorum hinc inde per singula capitula sibi invicem sollempni stipulatione premissa, presente et consentiente Matheo, patre ipsius Rogerii, et se ad hoc specialiter obligante, attendere et observare ac in omnibus adimplere omnia et singula que per nos ordinata et dicta fuerint super predictis et quolibet predictorum, prout in instrumento publico per manum Gerardi, notarii nostri, confecto, evidenter apparet. Verum nos, recepto hujusmodi compromisso et a domino papa super premissis omnibus et singulis vive

vocis oraculo nobis speciali licentia et auctoritate concessa arbitrandi, laudandi, precipiendi, ordinandi, amicabiliter componendi, sententiandi, diffiniendi, statuendi et faciendi sicut nobis visum fuerit expedire de omnibus que in compromisso continentur, et diligenter voluntatibus partium perquisitis, considerato etiam quod dictus Cursus respondens ad suprascriptum libellum, confessus est et dixit quod credebat ipsum Rogerium jus habere in dictis prebenda et rebus pertinentibus ad eandem, cetera vero in libello contenta negavit, Christi nomine invocato, presentibus dictis Rogerio et Matheo, patre suo, et Curso procuratore et pronunciationem nostram et expeditionem hujus negocii cum instancia postulantibus, laudando, arbitrando, precipiendo, amicabiliter componendo, sententiando et diffiniendo et in scriptis pronunciando, tam auctoritate prelibati compromissi quam etiam licentia et auctoritate et commissione domini pape, supradictum Raynerium plebanum a possessione predicte prebende et rerum infrascriptarum ad eandem pertinentium amovemus et amovendum pronuntiamus ipsasque prebendam et res infrascriptas, que sunt etiam suprascripte, dicto Rogerio per ipsum Raynerium vel ejus procuratorem restitui precipimus et mandamus eandemque prebendam ipsi Rogerio cum domo, terris et vineis in supradicto libello contentis et petitis, adjudicamus et dicto Curso, procuratorio nomine ipsius Raynerii, et per ipsum Cursum procuratorem ipsi Raynerio super ipsis prebenda, domo, terris et vineis perpetuum silentium imponimus. Dictum Cursum procuratorem et per ipsum eundem Raynerium ad restitutionem predictarum possessionis, prebende, domus, terrarum et vinearum faciendam ipsi Rogerio condempnamus. A fructibus vero de predictis prebenda et rebus perceptis et qui percipi potuerunt a tempore occupationis quam dictus Rogerius dicit a dicto Raynerio esse factam, et ab expensis in libello per dictum Rogerium supra petitis dictum Cursum, procuratorio nomine ipsius Raynerii plebani, et per ipsum procuratorem eundem Raynerium, pro bono pacis et concordie dicti compromissi et domini pape auctoritate, absolvimus et absolutum pronuntiamus, volentes et supradicta licentia et auctoritate, ut dictum est, a domino papa obtentis, statuentes et ordinantes quod supradicta ordinatio, diffinitio seu pronuntiatio nostra et cetera supradicta nullum prejudicium generent ipsi Raynerio in quacunque alia prebenda que de jure sibi deberetur in dicta ecclesia Florentina, sed omne jus quod in quacunque alia prebenda in dicta ecclesia sibi competit, illesum et integrum reservamus. Predicta quidem omnia et singula sepedictis Rogerio pro se et dicto Curso, procuratorio nomine ipsius Raynerii, et per ipsum procuratorem eidem Rainerio per omnia et singula, sub debito hinc inde prestiti juramenti et sub pena quingentarum librarum florenorum parvorum in compromisso apposita a parte non observante predicta per singula parti observanti solvenda, attendere et observare ac adimplere precipimus et mandamus; qua quidem pena semel vel pluries soluta vel non soluta, omnia et singula supradicta nichilominus perseverent in suo robore firmitatis. In predictorum autem omnium testimonium et perpetuam memoriam futurorum, presens instrumentum per infrascriptum Gerardum, notarium nostrum, scriptum, nostri sigilli robore jussimus communiri. Latum est et pronunciatum per supradictum dominum G. cardinalem et a supradicto Rogerio, presente, volente et consentiente dicto Matheo, patre suo, et a dicto Curso, procuratorio nomine ipsius Raynerii, acceptatum et omologatum per singula, apud Urbemveterem, in hospitio ejusdem cardinalis, anno nativitatis Domini M°CC°LXIIII°, indictione septima, septimo kalendas aprilis, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, presentibus magistro Petro Ambianensi; magistro Guillelmo de Pampilona, capellanis ipsius domini cardinalis; domino Azone, plebano de Cintorio; Pagano de Pins clerico domini . . episcopi Andegavensis; Jordano Merloti, Lemovicensis diocesis; magistro Guillelmo Nicolai de Trecis, notario ipsius domini cardinalis; et magistro Bartholomeo de Cersino notario, ad supradicta vocatis testibus et rogatis. Et ego magister Gerardus Juncte Decredi, publicus notarius supradicti domini Guillelmi cardinalis, predictis pronunciationi interfui, acceptationi et omologationi, et supradicta omnia de mandato ipsius domini cardinalis scripsi, ideoque subscripsi et meo signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis infringere, etc. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas aprilis, anno tertio. »

**1124** Orvieto, 7 avril 1264.

Episcopum Fesulanum praedictae ordinationis executorem constituit. (Reg. 29, fol. 73 v°, n° 173.)

« *Episcopo Fesulano.* Exhibita nobis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, VII idus aprilis, anno tertio. »

**1125** Orvieto, 19 mai 1264.

Ribaldum in abbatem monasterio s. Andreae de Brosono, ordinis s. Benedicti, Januensis diocesis, ab Ottobono, s. Adriani diacono cardinali, præfectum, confirmat. (Reg. 29, fol. 73 v°, n° 174.)

« *Ribaldo, abbati monasterii sancti Andree de Brosono, ordinis sancti Benedicti, Januensis diocesis.* Licet ea que de mandato nostro fiunt etc. usque firmitatem. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, monasterio sancti Andree de Brosono abbatis regimine destituto, conventus ipsius dilectum filium Thedisium, monachum ejusdem monasterii, in eorum abbatem concorditer elegerunt. Porro, cum hujusmodi electionis confirmatio differretur propter quod predictum monasterium patiebatur in spiritualibus et temporalibus detrimentum, dilectus filius Johannes de Cumis, monachus predicti monasterii, procurator conventus et Thedisii predictorum, habens ad hoc ab eis potestatem et speciale mandatum, procuratorio nomine ac vice ipsorum, resignavit plene et libere ac expresse in manibus dilecti filii nostri O., sancti Adriani diaconi cardinalis, recipientis, vice nostra et auctoritate ac de speciali mandato nostro facto sibi oraculo vive vocis, resignationem hujusmodi, omne jus quod Thedisio et conventui predictis ex eadem electione fuerat acquisitum. Postmodum vero predictus cardinalis, auctoritate et mandato hujusmodi, de te, tunc priore prioratus de Taro, ordinis sancti Benedicti, Placentine diocesis, ad ipsum monasterium pertinentis, providit monasterio supradicto ac tibi abbatiam predicti monasterii contulit, administrationem et curam ac regimen prelibati monasterii ac membrorum et pertinentiarum ejus tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus committendo, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius cardinalis plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hiis ab eodem cardinali factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes qui talis est :

« *Ottobonus, miseratione divina sancti Adriani diaconus cardinalis, ad robur et memoriam rei geste.* Dudum vacante monasterio —. Facta fuit suprascripta collatio, commissio et investitura abbatie predicte per suprascriptum dominum Ottobonum, sancti Adriani diaconum cardinalem, apud Urbemveterem, in capella ipsius domini cardinalis, anno a Nativitate Domini M°CC°LX° quarto, die xviii mensis februarii, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, presentibus venerabili patre Philippo Bruniacensi episcopo; fratre Gerardo de Campilio, de ordine Minorum; magistro Campano de Novaria; Thedisio de Camilla, canonico Tripolitano; Benedicto, canonico Anagnino; magistro Johanne, canonico sancti Georgii Januensis, et aliis testibus ad hoc vocatis. Et ego magister Bartholomeus de Regio, sancte apostolice sedis auctoritate notarius, collationi, commissioni et investiture hujusmodi interfui et de mandato dicti domini cardinalis presentes litteras scripsi et in publicam formam mei signi annotatione redegi. In omnium quoque predictorum testimonium et perpetuam firmitatem, prefatus dominus cardinalis has litteras suo fecit sigillo muniri. »

Nulli ergo etc. nostre confirmationis infringere etc. Datum apud Urbemveterem, xiiii kalendas junii, anno tertio. »

**1126** Orvieto, 27 mai 1264.

Ordinationem de praebenda in ecclesia de Lenno, Cumanae diocesis, a Gerardo, abbate Lesatensi, causarum apostolici palatii generali auditore, factam, confirmat. (Reg. 29, fol. 74, n° 175.)

« *Thomasio de Lambertengis, canonico ecclesie de Lenno, Cumane diocesis.* Licet ea que —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod inter te ac dilectum filium magistrum Johannem de Macio, de Cumis, scriptorem nostrum, canonicum ecclesie de Lenno, Cumane diocesis, super quadam prebenda que vacavit in eadem ecclesia per mortem Octoboni, presbyteri ecclesie predicte canonici, et quam idem scriptor ad se de jure spectare teque per plures annos detinuisse dicebat contra justitiam occupatam, nec non et super fructibus ex eadem prebenda perceptis, orta materia questionis, tandem partes, dispendiosos litigiorum vitare anfractus et pacis prosequi semitas eligentes, idem scriptor pro se, ac dilectus magister Bertrandus, civis Cumanus, procurator tuus, pro te a quo super hoc plenum habebat mandatum, in dilectum filium Gerardum, abbatem monasterii Lesatensis, capellanum nostrum et causarum palatii nostri generalem auditorem, tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem, sub pena centum librarum imperialium a parte non servante ordinationem ipsius auditoris parti eam servanti solvenda, et juramento hinc inde prestito, compromittere sueque ordinationi, diffinitioni et arbitrio super hoc se submittere sponte

ac libere curaverunt. Idem vero capellanus, hujusmodi compromisso recepto et lite in causa hujusmodi super libello per eundem scriptorem oblato in judicio, coram auditore predicto legitime contestata, factis positionibus et ad eas responsionibus subsecutis, visis quoque, inspectis ac discussis plene juribus utriusque partis, et a nobis statuendi, arbitrandi, ordinandi, providendi, mandandi, diffiniendi et pronunciandi super hoc, prout sibi videretur expediens, auctoritate plenaria et libera potestate viva voce sibi concessis, consideratis juribus partium et circumstantiis personarum, auctoritate ac potestate hujusmodi ordinavit, pronunciavit, arbitratus fuit et diffinivit quod supradictus magister Johannes prefatam prebendam quam sibi adjudicavit et ad ipsum spectare decrevit, cum juribus et pertinentiis suis habeat, teneat et possideat pacifice ac quiete, tuque illam in pace sibi dimittere tenearis, super eadem prebenda diffiniendo et ordinando perpetuum silentium tibi sententialiter imponendo. Ceterum supradictus capellanus, attendens quod indignum existeret quod tu, qui jam elapso decennio in dicta ecclesia fuisti in canonicum et in fratrem apostolica auctoritate receptus, quique, prout asseritur, ipsi ecclesie non modicum fructuosus existere poteris, inane canonici nomen geras, auctoritate ac potestate premissis ordinavit, providit et statuit ut de alia prebenda que de jure nulli alii deberetur, si in prelibata ecclesia tunc vacabat, vel quam primum ad id se offerret oportunitas, non obstante si aliquando prebenda tibi debita vacavit ibidem quam negligenter petere omiseris, tibi debeat provideri. Insuper namque dictus capellanus, pro bono pacis et concordie, ordinavit et voluit ut idem scriptor medietatem fructuum et proventuum prefate prebende sibi per auditorem ipsum adjudicate, tandiu tibi exhibeat donec de hujusmodi alia prebenda in dicta ecclesia tibi provisum existat et illam etiam assequaris; fructus quidem predicte prebende de qua fuit actum, qui sequestrati dicuntur, eidem Johanni ac tibi restitui voluit et mandavit, inter vos communiter pro equalibus portionibus dividendos. Hujusmodi quoque ordinationem, provisionem, pronuntiationem, arbitrium, decretum et mandatum utraque pars emologavit et eisdem expresse consensit, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius auditoris, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod per eundem capellanum circa te super premissis provide factum est, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem autem instrumenti predicti de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, qui talis est :

« In nomine Domini, amen. Inter magistrum Johannem de Macio de Cumis, domini pape scriptorem, canonicum ecclesie de Lenno, Cumane diocesis, et Thomasium de Lambertengis, canonicum ipsius ecclesie, super prebenda que vacavit in eadem ecclesia per mortem Ottoboni, presbyteri ecclesie predicte canonici, et quam memoratus scriptor ad se de jure spectare, ipsum Thomasium per plures annos detinuisse dicebat contra justitiam occupatam, nec non et super fructibus ex eadem prebenda perceptis a tempore quo ipsa prebenda vacavit, orta materia questionis, tandem partes, vitatis litigiorum anfractibus, per semitas pacis incedere cupientes, idem scriptor pro se ac magister Bertramus, civis Cumanus, procurator prefati Thomasii, pro ipso Thomasio a quo super hoc plenum habebat mandatum, in nos, Geraldum, abbatem monasterii Lesatensis, Tholosane diocesis, prelibati domini pape capellanum et causarum pallatii sui generalem auditorem, tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem, sub pena centum librarum imperialium a parte non servante ordinationem nostram parti eam servanti solvenda, et juramento hinc inde prestito, compromittere nostreque ordinationi, diffinitioni et arbitrio super hoc se submittere sponte ac libere curaverunt. Hujusmodi ergo compromisso a nobis recepto, idem scriptor coram nobis libellum obtulit in judicio in hunc modum :

« Coram vobis venerabili patre domino . . abbate
» Lesatensi, capellano domini pape ac ipsius causa-
» rum generali auditore, ab eodem domino deputato,
» dicit et proponit magister Johannes de Cumis, do-
» mini pape scriptor, contra Thomasium de Lamber-
» tengis, clericum Cumane diocesis, quod olim auc-
» toritate litterarum felicis recordationis Innocentii
» pape IIII receptus fuit ab . . archipresbytero, et ca-
» pitulo ecclesie de Lenno, Cumane diocesis, in eadem
» ecclesia in canonicum et in fratrem, et post hujus-
» modi receptionem vacavit quedam prebenda dicto
» Johanni debita in dicta ecclesia per mortem Otto-
» boni, presbyteri ipsius ecclesie canonici, quam pre-
» bendam dictus Thomasius contra justitiam et in pe-
» riculum anime sue occupavit, cum nullum jus habeat
» in eadem. Quare petit dictus Johannes per vos, reve-
» rende pater, per vestram sententiam declarari ipsum
» Thomasium nullum jus habere in prebenda predicta,
» ipsumque fore ab ipsa penitus amovendum, ac ipsi
» Johanni per eandem sententiam prebendam cum
» fructibus ex ea perceptis adjudicari predictam. »

« Super quo libello lite a partibus in causa hujusmodi in nostra presentia legitime contestata, factis positionibus et ad eas responsionibus subsecutis, visis quoque, inspectis ac discussis plene juribus utriusque partis et a sanctissimo patre ac domino nostro Urbano divina providentia papa IIII statuendi, arbitrandi, ordinandi, providendi, mandandi, diffiniendi et pronuntiandi super hoc, prout nobis videretur expediens, auctoritate plenaria et libera potestate viva voce nobis concessis, consideratis juribus partium et circumstantiis personarum, auctoritate ac potestate hujusmodi ordinamus, pronuntiamus, arbitramur et diffinimus ut nominatus magister Johannes prefatam prebendam quam sibi adjudicamus et ad ipsum spectare decernimus, cum juribus et pertinentiis suis habeat, teneat et possideat pacifice ac quiete, idemque Thomasius prebendam ipsam eidem magistro Johanni in pace dimittere teneatur, super ea ipsi Thomasio diffiniendo et ordinando perpetuum silentium sententialiter imponentes. Ceterum, attendentes quod indignum existeret ut nominatus Thomasius, qui jam elapso decennio in dicta ecclesia fuit in canonicum et in fratrem apostolica auctoritate receptus, quique, sicut dicitur, ecclesie potest eidem non modicum existere fructuosus, vacuum canonici nomen gerat, auctoritate ac potestate premissis, ordinamus, providemus et statuimus ut de alia prebenda que de jure nulli alii de jure debeatur, si in ecclesia predicta vacat ad presens vel quamprimum se ad id oportunitas obtulerit, eidem Thomasio, non obstante si aliquando prebenda sibi debita in ecclesia ipsa vacavit, quam idem Thomasius per negligentiam petere omiserit, debeat provideri. Ad hec siquidem, pro bono pacis et concordie, ordinamus et volumus ut memoratus magister Johannes medietatem fructuum et proventuum prefate prebende sibi per nos adjudicate, tamdiu ipsi Thomasio exhibeat, donec eidem Thomasio de alia prebenda in dicta ecclesia sit provisum et illam etiam assequatur. Fructus autem sepefate prebende de qua fuit actum, qui sequestrati dicuntur memoratis magistro Johanni et Thomasio restitui volumus et mandamus inter eos communiter pro equalibus portionibus dividendos. Hujusmodi quoque ordinationem, provisionem, pronuntiationem, arbitrium, decretum et mandatum utraque pars emologavit et eisdem expresse consensit. In cujus rei testimonium, presens publicum instrumentum per manum Raymundi dicti *Faure*, publici notarii, scribi fecimus nostroque sigillo muniri. Actum apud Urbemveterem, in palatio dicti domini pape, presentibus domino Alberto Azarii; domino Guillelmo de Lesato monacho; fratre Raymundo, preposito sancti Michaelis de Coxano; Matheo de Narnia et Jacobo de Parma notariis, testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis, anno Domini M°CC°LXIIII°, kalendis junii, indictione septima, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio. Et ego Raymundus dictus *Faure*, de Tribus bonis, sacrosancte Romane ecclesie publicus notarius auctoritate, predictis interfui et de mandato dicti domini abbatis scripsi et in publicam formam redegi rogatus signoque meo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis infringere, etc. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas junii, anno tertio. »

**1127** Orvieto, 28 mai 1264.

Abbatem monasterii s. Abundii et Bregundium de Laturre, canonicum Cumanum, praedictae ordinationis executores constituit. (Reg. 29, fol. 74 v°, n° 176.)

« *Abbati monasterii s. Abundii et Bregundio de Laturre, canonico Cumano.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas junii, anno tertio. »

**1128** Orvieto, 27 mai 1264.

Johanni Boccamaci de Urbe ecclesiam s. Fortunati de Vernoto, Senonensis diocesis a Jacobo, s. Mariae in Cosmedin diacono cardinali, collatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 74 v°, n° 177.)

« *Johanni Boccamaci de Urbe, rectori ecclesie sancti Fortunati de Vernoto, Senonensis diocesis.* Meritis tue devotionis, etc. —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum dilectus filius magister Petrus, archidiaconus Bruliensis in ecclesia Agennensi, tunc rector ecclesie sancti Fortunati de Vernoto, ecclesiam ipsam intenderet resignare, nos dilecto filio nostro J., sancte Marie in Cosmedin diacono cardinali, cujus capellanus existis, viva voce commisimus ut, ab eodem magistro P. libera ejusdem ecclesie resignatione recepta, ipsam alicui persone ydonee conferre curaret. Idem vero cardinalis, recepta ipsius ecclesie resignatione hujusmodi a magistro prefato, habens ad merita tue persone respectum, ac sperans quod pro tue probitatis industria eadem ecclesia poterit salubriter gubernari, ecclesiam ipsam, curam habentem animarum annexam, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, auctoritate nostra in hac parte commissa sibi, tibi qui sibi linea

consanguinitatis attinere diceris et quem ad hoc reputavit ydoneum, contulit et tibi de illa providit et Egidium Pauli Roffredi de Urbe, consanguineum tuum, nomine tuo, de ipsa ecclesia per suum anulum presentialiter investivit decernens irritum et inane, si secus de ipsa ecclesia, apostolica vel alia quavis auctoritate, a quoquam contigerit attemptari, non obstante quod es in minoribus ordinibus constitutus, prout in instrumento publico inde confecto dicti cardinalis munito sigillo plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc factum est, ratum et firmum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Volumus tamen, quod priusquam possessionem ipsius ecclesie adeptus fueris ad sacros ordines, prout requiret onus ejusdem, te facias statutis temporibus promoveri et personaliter resideas in eadem.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, qui talis est :

« *Jacobus, miseratione divina sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis, dilecto nobis in Christo Johanni Boccamacci de Urbe, clerico capellano nostro, salutem in Domino.* Cum discretus vir —. In cujus rei memoriam et evidentiam pleniorem, presentes litteras per Bernardum dictum *Bardonier*, infrascriptum notarium, scribi et publicari mandavimus, et sigilli nostri fecimus munimine communiri. Acta sunt hec apud Urbemveterem in hospitio nostro, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, indictione septima, secundo idus maii, pontificatus ejusdem domini Urbani pape quarti, anno tertio, presentibus hiis magistro Hugone, archipresbytero de Rupella, canonico Xanctonensi; magistro Petro de Seleia, canonico ecclesie sancti Gaugerici Cameracensis, capellanis nostris, testibus ad hoc specialiter convocatis. Et ego Bernardus dictus *Bardonier*, publicus apostolice sedis auctoritate notarius predictus, qui collationi, provisioni et investiture predictis per venerabilem patrem dominum Jacobum, sancte Marie in Cosmedin diaconum cardinalem predictum, factis presens interfui, de mandato et auctoritate ejusdem domini cardinalis presentes litteras propria manu scripsi et in publicam formam redegi meoque signo signavi. »

Nulli ergo, etc. Datum apud Urbemveterem, VI kalendas junii, anno III°. »

**1129** Orvieto, 27 mai 1264.

Infrascriptos praedictae collationis executores constituit. (REG. 29, fol. 75, n° 178.)

« *Sinibaldo, canonico Cathalaunensi, ac magistro Matheo de Furno, canonico ecclesie s. Martini de Campellis in Bria, Parisiensis diocesis.* Meritis devotionis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, VI kalendas junii, anno tertio. »

**1130** Orvieto, 20 décembre 1263.

Episcopum et archidiaconum Essexiae in ecclesia Londoniensi executores constituit sententiae pro Gregorio de Londoniis in priorem et conventum monasterii de Beremundeseya latam. (REG. 29, fol. 75, n° 179.)

« . . *episcopo, et dilecto filio . . archidiacono Essexie in ecclesia Londoniensi.* Exhibita nobis dilecti filii Gregorii de Londoniis laici, familiaris nostri, petitio continebat quod felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, dilecto filio . . decano ecclesie sancti Pauli Londoniensis, suis sub certa forma dedit litteris in mandatis ut sibi, quoad viveret, a priore et conventu monasterii de Beremundeseya, Cluniacensis ordinis, Wintoniensis diocesis, in quindecim marcis sterlingorum faceret annis singulis provideri, contradictores, etc., usque compescendo. Et tandem, quia iidem prior et conventus ab eodem decano moniti diligenter, eidem providere, juxta tenorem mandati apostolici, non curarunt, dictus decanus in eundem priorem et majores de ipso conventu excommunicationis, et in predictum conventum interdicti sententias promulgavit, citans eosdem peremptorie, juxta tenorem litterarum ipsarum, ut infra tres menses post citationem suam, iidem prior et majores personaliter, conventus vero per procuratorem ydoneum apostolico se conspectui presentarent. Eis itaque non curantibus in hujusmodi termino comparere, prefatus decanus, auctoritate quarundam litterarum aliarum ejusdem predecessoris sibi super hoc directarum, . . priorem, . . suppriorem, . . cellerarium, . . sacristam, ac ejusdem monasterii conventum, quia moniti diligenter sibi juxta mandatum apostolicum providere non curarunt, excommunicatos et suspensos fecit publice nuntiari, predictos nichilominus priorem, suppriorem, cellerarium, sacristam quod personaliter, conventum vero per procuratorem ydoneum certo termino apostolico se conspectui presentarent, peremptorie citare curavit. Et licet idem G. in predicto termino comparuerit coram nobis, nosque sibi venerabilem fratrem nostrum . . Penestrinum episcopum, dederimus super hujusmodi negotio auditorem, quia tamen pars altera in termino

ipso et postmodum expectata diutius ac in audientia publica sepe citata, per se vel per ydoneum responsalem comparere coram eodem episcopo contumaciter non curavit, idem episcopus, auditis et intellectis que ipse G. proponere voluit, ac visis juribus suis et plene discussis eisque nobis fideliter recitatis, ipso quoque presente, ac parte altera se per hujusmodi contumaciam absentante, de speciali mandato nostro diffinitivam pro ipso G. sententiam promulgavit, declarans eosdem priorem, suppriorem, cellerarium, sacristam et conventum, quos etiam reputavit idem episcopus contumaces, predictis excommunicationis et suspensionis sententiis ligatos, ac ipsos a spiritualium et temporalium administratione suspendens, eos sibi pro expensis in lite factis, in certa summa pecunie, taxatione prehabita et juramento ab ipso prestito, nichilominus condempnavit. Mandavit etiam idem episcopus easdem suspensionis et excommunicationis sententias usque ad satisfactionem condignam tam dampnorum quam expensarum, sicut etiam in litteris apostolicis continetur, diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, in locis in quibus foret expediens, sollempniter publicari, prout in instrumento publico super hoc confecto, ipsius episcopi sigillo munito, plenius continetur. Nos itaque, ipsius G. supplicationibus inclinati, quod ab eodem episcopo factum est in hac parte, ratum habentes et firmum, id per nostras litteras duximus confirmandum. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel alter vestrum processum hujusmodi prefati episcopi auctoritate nostra per vos vel per alium aut alios executioni debite demandare curetis, non obstante si prefatis priori et conventui communiter vel divisim, a sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas plenam et expressam non facientes de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia prefate sedis indulgentia per quam hujusmodi executio impediri valeat vel differri, et de qua in nostris litteris mentio fieri debeat specialis. Contradictores, etc., usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas januarii, anno tertio. »

**1131** Orvieto, 25 août 1264.

Episcopo Londoniensi mandat nuntiet excommunicatos priorem de Lentone et Thomam de Raley. (Reg. 29, fol. 75 v°, n° 180.)

« .. *episcopo Londoniensi.* Exposuit nobis dilectus filius Bartholomeus, natus nobilis viri Adinulfi militis Anagnini, consanguineus dilecti filii magistri Adinulfi capellani nostri, rector ecclesie sancti Georgii de Berthone-super-Tremte, Eboracensis diocesis, quod, cum .. prior, et conventus monasterii de Lentone, Cluniacensis ordinis, ejusdem diocesis, ecclesie predicte patroni, falso ipsum rectorem mortuum confingentes, Thomam de Raley, clericum, familiarem venerabilis fratris nostri Eboracensis archiepiscopi, ad eandem ecclesiam presentassent, dictus rector ad dilectum filium magistrum Johannem de Anagnia, capellanum nostrum in Anglia commorantem, nostras super hoc sub certa forma litteras impetravit. Cumque idem magister Johannes nominato priori promittenti sibi firmiter quod hujusmodi negotium propriis sumptibus expediret, ipsum negotium commisisset, et postmodum idem prior dicens se velle juxta apostolici mandati tenorem tradere possessionem dicte ecclesie quondam Bonohomini, procuratori prefati rectoris, una cum eodem procuratore ad ecclesiam accessit predictam, quidam famuli et satellites Thome predicti, existentes ibidem, memoratum procuratorem nudatum vestibus et litteris apostolicis spoliatum in presentia dicti prioris, juxta cimiterium ejusdem ecclesie miserabiliter occiderunt, propter quod eosdem priorem et Thomam peremptorie citari per litteras nostras fecimus ut certo termino apostolico conspectui se personaliter presentarent. Porro, adveniente hujusmodi termino, prefatus Bartholomeus coram dilecto filio nostro J., sancte Marie in Cosmedin diacono cardinali, cui hujusmodi negotium duximus committendum, personaliter comparuit, dictis priore et Thoma coram eo non curantibus comparere. Idem quoque cardinalis, ad ejusdem B. instantiam, priorem et Thomam prefatos pluries et peremptorie citari fecit in audientia publica, ut est moris, et eis in hujusmodi terminis minime comparentibus et post ipsos etiam diutius expectatis, dictus cardinalis, facta super hiis nobis relatione fideli, de speciali mandato nostro vive vocis oraculo sibi facto, nominatos priorem et Thomam reputans contumaces, in ipsos propter hujusmodi contumaciam excommunicationis sententiam, exigente justitia, promulgavit, prout in instrumento publico inde confecto, ejusdem cardinalis sigillo signato, plenius continetur, cujus tenorem de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini, amen. Cum olim Bartholomeus, natus nobilis viri Adinulfi, militis Anagnini, consanguineus venerabilis viri magistri Adinulfi domini pape

capellanus, rector ecclesie sancti Georgii de Berthone super Trente, Eboracensis diocesis, summo pontifici intimasset quod prior et conventus monasterii de Lentone, Cluniacensis ordinis, ejusdem diocesis, ecclesie predicte patroni, falso ipsum rectorem mortuum confingentes, Thomam de Raley clericum, familiarem venerabilis patris . . archiepiscopi Eboracensis, ad eandem ecclesiam malitiose et indebite presentarant, a sede apostolica ad discretum virum magistrum Johannem de Anagnia, domini pape capellanum, quasdam obtinuit litteras destinari inter cetera continentes quod idem magister Johannes, amoto ab eadem ecclesia dicto Thoma et quolibet alio illicito detentore, ipsi rectori vel procuratori suo sine qualibet difficultate et dilatione restitui faceret ecclesiam memoratam. Cumqum idem magister Johannes una cum quondam Bonohomine de Pontio, procuratore prefati rectoris, apostolicum vellet exequi mandatum, dolosa ipsius prioris inductus instantia, ea occasione mandatum hujusmodi exequendum omisit, quia ipse prior promisit sibi firmiter dictum negotium propriis sumptibus expedire; et cum idem prior dicens se velle tandem possessionem dicte ecclesie Bonohomini procurare prefato, una cum eodem procuratore ad dictam ecclesiam accessisset, quidam famuli et satellites Th. predicti existentes ibidem, memoratum procuratorem nudatum vestibus et litteris apostolicis spoliatum, in presentia dicti prioris, juxta cimiterium ejusdem ecclesie, miserabiliter occiderunt, propter quod idem rector iterato ad prefatum magistrum Johannem sub certa forma apostolicas obtinuit litteras in quibus continetur quod eosdem priorem et Thomam apud Lentonem, si secure posset, alioquin in locis convicinis, ubi expedire videret, auctoritate apostolica peremptorie citare curaret ut infra tres menses post citationem suam, iidem prior et Thomas apostolico conspectui se personaliter presentarent, super hoc suam, si possent, innocentiam ostensuri aut pro meritis recepturi. Prefatus vero capellanus, receptis hujusmodi litteris, eosdem priorem et Thomam, juxta ipsius mandati tenorem, peremptorie citare curavit, certum eis terminum prefigendo in quo apostolico conspectui se personaliter presentarent, prout in ejusdem capellani litteris plenius continetur. Porro, adveniente hujusmodi citationis termino in predictis litteris comprehenso, Bartholomeo prefato coram nobis J., miseratione divina sancte Marie in Cosmedin diacono cardinali, cui sanctissimus in Christo pater dominus Urbanus papa IIII duxit hujusmodi negotium committendum, personaliter comparente, dictis priore et Thoma minime comparentibus, nos, ad ejusdem Bartholomei instantiam, priorem et Thomam prefatos primo, secundo et tertio peremptorie citari fecimus in audientia publica, ut est moris; et cum in aliquo termino per citationes hujusmodi assignato, dicti prior et Thomas minime comparerent, et ob hoc prenominatus Bartholomeus legitime comparens et ipsorum accusans contumaciam, peteret contra eosdem priorem et Thomam procedi, cum iidem fuissent post terminos prefatos diutius expectati, tandem Lucas, dictus *Postel*, clericus habens a dicto priore necnon a conventu monasterii de Lentone ad agendum et defendendum generale mandatum, in quo quidem mandato de hujusmodi causa specialis mentio non fiebat, pro ipso priore comparuit coram nobis, quasdam frivolas excusationes pro eodem priore pretendens per quas asserebat ipsum priorem non potuisse venire, eundemque immunem existere a crimine homicidii de dicto Bonohomine perpetrati. Ex adverso siquidem predictus B. contra eundem Lucam proposuit quod, cum dictus prior de Lentone super prefato homicidio personaliter citatus existeret, ipse Lucas in hujusmodi negotio in procuratorem ejusdem prioris non erat aliquatenus admittendus, cum teneretur ipse prior personaliter comparere. Quare petebat instanter contra eundem priorem et Thomam prefatum procedi, non obstantibus frivolis excusationibus supradictis. Nos itaque, super hiis domino pape relatione facta fideli, de ejusdem domini pape mandato vive vocis oraculo nobis facto, dictos priorem et Thomam contumaces merito reputantes, eosdem per presentem scripturam, eorum exigente contumacia, excommunicationis vinculo innodamus. In cujus rei testimonium, presens publicum instrumentum per notarium infrascriptum fieri mandavimus et sigilli nostri munimine communiri. Lata et recitata est in scriptis predicta excommunicationis sententia per venerabilem patrem dominum J., Dei gratia sancte Marie in Cosmedin diaconum cardinalem predictum, apud Urbemveterem, in hospitio ejusdem domini cardinalis, presente dicto Bartholomeo, anno Domini M°CC°LXIII°, indictione VI, VI idus novembris, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, presentibus etiam hiis venerabili patre domino Angelo, Cathaniensi episcopo; domino Leonardo, archidiacono Spoletano; et domino Lando de Anagnia domini pape capellanis et pluribus aliis testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Et ego Bernardus dictus *Bardonier*, publicus apostolice sedis auctoritate notarius, qui prolationi predicte sententie presens interfui, eam, prout supra legitur, de mandato venerabilis

patris domini J. cardinalis predicti, propria manu scripsi et in publicam formam redegi meoque signo signavi. »

Nos igitur, dicti rectoris supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinali factum est in hac parte, ratum et gratum habentes, fraternitati tue per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatinus eosdem priorem et Thomam, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, usque ad satisfactionem condignam, in ecclesia Londoniensi et archidiaconatu Nottingamie ac aliis locis in quibus expedire videris, per te vel per alium seu alios excommunicatos publice nunties et nuntiari facias ac ab omnibus artius evitari. Contradictores etc., usque compescendo, non obstante si aliquibus quod excommunicari, suspendi vel interdici non possint a sede apostolica sit indultum. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas septembris, anno tertio. »

**1132** Orvieto, 9 novembre 1263.

Magistro Guillelmo Rollandi canonicatum et praebendam in ecclesia Ruthenensi confert. (Reg. 29, fol. 76, n° 181.)

« *Magistro Guillelmo Rollandi, juris civilis professori, clerico Claromontensis diocesis.* Personam tuam favore —. Datum apud Urbemveterem, V idus novembris, anno tertio. »

**1133** Orvieto, 9 novembre 1263.

Archipresbyterum Basiliae, Claromontensis dioecesis, praedictae collationis executorem constituit. (Reg. 29, fol. 76, n° 182.)

« *Archipresbitero Basilie, Claromontensis diocesis.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, V idus novembris, anno tertio. »

**1134** Orvieto, 28 octobre 1263.

Episcopo Perusino mandat ut Thomae de Assisio de aliquo ecclesiastico beneficio provideat. (Reg. 29, fol. 76, n° 183.)

« *Episcopo Perusino.* Digne agere credimus —. Attendentes igitur quod, sicut dilectus filius nobilis vir Tancredus de Rossano nobis exposuit, quondam Albricus Uguicionis de Asisio, nepos ejus, in carcere quondam Frederici qui se pro imperatore gerebat, pro devotione ac fidelitate Romane ecclesie diu, non absque gravi dampno bonorum suorum, existens, ibidem diem clausit extremum, ac pro hoc et obtentu dicti nobilis nobis super hoc supplicantis, volentes dilectum filium Thomam, natum ipsius Albrici, capellanum dilecti filii nostri R., sancti Angeli diaconi cardinalis, prosequi gratiose, fraternitati tue mandamus quatenus eidem Thome, si ipsum, cujus examinationem tibi committimus, inveneris ydoneum moribus, scientia, etate et sit de legitimo matrimonio natus, in civitate vel diocesi Asisinati de aliquo ecclesiastico beneficio, ad cujuscumque collationem spectante, cum cura vel sine cura, nulli alii de jure debito, si vacat ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, auctoritate nostra per te vel per alium providere procures, inducens ipsum vel procuratorem suum, ejus nomine, in corporalem possessionem ipsius beneficii et defendens inductum, amoto ab eo quolibet illicito detentore, ac faciens recipi cum in ecclesia in qua sibi provideris, si collegiata extiterit, in canonicum vel clericum et in fratrem, non obstante statuto —. Ita tamen quod idem T., sicut requiret onus beneficii de quo per litteras hujusmodi sibi provisum fuerit, ad ordines statutis temporibus se promoveri faciat et personaliter resideat in eodem; alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Datum apud Urbemveterem, V kalendas novembris, anno tertio. »

**1135** Orvieto, 5 novembre 1263.

Praecentori ecclesiae Lodovensis mandat quatenus, a Raymundo de S. Amantio liberam de rectoria ecclesiae s. Pauli de Claromonte, Lodovensis dioecesis, resignatione recepta, eamdem rectoriam personae idoneae conferat. (Reg. 29, fol. 76, v° n° 184.)

« *Precentori ecclesie Lodovensis.* Cum sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio. »

**1336** Orvieto, 13 novembre 1263.

Abbati s. Columbae Senonensis mandat quatenus magistro Warnero de Lingonis, canonico ecclesiae s. Marchuti de Barro-super-Albam, Lingonensis dioecesis, de praebenda in eadem ecclesia provideat. (Reg. 29, fol. 76 v°, n° 185.)

« .. *abbati s. Columbe Senonensis.* Dilectus filius magister —. Datum apud Urbemveterem, idus novembris, anno tertio. »

**1137** Orvieto, 15 octobre 1263.

Praeposito de Betunia, Atrebatensis diocesis, et Johanni Pantaleonis, capellano apostolico, mandat ut Heliae Peleti satisfieri faciant de expensis quas pro Morinensi ecclesia fecit. (Reg. 29, fol. 76 v°, n° 186.)

« .. *preposito ecclesie de Betunia, Atrebatensis diocesis, et Johanni Pantaleonis, capellano nostro, canonico Atrebatensi.* Constitutus in presentia nostra dilectus filius Helias Peleti, capellanus noster, canonicus Belvacensis, nobis exposuit quod bone memorie R., Morinensis episcopus, ipsum, pro suis et episcopatus Morinensis negotiis, ad sedem apostolicam destinavit, promittens eidem capellano in expensis necessariis providere, et quod ei restitueret quicquid de suo ibidem expenderet vel omitteret eundo ad dictam sedem, morando apud ipsam et redeundo ab ea, hoc etiam adjecto in litteris ipsis expresse quod idem episcopus super hoc crederet ipsius capellani proprio juramento. Insuper predictus episcopus se ac successores suos et episcopatum predictum omniaque bona ejusdem prefato capellano propter hoc obligavit, prout in litteris inde confectis, sigillatis sigillo ejusdem, plenius dicitur contineri. Sane predictus capellanus pro hujusmodi negotiis ad eandem sedem accedens, pro negotiis ipsis fideliter et utiliter promovendis et pro suis expensis necessariis, dum prosecutioni eorumdem negotiorum idem capellanus instaret, usque ad summam trecentarum librarum turonensium, partim de proprio, partim vero a quibusdam creditoribus, quibus se ac bona sua propter hoc specialiter obligavit, mutuo suo receptum nomine, ibidem se asserit expendisse. Verum, eodem episcopo viam universe carnis ingresso, predicto capellano de hujusmodi pecunia satisfactio aliqua non provenit. Quare prefatus capellanus nobis humiliter supplicavit ut, cum vacante sede Morinensi, electio Morinensis episcopi sit in discordia celebrata, et propter tractum longi temporis tam futurus episcopus quam idem capellanus, occasione dampnorum et expensarum creditorum hujusmodi et etiam ipsius capellani, possint incurrere non modica detrimenta, et quamplura bona, redditus et proventus ipsius episcopatus futuro Morinensi episcopo reserventur, sibi et ipsis de hujusmodi pecunia, quam, ut predictum est, expendit negotia episcopi procurando, satisfieri mandaremus. Quia vero dictus capellanus non debet inde sustinere dispendium unde premium promeretur, nos, volentes capellanum eundem, sue probitatis obtentu, in hac parte speciali gratia prosequi et favore, discretioni vestre mandamus quatenus, si de predictis expensis per juramentum ejusdem capellani vel procuratoris sui in sua et ipsius capellani animas jurantis, ad hoc speciale ab ipso capellano mandatum habentis, constiterit, vos vel alter vestrum predicto capellano vel alii, ejus nomine, de bonis, redditibus et proventibus hujusmodi faciatis per vos vel alium de predicta pecunia satisfactionem plenariam exhiberi, contradictores etc., non obstante —. Datum apud Urbemveterem, idus octobris, anno tertio. »

**1138** Orvieto, 6 novembre 1263.

Decano et archidiacono Leodiensibus mandat ut, prius cassata ordinatione a canonicis ecclesiae s. Castoris in Confluentia de ejusdem ecclesiae praebendis, in eadem ecclesia recipi faciant in canonicum magistrum Bernardum. (Reg. 29, fol. 77, n° 187.)

« .. *decano, et Gerardo de Nossowe, archidiacono Leodiensi.* Ad nostram noveritis audientiam pervenisse quod, licet in ecclesia sancti Castoris in Confluentia, Treverensis diocesis, sit statutum de certo canonicorum numero juramento firmatum et certus numerus prebendarum, tamen decanus et sex canonici ejusdem ecclesie ordinarunt ut decanus ipse ac singuli ex eisdem sex canonicis singulos clericos recipiendos in canonicos nominarent, sicque, ipso decano et singuli ex eisdem canonicis nominantibus singulos clericos consanguineos et nepotes eorum pro majori parte ac pueros, decanus et sex canonici predicti eos in fratres et canonicos ipsius ecclesie, in qua ad eundem decanum et ipsius ecclesie capitulum canonicorum receptio et prebendarum collatio pertinent, receperunt, officio cantorie ac unica prebenda dumtaxat vacantibus in eadem; prestiterunt etiam juramentum quod recipiendis ibidem per sedem apostolicam nullam assignabunt prebendam, donec de prebendis receptis hujusmodi sit provisum. Nos itaque, ordinationem et receptionem hujusmodi taliter presumptas tolerare nolentes, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, si vobis de plano et absque judicii strepitu constiterit ita esse, receptiones hujusmodi

cassantes et irritantes ac cassas et irritas nuntiantes, dilectum filium Bernardum clericum, consanguineum dilecti filii magistri Conradi, plebani sancte Marie in Confluentia, canonici predicte ecclesie sancti Castoris, qui hujusmodi iniquis actibus non consensit, recipi faciatis per vos vel per alium in eadem ecclesia in canonicum et in fratrem, sibique de prebenda, si vacat ibidem ad presens vel quam primum ad id se facultas obtulerit, dummodo sit ydoneus et paratus, prout ejusdem prebende onus requirit, residentiam facere ibidem ac se ad ordines statutis temporibus promoveri, vos vel alter vestrum providere curetis. Non obstante. — Datum apud Urbemveterem, VIII idus novembris, anno tertio. »

**1139** Orvieto, 15 mai 1264.

Precibus Johannis, comitis Burgundiae, domini Salinensis, decano et capitulo ecclesiae Columbi monasterii, Bisuntinae diocesis, dat licentiam in canonicum recipiendi Jacobum, decanum ecclesiae de Baylare, ejusdem diocesis. (Reg. 29, fol. 77, n° 188.)

« . . *decano, et capitulo ecclesie Columbi monasterii, Bisuntine diocesis.* Dilectus filius nobilis —. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno tertio. »

**1140** Orvieto, 17 novembre 1263.

Priorem Villae-monasterii, Lugdunensis diocesis, mandat ut Guidonem de Castellione in ecclesia Matisconensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 77 v°, n° 189.)

« . . *priori Ville-monasterii, Lugdunensis diocesis.* Olim pro dilecto filio Guidone de Castellione clerico, nepote dilecti filii . . decani Matisconensis ecclesie, tibi dedisse dicimur nostris sub certa forma litteris in mandatis ut eundem G. in ecclesia ipsa, in qua non est certus canonicorum numerus nec distinctio prebendarum, si eidem decano et capitulo ecclesie predicte placeret, faceres in fratrem et canonicum recipi ac ei de communibus proventibus sicut et aliis ipsius ecclesie canonicis provideri. Set, quamvis ad id predicto decano et majori parti capituli aliqui de prefato capitulo, licet pauci, suum ad hoc noluerunt prestare consensum, idem clericus nullum est de predictis litteris commodum assecutus. Volentes igitur eundem G. in hac parte prosequi gratiose, discretioni tue mandamus quatenus, si de majoris et sanioris partis ejusdem capituli processerit voluntate, nisi minor pars aliquid rationabile proposuerit et probaverit infra competentem terminum quem duxeris prefigendum quare id fieri non debeat vel non possit, super receptione ac provisione dicti Guidonis sine qualibet difficultate procedas per te vel per alium, juxta priorum continentiam litterarum. Contradictores, etc., usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas decembris, anno tertio. »

**1141** Orvieto, 5 novembre 1263.

Decano ecclesiae s. Aviti Aurelianensis mandat ut, inquisitione de moribus praehabita, Heliam Mortes in ecclesia saeculari s. Aniani in Bituria in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 77 v°, n° 190.)

« . . *decano ecclesie sancti Aviti Aurelianensis.* Constitutus in presentia nostra dilectus filius Helyas, dictus *Mortes*, clericus Aurelianensis diocesis, nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse, sicut asserit, nullum ecclesiasticum beneficium obtineat, provideri sibi de benignitate apostolica mandaremus. Licet autem clericus ipse quem per dilectum filium magistrum Petrum, archidiaconum Bruliensem in ecclesia Agennensi, socium dilecti filii magistri Michaelis, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, examinari fecimus diligenter, inventus fuerit in litteratura competenter ydoneus ad beneficium ecclesiasticum obtinendum, quia tamen nobis non constitit de vita et conversatione ipsius, discretioni tue mandamus quatinus circa vitam et conversationem ipsius clerici inquisitione diligenti premissa, si eum vite laudabilis et honeste conversationis esse reppereris, et alias non sit beneficiatus aliudque canonicum non obsistat, faciens eum per te vel per alium in seculari ecclesia sancti Aniani in Bituria recipi in canonicum et in fratrem, ei de prebenda spectante ad collationem dilectorum filiorum . . prioris, et capituli ejusdem ecclesie, si qua ibidem vacat ad presens vel quam primum ad id se facultas obtulerit, dummodo, sicut asseritur, non direximus inibi pro alio scripta nostra, auctoritate nostra per te vel per alium providere procures, inducens ipsum in corporalem possessionem ipsius et defendens inductum. Non obstante, etc. — Contradictores, etc. — Volumus autem quod omnes littere a sede apostolica et ejus legatis obtente nec non et promissiones et obligationes a quibuscumque personis facte super ipsius clerici provisione, omni careant robore firmitatis et

quod idem clericus, prout requiret onus prebende de qua sibi duxeris providendum, in dicta ecclesia personaliter resideat et se faciat statutis temporibus ad ordines promoveri : alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Datum apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio. »

**1142** Orvieto, 12 octobre 1263.

Episcopo Autisiodorensi mandat ut, inquisitione de moribus praehabita, magistrum Regnaudo de Sancto-Prisco de aliquo beneficio ad collationem abbatissae s. Juliani spectante provideat. (Reg. 29, fol. 77 v°, n° 191.)

« . . *episcopo Autisiodorensi.* Constitutus in presentia nostra dilectus filius magister Regnaudus de Sancto-Prisco, pauper clericus tue diocesis, nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse nullum sit, ut asserit, ecclesiasticum beneficium assecutus, nisi quoddam adeo tenue quod de ipso commode sustentari non potest, provideri sibi, dictum beneficium resignare parato, de consueta benignitate sedis apostolice mandaremus. Licet autem clericus ipse, quem per dilectum filium magistrum Petrum, archidiaconum Bruliensem in ecclesia Agennensi, dilecti filii magistri Michaelis sacrosancte Romane ecclesie vicecancellarii socium, diligenter examinari fecimus, inventus fuerit in litteratura competenter ydoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, tamen, quia nobis de vita ipsius et conversatione non constitit, fraternitati tue mandamus quatenus, circa vitam et conversationem ejusdem clerici inquisitione diligenti premissa, si eum vite laudabilis et honeste conversationis esse reppereris, et alias non sit beneficiatus aliudque canonicum non obsistat, ei de aliquo ecclesiastico beneficio competenti, secundum probitatis sue merita, cum cura vel sine cura, ad collationem vel presentationem . . abbatisse sancti Juliani Autisiodorensis, ordinis sancti Benedicti, dummodo de beneficiis ad ejusdem abbatisse collationem seu presentationem spectantibus nulli alii mandaverimus provideri, si in tua vel alia civitate aut diocesi vacat ad presens, vel quam primum, etc., auctoritate nostra per te vel per alium providere procures, inducens ipsum in corporalem possessionem ipsius et defendens inductum, ac faciens ipsum ad illud, si in collegiata ecclesia fuerit, postquam de ipso vacante sibi provisum fuerit, in canonicum recipi et in fratrem. Non obstante, etc., usque specialis. Contradictores, etc. Mandatum nostrum taliter impleturus —. Nos enim decernimus irritum et inane, si quid de beneficio hujusmodi contra mandatum nostrum contigerit attemptari. Volumus autem quod eo ipso beneficium vacet predictum, quo dictus clericus aliud auctoritate presentium pacifice fuerit assecutus, et quod idem clericus, prout requiret onus beneficii de quo sibi providendum duxeris, se faciat statutis temporibus ad ordines promoveri et personaliter resideat in eodem ; alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti, quodque omnes alie littere ab apostolica sede vel ejus legatis obtente, nec non promissiones et obligationes a quibuscmque facte super ejusdem clerici provisione omni robore careant firmitatis. Datum apud Urbemveterem, IV idus octobris, anno tertio. »

**1143** Orvieto, 1^er^ novembre 1263.

Hugoni de Faugere, clerico Pictavensis diocesis, canonicatum et praebendam in ecclesia s. Radegundis Pictavensis confert. (Reg. 29, fol. 78, n° 192.)

« *Hugoni de Faugere, clerico Pictavensis diocesis.* Personam tuam paterna —. Datum apud Urbemveterem, kalendis novembris, anno tertio. »

**1144** Orvieto, 28 octobre 1263.

Archidiacono Tricastrino, capellano apostolico, mandat quatenus magistrum Petrum dictum *Nathalem,* clericum Lemovicensis diocesis, in ecclesia s. Aredii, Lemovicensis diocesis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 78, n° 133.)

« *Archidiacono Tricastrino, capellano nostro.* Manum apostolice provisionis —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas novembris, anno III°. »

**1145** Orvieto, 2 novembre 1263.

Capitulo s. Thomae, Argentinensis diocesis, licentiam concedit recipiendi in canonicum Johannem, natum Nicolai dicti *Zorn.* (Reg. 29, fol. 78 v°, n° 194.)

« . . *decano, et capitulo ecclesie sancti Thome, Argentinensis diocesis.* Supplicastis nobis per —. Datum apud Urbemveterem, v nonas novembris, anno tertio. »

**1146** Orvieto, 5 novembre 1263.

Magistro Conrado indulget ut ecclesiam s. Mariae in Confluentia, curam animarum habentem annexam, una cum canonicatu et praebenda in ecclesia s. Castoris ejusdem loci licite retinere valeat. (Reg. 29, fol. 78 v°, n° 195.)

« *Magistro Conrado, plebano ecclesie s. Marie in Confluentia, Treverensis diocesis.* Apostolice sedis benignitas —. Datum apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio. »

**1147** Orvieto, 16 novembre 1263.

Abbati s. Truperti, Constanciensis diocesis, mandat ut Jacobo de Novo-Castro, pauperi clerico, in ecclesia Lucerbacensi, Basiliensis diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 78 v°, n° 196.)

« . . *abbati monasterii s. Truperti, Constanciensis diocesis.* Constitutus in presencia —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas decembris, anno tertio. »

**1148** Orvieto, 4 novembre 1263.

Priori de Manso, Agennensis diocesis, mandat quatenus Johanni Cosserii proventus beneficiorum per triennium ministrari faciat. (Reg. 29, fol. 78 v°, n° 197.)

« . . *priori de Manso, Agennensis diocesis.* Clericis scolasticis —. Cum igitur, sicut dilectus filius Johannes Cosserii, subdiaconus archipresbyter de Monte-Andronis, Xanctonensis diocesis, asserit, ad juris canonici studium desideret se transferre, nos, venerabilis fratris nostri . . Albanensis episcopi, pro ipso J. nobis supplicantis, obtentu, volentes favorabiliter prosequi suum in hac parte affectum, ut per triennium in predicto studere jure in loco sollempnis studii valeat, ac interim, dummodo in quatuor temporibus proxime quadragesime se faciat ad diaconatum promoveri, proventus archipresbyteratus sui de Monte-Andronis et ecclesie sancti Medardi de Jalesio, Burdegalensis diocesis, quos ex dispensatione apostolica, ut proponit, obtinet, cum integritate percipere, et ad suscipiendum presbiteratus ordinem ac personalem in eisdem archipresbiteratu et ecclesia residentiam faciendam compelli a quoquam non possit, dummodo in eis faciat per ydoneos vicarios deserviri, constitutione provinciali vel synodali seu alia contraria non obstante, aut si venerabilibus fratribus nostris . . Burdegalensi archiepiscopo, et episcopo Xanctonensi a sede apostolica sit indultum quod rectores et clericos ecclesiarum suarum, civitatum et diocesium possint compellere ad suscipiendos superiores ordines et faciendam in ipsis ecclesiis residentiam personalem. Non obstantibus, etc. — Quocirca discretioni tue mandamus quatenus eidem Johanni predictos proventus, juxta hujusmodi concessionis nostre tenorem, per te vel per alium facias exhiberi. Contradictores auctoritate nostra, etc. Datum apud Urbemveterem, II nonas novembris, anno tertio. »

**1149** Orvieto, 12 novembre 1263.

Magistro Bernardo de Senis praeposituram Senensis ecclesiae per mortem quondam Burgarelli vacantem confert. (Reg. 29, fol. 79, n° 198.)

« *Magistro Bernardo de Senis, canonico Senensi, capellano nostro.* Clara tue probitatis —. Datum apud Urbemveterem, II idus novembris, anno tertio. »

**1150** Orvieto, 3 novembre 1263.

Plebano ecclesiae s. Simeonis de Venetiis nonnullas ordinationes de plebe secularis ecclesiae s. Augustini de Venetiis committit executioni mandandas. (Reg. 29, fol. 79, n° 199.)

« *Plebano ecclesie sancti Symeonis prophete de Venetiis.* Olim, sicut accepimus, dilecto filio Nicolao de plebanatu plebis secularis ecclesie sancti Augustini de Venetiis ac ecclesie sancti Salvatoris, ordinis sancti Augustini, loci ejusdem, regimine evocato, nos dictum Nicolaum intendentes prosequi gratia speciali, sibi plebanatum ejusdem plebis usque ad unum annum conputandum extunc duximus reservandum, inhibentes per nostras litteras clericis ipsius plebis ne ad electionem futuri plebani procederent, ac plebanatum ipsum donationi apostolice reservantes decrevimus irritum et inane si secus de ipso contingeret attemptari. Verum, quia dilectum filium Andream Calsonum, plebanum ecclesie sancti Hermachere de Venetiis, nepotem dilecti filii nobilis viri Laurentii Theopuli, nati quondam Jacobi Theopuli, ducis Venetorum, benivolentia paterna prosequimur, volentes quod favorem apostolicum sibi sentiat gratiosum, discretioni tue

mandamus quatinus plebanatum dicte plebis sancti Augustini, predicte reservationis eidem priori facte anno finito, memorato Andree auctoritate nostra conferas et assignes, inducens eum in illius possessionem per te vel per alium et defendens inductum, non obstantibus reservatione, inhibitione ac decreto predictis seu quod idem Andreas alias beneficiatus existit. Contradictores, etc., usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, III nonas novembris, anno tertio. »

**1151** Orvieto, 12 novembre 1263.

Abbatem de Rofeno et plebanum de Bezone, Aretinae et Senensis diocesium, praedicti privilegii executores constituit. (Reg. 29, fol. 79 v°. n° 200.)

« .. *abbati de Rofeno, et.. plebano de Bezone, Aretine et Senensis diocesium.* Clara probitatis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, II idus novembris, anno tertio. »

**1152** Orvieto, 12 novembre 1263.

Episcopo Aurelianensi mandat quatenus, obtentu ipsius episcopi et J., ss. Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, Egidio presbytero, capellano ejusdem cardinalis, rectori s. Petri in Semita-lata Aurelianensi de canonicatu et praebenda in ecclesiis s. Petri virorum vel s. Aviti Aurelianensibus provideat. (Reg. 29, fol 79 v°, n° 201.)

« .. *episcopo Aurelianensi.* Per tuas nobis —. Datum apud Urbemveterem, II idus novembris, anno tertio. »

**1153** Orvieto, 13 novembre 1263.

Decano Virdunensi mandat ut Durandum Virdunensem, pauperem clericum, in ecclesia s. Crucis Virdunensis in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 79 v°, n° 202.)

« .. *decano Virdunensi.* Cum favorem devotio —. Cum itaque dilectus filius Durandus, Virdunensis pauper clericus, nobis exhibuerit se devotum et, cum preessemus ecclesie Virdunensi, gratum nobis impenderit famulatum, nos, ipsum volentes gratia prosequi et favore, discretioni tue mandamus quatinus eundem D. nullum, ut asserit, ecclesiasticum beneficium assecutum, in ecclesia sancte Crucis Virdunensis per te vel per alium auctoritate nostra recipi facias in canonicum et in fratrem et ei de prebenda, si qua in ecclesia ipsa vacat ad presens vel quam primum ad id obtulerit se facultas, provideas vel facias provideri, non obstante statuto —, aut si dilectis in Christo filiabus .. abbatisse, et conventui sancti Mauri Virdunensis, ordinis sancti Benedicti, ad quas canonicorum institutio et prebendarum collatio in eadem ecclesia pertinent, a sede apostolica sit indultum quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, quodque ad id compelli, excommunicari, suspendi vel interdici per litteras sedis ejusdem non possint que de indulto hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem vel qualibet ipsius sedis indulgentia per quam hujusmodi nostre provisionis gratia impediri valeat vel differi. Contradictores —. Datum apud Urbemveterem, idus novembris, anno tertio. »

**1154** Orvieto. 12 novembre 1263.

Scolastico ecclesiae Palatiolensis, Treverensis diocesis, et Cononi de Arlo, canonico Treverensi, mandat ut certam ordinationem de praebendis a canonicis s. Floriani in Confluentia, Treverensis diocesis, edictam, irritam nuntient. (Reg. 29, fol. 79 v°, n° 203.)

« .. *scolastico ecclesie Palatiolensis, Treverensis diocesis, et Cononi de Arlo, canonico Treverensi.* Ad audientiam nostram non sine admiratione pervenit quod.. prepositus,.. decanus, et capitulum ecclesie sancti Floriani in Confluentia, Treverensis diocesis, contra statutum de certo canonicorum numero ipsius ecclesie juramento firmatum, temere venientes, in odium quorundam pauperum et etiam aliquorum clericorum ydoneorum provisiones suas in eadem ecclesia per litteras apostolice sedis prosequentium, motu proprio statuerunt quod duo et duo canonicorum ipsius ecclesie vocem in capitulo ejus habentium unum pro sua voluntate nominare valerent, ac dicti prepositus, decanus et capitulum ad quos canonicorum institutio et collatio prebendarum ibidem pertinet, nominatos hujusmodi tenerentur recipere in canonicos et in fratres, de hiis observandis prestito nichilominus juramento. Porro jamdicti prepositus, decanus et capitulum, hujusmodi temerarii statuti pretextu, quamplures eorum consanguineos et affines, nullis prebendis vacantibus in predicta ecclesia, in canonicos receperunt, quorum quidam minoris etatis, aliqui vero ydiote, nonnulli etiam minus ydonei prorsus existunt. Iidem quoque prepositus, decanus et capitulum quosdam divites et potentes ex eis quos taliter receperunt, in prebendis

quas in ipsa ecclesia vacare contingit, pro eo instituere propria temeritate presumunt ut, divitibus et potentibus ipsis eas propter impotentiam predictorum pauperum et ydoneorum clericorum violenter detinentibus, recepti prefati per eos illis leviter in prebendarum ipsarum assecutione succedant, dictis pauperibus et ydoneis clericis in ipsa ecclesia remanentibus omnino provisione fraudatis. Cum autem nostri appositione consilii super premissis deceat salubriter provideri, discretioni vestre mandamus quatinus tam dictum statutum quam receptionem talium ipsius occasione presumptam, et quicquid ex eis factum est, auctoritate nostra per vos vel alios seu alium in irritum revocantes et denuntiantes penitus non tenere, predictos de novo in ecclesia ipsa receptos exinde penitus amovere curetis, nec aliquos ibidem, occasione ipsius statuti nepharii, de cetero in canonicos recipi permittatis, non obstante si aliqui ex eisdem de novo receptis super hujusmodi receptione sua in forma communi litteras confirmationis a sede apostolica impetrasse dicuntur, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Nos enim nichilominus decernimus irritum et inane quicquid super premissis secus fuerit attemptatum. Quod si non ambo hiis exequendis potueritis interesse, alter etc., usque exequatur. Datum apud Urbemveterem, II idus novembris, anno tertio.

**1155** Orvieto, 5 novembre 1263.

Electo Brandeburgensi mandat ut Lambertum de Juterbuc, pauperem clericum, in possessionem ecclesiae de Salmanstorph mittat. (Reg. 29, fol. 80, n° 204.)

« .. *electo Brandeburgensi*. Dilectus filius Lambertus de Juterbuc, pauper clericus Brandeburgensis diocesis, nobis exposuit quod Conradus de Rodenstorph presbiter, qui pro rectore ecclesie de Salmanstorph, diocesis predicte, se gerit, de presbitero genitus et soluta, non obtenta dispensatione super hujusmodi suorum defectu natalium ab apostolica sede, dictam ecclesiam, cui cura est animarum annexa, illicite detinere presumit, in anime sue periculum, ejusdem ecclesie detrimentum non modicum et scandalum plurimorum. Quare dictus clericus humiliter petebat a nobis ut, cum ipse nullum beneficium ecclesiasticum sit adeptus, sibi de dicta ecclesia, cujus proventus valorem annuum octo marcarum argenti, sicut asserit, non excedunt, provideri, presbitero prefato amoto exinde, mandaremus. Cum autem clericus ipse per dilectum filium magistrum Petrum, archidiaconum Bruliensem in ecclesia Agennensi, diligenter examinatus fuerit et competenter in litteratura inventus ydoneus ad beneficium ecclesiasticum obtinendum, nos, eum pia benivolentia prosequentes, discretioni tue mandamus quatinus, si quod de presbitero ipso super premissis asseritur, veritate fulcitur, eum ab ecclesia ipsa, prout justum fuerit, amovere procures, eamque postmodum prefato clerico, si sit laudabilis conversationis et vite, nec aliquod beneficium habeat aliudque sibi canonicum non obsistat, per te vel per alium auctoritate nostra conferas et assignes, faciens eum pacifica ipsius ecclesie possessione gaudere, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum quod suspendi vel interdici aut excommunicari non possint per ipsius sedis litteras non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem, ita tamen quod dictus clericus se ad omnes ordines, statutis temporibus, faciat promoveri et in ecclesia ipsa residentiam faciat personalem; alioquin hujusmodi collatio et assignatio quas ei de dicta ecclesia fieri contigerit, nullius penitus sit momenti. Volumus autem quod omnes alie littere ab apostolica sede vel ejus legatis obtente, necnon promissiones et obligationes a quibuscunque facte super ejusdem clerici provisione, omni robore careant firmitatis. Datum apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio. »

**1156** Orvieto, 17 novembre 1263.

Episcopo Meldensi mandat ut domum de Bellavalle, Suessionensis diocesis, Petro de Voysiri ab abbate et conventu monasterii Silvae Majoris, Burdegalensis diocesis, collatam, eidem Petro confirmet. (Reg. 29, fol. 80, n° 205.)

« .. *episcopo Meldensi*. Exposuit nobis dilectus filius Petrus de Voysiri, clericus, quod dilecti filii .. abbas, et conventus monasterii Silve Majoris, ordinis sancti Benedicti, Burdegalensis diocesis, domum de Bellavalle, Suessionensis diocesis, ad dictum monasterium pertinentem, quam prius dilecto filio nobili viro Edwardo, primogenito carissimi in Christo filii nostri H., illustris regis Anglie, usque ad certum temporis spatium concedendam duxerant, dicto clerico usque ad idem tempus, de voluntate ipsius E., sub certis conditionibus concesserunt, prout in litteris inde confec-

tis. venerabilis fratris nostri.. archiepiscopi Burdegalensis, ac .. abbatis, et conventus et E. predictorum sigillis munitis, quarum tenorem in litteris dilecti filii abbatis sancte Genovefe Parisiensis, ejus sigillo signatis, contentum, presentibus de verbo ad verbum inseri fecimus, plenius continetur, qui talis est :

« *Universis presentes litteras inspecturis, B., Dei miseratione abbas totusque conventus monasterii Silve Majoris, Burdegalensis diocesis, salutem in Domino sempiternam.* Noveritis quod, cum nos, considerata affectione, quam vir magnificus dominus Edwardus, illustris regis Anglie primogenitus, habet et habuit erga nos et monasterium nostrum, considerata quoque utilitate que monasterio nostro ex ipso obvenit, et, concedente Domino, obveniet in futurum, consensu unanimi et voluntate concordi, domum nostram de Bellavalle, Suessionensis diocesis, cum pertinentiis suis, eidem concessissemus et donavissemus usque ad viginti quinque annos, volentes nichilominus eidem facere gratiam specialem, ad ejus preces et instantiam, domum predictam, cum pertinentiis suis, Petro de Voysiri clerico concedimus et donamus, volentes et concedentes quod ipse clericus ad viginti quinque annos continuos et completos domum predictam, cum pertinentiis suis, habeat et teneat et fructus ex ea et pertinentiis suis percipiat, et de ipsis disponat et disponere possit usque ad tempus predictum, prout sibi videbitur expedire. Ipse vero tenebitur duobus monachis presbiteris, qui ibidem in spiritualibus deservient sibi concedendis a nobis, per totum tempus predictum necessaria ministrare; bona quoque ipsius domus immobilia ipse alienare non poterit nec obligare vel ascensare, ita quod censa vel obligatio ultra tempus producantur predictum, et, predicto tempore completo, ipse teneatur nobis reddere domum predictam, cum pertinentiis suis, non magis oneratam debitis, quam presenti existat, nec non nobis teneatur solvere annis singulis per predictum tempus, in prima die maii, quinquaginta libras turonen. apud domum predictam, quas ipsa domus nostro monasterio solvere consuevit. Ipse quoque dominus Edwardus, in recompensationem donationis predicte, nobis dedit et donavit perpetuo viginti libras burdegalenses annui redditus, de quibus nos plene et perfecte pacatos habemus. Dictus vero Petrus, infra predictum tempus, poterit, quandocumque voluerit in morte vel in vita, in predicta domo usque ad tempus residuum alium clericum substituere loco sui, pactis supradictis et conventionibus integre observandis. In quorum testimonium, sigilla nostra una cum sigillo reverendi patris P., Dei gratia Burdegalensis archiepiscopi, et domini Edwardi predicti presentibus duximus apponenda. Datum v nonas martii, anno Domini M°CC°LXII°. »

Quare prefatus clericus nobis humiliter supplicavit ut concessionem hujusmodi de dicta domo factam eidem confirmare de benignitate apostolica curaremus. Quocirca fraternitati tue mandamus quatenus, si est ita, concessionem ipsam, postquam nominatus E. renuntiaverit juri ei competenti ex concessione dictorum abbatis et conventus de prefata domo, ut predicitur, sibi facta, auctoritate nostra studeas confirmare, proviso quod consuetus numerus monachorum in eadem domo propter hoc nullatenus minuatur. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas decembris, anno tertio. »

**1157** Orvieto, 31 octobre 1263.

Priori s. Romani Ferrariensis mandat quatenus Odericum, decanum Feltrensem, clericum marchionis Estensis, cujus proventus ecclesiastici summam decem marcarum argenti annis singulis non excedunt, in plebe de Arco, Tridentinae diocesis, in clericum recipi faciat eique de beneficio provideat. (Reg. 29, fol. 80 v°, n° 206.)

« *Priori s. Romani Ferrariensis.* Devotorum ecclesie merita —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas novembris, anno tertio. »

**1158** Orvieto, 17 novembre 1263.

Bertolino Tabernarii annuum redditum in castro Carpi percipiendum assignat. (Reg. 29, fol. 80 v°, n° 207.)

« *Nobili viro dilecto filio Bertolino Tabernarii, civi Parmensi.* Sedis apostolice circumspecta —. Sane in nostra constitutus presentia retulisti quod, licet felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, dilecto filio nostro O., sancte Marie in Via lata diacono cardinali, tunc in illis partibus apostolice sedis legato, suis sub certa forma dedisset litteris in mandatis ut tibi, qui propter devotionis promptitudinem ac fidei puritatem, quas erga Romanam ecclesiam intrepido animo servavisti, bonorum dampna et quamplurium odium incurreras, in quadraginta unciis auri in aliquibus terris et locis regni Sicilie, quoad viveres, faceret provideri, quia tamen Manfredus, quondam princeps Tarentinus, ejusdem ecclesie adversarius manifestus, ad regnum ipsum temerarias manus ex-

tendens, illud occupatum detinere presumit, nullum ex predictis litteris commodum es adeptus, super quod apostolice providentie remedium implorasti. Nos igitur, qui ad personam tuam benivolentiam paternam gerimus, affectantes quod ex hujusmodi tue devotionis ac fidei studiis retributionis alicujus gratiam percepisse leteris, tuis supplicationibus inclinati, annuum redditum centum librarum imperialium, qui ecclesie predicte debetur in castro Carpi, Mutinensis diocesis, percipiendum a te usque ad nostre voluntatis beneplacitum, tibi donamus, concedimus et conferimus de gratia speciali. Nulli ergo nostre donationis, concessionis et collationis etc. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas decembris, anno tertio. »

**1159** Orvieto, 17 novembre 1263.

Jacobum Grossum praedictae concessionis executorem constituit. (Reg. 29, fol. 80 v°, n° 208.)

« *Jacobo Grosso, canonico Parmensi.* Sedis apostolice etc —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas decembris, anno tertio. »

**1160** Orvieto, 12 novembre 1263.

Ordinationem de ecclesia b. Martini de Campellis in Bria ab episcopo Parisiensi factam confirmat. (Reg. 29, fol. 81, n° 209.)

« *R., episcopo Parisiensi.* Circa divini cultus, etc. usque roboramus. Sane presentata nobis tue petitionis series continebat quod, cum olim ecclesia beati Martini de Campellis in Bria, tue diocesis, in qua prebendarum collatio, canonicorum ordinatio, institutio, correctio et reformatio ad te pertinent, ad tantam desolationem devenisset quod in ea in qua erat numerus viginti duarum prebendarum et totidem canonicorum, preter prebendam quam monasterium sancti Victoris Parisiensis ibidem obtinet, cujusque proventus valori fructuum duarum aliarum prebendarum ipsius ecclesie comparantur, vix tres aut quatuor possent residentes canonici reperiri, tum pro eo quod cotidiane destributiones que solum assignabantur inibi residentibus, nimis erant tenues et exiles utpote que residenti canonico ultra centum solidos parisienses annis singulis non valebant, tum quia nonnulli canonicorum ipsorum in cathedrali vel aliis ecclesiis beneficia obtinentes, asserebant se munitos certis indulgentiis ac privilegiis apostolicis, quod, non obstante statuto de facienda in dicta ecclesia beati Martini residentia personali juramento, vel alia quacumque firmitate vallato, fructus prebendarum suarum ipsius ecclesie integre possent percipere, dummodo in aliis ecclesiis, in quibus beneficia hujusmodi obtinebant residere curarent, tum etiam quia diversas alias causas fingebant et adinveniebant fraudulenter, propter quod eadem ecclesia debitis fraudabatur obsequiis, ac circa spiritualia et temporalia detrimentis gravibus subjacebat, tu oportunum in hac parte affectans remedium adhiberi, post diversas monitiones super hujusmodi residentia factas canonicis memoratis, ac diligentem tractatum habitum cum aliquibus eorum, qualiter eidem ecclesie super hoc possit salubrius provideri, una cum eis deliberatione provida condixisti ut de corpore cujuslibet prebende ipsius ecclesie dimidius modius bladi, qui *ybernagium* vulgariter dicitur, annis singulis, subduceretur, et ille ac tria parva molendina ejusdem ecclesie in quibus quilibet predictorum canonicorum percipiebat quatuor sextaria bladi vel circiter annuatim, predictis distributionibus que ministrarentur tantum residentibus ac ibidem personaliter Deo servientibus, annecterentur perpetuo ut sic facilius possent inveniri ministri ydonei, qui vellent et possent in dicta ecclesia divinis obsequiis immorari. Demum quoque te a nobis suppliciter postulante ut nos de qualibet predictarum prebendarum dimidium modium ybernagii supradicti subtrahi facientes, ipsum cum prefatis molendinis predictis distributionibus in perpetuum annectere dignaremur, nos, ad tue supplicationis instantiam, tibi faciendi premissa juxta hujusmodi deliberationem tuam nec non et contradictores et rebelles super hoc per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendi, liberam per nostras concessimus litteras facultatem. Sane tu, presbiterorum communicato consilio ac ecclesie sepefate sancti Martini evidenti utilitate pensata, ut de corpore uniuscujusque prebende ipsius ecclesie prefatus dimidius modius ybernagii prelibati anno quolibet subducatur, qui ac memorata tria parva molendina supradictis exilibus distributionibus, que dantur canonicis tantum in ipsa ecclesia residentibus ac Deo personaliter inibi obsequentibus, in perpetuum applicentur, secundum deliberationem premissam, auctoritate concessionis hujusmodi statuisti, prout in patentibus litteris tuis inde confectis tuoque sigillo munitis plenius dicitur contineri. Nos itaque tuis precibus

annuentes, quod per te super hoc provide factum est, ratum habentes et firmum, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, etc —. Datum apud Urbemveterem, idus novembris, anno tertio. »

**1161** 20 novembre 1263.

Instrumentum obligationis quo tenetur dominus Bertolinus, civis Parmensis, ad beneplacitum domini pape, dimittere annuum redditum centum librarum imperialium sibi concessum [1]. (Reg. 29, fol. 81 v°, n° 209.)

« In Dei nomine, amen. Anno M°CC°LXIII°, xii kalendas decembris, indictione vii, pontificatus vero domini Urbani pape IIII, anno tertio, per presentem paginam appareat omnibus evidenter quod, cum felicis recordationis dominus Alexander papa IIII venerabili patri domino Octaviano, sancte Marie in Via lata diacono cardinali, tunc in regno Sicilie apostolice sedis legato, suis dederit [2] litteris in mandatis ut idem legatus nobili viro domino Bertolino Tabernerii, civi Parmensi, propter gravia dampna que passus idem nobilis fuerat in regno predicto, et propter devotionis promptitudinem ac fidei puritatem quas erga Romanam ecclesiam intrepida mente servaverat, in quadraginta uncias auri, in aliquibus terris et locis regni predicti, quoad viveret, faceret provideri, quia tamen dominus Manfredus, quondam princeps Tarentinus, dictum regnum detinet occupatum, idem nobilis ex predictis litteris nullum est commodum assecutus, sanctissimus pater dominus Urbanus papa IIII, volens in hac parte indempnitati ejusdem nobilis providere, annuum redditum centum librarum imperialium, qui in castro Carpi, Mutinensis diocesis, ecclesie Romane debetur, percipiendum ab ipso usque ad ipsius domini beneplacitum voluntatis, concessit, sicut in ejusdem domini pape litteris continetur, et prefatus nobilis legitima stipulatione promisit venerabili viro domino Petro, archidiacono Senonensi, domini pape camerario, stipulanti et recipienti vice et nomine predicti domini pape et ecclesie Romane, et ad sancta Dei evangelia juravit quod, quandocumque idem nobilis per ipsum dominum papam aut ejus nuntium seu litteras requisitus fuerit, dictum redditum libere et absolute dimittet, et litteras super hoc sibi concessas restituet, nec propter hoc homines dicti castri gravabit nec gravari permittet vel in aliquo molestari. Que omnia et singula supradicta dictus nobilis eadem stipulatione promisit dicto domino camerario recipienti nomine predicti domini pape et ecclesie Romane, coram venerabili patre domino Octobono, sancti Adriani diacono cardinali, et in presentia mei Bassi, notarii, et testium subscriptorum predicta omnia et singula facere et inviolabiliter observare sub pena dupli quantitatis predicte, se ipsum nobilem et omnia bona sua, mobilia et immobilia, presentia et futura, eidem domino camerario recipienti pro dicto domino papa et ecclesia Romana et camera ejusdem domini, propter hoc specialiter obligando, et pena predicta soluta vel non soluta, contractus iste et cetera que dicta sunt, in sui maneant roboris firmitate. Ad majorem autem cautelam et in testimonium hujus rei, predicti dominus cardinalis et Bertolinus presenti instrumento eorum sigilla fecerunt apponi etc. Actum apud Urbemveterem, presentibus domino Bonifatio de Canosa, potestate Urbevetano et marescallo curie domini pape; domino Wiscardo de Petrasancta, rectore Patrimonii in Tuscia; domino Bernardo de Magreda, socio dicti marescalli; Guillelmo de Coppa, hostiario domini pape; Romano, familiari domini Symonis cardinalis; et Pagano, familiari dicti domini Octoboni cardinalis testibus. Et ego Bassus, filius quondam domini Roberti, apostolica auctoritate et nunc camere ejusdem notarius, quia hiis predictis interfui, rogatus scripsi et publicavi. »

1. Ce résumé est donné par le Registre.

2. Ms : *dederis.*

**1162** Orvieto, 19 septembre 1263.

Abbati monasterii de Pelys, Cisterciensis ordinis, custodi ecclesiae Albensis, Vesprimiensis diocesis, ac priori provinciali fratrum Praedicatorum Ungariae inquisitionem committit de moribus et gestis Quinqueecclesiensis episcopi gravi infamia laborantis. (Reg. 29, fol. 81 v°, n° 211.)

« .. *abbati monasterii de Pelys, Cisterciensis ordinis, et custodi ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, ac .. priori provinciali fratrum Predicatorum Ungarie.* Ad felicitatem et —. Sane debitum hujusmodi duplicis officii felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, circa Job, episcopum Quinqueecclesiensem, exsolvens, insolentias et crimina super quibus delatus fuerat apud eum, per severitatem sedis ejusdem, pietate conditam, maluit corrigi quam cum utriusque salutis periculo per dilectionem odibilem divino judicio in plurimorum scandalum reservari. Significarunt qui-

dem nobis venerabilis frater noster .. archiepiscopus Strigoniensis, suo et abbatum, prepositorum, plebanorum et multorum aliorum prelatorum et clericorum Strigoniensis provincie nomine, ac dilecti filii Buza, archidiaconus de Osceag in ecclesia Quinqueecclesiensi, Tristanus cantor, magister Georgius, Salomon et Petrus presbyteri ac alii canonici Quinqueecclesienses adherentes eisdem, nec non magister Andreas, prepositus ecclesie sancti Johannis Quinqueecclesiensis, quod idem predecessor noster, intellecto quod episcopus ipse famam suam diversis sceleribus commaculare non metuens, presumptione dampnabili dehonestabat in multis episcopalis eminentie dignitatem, ita quod conversum erat in tenebras lumen ejus, et oculi sui solum ad ima demissi nullatenus superioris [aeris][1] beneficium admittebant, et quod idem notabiliter laborabat incontinentie vitio, fornicationes, adulteria et incestum, etiam scienter, cum matre et filia et duabus sororibus et interdum in cymiterio ipsius ecclesie committendo, se nexibus nimie cupiditatis involvens, non vitabat labe pollui symonie, sacros ordines et beneficia symoniace conferendo, divini nichilominus timoris expers et inscius non plus horrebat irretiri perjuriis quam si esset licitum nomen in vanum assumere Dei sui, ac variis ligatus majorum excommunicationum sententiis tam canonum quam ab homine promulgatis, quantum in eo erat presumebat profanare divina; et quod dilectum insuper filium .. abbatem monasterii Simigiensis, Vesprimiensis diocesis, capi fecerat ac eum manibus post tergum et pedibus sub ventre equi ligatis et freno ori ejus imposito, ignominiose tractari et carceri mancipari, ac quod ipse super homicidiis et aliis maleficiis que plerumque perpetrat, coram karissimo in Christo filio nostro .. illustri rege Ungarie, sepius accusatus per duellum interdum oblatum ab eo, et aliquando susceptum se purgare presumpserat, contra canonicas sanctiones, et sepius in hujusmodi purgatione defecit, quodque ipse diversis aliis criminibus irretitus que divinam majestatem offendunt et homines scandalizant, bona Quinqueecclesiensis ecclesie dilapidabat enormiter et etiam consumebat, bone memorie .. Strigoniensi archiepiscopo, ejusque collegis inquisitionem faciendam super hiis contra eundem episcopum per suas sub certa forma duxit litteras committendam. Verum, quia dictus episcopus, hujusmodi negotio jam incepto, fecit promotores ipsius negotii eisdem litteris et etiam beneficiis que in dicta Quinqueecclesiensi ecclesia obtinebant, spoliari, propter quod in eodem negotio non potuit haberi processus, pro parte archiepiscopi et aliorum predictorum fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum episcopus ipse, in profundum vitiorum demersus, non solum continuet suos hujusmodi pravos actus, verum etiam eis deteriores accumulet, providere super hoc de consueta circumspectione sedis apostolice dignaremur. Quoniam igitur nos, dicto predecessori nostro sicut in apostolatus ministerio sic et salubri de subditorum nostrorum emendatione desiderio succedentes, ejus super hoc affectamus propositum adimplere, ne culpas subditorum ipsorum per dissimulationem odibilem nostras quodam modo, quod absit, efficere videamur, discretioni vestre in virtute obedientie mandamus quatinus ad ecclesiam Quinqueecclesiensem vel ad alia loca vicina de quibus videritis expedire, vos personaliter conferentes, et habentes pre oculis solum Deum, super premissis, si famam ipsius episcopi super hiis apud bonos et graves inveneritis esse lesam, et super aliis criminibus super quibus eum constiterit publice diffamatum, inquiratis sollicite veritatem, que inveneritis in scriptis redacta nobis per aliquem fidelem nuntium quantocius transmissuri, prefixo predicto episcopo termino peremptorio competenti, quo personaliter nostro se conspectui representet, facturus super hiis quod justitia suadebit. Porro, si idem episcopus fuerit inventus de dilapidatione suspectus, omne genus alienationis et mutui penitus interdicatis eidem: et si ipse in aliquos suos subditos excommunicationis sententiam promulgavit, ut per hoc forte reddat eos inhabiles ad ferendum in inquisitione hujusmodi testimonium veritati vel ad prosequendum dictum negotium, seu aliqua juramenta prestanda, relaxetis et restituatis eis beneficia supradicta, non permittentes eos vel alios canonicos ac personas predicte ecclesie, pendente predicte inquisitionis negotio, ipsius occasione negotii, ab eodem episcopo in personis vel bonis suis aliquatenus molestari, contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis; non obstante si dicto episcopo vel aliis aliquibus a sede sit indultum eadem quod excommunicari, suspendi vel interdici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, seu alia qualibet ipsius sedis indulgentia per quam effectus presentium impediri valeat vel differri, aut si tibi, fili .. prior, vel fratribus vestri ordinis a dicta sit sede concessum quod de causis vel negotiis inviti cognoscere minime tenea-

1. Une tache dans le ms. empêche de lire un mot.

mini que vobis a sede committuntur eadem. Quod si non omnes —. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas octobris, anno tertio. »

**1163** Orvieto, 9 novembre 1263.

Thesaurario ecclesiae s. Johannis Maguntini mandat quatenus Conrado de Helyeprimuensi, Herbipolensis diocesis, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, per archidiaconum Broliensem idoneo reperto, unam de duabus praebendis quae in ecclesia Wimpinensi, Warmaciensis diocesis, vacant et ad sedis apostolicae collationem, juxta Lateranensis statuta concilii, devolutae existunt, conferat et assignet. (Reg. 29, fol. 83 v°, n° 212.)

« *Thesaurario ecclesie s. Johannis Maguntini.* Dilectum filium Conradum —. Datum apud Urbemveterem, V idus novembris, anno tertio. »

**1164** Orvieto, 22 octobre 1263.

Magistro scolarum ecclesiae Engolismensis mandat quatenus Willelmo Helye de Monte-Leonis, clerico Xanctonensis diocesis, obtentu Willelmi, tituli s. Marci presbyteri cardinalis, de canonicatu et praebenda in ecclesia Engolismensi provideat. (Reg. 29, fol. 83 v°, n° 213.)

« *Magistro scolarum ecclesie Engolismensis.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, XI kalendas novembris, anno III°. »

**1165** Orvieto, 11 novembre 1263.

Scolastico Morinensi mandat ut omnes processus in causa inter Jacobum Travelouche et episcopum Atrebatensem exorta post appellationem ad sedem apostolicam, irritos nuntiet. (Reg. 29, fol. 83, n° 214.)

« . . *scolastico Morinensi.* Dilectum filium magistrum Jacobum, dictum *Travelouche*, subdiaconum et capellanum nostrum, canonicum ecclesie sancti Quintini, Noviomensis diocesis, meritorum suorum obtentu et consideratione karissimi in Christo filii nostri . . regis Francorum illustris, cujus clericus et familiaris existit, volentes prosequi prerogativa favoris et gratie specialis, super provisione ac receptione ipsius cappellani in Atrebatensi ecclesia, venerabili fratri nostro . . episcopo, et dilectis filiis capitulo Atrebatensibus sub certa forma per nostras litteras preces porrexisse dicimur et precepta, .. decano sancti Frambaldi Silvanectensis, sibi super hoc monitore primo, et postmodum magistro Johanne de Ulliaco, cancellario Belvacensi, executore concessis. Sane dicto episcopo ad quem collatio prebendarum in ecclesia ipsa pertinere dicitur, ex certis causis ab eodem cancellario ad sedem apostolicam appellante, nos hujusmodi negotium certis judicibus per litteras nostras sub certa forma duximus committendum. Dictus vero cancellarius, antequam eedem littere fuissent ipsis judicibus presentate, prebendam que vacavit in predicta ecclesia per mortem Mauritii de Argentolio, ipsius ecclesie canonici, dicto capellano auctoritate litterarum directarum ad eum, asseritur contulisse, propter quod idem episcopus iterato, prout fertur, ad sedem ipsam vocem appellationis emisit et super hoc ad judices ipsos alias a nobis litteras impetravit. Demum autem, predicto capellano in nostra presentia constituto et nobis humiliter supplicante ut hujusmodi collationem sibi factam per eundem cancellarium de dicta prebenda, robur firmitatis habere faceremus ac eum ipsius prebende pacifica possessione gaudere, dilectus filius magister Adam, decanus Lensensis, procurator dicti episcopi, pro eo proposuit quod id non debebat fieri, cum predicta collatio facta fuerit per eundem executorem, post appellationem ab eodem episcopo ad predictam sedem legitime interjectam, et coram eisdem judicibus negotio predicto pendente, propter quod predicta collatio nulla erat, et prefatus episcopus, ut idem decanus credebat, prebendam ipsam auctoritate ordinaria alii duxerat conferendam. Eodem itaque decano se pro ipso episcopo supplicationi ejusdem capellani opponente ac nobis tandem volentibus quieti dicti episcopi providere, et taliter ipsi deferre quod idem capellanus nostre gratie non frustraretur effectu, memoratus decanus, nostro beneplacito intellecto, ab hujusmodi oppositione et resistentia destitit nosque super premissis infrascripto modo providimus procedendum. Volumus namque inter alia quod, si collatio de dicta prebenda per prefatum episcopum facta extitit usque ad festum beati Johannis Baptiste proximo preteritum, ita quod de hujusmodi collatione non per litteras sed per probationes alias legitimas fiat fides, robur eadem collatio firmitatis haberet; et sepedictus capellanus ex tunc canonicatum predicte Atrebatensis ecclesie, cum plenitudine juris canonici, ac prebendam siqua tunc vacabat, ibidem quos extunc sibi contulimus et de quibus sibi providimus et eum per nostrum anulum investi-

vimus, obtineret in ecclesia supradicta. Alioquin primo vacaturam donationi apostolice reservavimus, sibi, cum eam vacare contingeret, conferendam, mandantes quod reciperetur in eadem ecclesia in canonicum et in fratrem, et tamquam frater et canonicus haberetur in omnibus et etiam tractaretur. Quod si dicta prebenda que fuit nominati Mauritii, per eundem episcopum usque ad predictum festum non extitit forte collata, nos ipsam eidem capellano, non obstante collatione ab eodem episcopo post idem festum facta, contulimus et eundem capellanum de ipsa similiter investivimus, sibi nichilominus de speciali gratia concedentes ut per hujusmodi nostram collationem quoad cotidianas distributiones ab ipso capellano percipiendas in posterum, idem jus sortiretur omnino quod habiturus fuisset si collatio per predictum executorem facta dicto capellano de prefata prebenda, sine contradictione memorati episcopi processisset. Ceterum voluimus et litterarum nostrarum auctoritate decrevimus episcopum ipsum, si receptioni predicti capellani aut super aliquo predictorum eidem capellano se duceret opponendum, a beneficiorum collatione tandiu eo ipso manere suspensum, donec ab hujusmodi oppositione omnino desisteret ac idem capellanus prebendam in dicta ecclesia esset pacifice assecutus, et nichilominus ipsi capellano jus in prelibata prebenda quam obtinuit supradictus Mauritius, si quod predicto capellano ante predictam nostram provisionem competebat et illud prosequi mallet, integrum duximus reservandum, etiam si dictus episcopus eandem prebendam que fuit ipsius Mauritii, ante dictum sancti Johannis forsitan contulisset. Sane, quia pretextu litterarum predictarum super hujusmodi appellationibus ad prefatos judices obtentarum, per eosdem judices sive subdelegatos eorum, antequam de ordinatione ipsa pervenisset ad eos, in dictum capellanum et in illos qui in hoc negotio adherebant eidem, diverse, ut dicitur, suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententie, ad instantiam ipsius episcopi, sunt prolate ac varii alii processus habiti contra eos, memoratus capellanus nobis humiliter supplicavit ut super hoc oportune provisionis remedium adhibere de benignitate solita curaremus. Cum igitur prelibatum negotium occasione cujus eedem sententie promulgate dicuntur ac ipsi processus fuisse habiti proponuntur, sit sententialiter, ut premittitur, terminatum, ne lites ex litis prime materia oriantur, omnes processus habitos et sententias latas, auctoritate predictarum litterarum super appellationibus ipsis impetratarum, et quicquid ex eis secutum est vel ob ipsas, postquam idem capellanus iter arripuit ad sedem apostolicam veniendi, tenore presentium revocamus, districte tibi mandantes quatinus eosdem processus et sententias, quos et quas decernimus viribus omnino carere, denunties per te vel alium, ubi et quando expedire videris, nullius existere firmitatis. Contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo. Datum apud Urbemveterem, III idus novembris, anno tertio. »

**1166** Orvieto, 24 novembre 1263.

Episcopo Agennensi mandat qualenus, a magistro Stephano de Biterris, canonico ecclesiae Vasatensis, de canonicatu et praebenda libera resignatione recepta, canonicatum et praebendam Guillelmo de Bedato, canonico ecclesiae de Manso, conferat. (Reg. 29, fol. 83 v°, n° 215.)

« .. *episcopo Agennensi*. Cum dilectus filius —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas decembris, anno tertio. »

**1167** Orvieto, 27 novembre 1263.

Bertrando, episcopo Uticensi, mandat ut de bonis episcopalibus redditum annuum triginta librarum tur. basilicae ab ipso episcopo fundatae assignare valeat. (Reg. 29, fol. 83 v°, n° 216.)

« *Bertrando, episcopo Uticensi*. Desideria devotorum de —. Lecta siquidem nobis tua petitio continebat quod tu, obtentu retributionis eterne, quandam honorabilem basilicam infra parrochiam ecclesie sancte Anastasie, tue diocesis, ad tuam mensam episcopalem spectantis, de tuis bonis propriis construens, religiosas personas, videlicet moniales ordinis sancti Augustini, pie ac provide in hujusmodi basilica collocasti. Cum autem tu paupertati compatiens earundem, de bonis tuis episcopalibus usque ad valorem annuum triginta librarum turonensium basilicam dotare cupias memoratam, maxime quia proventus episcopales mense multo magis ex possessionibus seu rebus aliis quas emisti, per tuam sunt industriam, prout asseris, augmentati, a nobis humiliter petivisti ut providere super hoc paterna diligentia curaremus. Nos itaque, obtentu venerabilis fratris nostri . . episcopi Sabinensis, qui propter hoc apostolicam gratiam imploravit, tuis supplicationibus annuentes, ut, veris existentibus supradictis, tu de predictis bonis episcopalibus, usque

ad hujusmodi valorem annuum redditum triginta librarum eidem basilice in perpetuum concedere, ac de hiis eam dotare valeas, si secundum Deum videris expedire, fraternitati tue auctoritate presentium concedimus facultatem. Datum apud Urbemveterem, v kalendas decembris, anno tertio. »

**1168** Orvieto, 22 novembre 1263.

Officiali Constantiensi mandat ut magistro Egidio, dicto *Brunel*, pauperi clerico, de quodam beneficio ad collationem abbatis et conventus Montisburgi, praefatae diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 84, n° 217.)

« .. *officiali Constantiensi*. Sua nobis dilectus filius magister Egidius, dictus *Brunel*, pauper clericus Constantiensis diocesis, petitione monstravit quod dudum felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, .. abbati et conventui monasterii Montisburgi, ordinis sancti Benedicti, prefate diocesis, sub ea forma secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis interdum scribere consuevit, per suas injunxerit litteras ut eidem clerico de aliquo ecclesiastico beneficio competenti, ad collationem eorum spectante et consueto clericis secularibus assignari, cum cura vel sine cura, si in Constantiensi civitate aut diocesi tunc vacabat vel quamprimum ad id se offerret oportunitas, providerent. Demum autem vacantibus aliquibus beneficiis que erant consueta hujusmodi secularibus clericis assignari et ad presentationem ipsorum abbatis et conventus spectabant, ac memorato magistro Egidio, qui credebat eosdem abbatem et conventum teneri ad providendum sibi de aliquo beneficiorum ipsorum per litteras supradictas, intimante prefato predecessori quod supradicti abbas et conventus ei, cum potuissent, de beneficio, juxta mandatum apostolicum, non curaverant providere, idem predecessor ipsis abbati et conventui quod procederent ad provisionem hujusmodi per iterata scripta dedit in virtute obedientie in preceptis, injuncto postea per alias suas litteras .. officiali Constantiensi, ut, si esset ita et dicti abbas et conventus, ab eodem officiali diligenter moniti, memorato clerico, quamcito facultatem haberent, providere negligerent pro sue libito voluntatis, ipse officialis dicto clerico de beneficio ad eorundem abbatis et conventus collationem spectante, per se vel per alium provideret, juxta priorum predictarum directarum eis continentiam litterarum. Et licet, eodem predecessore vivente, nominatus officialis per hujusmodi litteras ad eum directas procedere inceperit, quia tamen postea compertum extitit quod ipsi abbas et conventus qui non habebant aliqua beneficia spectantia ad collationem ipsorum, dicto clerico de beneficio pertinente ad presentationem eorum non tenebantur per litteras supradictas providere, in quibus ipsis mandabatur, ut de beneficio spectante ad eorum collationem clerico providerent eidem, ipse magister Egidius nullum ex predictis litteris commodum est adeptus, sed potius, occasione hujusmodi, labores plurimos et expensas varias reportavit. Quare idem clericus ad apostolice sedis recurrens providentiam, nobis humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Cum igitur prefatus clericus, quem per dilectum filium magistrum Petrum, archidiaconum Broliensem in ecclesia Agennensi, socium dilecti filii magistri Michaelis, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, examinari fecimus diligenter, inventus fuerit in litteratura competenter ydoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, cum cura vel sine cura, nos, ejus sumptibus et laboribus paterno compatientes affectu, mandamus quatinus, si premissis veritas suffragatur, tuque circa vitam et conversationem ejusdem clerici inquisitione diligenti premissa, eum vite laudabilis et honeste conversationis esse reppereris, et alias non sit beneficiatus aliudque canonicum non obsistat, eidem clerico de aliquo beneficio ecclesiastico competenti consueto hujusmodi secularibus clericis assignari, ad presentationem ipsorum abbatis et conventus communiter vel divisim pertinente, si in predictis civitate aut diocesi vacat ad presens, seu quamprimum ad id se facultas obtulerit, providere procures, juxta priorum predictarum continentiam litterarum, inducens ipsum in corporalem possessionem illius et defendens inductum, non obstante si. — Volumus autem quod omnes littere a sede apostolica et ejus legatis obtente, nec non promissiones a quibuscumque facte super ipsius magistri provisione omni careant robore firmitatis; proviso quod idem clericus ad ordines, prout requiret onus beneficii de quo sibi provideri contigerit, se faciat statutis temporibus promoveri et resideat personaliter in eodem; alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Datum apud Urbemveterem, x kalendas decembris, anno tertio. »

**1169** Orvieto, 29 novembre 1263.

O., s. Adriani diacono cardinali, mandat ut ad permutationem

beneficiorum inter Peldeguerram, priorem saecularis ecclesiae de Sallono, Arelatensis diocesis, et Thomasinum de Baisio, canonicum Mutinensem, procedat. (Reg. 29, fol. 84, n° 218.)

« *O., sancti Adriani diacono cardinali.* Ex parte dilectorum filiorum Peldeguerre, prioris secularis ecclesie de Sallono, Arelatensis diocesis, et Thomasini de Baisio, canonici Mutinensis, fuit propositum coram nobis quod dictus P., prioratum suum ipsius ecclesie ac idem T. canonicatum et prebendam quos in ecclesia Mutinensi pacifice obtinet, desiderant libere resignare. Nos itaque, de tua circumspectione confisi, presentium tibi auctoritate committimus quatinus, si est ita, ab eisdem P. et T., cum ipsi super hoc te duxerint requirendum, hujusmodi resignationem recipias vice nostra, et postmodum, si, inquisitione diligenti premissa, eos ydoneos scientia et moribus et etate ac de legitimo matrimonio procreatos tibi esse constiterit, supradictum prioratum eidem Thomasino, ac eosdem canonicatum et prebendam prefato Peldeguerre, auctoritate nostra conferas et assignes ac eos vel procuratorem ipsorum, eorum nomine, in possessionem illorum per te vel per alium inducas, et defendas inductos, faciens memoratum P. in dicta Mutinensi ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, non obstante statuto —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas decembris, anno tertio. »

**1170** Orvieto, 2 décembre 1263.

Abbati monasterii s. Marcialis Lemovicensis mandat ut Petrum Bandonis, rectorem ecclesiae s. Victurniani, Lemovicensis diocesis, in canonicum in ecclesia Lemovicensi recipi faciat. (Reg. 29, fol. 84 v°, n° 219).

« . . *abbati monasterii sancti Marcialis Lemovicensis.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas decembris, anno tertio. »

**1171** Orvieto, 22 novembre 1263.

Priori b. Mariae de Pontibus-super-Secanam, Trecensis diocesis, mandat quatenus magistro Stephano de Firmitate-Antulfi clerico de quodam beneficio provideat ad praesentationem capituli s. Vedasti Belvacensis spectante. (Reg. 29, fol. 85, n° 220.)

« *Priori b. Marie de Pontibus-super-Secanam, Trecensis diocesis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, XI kalendas decembris, anno tertio. »

**1172** Orvieto, 5 novembre 1263.

Magistro Andreae de canonicatu et praebenda in ecclesia Corinthiensi, approbata sententia Stephani, episcopi Penestrini, providet. (Reg. 29, fol. 85, n° 221.)

« *Magistro Andree, priori secularis ecclesie sanctorum Apostolorum, Spoletane diocesis* Que de sedis apostolice auctoritate procedunt —. Sane tu in nostra presentia retulisti quod, cum felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Corinthiensi, de ipsius voluntate dedisset sub certa forma per litteras apostolicas in mandatis ut te, tunc capellanum, nunc commensalem venerabilis fratris nostri .. episcopi Penestrini, reciperet in Corinthiensi ecclesia, vel per alium recipi faceret in canonicum et in fratrem, teque de canonicatu ipsius ecclesie investiens, conferret tibi prebendam, siqua tunc vacabat ibidem vel quamprimum ad id oportunitas se offerret, dicto predecessore volente in assecutione hujusmodi prebende receptis auctoritate legatorum vel motu proprio prefati archiepiscopi et etiam sui capituli te preferri, iidem archiepiscopus et capitulum, te, juxta litterarum ipsarum tenorem, receperunt in fratrem et canonicum, ac tibi stallum in choro et locum in capitulo assignarunt; verum, dictus archiepiscopus, ad quem prebendarum collatio in ecclesia ipsa pertinet, et si facultatem forsan habuit, tibi de prebenda in dicta ecclesia providere hactenus non curavit: a nobis humiliter petisti ut prebendam, que per mortem quondam J., decani ejusdem ecclesie, tunc vacabat ibidem, et suo decanatui adnexam, tibi conferri de speciali gratia mandaremus. Cumque nos, considerantes attente quod receptus in canonicum prebenda carere non debet, eidem episcopo Penestrino mandassemus oraculo vive vocis ut prebendam ipsam, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, tibi conferret, idem episcopus eam per mortem dicti decani vacantem, cum plenitudine juris ipsius ac omnibus suis pertinentiis, auctoritate hujusmodi mandati nostri, tibi contulit et assignavit ac te de ipsa per suum anulum investivit, sine juris prejudicio alieni, cassans et irritans ac decernens irritum et inane, si secus de dicta prebenda, apostolica vel quavis alia auctoritate, in tuum prejudicium a quoquam attemptatum extitit, vel in posterum contigerit attemptari, prout in publico instrumento confecto exinde ac sigillo episcopi memorati signato, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem episcopo super premissis factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica

confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« *Stephanus, miseratione divina episcopus Penestrinus, universis presentes litteras inspecturis salutem.* Noverit universitas vestra —. In cujus rei testimonium, has litteras eidem capellano concessimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas novembris, anno Domini M°CC° sexagesimo tertio, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, presentibus Petro, episcopo Aquinati; magistro Petro, archidiacono Supruniensi; magistro Bernardino notario; Guidobono et Petro, familiaribus nostris, testibus ad hoc vocatis et rogatis. Et ego Thomasinus de Podio, auctoritate apostolice sedis judex et notarius, collationi et assignationi interfui et mandato et auctoritate supradicti domini cardinalis scripsi et publicavi et signo meo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio. »

**1173** Orvieto, 6 novembre 1263.

Episcopum et archidiaconum Nigripontenses praedictae collationis executores constituit. (Reg. 29, fol. 85, n° 222.)

« . . *episcopo, et dilecto filio archidiacono Nigripontensibus.* Que de sedis —. Datum apud Urbemveterem, viii idus novembris, anno tertio. »

**1174** Orvieto, 29 octobre 1263.

Gottefrido canonicatum et praebendam sacerdotalem in ecclesia Ambianensi confert. (Reg. 29, fol. 86, n° 223.)

« *Gottefrido presbitero, rectori ecclesie de Villaribus in Boscagio, Ambianensis diocesis.* Olim, sicut asseritur, una integra prebenda in Ambianensi ecclesia divisa fuit in duas, que dimidie prebende sive capellanie vel prebende sacerdotales promiscue nominantur, et quarum sunt redditus adeo augmentati, quod de ipsis duo sustentantur canonici; ad eas tamen ex statuto ipsius ecclesie juramento vallato, recipi in canonicos seu institui vel installari non debent, ut dicitur, nisi in sacerdotii ordine constituti, ita etiam quod in dicta ecclesia perpetuo seu continue resideant, et ipsi duo tantum in distributionibus cotidianis recipiant quantum unus solus canonicus recipere consuevit. Una vero ex eis nuper vacante per mortem magistri Oddonis, quondam ipsius ecclesie canonici, episcopus Ambianensis ad quem in ecclesia ipsa earumdem et aliarum spectare dicitur collatio prebendarum, de facto, cum de jure nequiverit, cum esset, ut asseritur, auctoritate apostolica vinculo excommunicationis astrictus, magistro Guillelmo, canonico de Melleto, qui non erat in sacerdotii ordine constitutus, pro sua contulit voluntate, ipsumque magistrum dilectis filiis . . decano, et capitulo ipsius ecclesie presentavit. Sed dicti decanus et capitulum eumdem magistrum Guillelmum pro eo quod non erat presbyter, prout onus beneficii requirebat hujusmodi, admittere recusarunt, nolentes infringere statutum predictum, ad cujus observationem juramento prestito sunt astricti. Nos igitur, volentes tibi de predicto beneficio gratiam facere specialem, ipsum, si ex premissis videlicet quia prefatus episcopus tempore collationis predicte excommunicatus seu dictus Guillelmus sacerdos non erat, et quod de predicto statuto premittitur, veritate fulcitur, aut ex quacumque alia causa legitime de jure vacat ad presens, necnon canonicatum, qui cum beneficio hujusmodi dicitur vacavisse, apostolica tibi auctoritate conferimus, tibique de illo liberaliter providemus, investientes te per nostrum anulum presentialiter de eisdem, ac decernentes irritum et inane si secus de illis post collationem, provisionem et investituram hujusmodi apostolica vel quavis alia auctoritate contigerit attemptari. Non obstante si —. Volumus autem ut in predicta Ambianensi ecclesia, postquam hujusmodi beneficium habueris pacifice, residentiam facias personalem; alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Nulli ergo, etc. Datum apud Urbemveterem, iiii kalendas novembris, anno tertio. »

**1175** Orvieto, 26 octobre 1263.

Fratribus ordinis Minorum, inquisitoribus haereticae pravitatis in Provinciae et Forcalcarii comitatibus, mandat ut Guillelmo de Inquiriis, civi Arelatensi, quondam haeretico, beneficium absolutionis impendant, si ad fidei catholicae unitatem revertatur. (Reg. 29, fol. 86, n° 224; Potthast, 18723.)

« *Fratribus ordinis Minorum inquisitoribus heretice pravitatis in Provincie et Forcalcarii comitatibus auctoritate apostolica deputatis.* Dilectus filius Guillelmus de Inquiriis, civis Arelatensis, in nostra presentia proposuit constitutus, quod ipse, tunc quindecim annos habens

vel circiter, a quondam matre sua seductus, hereticos de secta Valdensi interdum in domo paterna et alibi etiam pluries frequentavit, ipsos salutans et recipiens osculum ab eisdem, de pane benedicto ab ipsis comedens cum eisdem: audivit quoque frequenter monitiones eorum, non tamen reducit ad memoriam nec tunc avertit utrum aliquid dicerent contra catholicam fidem. Ex hoc autem dictus Guillelmus non credebat delinquere, cum ipsos ex quibus ultra quatuor vel quinque simul aliquando non vidit, esse crederet bonos viros. Sane dicta mater ipsius Guillelmi postmodum de hujusmodi secta Valdensi convicta extitit et injuncta fuit ei propter hoc penitentia, videlicet quod iret in terram sanctam, ibidem per quinquennium moratura. Insuper quondam pater ipsius Guillelmi de predicta secta convictus extitit et propter hoc ad carcerem perpetuum condempnatus, in quo ipse pater diem clausit extremum, cujus bona per bone memorie J., archiepiscopum, et commune Arelatenses pro duabus partibus publicata fuerunt, tertia parte dumtaxat ejus filiis reservata. Porro dictus Guillelmus, attendens quod ecclesia hujusmodi persequebatur Valdensem sectam ipsorum —, nemine ipsum super hoc denuntiante, accusante seu citante vel etiam impetente, nec etiam metu probationum inductus, sed eum sola conscientia remordente, dicto archiepiscopo et fratri Guillelmo de Jocis, ordini Predicatorum, hujusmodi excessus suos humiliter est confessus, nullum passus postmodum recidivum, nec super hiis ab aliquo impetitus; quin potius dictus civis infideles hujusmodi sepe postea fuit ad mortem, ex zelo fidei catholice, persecutus. Quia vero predictus archiepiscopus eundem civem ab hujusmodi reatu, qui est occultus, non absolvit, nec injunxit ei propter hoc penitentiam salutarem, licet ejus confessio scripta fuerit, et jam viginti sex anni, ut extimat, sint elapsi, prefatus civis nobis humiliter supplicavit ut ei super hoc providere paterna sollicitudine curaremus. Quocirca discretioni vestre mandamus quatinus predicto civi, si non denuntiatus, accusatus, citatus aut ab aliquo impetitus, nec metu probationum inductus, revertatur ad catholice fidei unitatem, pro premissis ipsius excessibus, de quibus asserit hactenus se confessum, et si de predicta confessione constare non possit, consideratis universis circumstantiis, debite absolutionis beneficium impendatis, et eidem, prout vobis secundum Deum videbitur et negotio ipsius fidei noveritis expedire, imponatis cum misericordia penitentiam salutarem per quam tamen, si crimen, ut asserit, est occultum, non possit aliquatenus publicari. Si vero per ea que inventa sint hactenus, sive per alia que forte in posterum inveniri contigerit, ipsum gravius quam enarravit superius, vobis constiterit excessisse, dictum civem tamquam deceptorem et mendacem acrius puniatis, prout exegerit culpa ejus. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas novembris, anno tertio. »

**1176** Orvieto, 4 décembre 1263.

Episcopo Tullensi mandat quatenus, inquisitione de conversatione vitae praehabita, Auberto de s. Apro, pauperi clerico qui diu in ecclesia s. Gengulphi Tullensis clericus chori extitit, de vicaria in eadem ecclesia provideat. (Reg. 29, fol. 86 v°, n° 225.)

« .. *episcopo Tullensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, II nonas decembris, anno tertio. »

**1177** Orvieto, 8 décembre 1263.

Infrascriptis mandat quatenus magistro Johanni, canonico Aquilegiensi, capellano Mathaei, s. Mariae in Porticu diaconi cardinalis, de beneficiis ecclesiasticis quae *Altaria* vulgariter appellantur, ad collationem episcopi Morinensis spectantibus et curam animarum non habentibus, usque ad valorem quadraginta librarum alborum, provideant. (Reg. 29, fol. 87, n° 226.)

« .. *episcopo Laudunensi, et dilecto filio Johanni Pantaleonis, canonico Attrebatensi, capellano nostro.* Dignum est ut —. Datum apud Urbemveterem, VI idus decembris, anno tertio. »

**1178** Orvieto, 4 décembre 1263.

Episcopo Urbevetano mandat quatenus, obtentu J., ss. Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, Fassucio, pauperi clerico Urbevetano, de aliquo ecclesiastico beneficio competenti in Urbevetanis civitate vel diocesi provideat. (Reg. 29, fol. 87, n° 227.)

« *Episcopo Urbevetano.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, II nonas decembris, anno tertio. »

**1179** Orvieto, 9 décembre 1263.

Mathaeo Petri Oddonis mandat ut Stephanum, dictum *Dama-*

*gnum*, in ecclesia ss. Quirici et Julittae de Urbe in clericum et in fratrem recipi faciat. (Reg. 29, fol. 87, n° 228.)

« *Matheo Petri Odonis, canonico ecclesie sancti Eustachii de Urbe.* Exposuit nobis dilectus filius Stephanus, dictus *Damagnus*, presbiter, quod, cum nos olim dilectis filiis .. archipresbitero, et clericis ecclesie sanctorum Quirici et Julitte de Urbe, preces per nostras porrexerimus litteras et mandatum ut ipsum, ob reverentiam apostotice sedis et nostram, recipientes in eadem ecclesia in clericum et in fratrem, ei de proventibus ipsius ecclesie sicut uni ex eisdem, cum ad hoc dicte ecclesie facultates sufficerent, providere curarent, iidem .. archipresbiter, et clerici, precibus et mandato nostris penitus obauditis, id efficere non curarunt. Unde nobis prefatus presbiter humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc de benignitate apostolica curaremus. Nos igitur, eidem presbitero, obtentu dilecti filii nostri J., sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis, nobis pro eo supplicantis, specialem gratiam facere intendentes, discretioni tue presentium auctoritate mandamus quatinus eundem presbiterum in predicta ecclesia recipere faciens per te vel alium in clericum et in fratrem, ei portionem, si vacat ad presens ibidem vel quamcito ad id obtulerit se facultas, conferas et assignes, ipsumque in illius corporalem possessionem inducas et defendas inductum et interim sibi de communibus proventibus ejusdem ecclesie sicut uni ex eisdem clericis facias provideri, non obstante statuto —. Datum apud Urbemveterem, v idus decembris, anno tertio. »

**1180** Orvieto, 25 octobre 1263.

Inquisitoribus haereticae pravitatis in regno Franciae mandat ut Johannem dictum *Militem de Caritate*, laicum Autisiodorensis diocesis, examinent. (Reg. 29, fol. 87 v°, n° 229.)

« *Fratribus ordinis Predicatorum inquisitoribus heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica deputatis.* Constitutus in presentia nostra Johannes, dictus *Miles de Caritate*, laicus Autisiodorensis diocesis, nobis exposuit quod, cum ipse illicite adamaret quandam mulierem loci ipsius suspectam de heretica pravitate, idem cum muliere ipsa ab eodem loco discessit et ad partes transtulit se remotas, ac demum post duos menses, dicta muliere dimissa, ad locum rediit supradictum. Sane quondam frater Robertus dictus *Lepetit*, tunc ordinis fratrum Predicatorum et in illis partibus inquisitor pravitatis hujusmodi, habens propter hoc dictum Johannem de dicta pravitate suspectum, contra eum ad inquisitionem processit. Et licet ipse nichil aliud invenerit contra eum, tamen dictus Robertus prefato Johanni, occasione hujusmodi, imposuit publicam penitentiam, et injunxit nichilominus ut qualibet sexta feria in pane et aqua et certis anni temporibus in cibis quadragesimalibus perpetuo jejunaret, tunc confiteretur peccata sua et communionem reciperet sacrosanctam et episcopo proprio vel alii de mandato suo semel sua peccata confiteretur in anno ; et si convinceretur se hoc non fecisse, dictus frater Robertus eum tamquam hereticum condempnabat. Idem autem Johannes hujusmodi publicam penitentiam adimplevit devote, sed quod sibi per eumdem fratrem circa alia injunctum fuerat, facere pretermisit. Ad hec dictus frater Robertus statuit, pro sue libito voluntatis, ut publici penitentes non portarent arma, et illi qui erant usurarii, restituerent usuras; et si ulterius exercerent usurariam pravitatem vel portarent arma et de hoc convicti essent, pro hereticis haberentur et de heresi essent convicti. Si tales publici penitentes intrarent Lombardiam, dictus frater Robertus ipsos hereticos judicavit, in contradictores et rebelles excommunicationis sententia promulgata. Porro dictus Johannes, contra hujusmodi statutum veniens et ad ultramarinas et alias diversas partes se transferens, pro sui defensione pluries arma portavit et per plures annos moram traxit in partibus Lombardie et exercuit hujusmodi usurariam pravitatem. Quare dictus Johannes nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse sit et semper fuerit catholicus, et nunquam extiterit hereticus aut credens seu fautor hereticorum, cupiatque redire ad predictum locum de Caritate, a quo ipse discessit viginti octo annis et amplius jam elapsis, ei super transgressione statutorum hujusmodi et aliorum predictorum injungi penitentiam salutarem et ipsum nichilominus absolvi ab hujusmodi excommunicationis sententia, juxta formam ecclesie, faceremus, nec reputaremus ipsum propter premissa fore respersum hujusmodi heretica pravitate. Quocirca discretioni vestre mandamus quatenus, si est ita, consideratis diligenter universis circumstantiis opportunis, predictum Johannem pro premissis excessibus auctoritate apostolica punientes, circa ipsum procedatis sibi ad ea que postulat misericorditer providendo, prout secundum Deum promotioni negotii fidei et saluti ejus videritis expedire. Si vero vobis constiterit dictum Johannem per ea, que inventa sunt hactenus contra ipsum, sive per alia, si qua in poste-

rum inveniri contigerit, in hoc gravius quam expresserit superius, excessisse, non solum super predictis non provideatis eidem, immo ipsum tamquam deceptorem et mendacem durius puniatis, prout exegerit culpa ejus. Quod si non omnes —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas novembris, anno tertio. »

**1181** Orvieto, 9 décembre 1263.

Episcopo Pictavensi mandat quatenus Raynaldo de Asneriis, nullum adhuc beneficium assecuto et reperto idoneo, de aliquo beneficio provideat, ad praesentationem prioris s. Maxentii, O. S. B., Pictavensis diocesis, spectante, dummodo sacros ordines statutis temporibus recipiat. (Reg. 29, fol. 87 v°, n° 230.)

« .. *episcopo Pictavensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, V idus decembris, anno tertio. »

**1182** Orvieto, 27 novembre 1263.

Episcopo Ovetensi mandat ut Didaco Martini, pauperi clerico chori ecclesiae Ovetensis, inquisitione de conversatione vitae praehabita, de aliquo beneficio ecclesiastico summam triginta aureorum non excedente, provideat. (Reg. 29, fol. 88, n° 231.)

« .. *episcopo Ovetensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, V kalendas decembris, anno tertio. »

**1183** Orvieto, 5 décembre 1263.

Archipresbytero canonicae Decumanorum Mediolanensis mandat ut Amelio, dicto *Longo,* de praebenda quamcito vacatura in ecclesia de Rosate, provideat. (Reg. 29, fol. 88, n° 232.)

« .. *archipresbytero canonice Decumanorum Mediolanensis.* Petitio dilecti filii Amelii, dicti *Longi,* canonici ecclesie de Rosate, Mediolanensis diocesis, nobis exhibita continebat quod, cum quedam prebenda que vacavit in ecclesia ipsa per mortem Petri Marrenarii, ejusdem ecclesie canonici, sibi auctoritate apostolica canonice recepto in predicta ecclesia in canonicum et in fratrem, collata fuisset, orta tandem inter ipsum et Besatium de Besatiis, canonicum prefate ecclesie, super eadem prebenda, in qua uterque ipsorum se jus habere dicebat, materia questionis, felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, in causa hujusmodi ad sedem apostolicam legitime devoluta, dilectos filios Johannem, magistrum scolarum Antiochenum, primo, et postmodum magistrum Dalphinatem de Neapoli, capellanos nostros, dedit partibus auditores, nosque demum dilecto filio nostro U., sancti Eustachii diacono cardinali, causam ipsam audiendam commisimus et etiam terminandam, in quem iidem Besatius pro se et Thomasinus, procurator ejusdem Amelii, pro eo a quo habebat super hoc speciale mandatum, tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem super eadem prebenda et ejus fructibus compromittere curaverunt, judiciaria potestate sibi nichilominus reservata. Idem vero cardinalis, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, dicto Besatio sententialiter prebendam ipsam adjudicans, ordinavit auctoritate nostra, sibi a nobis in hac parte commissa, quod predictus Amelius tamdiu certam partem proventuum ejusdem prebende percipiat, donec alia prebenda vacaverit in ecclesia memorata, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius cardinalis plenius dicitur contineri. Quare predictus Amelius nobis humiliter supplicavit ut, ne in vacuum canonici nomen gerat, provideri sibi de prebenda in prefata ecclesia mandaremus. Quocirca discretioni tue mandamus quatinus, si est ita, predicto Amelio de prebenda nulli alii de jure debita, si qua in sepedicta ecclesia vacat ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, per te vel per alium providere procures, non obstante —. Datum apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. »

**1184** Orvieto, 28 décembre 1263.

Magistro Aymerico de Monte-Acuto, canonico Narbonensi, mandat quatenus Odoni, rectori ecclesiae s. Laurentii de Spello, Spoletanae diocesis, obtentu J., s. Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis, prioratum, canonicatum et praebendam saecularis ecclesiae s. Petri foris portam Spoletanam conferat. (Reg. 29, fol. 88 v°, n° 233.)

« *Magistro Aymerico de Monte-Acuto, canonico Narbonensi.* Obtentu dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, V kalendas januarii, anno tertio. »

**1185** Orvieto, 22 novembre 1263.

Episcopo Saresbiriensi mandat quatenus Rogerio, dicto *Capellano,* pauperi clerico, de quodam beneficio ecclesiastico

provideat, ad collationem abbatis et conventus monasterii de Aberdone spectante. (Reg. 29, fol. 88 v°, n° 234.)

« .. *episcopo Saresbiriensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas decembris, anno tertio. »

**1186** Orvieto, 31 décembre 1263.

De certis bonis Archangelo Thomasii Raynucii conferendis. (Reg. 29, fol. 89, n° 235.)

« .. *episcopo, et dilectis filiis capitulo Reatinis.* Volentes ex eo dilecto filio Archangelo Thomasii Raynucii quondam magistri Palmerii Reatini gratiam facere specialem, quia ecclesie Romane fidelia et devota obsequia dicitur impendisse, inquisitoribus heretice pravitatis obsequiosus existens, universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus de bonis que fuerunt ipsius magistri Palmerii, si qua inveniri possunt, eidem Archangelo usque ad summam viginti librarum proven. auctoritate nostra concedere et assignare curetis. Contradictores autem si qui super hoc fuerint tu, frater episcope, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescas. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas januarii, anno tertio. »

**1187** Orvieto, 20 décembre 1263.

Archiepiscopo Narbonensi collationem committit beneficii quod *Statoria de Anuri* in ecclesia Urgellensi vocatur. (Reg. 29, fol. 89, n° 236.)

« .. *archiepiscopo Narbonensi.* Cum sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, xiii kalendas januarii, anno tertio. »

**1188** Orvieto, 10 décembre 1263.

Episcopo Corisopitensi concedit facultatem recipiendi Guillelmum, dictum *Henricum,* in ecclesia Corisopitensi in canonicum et in fratren. (Reg. 29, fol. 89 v°, n° 237.)

« .. *episcopo Corisopitensi.* Per tuas nobis —. Datum apud Urbemveterem, iiii idus decembris, anno tertio. »

**1189** Orvieto, 5 janvier 1263.

Raymundo, dicto *Guascelino,* canonicatum in ecclesia Sistaricensi ab Henrico, episcopo Ostiensi, collatum confirmat. (Reg. 29, fol. 89 v°, n° 238.)

« *Raymundo, dicto* Guascelino, *de Folqualcario, canonico Sistaricensi.* Que de sedis apostolice —. Sane venerabilis frater noster H., Ostiensis et Velletrensis episcopus, canonicatum in ecclesia Sistaricensi vacantem per mortem quondam Petri Arnulfi, ejusdem ecclesie canonici, capellani sui, qui nuper apud Cornetum viam fuit universe carnis ingressus, ac prebendam quam idem Petrus in dicta ecclesia de jure percipere et habere debebat, cum plenitudine juris canonici, auctoritate nostra sibi a nobis super hoc oraculo vive vocis commissa, tibi contulit et de ipsis providit, necnon Bertrandum de Charentesio, canonicum ecclesie Folqualquariensis, tuo nomine, de illis per suum anulum investivit, decernens irritum et inane si secus de dictis canonicatu et prebenda cujuscunque auctoritate a quoquam contingeret attemptari, prout in patentibus litteris ipsius episcopi Ostiensis confectis exinde suoque sigillo munitis, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem episcopo super premissis factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« *Henricus, miseratione divina Ostiensis et Velletrensis episcopus, dilecto in Christo filio Raymundo Guascelino de Folqualquario, clerico Sistaricensis diocesis, salutem in Domino.* Attendentes grata obsequia que discretus vir Isnardus de Charentesio, canonicus Aquensis, capellanus noster, avunculus tuus, longo nobis impendit tempore ac per hoc in persona tua volentes eidem gratiam facere specialem, vacantem canonicatum in ecclesia Sistaricensi per mortem Petri Arnulfi, ejusdem ecclesie canonici, capellani nostri, cum prebenda quam idem Petrus in ecclesia ipsa de jure percipere et habere debebat, auctoritate domini pape vive vocis oraculo nobis in hac parte commissa, cum plenitudine juris canonici tibi conferimus, tibique de ipsis providemus tuoque nomine nichilominus dilectum in Christo Bertrandum de Charentesio, canonicum Folqualquariensem, presentialiter de eisdem per nostrum anulum investimus, decernentes eadem auctoritate irritum et inane si secus de dictis canonicatu et prebenda cujuscunque auctoritate a quoquam contigerit attemptari. In quorum testimonium, per Girodum subscriptum no-

tarium nostrum, presentes litteras fieri fecimus ac sigilli nostri munimine roborari. Actum apud Urbemveterem, in camera nostra, anno Domini M°CC°LXIII°, v kalendas januarii, pontificatus domini Urbani pape IIII, anno tertio, presentibus venerabili patre G., episcopo Grassensi; Bartholomeo, canonico monasterii sancti Ruffi Valentinensis, capellano nostro; magistro Petro Corderii de Lugduno, capellano domini pape et nostro; ac Symone de Vienna, familiari nostro, testibus vocatis ad hoc et rogatis. Et ego, Girodus de Brenz, clericus auctoritate sacrosancte ecclesie romane notarius, collationi et investiture predicte interfui et, ut supra legitur, de mandato dicti domini Ostiensis et Velletrensis episcopi, scripsi, publicavi ac meo signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, nonis januarii, anno tertio. »

**1190** Orvieto, 5 janvier 1263.

Archiepiscopum Ebredunensem praedictae collationis constituit executorem. (Reg. 29, fol. 89 v°, n° 239.)

« .. *archiepiscopo Ebredunensi.* Que de sedis —. Datum apud Urbemveterem, nonis januarii, anno tertio. »

**1191** Orvieto, 18 janvier 1264.

R., s. Angeli diacono cardinali, ordinationem ecclesiae s. Benedicti de Guarcino, Alatrinae diocesis, committit. (Reg. 29, fol. 90, n° 240.)

« *R., sancti Angeli diacono cardinali.* Dilectus filius Milottus, capellanus dilecti filii nostri G., sancti Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis, clericus secularis ecclesie sancti Benedicti de Guarcino, Alatrine diocesis, exposuit coram nobis quod, licet in eadem ecclesia septenarius clericorum numerus, computato ipsorum priore, habeatur, juramento et confirmatione sedis apostolice roboratus, ac nullus de numero ipso desit, tamen duo sacerdotes adeo affecti senio quod vix sibi ad invicem possunt obsequi in divinis, continue, ac dictus prior interdum pro suo libito resident in eadem, reliquis quatuor degentibus in partibus remotis nec percipientibus de dicte ecclesie proventibus aliquam portionem, et alias eadem ecclesia in divinis ac beneficiorum distinctione est minus provide ordinata, propter quod dicta ecclesia fraudatur debito numero servitorum et ipsius parrochiani defectum non modicum in divinis predictis sustinere noscuntur, quamquam ejusdem ecclesie non decreverint facultates. Quare dictus clericus nobis humiliter supplicavit ut providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. De tua igitur prudentia certam habentes fiduciam, mandamus quatinus nominatam ecclesiam super premissis ordines per te vel per alium, prout ejusdem ecclesie utilitati et dictorum parrochianorum animarum saluti videris expedire. Contradictores etc. usque compescendo. Non obstante si —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas februarii, anno III°. »

**1192** Orvieto, 13 janvier 1264.

Episcopo Perusino mandat ut Venturae, clerico Perusino, de plebe ss. Sebastiani et Fabiani provideat. (Reg. 29, fol. 90, n° 241.)

« .. *episcopo Perusino.* Exposuit nobis dilectus filius Ventura, clericus Perusinus, frater dilecti filii Pauli, hostiarii nostri, quod nos, intellecto quod plebs sanctorum Sebastiani et Fabiani, Perusine diocesis, consueta per plebanum et seculares clericos gubernari, tanto tempore antequam felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, .. archipresbitero, et capitulo Perusinis concessisset, sicut dicitur, ut illam retinere possent usque ad ipsius predecessoris beneplacitum voluntatis, jam vacaverat quod ad sedem apostolicam ipsius erat collatio, juxta statuta Lateranensis concilii, legitime devoluta, per nostras tibi sub certa forma dedimus litteras in mandatis ut, si esset ita, plebem ipsam eidem Venture conferre et assignare curares. Contradictores, etc. usque compescendo. Sane predecessor predictus prefatis archipresbitero et capitulo ordinandi canonice plebes et ecclesias, ad ipsorum collationem vel presentationem spectantes, que tanto vacaverant tempore quod ad sedem predictam erat ipsarum collatio, juxta statuta predicti concilii, legitime devoluta, de personis ydoneis, regularibus vel secularibus, quemadmodum de antiqua, approbata et hactenus pacifice observata consuetudine erat obtentum, per suas concesserat litteras facultatem, cujus concessionis pretextu iidem archipresbiter et capitulum dictam plebem, que, sicut predictum est, per plebanum et canonicos seculares regi consuevit, cuidem regulari, contra formam eis traditam, contulerunt; propter quod per dictas litteras tibi directas prefatus Ventura non est comodum aliquod

assecutus. Nos igitur, dicti hostiarii precibus inclinati, fraternitati tue mandamus quatinus, si est ita, hoc non obstante, in negotio provisionis hujusmodi per te vel alium procedere studeas, juxta priorum continentiam litterarum. Datum apud Urbemveterem, idus januarii, anno tertio. »

**1193** Orvieto, 12 janvier 1263.

Episcopo Eduensi dat licentiam magistrum Petrum, rectorem ecclesiae de Ocuenceio, in ecclesia Sedelocensi in canonicum recipiendi. (Reg. 29. fol. 90, n° 242.)

« .. *episcopo Eduensi.* Per tuas nobis —. Datum apud Urbemveterem, II idus januarii, anno tertio. »

**1194** Orvieto, 2 janvier 1263.

Episcopo Nuscano mandat quatenus Alberto de Benevento diacono ruralem ecclesiam s. Modestini prope castrum Merruliani, Avellinensis diocesis, cujus proventus unam unciam auri et dimidiam annis singulis non excedunt, quaeque ad sedis apostolicae collationem, juxta Lateranensis statuta concilii, pertinet, conferat. (Reg. 29 fol. 90 v°, n° 243.)

« .. *episcopo Nuscano.* Dilectus filius Albertus — .Datum apud Urbemveterem, IIII nonas januarii, anno tertio. »

**1195** Orvieto, 13 janvier 1264.

Rungerio, clerico ecclesiae s. Nicolai de Ponte, Paduanae diocesis, domestico familiari et commensali S., tituli s. Martini presbyteri cardinalis, beneficium confert sine cura in ecclesia s. Luciae de Padua, vacans per mortem quondam Avanti. (Reg. 29. fol. 90 v°, n° 244.)

« *S., tituli s. Martini presbytero cardinali.* Cum, sicut audivimus —. Datum apud Urbemveterem, idus januarii, anno tertio. »

**1196** Orvieto, 16 janvier 1264.

Decano Cabilonensi mandat ut Johannem de Gillatio, clericum, nullum beneficium adhuc assecutum, nepotem archiepiscopi Bisuntini, in ecclesia Bisuntina in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 90 v°, n° 245.)

« .. *decano Cabilonensi.* Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, XVII kalendas februarii, anno tertio. »

**1197** Orvieto, 7 janvier 1264.

Obtentu A., basilicae XII apostolorum presbyteri cardinalis, Venturae archipresbyteratum plebis s. Mariae Arctinae confert. (Reg. 29, fol. 91, n° 246.)

« *Venture, presbitero, priori secularis ecclesie de Monte-Varoli, Fesulane diocesis, socio dilecti filii magistri Andree Spiliati, capellani nostri.* Obtentu dilecti filii —. Datum apud Ubemveterem, VII idus januarii, anno tertio. »

**1198** Orvieto, 18 janvier 1264.

Ferrario de Turre canonicatum in ecclesia Barchinonensi confert. (Reg. 29, fol. 91, n° 247.)

« *Ferrario de Turre, clerico Barchinonensis diocesis, familiari nostro.* Personam tuam paterna —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas februarii, anno tertio. »

**1199** Orvieto, 18 janvier 1264.

Archidiaconum ecclesiae Terrachonensis praedictae collationis executorem constituit. (Reg. 29, fol. 91, n° 248.)

« .. *archidiacono ecclesie Terrachonensis.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas februarii, anno tertio. »

**1200** Orvieto, 20 janvier 1264.

Manfredo, Veronensi electo, indulget ut, finito praesenti quinquennio, per aliud quinquennium beneficia quae, antequam in episcopum electus est, possidebat, una cum episcopatu licite retinere valeat. (Reg. 29, fol. 91 v°, n° 249.)

« *Manfredo, Veronensi electo.* Clara probitatis tue merita et laudabilia tue prompte devotionis obsequia, quibus te reddis in nostris oculis gratiosum, instanter exposcunt ut personam tuam et precipuis attollamus favoribus et gratiis potioribus honoremus. Decet namque ut, quia circa nos et Romanam ecclesiam

studiosis resplendes servitiis, sic te specialibus efferre beneficiis studeamus ut ex hoc evidenter appareat quod tue nequaquam esse possumus immemores bonitatis sed intendamus semper gerere te in nostris visceribus predilectum. Sane ex parte tua fuit propositum coram nobis quod felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, per suas tibi sub certa forma indulsit litteras ut personatus seu dignitates et beneficia, que promotionis tue tempore obtinebas, posses usque ad quinquennium una cum episcopatu Veronensi licite retinere, nosque postmodum quod ab eodem predecessore factum extitit in hac parte, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica duximus confirmandum. Volentes igitur tibi, adhuc tuis exigentibus meritis, gratiam in hoc facere ampliorem, tuis supplicationibus inclinati, devotioni tue ut, hujusmodi finito quinquennio, personatus seu dignitates et beneficia predicta per aliud subsequens quinquennium una cum predicto episcopatu retinere libere valeas, contraria constitutione canonica non obstante, auctoritate presentium indulgemus, proviso quod hujusmodi personatus, dignitates seu beneficia debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in hiis que illam annexam habent, nullatenus negligatur. Nulli ergo nostre concessionis, etc. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas februarii, anno tertio. »

**1201** Orvieto, 20 janvier 1264.

Mutinensem et Mantuanum episcopos praedicti privilegii executores constituit. (Reg. 29, fol. 91 v°, n° 250.)

« .. *Mutinensi, et .. Mantuano episcopis.* Clara merita probitatis —. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas februarii, anno tertio. »

**1202** Orvieto, 7 janvier 1264.

Episcopum Aretinum executorem deputat privilegii n° 1197 signati. (Reg. 29, fol. 91 v°, n° 250 *bis*.)

« .. *episcopo Aretino.* Obtentu dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, VII idus januarii, anno tertio. »

**1203** Orvieto, 23 janvier 1264.

Manfredo, Veronensi electo, examinationem electionis et meritorum committit Catharinae quae, annum vigesimum peragens, in abbatissam est electa monasterii s. Mariae et s. Catharinae de Cingulo, ordinis s. Benedicti, per mortem quondam Catharinae abbatissae vacantis. (Reg. 29, fol. 91 v°, n° 251.)

« *Manfredo, Veronensi electo, rectori ducatus Spoletani et Marchie Anconitane.* Ex parte dilectarum —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas februarii, anno tertio. »

**1204** Orvieto, 9 janvier 1264.

Archiepiscopo Turonensi mandat ut, a magistro Petro, dicto *Vetere*, decano ecclesiae b. Hilarii Pictavensis, de uno beneficio libera resignatione recepta, eidem beneficio de persona idonea provideat. (Reg. 29, fol. 91 v°, n° 252.)

« .. *archiepiscopo Turonensi.* Dilectus filius magister Petrus dictus *Vetus*, decanus ecclesie beati Ylarii Pictavensis, capellanus noster et causarum palatii nostri generalis auditor, exposuit coram nobis quod ipse in diversis ecclesiis diversa ecclesiastica beneficia est adeptus; et licet ipse hujusmodi beneficia canonice obtineat, ipse tamen considerans quod in eis omnibus nequit, sicut foret conveniens, deservire ac per hoc sue saluti dubitans deperire, ut sue in hac parte conscientie salubriter satisfiat, unum ex eisdem beneficiis proponit libere resignare, nobis humiliter supplicans ut resignationem hujusmodi recipi ac ipsum beneficium conferri persone ydonee faceremus. Ejusdem igitur decani supplicationibus annuentes, fraternitati tue mandamus quatinus, ab ipso decano hujusmodi beneficii libera resignatione recepta, illud hujusmodi persone ydonee auctoritate nostra per te vel alium conferas et assignes, ipsamque in illius beneficii corporalem possessionem inducas et defendas inductam, faciens nichilominus personam ipsam ad idem beneficium, si illud in collegiata ecclesia fuerit, in canonicum recipi et in fratrem. Non obstante etc. Contradictores etc. usque compescendo; ita tamen quod eadem persona ad ordines, prout requiret onus ipsius beneficii, se faciat statutis temporibus promoveri et resideat personaliter in eodem. Alioquin hujusmodi collatio nullius penitus sit momenti. Ceterum, quia non est verisimile quod quis beneficium multis forte laboribus acquisitum, de facili et sine magna causa resignet, omnino provideas ne super hoc ex parte resignantis vel recipientis aut alias quomodolibet aliqua pravitas intercedat. Datum apud Urbemveterem, V idus januarii, anno tertio. »

**1205** Orvieto, 21 janvier 1264.

Decano Burgensi mandat ut Petrum, magistrum scolarum, in ecclesia Salamantina in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 92, n° 253.)

« .. *decano Burgensi, capellano nostro*. Sedes apostolica provide —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas februarii, anno tertio. »

**1206** Orvieto, 1er décembre 1263.

Provisiones praebendarum jam factas in ecclesia Legionensi ad senarium numerum reducit. (Reg. 29, fol. 92, n° 254.)

« .. *episcopo Legionensi*. Ad audientiam nostram pervenit quod nos, ad multam, ut credimus, importunitatem petentium, pro duodecim personis vel amplius et felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, pro pluribus aliis diversimode beneficiandis in Legionensi ecclesia, tum super dignitatibus vel personatibus, tum super prebendis vel portionibus aut prestimoniis, tum etiam super commutatione dignitatis vel personatus ejusdem ecclesie, aliquibus eorum executorias pro aliis vero deprecatorias vel monitorias et cum decreto quandoque dicimur litteras direxisse, quorum aliqui sunt, adhuc tamen sub prebendarum expectatione, recepti. Nos itaque, volentes eandem ecclesiam ab hujusmodi onerosa multitudine relevare, fraternitati tue mandamus quatinus, veris existentibus supradictis, statuas auctoritate nostra et ordines quod sex dumtaxat de premissis omnibus, quos magis ydoneos esse cognoveris, prosequantur jus suum per hujusmodi litteras et remaneant in ecclesia memorata, ita tamen quod dilecti filii magister Dominicus, physicus et capellanus dilecti filii nostri J., sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, et Rodericus Sanctii, nepos dilecti filii magistri Bernardi, capellani nostri, archidiaconi ejusdem ecclesie, qui jam ibi recepti dicuntur, necnon Petrus Petri, procurator tuus, qui a nobis super portione ipsius ecclesie litteras impetravit, in hujusmodi senario numero penitus includantur, decernens tam receptiones aliorum, qui jam sunt ibi recepti, quam etiam omnes litteras non receptorum inibi super quibuscumque provisionibus vel commutatione et ex quacumque causa obtentas a nobis vel eodem predecessore in eadem ecclesia, cujuscumque tenoris existant, etiam si esset earum auctoritate ad inhibitionem vel reservationem seu decretum vel alio quocumque modo processum, nisi forte per eas essent aliqui affectum debitum consecuti, omnino irritas et inanes ac nullius existere firmitatis. Illos quoque ad quos in ipsa ecclesia prebendarum vel portionum aut dignitatum vel personatuum collatio pertinet, ad provisionem talium et ad observationem quarumcumque sententiarum quas contra hoc ferri contingeret, denunties aliquatenus non teneri. Contradictores etc. usque compescendo. Nolumus tamen quod per hujusmodi litteras dilectis filiis Petro Dominici, archidiacono ipsius ecclesie, capellano dilecti filii nostri J., sancte Marie in Cosmedin, et Rainerio, nepoti U., sancti Eustachii diaconi cardinalium aliquod prejudicium generetur. Decernimus quoque irritum et inane si quid contra tenorem presentis mandati nostri a quoquam contigerit attemptari. Datum apud Urbemveterem, kalendis decembris, anno tertio. »

**1207** Orvieto, 3 janvier 1264.

Decano Ambianensi et Senebaldo, canonico Cathalaunensi, mandat ut Nicolao, nato Johannis Andreocte, quamprimum in ecclesia S. Symphoriani Remensis de præbenda provideant. (Reg. 29, fol. 92 v°, n° 255.)

« *Decano Ambianensi et Senebaldo, canonico Cathalaunensi*. Sua nobis dilectus filius Nicolaus, natus dilecti filii nobilis viri Johannis Andreocte, civis Romanus, canonicus ecclesie sancti Simphoriani Remensis, petitione monstravit quod, cum felicis recordationis Innocentius papa, predecessor noster, per suas litteras duxerit concedendum ut prelati ecclesiarum tam cathedralium quam aliarum regni Francie, ad preces bone memorie P., sancti Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis, tunc in regno Alamanie apostolice sedis legati, clericis de quibus idem cardinalis expedire videret, de canonicatibus, prebendis et aliis beneficiis ecclesiasticis, cum cura vel sine cura, ad ipsorum collationem spectantibus providere, ac contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescere libere possent, et eidem cardinali etiam id liceret facere dummodo accederet ad hoc prelatorum ipsorum assensus, idem cardinalis, post obitum predecessoris ipsius, eundem N. in dicta ecclesia sancti Simphoriani, de consensu bone memorie .. Remensis archiepiscopi, ad quem prebendarum, collatio in eadem ecclesia pertinebat, recipi fecit in canonicum et in fratrem auctoritate hujusmodi litterarum quibus dictus

cardinalis usus fuerat, dicto predecessore vivente. Porro, receptione hujusmodi dicti N. cassata, per constitutionem pie recordationis Alexandri, predecessoris nostri, per quam receptiones canonicorum prebendas expectantium vacaturas factas in ecclesiis quibusdam exceptis, decrevit irritas et inanes, idem predecessor Alexander predicto archiepiscopo restituendi, si ei placeret, dicto N. canonicatum et jus quod ex predicta receptione sua in dicta ecclesia ei fuerat acquisitum, ita quod, constitutione non obstante predicta, pro canonico ejusdem ecclesie haberetur et prebendam que sibi, si sua per dictam constitutionem non fuisset cassata receptio, deberetur, assequeretur libere et haberet, necnon contradictores super hoc per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, concessit per suas litteras plenam et liberam facultatem, quarum auctoritate dictus archiepiscopus prefatum N. restituit ad canonicatum et ad jus quod ex predicta receptione in prefata ecclesia ei fuerat acquisitum. Postmodum autem, vacante quadam prebenda in eadem ecclesia per mortem magistri Roberti de sancto Quintino, ipsius ecclesie canonici, ac orta inter predictum N. et magistrum Johannem de sancto Michaele, ecclesie predicte canonicum, super dicta prebenda materia questionis, fuit tandem super hoc a partibus in magistros Renerium de Paissiaco, capellanum nostrum, canonicum Remensem, tunc ipsius archiepiscopi, et Johannem de Villarisicco, archidiaconum Remensem, officiales, tamquam in arbitros, sub certa pena concorditer compromissum, qui arbitrando pronuntiaverunt predictum magistrum J. de sancto Michaele fore dicto N. preferendum in ejusdem assecutione prebende. Quare dictus N. nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse occasione hujusmodi per octo annos et amplius laborarit et magna subierit onera expensarum, providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, ipsius supplicationibus inclinati, quod super premissis provide circa eum per dictum archiepiscopum factum est, ratum et firmum habentes, discretioni vestre mandamus quatinus eidem N. de prebenda nulli alii de jure debita, si qua in predicta ecclesia sancti Simphoriani vacat ad presens, vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, per vos vel per alium providere curetis, non obstante, etc., usque, compescendo. Quod si non ambo hiis exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exequatur. Datum apud Urbemveterem, III nonas januarii, anno tertio. »

**1208** Orvieto, 23 janvier 1264.

Constitutionem de canonicis sacerdotibus a capitulo Tullensi editam confirmat. (Reg. 29. fol. 93, n° 256.)

« *Uguino, Guillelmo et aliis canonicis ecclesie Tullensis in sacerdotio constitutis.* Justis petentium desideriis, etc., usque complere. Sane lecta coram nobis petitionis vestre series continebat quod dilecti filii capitulum ecclesie Tullensis, pro augmentatione divini cultus, ad suscipiendum sacerdotalem ordinem suos invitari canonicos affectantes, deliberatione provida statuerunt ut proventus canonicorum ejusdem decedentium per unum annum cedant usibus canonicorum sacerdotum residentium in ecclesia supradicta; felicis quoque recordationis Alexander papa, predecessor noster, statutum hujusmodi, sicut provide factum est, ratum et gratum habens, id auctoritate apostolica confirmavit, tam hujusmodi constitutione quam sua confirmatione post septennium minime valituris. Nos igitur, venerabilis fratris nostri .. episcopi et dilecti filii Stephani, familiaris nostri, decani Tullensium, pro vobis intercedentium in hac parte, ac vestris supplicationibus inclinati, volentes vos prosequi ampliori gratia et favore ac perpetuo nominatam constitutionem valere, quod ab eodem capitulo super hoc provide factum est, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus, etc., usque communimus. Nulli ergo nostre confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, x kalendas februarii, anno tertio. »

**1209** Orvieto, 24 janvier 1264.

Officiali et magistro Garsiæ, canonico Trecensibus, mandat ut magistrum Erardum de Lisigniis, capellanum apostolicum, in ecclesia Cathalaunensi in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 93, n° 257.)

« .. *officiali, et magistro Garsie canonico Trecensibus.* Volentes dilectum filium magistrum Erardum de Lisigniis, capellanum nostrum, sue nobilitatis et probitatis obtentu, in Cathalaunensi ecclesia cui per se et suos multipliciter utilis esse poterit, collocare, discretioni vestre mandamus quatinus vos vel alter vestrum eundem capellanum vel procuratorem suum, ejus nomine, per vos vel per alium seu alios in prefata Cathalaunensi ecclesia, auctoritate nostra recipi faciatis in canonicum et in fratrem eique de prebenda, si qua ibidem vacat ad presens vel quamcito ad id se

facultas obtulerit, provideri. Non obstante —. Contradictores, etc., usque compescendo. Nos enim irritum et inane decernimus si secus de prebenda hujusmodi apostolica vel quavis alia auctoritate contigerit attemptari. Datum apud Urbemveterem, viiii kalendas februarii, anno tertio. »

**1210** Orvieto, 13 janvier 1264.

Præposito ecclesiæ Insulensis, Tornacensis diocesis, mandat ut a Guillelmo de Alvernia, archidiacono Leodiensi, in ecclesia Insulensi canonico, præbendæ libera resignatione recepta, eamdem præbendam Hugoni de Messes conferat. (Reg. 29, fol. 93, n° 258.)

« . . *preposito ecclesie Insulensis, Tornacensis diocesis.* Sua nobis dilectus filius Guillelmus de Alvernia, archidiaconus Leodiensis, canonicus ecclesie Insulensis, Tornacensis diocesis, petitione monstravit quod ipse prebendam quam in eadem ecclesia obtinet, paratus est libere resignare. Quocirca mandamus quatinus, si est ita, ab eodem archidiacono predicte prebende per te vel per alium libera resignatione recepta, prebendam ipsam dilecto filio Hugoni de Messes, qui in dicta ecclesia in qua prebendarum collatio ad te pertinere dinoscitur, in canonicum auctoritate apostolica, ut dicitur, est receptus nec prebendam aliquam assecutus, vel alii persone ydonee, prout expedire videris, auctoritate nostra conferas et assignes, ipsumque vel personam hujusmodi in illius corporalem possessionem inducas et inductum vel inductam etiam tuearis. Non obstante, — vel quod idem Hugo alias beneficiatus existit —. Contradictores etc., usque compescendo. Porro quia non verisimile [est] quod quis beneficium de quo vite subsidia percipit de facili, sine magna causa sua sponte resignat, omnino provideas ne super hoc ex parte dictorum archidiaconi et Hugonis vel persone seu alias quomodolibet aliqua pravitas intercedat. Datum apud Urbemveterem, idus januarii, anno tertio. »

**1211** Orvieto, 23 janvier 1264.

Thomæ de Graham, perpetuo vicario ecclesiæ de Tykeilla, Eboracensis diocesis, portionem cum certis domibus et terris assignat quam prior et conventus monasterii S. Oswaldi, ordinis S. Augustini, ejusdem diocesis, in eadem ecclesia et capella de Stamtone percipere solent. (Reg. 29, fol. 93 v°, n° 259.)

« *Thome de Graham perpetuo vicario ecclesie de Tykeilla, Eboracensis diocesis.* Conveniens reputamus et —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod bone memorie Willelmus, Eboracensis archiepiscopus, de consensu capituli sui, ecclesiam de Tykeilla, cujus perpetuus existis vicarius, Eboracensis diocesis, dilectis filiis . . priori et conventui monasterii sancti Oswaldi, ordinis sancti Augustini, dicte diocesis, patronis ejusdem ecclesie, in proprios usus concessit et hujusmodi concessio postmodum per sedem apostolicam in forma communi extitit confirmata. Idem quoque archiepiscopus, ad id consensu simili accedente, taxans in ecclesia ipsa perpetuam vicariam, assignavit eisdem priori et conventui certam de ipsius ecclesie proventibus portionem et quasdam terras et domos ad eandem ecclesiam pertinentes, reliquis ecclesie prefate proventibus vicario ibidem servituro perpetuo reservatis. Verum tu asserens quod omnes redditus et proventus ipsius ecclesie et capelle de Stamtone ab eadem ecclesia dependentis, connumerata etiam portione vicario deputata, pro quadraginta marchis sterlingorum secundum communem extimationem patrie sunt taxati, et quod vicaria hujusmodi adeo est tenuis et exilis quod, deductis incumbentibus tibi ratione ipsius vicarie oneribus ex illius proventibus, qui sextam partem proventuum ejusdem ecclesie vix excedunt, nequis commode sustentari, nobis humiliter supplicasti ut cum tu pro portione quam nominati prior et conventus in predictis ecclesia et capella percipiunt, ipsis quadraginta marchas sterlingorum exhibere annis singulis sis paratus, providere tibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Cum igitur decens sit ut tu, qui curam geris parrochianorum ecclesie supradicte ipsisque ministras ecclesiastica sacramenta quique hospitalitatem juxta patrie morem servando, multiplices inevitabiliter, ut asseritur, subis expensas et alia onera omnia incumbentia ecclesie prefate debita et consueta supportas, sicut in spiritualibus sic et in temporalibus ministrando sicque plene administrationem gerendo ipsius ecclesie, tibi circa supportanda hujusmodi onera possis utilius providere, nos tuis supplicationibus inclinati, salubre circa predicta intendentes remedium adhibere, portionem hujusmodi quam ipsi prior et conventus in dictis ecclesia et capella percipiunt, cum domibus et terris prefatis, veris existentibus que de taxatione hujusmodi et aliis superius proponuntur, tibi auctoritate presentium concedimus ac etiam assignamus a te, quoad vixeris, retinendam, predicta concessione archiepiscopi non obstante, ita tamen quod pro eadem portione quadra-

ginta marcas sterlingorum annuatim exolvas priori et conventui memoratis ad quod te manere decernimus obligatum. Nulli ergo nostre concessionis, assignationis et constitutionis, etc. Datum apud Urbemveterem, x kalendas februarii, anno tertio. »

**1212** Orvieto, 25 octobre 1263.

Archidiacono Tricastrino mandat ut magistro Bernardo de Cevena archipresbyteratum ruralem de Andusua, Nemausensis diocesis, conferat. (Reg. 29, fol. 93 v°, n° 260.)

« . . *archidiacono Tricastrino*. Constitutus in presentia nostra dilectus filius magister Bernardus de Cevena, pauper clericus Nemausensis diocesis, nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse qui diu studuit in jure canonico et civili et profecit per Dei gratiam in utroque, nullum sit adhuc beneficium ecclesiasticum assecutus, nisi quoddam adeo tenue quod de eo non potest comode sustentari, et archipresbiteratus ruralis de Andusua, ejusdem diocesis, per quindecim menses et amplius jam vacarit, providere sibi de ipso misericorditer curaremus. Nos itaque bonis benefacere cupientes, discretioni tue mandamus quatinus, si est ita, eidem magistro quem per dilectum filium magistrum Petrum, archidiaconum Bruliensem in ecclesia Agennensi, socium dilecti filii magistri Michaelis, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, diligenter examinari fecimus, et qui inventus esse dicitur in litteratura competenter ydoneus ad hujusmodi beneficium obtinendum, dummodo sit alias ydoneus et aliud canonicum non obsistat, eundem archipresbiteratum cum omnibus juribus et pertinentiis suis, auctoritate nostra per te vel per alium conferas et assignes, inducens ipsum vel procuratorem suum, ejus nomine, in corporalem possessionem ipsius archipresbiteratus et defendens inductum, amoto ab eo quolibet illicito detentore. Contradictores, etc., usque compescendo. Non obstante —. Nos enim decernimus irritum et inane si secus a quoquam de dicto archipresbiteratu ejusque pertinentiis contigerit attemptari. Proviso quod idem magister B. ad ordines quos ipsius archipresbiteratus cura requiret, se faciat statutis temporibus promoveri et personaliter resideat in eodem ; alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Volumus autem quod idem clericus, postquam archipresbiteratum predictum fuerit assecutus, beneficium quod obtinet, si curam habeat animarum, quod extunc vacare decernimus, omnino dimittat. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas novembris, anno tertio. »

**1213** [1] Orvieto, 23 janvier 1264.

Episcopo Constanciensi negotium committit de visitationis officio ab episcopo Sagiensi in canonicos Sagienses vindicato. (Reg. 29, fol. 94 n° 261,)

« . . *episcopo Constanciensi*. Venerabilis frater noster . . Sagiensis episcopus, nobis significare curavit quod, cum canonici Sagienses, ordinis sancti Augustini, multa committerent enormia que Deum et homines offendebant, idem episcopus ad ecclesiam ipsam descendit, ibidem visitationis officium impensurus. Sed iidem, inter alia frivola proponentes quod de antiqua consuetudine in ipsa ecclesia est obtentum ut, nisi dicti canonici dicant se indigere correctione, episcopum ipsum ad visitandum et corrigendum eos admittere non tenentur, propter hoc ad Rothomagensem curiam appellarunt. Dictus vero episcopus ab . . officiali ejusdem curie, ex sufficienti gravamine apostolicam sedem appellans, super appellatione hujusmodi ad . . archidiaconum Carnotensem ejusque collegas nostras litteras impetravit, coram quibus hujusmodi appellatione pendente, idem officialis reputans eundem episcopum pro sue voluntatis libito contumacem, appellationem premissam per eosdem canonicos ad dictam curiam interjectam fore legitimam per sententiam pronuntiavit iniquam. Cumque predicti canonici propter hoc multa prioribus pejora committerent et super novis criminibus contra eos nova infamia laboraret, dictus episcopus ad ecclesiam ipsam accedens, voluit super hoc inquirere contra ipsos. Sed iidem, proposito frivole quod visitabat eos contra predictam consuetudinem necnon et contra sententiam ab eodem officiali prolatam, ab ipso episcopo, si auctoritate ordinaria procedebat, ad prefatam curiam, si vero apostolica, ad nostram audientiam appellarunt. Quare dictus episcopus nobis humiliter supplicavit ut, cum hujusmodi negotium biennio et amplius perdurarit, sitque intentionis canonicorum ipsorum per diversas appellationes et processus varios negotium intricare, ut per hoc possint liberius in suis insolentiis remanere, providere super hoc salubri remedio curaremus. Cum itaque non sit hominum malitiis indulgendum, fra-

1. En marge du registre : « *Hec transiit sine audientia obtentu . . episcopi Albanensis.* »

ternitati tue mandamus quatinus, veris existentibus supradictis, faciens tibi omnes litteras hinc inde obtentas et processus per eas et dictum officialem habitos exhiberi, detentores ad exhibitionem eorum, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, audias causam et eam, infra sex menses post receptionem presentium, judicio vel, si de partium voluntate processerit, concordia terminare procures, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes etc. usque prohibere. Alioquin eam extunc instructam vel non instructam ad ejusdem sedis remittas examen, prefixo partibus termino peremptorio competenti quo per se vel procuratores ydoneos cum omnibus actis, juribus et munimentis suis, apostolico se conspectui representent, in causa ipsa, prout ordo rationis dictaverit, processure. Diem vero prefixionis hujusmodi et quicquid inde feceris, nobis per tuas litteras harum seriem continentes fideliter intimare procures. Datum apud Urbemveterem, x kalendas februarii, anno tertio. »

**1214** Orvieto, 23 janvier 1264.

Magistro Johanni de Senonis, clerico, Cameræ apostolicæ auditori generali, canonicatum et præbendam Curtracensis ecclesiæ confert. (Reg. 29, fol. 84, n° 262.)

« *Magistro Johanni de Senonis clerico, causarum camere nostre auditori generali.* Inducunt nos probitatis —. Hinc est quod nos, attendentes fidele obsequium quod nobis et ecclesie Romane in audiendis et fine debito terminandis causis camere nostre exhibere non cessas, canonicatum et prebendam Curtracensis ecclesie, quos in eadem ecclesia dilectus filius magister Nicolaus, dictus *Limirelier*, de Tornaco, clericus, dudum ipsius ecclesie canonicus, obtinuit, quosque in manibus nostris sponte ac libere resignavit, cum plenitudine juris canonici ac omnibus juribus et pertinentiis suis de gratia tibi conferimus speciali tibique providemus de illis et de ipsis per nostrum anulum presentialiter investimus, decernentes exnunc nichilominus irritum et inane si secus de illis nostra vel quavis alia auctoritate contigerit attemptari. Non obstantibus etc. usque prejudicium generari, vel si venerabili fratri nostro . . Tornacensi episcopo, ad quem ipsorum canonicatus et prebende collatio pertinere dicitur, aut dilectis filiis . . decano et capitulo ipsius ecclesie, sive aliquibus aliis comuniter vel divisim sub quacumque forma vel expressione verborum a dicta sede indultum existat, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur et quod ad id nequeant coartari, seu quod de canonicatibus et prebendis ad eorum collationem vel presentationem spectantibus non possit aliquibus auctoritate apostolica provideri et quibuslibet dicte sedis indulgentiis vel privilegiis, cujuscumque tenoris existant, per que, presentibus non expressa aut totaliter non inserta, effectus hujusmodi gratie impediri valeat vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum oporteat in nostris litteris fieri mentionem, etiam si diceretur in ipsis quod eis non possit per aliquas litteras apostolicas derogari, aut si alias pro te in eadem ecclesia dreximus scripta nostra seu quod presens non fueris ad prestandum de observandis ipsius ecclesie statutis et consuetudinibus solitum juramentum, dummodo illud per procuratorem prestes ydoneum ad hoc specialiter constitutum. Nulli ergo nostre collationis, provisionis, investiture et constitutionis, etc. Datum apud Urbemveterem, x kalendas februarii, anno tertio. »

**1215** Orvieto, 27 janvier 1264.

Præpositum ecclesiæ Ambianensis et magistrum Giraldum, dictum *Burdoy*, canonicum Remensem, prædictæ collationis executores deputat. (Reg. 29, fol. 94 v°, n° 263.)

« . . *preposito ecclesie Ambianensis et magistro Girardo dicto* Burdoy, *canonico Remensi.* Inducunt nos dilecti filii . . magistri Johannis de Senonis, clerici causarum camere nostre auditoris generalis, merita etc., ut supra in proxima littera, verbis competenter mutatis usque constitutum. Quocirca discretioni vestre in virtute obedientie per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel alter vestrum per vos vel alium seu alios dictum magistrum vel procuratorem ejus, suo nomine, in corporalem possessionem canonicatus et prebende predictorum, amoto ab eis quolibet detentore, inducatis et defendatis inductum ac, stallo sibi in choro et loco in capitulo assignatis, faciatis ipsum vel dictum procuratorem aut alium pro eo in eadem ecclesia in canonicum recipi et in fratrem ac premissorum omnium plena et pacifica possessione gaudere. Contradictores etc. usque compescendo. Non obstantibus etc. usque concilio generali. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas februarii, anno tertio. »

**1216** Orvieto, 3 janvier 1264.

Magistro Nicolao, dicto *Limirelier*, clerico Tornacensis diocesis, canonicatum ecclesiæ Tornacensis cum præbenda confert. (Reg. 29, fol. 94 v°, n° 264.)

« *Magistro Nicolao, dicto* Limirelier, *de Tornaco, clerico venerabilis fratris . . nostri Tornacensis episcopi.* Et si ad —. Attendentes igitur laudabile testimonium quod tibi de litterarum scientia, honestate vite et bonis moribus perhibetur, ac te tum propter hoc, tum etiam obtentu venerabilis fratris nostri . . Tornacensis episcopi, pro te nobis per suas litteras devote ac humiliter supplicantis, speciali gratia prosequentes, canonicatum ecclesie Tornacensis ac prebendam si qua ibidem vacat ad presens, cum plenitudine juris canonici, auctoritate apostolica de gratia tibi conferimus speciali tibique providemus de illis et de ipsis per nostrum anulum presentialiter investimus. Alioquin prebendam in eadem ecclesia proximo vacaturam donationi apostolice reservantes, tibi quamcito vacaverit, conferendam, decernimus irritum et inane si secus de hujusmodi prebenda contigerit attemptari. Non obstante —. Nulli ergo nostre collationis, provisionis, investiture, reservationis et confirmationis, etc. Datum apud Urbemveterem, III nonas januarii, anno tertio. »

**1217** Orvieto, 23 janvier 1264.

Abbatem s. Nicolai de Pratis juxta Tornacum et præpositum ecclesiæ s. Germani Maucensis, Cameracensis diocesis, prædictæ collationis executores deputat. (Reg. 29, fol. 95, n° 265.)

« *Abbati sancti Nicolai de Pratis juxta Tornacum et preposito ecclesie sancti Germani Maucensis, Cameracensis diocesis.* Et si ad provisionem etc. usque testimonium quod dilecto filio, dicto *Lemirelier*, de Tornaco, clerico venerabilis fratris nostri . . Tornacensis episcopi, etc., ut supra in proxima, verbis competenter mutatis, usque constitutum. Quocirca mandamus quatinus vos vel alter vestrum per vos vel per alium aut alios eundem magistrum Nicolaum vel procuratorem suum, ejus nomine, in possessionem vel quasi predicti canonicatus ac prebende, si qua in predicta ecclesia, tempore hujusmodi collationis nostre, vacabat, inducatis et defendatis inductum, facientes eum vel dictum procuratorem pro ipso in eadem ecclesia in canonicum recipi et in fratrem. Quod si, tempore collationis predicte, aliqua prebenda non vacabat in ecclesia supradicta, dicto magistro vel eidem procuratori pro ipso de prebenda si vacat ad presens in dicta ecclesia vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, providere curetis, non obstantibus etc. usque impediri valeat vel differri. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, x kalendas februarii, anno tertio. »

**1218** Orvieto, 18 janvier 1264.

Johanni de Tanero, rectori ecclesiæ de Curtiniaco, Senonensis diocesis, clerico et familiari apostolico, canonicatum et præbendam Meldensis ecclesiæ confert. (Reg. 29, fol. 95, n° 266.)

« *Johanni de Tanero, rectori ecclesie de Curtiniaco, Senonensis diocesis, clerico et familiari nostro.* Speciali gratia et —. Proinde siquidem volentes tibi gratiam facere specialem, canonicatum ecclesie Meldensis cum plenitudine juris canonici ac prebendam non sacerdotalem integram, si qua ibidem vacat ad presens, tibi conferimus tibique providemus de illis et de ipsis per nostrum anulum presentialiter investimus. Si vero inibi aliqua integra prebenda non vacat ad presens, prebendam integram non sacerdotalem ibidem proximo vacaturam conferendam tibi donationi apostolice reservamus, ac decernimus irritum et inane si secus de prebenda hujusmodi apostolica vel quavis auctoritate contigerit attemptari. Non obstante —. Nulli ergo nostre collationis, provisionis, investiture, reservationis et constitutionis etc. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas februarii, anno tertio. »

**1219** Orvieto, 19 janvier 1264.

Priorem s. Juliani Pauperis et magistrum Hugonem, dictum *Burgundum*, canonicum ecclesiæ s. Mederici Parisiensis, prædictæ collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 95 v°, n° 267.)

« *Priori S. Juliani Pauperis et magistro Hugoni, dicto* Burgundo, *canonico ecclesie S. Mederici Parisiensis.* Speciali gratia et —. Datum apud Urbemveterem, XIIII kalendas februarii, anno tertio. »

**1220** Orvieto, 9 janvier 1264.

Episcopo et capitulo Dertusensibus mandat ut Bernardum de Adarrona, nepotem fr. Raymundi de Pennaforti, pœnitentiarii et capellani apostolici, in eorum ecclesia in canonicum et fratrem recipiant. (Reg. 29, fol. 95 v°, n° 268.)

« *Episcopo et capitulo Dertusensibus, ordinis sancti Augustini.* Ad innocentis vite studium per quam acquiritur gloria civium supernorum, dilectus filius Bernardus de Adarrona, pauper clericus, nepos dilecti filii fratris Raymundi de Pennaforti, penitentiarii et capellani nostri, ferventer aspirans, elegit, sicut asserit, una vobiscum, filii capitulum, in ecclesia vestra in qua ordo sancti Augustini servatur, sub regulari habitu virtutum Domino famulari. Nos itaque, pium ipsius clerici propositum super hoc in Domino commendantes ac eum, intuitu predicti capellani, benivolo prosequentes affectu, universitatem vestram rogamus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta in virtute obedientie firmiter precipiendo mandantes quatenus dilectum filium, si est ydoneus, pro divina et nostra reverentia, in canonicum recipiatis et fratrem ac fraterna in Domino caritate tractetis, non obstante statuto de certo canonicorum numero juramento vel confirmatione apostolica seu quacumque firmitate vallato. Preces nostras et preceptum in hac parte taliter impleturi ut exinde digna laudibus apud nos vestra sinceritas habeatur. Alioquin rescribatis nobis causam quare id efficere minime debeatis. Datum apud Urbemveterem, v idus januarii, anno tertio. »

**1221** Orvieto, 21 janvier 1264.

Petro Guillelmi, presbytero Petragoricensis diocesis, capellano M., s. Mariæ in Porticu diaconi cardinalis, canonicatum secularis ecclesiæ s. Asterii, Petragoricensis diocesis, obtentu Roncelini de Fos, præceptoris domus Militiæ Templi in Provincia, confert. (Reg. 29, fol. 95 v°, n° 269.)

« *Petro Guillelmi, presbytero Petragoricensis diocesis, capellano dilecti filii nostri M., sancte Marie in Porticu diaconi cardinalis.* Ad faciendam tibi gratiam specialem et tue probitatis merita super quibus laudabile tibi testimonium perhibetur, et dilecti filii fratris Roncelini de Fos, preceptoris domus Militie Templi in Provintia devota supplicatio nos inducunt. Hinc est quod nos, consideratione dicti fratris et hujusmodi meritorum obtentu, canonicatum secularis ecclesie sancti Asterii, Petragoricensis diocesis, ac prebendam nulli alii de jure debitam, si est ibi distinctio prebendarum certusque canonicorum numerus, et vacat ad presens, alioquin portionem de communibus proventibus, sicut alii canonici ecclesie predicte percipiunt, tibi conferimus cum plenitudine juris canonici teque de ipsis per nostrum anulum investimus. Si vero distinctio et numerus hujusmodi sunt ibidem et nulla prebenda vacat ad presens, illam quam primo vacare contigerit, donationi apostolice reservantes conferendam tibi per executorem deputandum a nobis, decernimus irritum et inane si secus a quoquam de prebenda seu portione hujusmodi contigerit attemptari, non obstante si est in ecclesia ipsa statutum de certo canonicorum numero juramento vel alia qualibet firmitate vallatum, aut si scripsimus ibi pro aliis quibus nolumus prejudicium generari. Nulli ergo nostre collationis, investiture, reservationis et constitutionis etc. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas februarii, anno tertio. »

**1222** Orvieto, 21 janvier 1264.

Episcopum et Rampnulfum de Marolio, archidiaconum Petragoricenses, prædictæ collationis executores deputat. (Reg. 29, fol. 95 v°, n° 270.)

« *Episcopo et dilecto filio Rampnulfo de Marolio, archidiacono Petragoricensibus.* Ad faciendam dilecto filio Petro Guillelmi, presbytero Petragoricensis diocesis, capellano dilecti filii nostri M., sancte Marie in Porticu etc., ut supra, verbis competenter mutatis, usque generari. Quocirca mandamus quatenus eundem presbyterum vel procuratorem suum, ejus nomine, in ipsa ecclesia vos vel alter vestrum per vos vel per alium aut alios recipi faciatis in canonicum et in fratrem ac ei de prebenda vel portione hujusmodi, si vacat ad presens, vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, providere curetis, sibi stallum in choro et locum in capitulo cum plenitudine juris canonici assignando ac inducendo ipsum in corporalem predictorum possessionem et inductum etiam defendendo, non obstantibus —, vel quod super ecclesia sancti Martini ad Pictam auctoritate nostra sibi collata, inter ipsum et quendam alium coram delegato a nobis questio ventilatur, aut quod idem Petrus presens non fuerit ad prestandum de observandis ipsius ecclesie consuetudinibus et statutis solitum juramentum, dum tamen illud prestet per procuratorem ad hoc specialiter cons-

titutum et nichilominus, cum ad dictam ecclesiam venerit, per se ipsum. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas februarii, anno tertio. »

**1223** Orvieto, 23 janvier 1264.

Episcopo Laudensi [1] indulget ut in ejus ecclesia unum presbyterum et unum diaconum in canonicos recipi faciat. (Reg. 29, fol. 96, n° 271.)

« *Episcopo Laudensi.* Ad audientiam nostram, te significante, pervenit quod Laudensis ecclesia in qua canonicorum electio ad capitulum ipsius ecclesie, ad te vero institutio spectat ipsorum, in presbyteris et diaconis defectum non modicum noscitur sustinere. Nos itaque, volentes super hoc eidem ecclesie providere ac tibi gratiam facere specialem, faciendi per te vel per alium in eadem unum presbyterum et unum diaconum ydoneos in canonicos recipi et in fratres et providendi eorum singulis de singulis prebendis, si vacant ibidem ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, necnon contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, non obstante certo ipsius ecclesie canonicorum numero, juramento, confirmatione sedis apostolice sive quacumque firmitate vallato, liberam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Volumus autem quod ipsi, cum prebendas in eadem ecclesia fuerint assecuti, residentiam in ea faciant personalem. Datum apud Urbemveterem, x kalendas februarii, anno tertio. »

**1224** Orvieto, 7 mai 1264.

Dispensatio super matrimonio illicite contracto Guillelmo de Curtiniaco et Agneti de Petrapertusa conceditur. (Reg. 29, fol. 96, n° 272.)

« *Nobili viro Guillelmo de Curtiniaco, Senonensis diocesis.* Oblata nobis ex parte tua petitio continebat quod tu olim cum nobili muliere Agnete de Petrapertusa per verba de presenti matrimonium in facie ecclesie contraxisti. Verum quia, sicut asseris, nobilis ipsa te quarto gradu consanguinitatis contingit, nobis humiliter supplicasti ut, cum jamdiu illi cohabitaveris et prolem susceperis ex eadem, providere super hoc vobis per apostolice dispensationis gratiam curaremus. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, vobiscum ut, impedimento hujusmodi non obstante, in sic contracto matrimonio licite remanere possitis auctoritate presentium dispensamus, prolem inde susceptam et suscipiendam legitimam decernentes. Nulli ergo nostre dispensationis et constitutionis etc. Datum apud Urbemveterem, nonis maii, anno tertio. »

[1] On pourrait aussi lire *Laudunensi* et dans ce cas, il serait question de Laon au lieu de Lodi.

**1225** Orvieto, 23 novembre 1263.

Abbati Lesatensi mandat ut magistrum Petrum, archidiaconum Bruliensem in ecclesia Agennensi, socium magistri Michaelis, sanctæ Romanæ ecclesiæ vicecancellarii, in possessionem prioratus de Villareio, Agennensis diocesis, mittat. (Reg. 29, fol. 96, n° 273.)

« *Abbati Lesatensi, Cluniacensis ordinis, Tholosane diocesis.* Illo recte rationis examine quo sedes apostolica merita singulorum appendit (*sic*), eos premiis amplioris retributionis attollens qui meritis potioribus adjuvantur, conveniens judicamus et debitum ut dilectus filius magister Petrus, archidiaconus Bruliensis in ecclesia Agennensi, socius dilecti filii magistri Michaelis, sacrosancte Romane ecclesie vicecancellarii, experiatur eandem sedem in suis oportunitatibus favorabilem et in gratiarum affluentia liberalem. Sane, monasterio Aureliacensi, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente, ordinis sancti Benedicti, Claromontensis diocesis, abbatis regimine destituto, conventus ejusdem monasterii compromiserunt in quosdam ex eis qui quemdam ipsius monasterii monachum in abbatem ipsius monasterii elegerunt. Et licet ab hujusmodi electione ad sedem eandem fuerit appellatum et postmodum ille, sue electionis non expectata discussione, juri si quod sibi ex electione hujusmodi videbatur competere, in manibus nostris cesserit, nichilominus tamen ipse interim, pendente hujusmodi appellationis articulo, quasi foret electus in concordia et ex hoc legitimam ac pacificam administrationem haberet, de Vilareio Agennensis primo, et nichilominus postea de Dausato, Claromontensis diocesum prioratus, ad monasterium ipsum spectantes et consuetos clericis secularibus assignari, magistro Guillelmo Rolandi, clerico ejusdem Claromontensis diocesis, de facto conferre presumpsit. Cum igitur collatio hujusmodi prioratus de Vilareio sic presumpta per eundem electum, post appellationem contra ipsum ad nos emissam,

carere debeat robore firmitatis, et sic prioratus idem de jure vacare dicatur, presertim cum idem magister Guillelmus prioratum de Dausato predictum duxerit acceptandum, discretioni tue mandamus quatenus eundem prioratum de Vilareio, cura carentem animarum, cum omnibus juribus et pertinentiis suis dicto magistro Petro vel procuratori suo, ejus nomine, auctoritate nostra per te vel per alium seu alios conferas et assignes, inducens ipsum vel alium loco ejus in corporalem ejusdem prioratus ac jurium et pertinentiarum ipsius possessionem et inductum defendens eique faciens de ipsius prioratus ac jurium et pertinentiarum proventibus integre responderi, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem. Non obstantibus —, vel quod idem archidiaconus alia beneficia obtinet habentia curam animarum annexam —. Contradictores —. Invocato —. Nos insuper exnunc —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas decembris, anno tertio. »

**1226** Orvieto, 18 janvier 1264.

Archidiacono Laudunensi mandat ut Oudardum de Lærval clericum, in ecclesia b. Mariæ de Dinanto in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 96 v°, n° 274.)

« *Archidiacono Laudunensi*. Justitie consonum et —. Hinc est quod nos dilectum filium Oudardum de Laerval clericum, ob laudabile testimonium quod de ipsius ydoneitate a fidedignis perhibetur, prosequi gratiose volentes, discretioni tue mandamus quatenus ipsum in ecclesia beate Marie de Dinanto, Leodiensis diocesis, si sit ydoneus et pro alio in eadem ecclesia non direximus scripta nostra, per te vel alium auctoritate nostra recipi facias in canonicum et in fratrem sibique provideas de prebenda nulli alii de jure debita, si qua vacat ibidem ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, non obstante statuto de certo numero —, contradictores etc. Ita tamen quod idem clericus, prout requiret onus prebende de qua sibi provideri contigerit, ad ordines se faciat statutis promoveri temporibus et personaliter in ecclesia resideat memorata. Alioquin gratia hujusmodi nullius penitus sit momenti. Volumus autem ut beneficia, si qua dictus habet clericus, eo tempore vacent quo idem prefatam prebendam pacifice fuerit auctoritate presentium assecutus. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas februarii, anno tertio. »

**1227** Orvieto, 26 janvier 1264.

Guillelmo de Limigni, archidiacono Preiciacensi in ecclesia Carnotensi, et Henrico, dicto *Tuebues*, canonico Parisiensi, mandat ut magistrum Lambertum de Latiniaco, clericum Meldensis diocesis, obtentu regis Navarræ, in ecclesia Remensi in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 97, n° 275.)

« *Guillelmo de Limigni, archidiacono Preiciacensi in ecclesia Carnotensi, et Henrico dicto* Tuebues, *canonico Parisiensi.* Etsi ad provisionem cunctorum qui clericali militie sunt ascripti pietas et pastoralis officii debitum nos propulsent, horum tamen provisionibus faciliores nos convenit exhibere qui propriis meritis et intercessionibus sedis apostolice sublimium devotorum, quorum sunt obsequiis deputati, efficacioribus adjuvantur. Hinc est quod nos dilectum filium magistrum Lambertum de Latiniaco, clericum Meldensis diocesis, doctorem dilecti filii Guillelmi, thesaurarii Senonensis, germani carissimi in Christo filii nostri . . illustris regis Navarre, Campanie ac Brie comitis palatini, obtentu ipsius regis pro eo apostolicam gratiam implorantis, favore specialis gratie prosequentes, discretioni vestre mandamus quatenus vos vel alter vestrum per vos vel alium seu alios eundem magistrum in ecclesia Remensi auctoritate nostra faciatis recipi in canonicum et in fratrem eique provideatis de prebenda, si vacat ibidem ad presens, vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, non obstante —. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas februarii, anno tertio. »

**1228** Orvieto, 13 décembre 1263.

Magistro Clementi, archidiacono in ecclesia Laudunensi, mandat ut proventus omnes monasterii s. Medardi Suessionensis colligi faciens, medietatem usibus monachorum applicet residuumque oneri debitorum sublevando. (Reg. 29, fol. 97, n° 276.)

« *Magistro Clementi, archidiacono in ecclesia Laudunensi.* Ex parte dilecti filii . . abbatis monasterii sancti Medardi Suessionensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis Sancti Benedicti, fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum monasterium ipsum tanto prematur onere debitorum quod, nisi provisione celeri succurratur eidem, merito timeri potest ne facultates ipsius vorago absorbeat usurarum, providere ipsi monasterio in hac parte salubriter curaremus. Quia vero ex suscepti cura regiminis tenemur de illis locis precipue sollicitam curam habere que

ad nos nullo pertinent mediante, precavendo ipsorum indempnitatibus et profectibus intendendo, discretioni tue de qua plenam fiduciam gerimus per apostolica scripta mandamus quatenus, veris existentibus supradictis, universos redditus et proventus ipsius monasterii, ubicumque ipsos habeat, per te vel per alium seu alios fideliter colligi faciens, medietate ipsorum proventuum pro sustentatione abbatis et conventus ejusdem monasterii ac pro facienda hospitalitate ibidem portione servata, residuum convertas in solutione hujusmodi debitorum. Proviso ne residuum eorumdem proventuum in usus alios convertatur et quod iidem abbas et conventus parati hujusmodi debita solvere, juxta modum predictum, ab ipsius monasterii creditoribus interim super solutione majoris summe nullatenus molestentur. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, idus decembris, anno tertio. »

**1229** Orvieto, 28 janvier 1264.

Episcopo Aurelianensi concedit facultatem faciendi recipi unum ex suis clericis in ecclesia de Remorentino, Aurelianensis diocesis, in canonicum et in fratrem. (Reg. 29, fol. 97, n° 277.)

« *Episcopo Aurelianensi*. Provenit ex devotionis —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas februarii, anno tertio. »

**1230** Orvieto, 28 janvier 1264.

Magistro Guillelmo, dicto *Nigro*, archidiacono Sagaloniæ in ecclesia Aurelianensi, indulget ut archidiaconatus visitationi insistens, proventus præbendæ Aurelianensis in absentia percipere valeat. (Reg. 29, fol. 97 v°, n° 278.)

« *Magistro Guillelmo, dicto* Nigro, *archidiacono Sagalonie in ecclesia Aurelianensi* De tua et subjectarum tibi personarum salute sollicitus, circa ea que in archidiaconatu tuo Sigalonie limam correctionis exposcunt, sicut asseris, disponis intendere et ibidem, prout ad te de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertinere proponis, visitationis officium exercere. Nos igitur, tuis et venerabilis fratris nostri.. Aurelianensis episcopi, pro te apostolicam gratiam implorantis, precibus inclinati, devotioni tue auctoritate apostolica indulgemus ut in eodem archidiaconatu hujusmodi officium exercendo, possis proventus prebende tue Aurelianensis cum ea integritate percipere, cotidianis distributionibus duntaxat exceptis, cum qua illos perciperes si in ipsa ecclesia personaliter resideres, ita quod interim pro residente in ipsa ecclesia reputeris. Non obstantibus aliquibus contrariis ipsius ecclesie consuetudinibus vel statutis juramento, confirmatione sedis apostolice aut alia quavis firmitate vallatis, seu quacumque indulgentia apostolice sedis per quam effectus presentium impediri posset vel quomodolibet retardari. Nulli ergo nostre concessionis etc. usque incursurum. Presentibus post triennium minime valituris. Datum apud Urbemveterem, v kalendas februarii, anno tertio. »

**1231** Orvieto, 28 janvier 1264.

Episcopum Aurelianensem prædicti indulti deputat executorem. (Reg. 29, fol. 97 v°, n. 279.)

« *Episcopo Aurelianensi.* Dilectus filius magister —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas februarii, anno tertio. »

**1232** Orvieto, 18 janvier 1264.

Archidiacono Tarentasiensi mandat ut Radulfo, canonico ecclesiæ Augustensis, nepoti archiepiscopi Tarentasiensis, de domo in eadem ecclesia provideat. (Reg. 29, fol. 97 v°, n° 280.)

« *Archidiacono Tarentasiensi.* Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas februarii, anno tertio.

**1233** Orvieto, 18 janvier 1264.

Capitulo Augustensis ecclesiæ mandat ut Radulfum, nepotem archiepiscopi Tarentasiensis, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 97 v°, n° 281.)

« *Capitulo ecclesie Augustensis.* Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas februarii, anno tertio. »

**1234** Orvieto, 11 janvier 1264.

Infrascriptis mandat ut magistrum Symonem de Foresta, clericum principis Achayae, in ecclesia Mothonensi in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 98, n° 282.)

« *Episcopo Olonensi et dilecto filio . . electo Latedonicnsi.* Dilecto filio magistro —. Datum apud Urbemveterem, iii idus januarii, anno tertio. »

**1235** Orvieto, 29 janvier 1264.

Decano ecclesiæ Burgensis mandat ut in ecclesia de Tutela, Tirasonensis diocesis, in qua canonicorum receptio et præbendarum collatio ad decanum et capitulum dictæ ecclesiæ pertinent, Jordanum de Latienda, clericum Calaguritanæ diocesis, obtentu P. Garsiæ, prioris s. Sepulcri in Hispania, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 98, n° 283.)

« *Decano ecclesie Burgensis.* Adjutor probitatis et —. Datum apud Urbemveterem, iiii kalendas februarii, anno tertio. »

**1236** Orvieto, 18 janvier 1264.

Præposito et capitulo Sistaricensibus mandat ut, obtentu H., Ostiensis et Velletrensis episcopi, Amandum de Pratis, pauperem clericum qui diu studio litterarum institit in grammatica et logica, in clericum et fratrem recipiant. (Reg. 29, fol. 98, n° 284.)

« *Preposito et capitulo Sistaricensibus.* Dilectum filium Amandum —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas februarii, anno tertio. »

**1237** Orvieto, 30 janvier 1264.

Episcopo Laudunensi mandat ut Petrum de Claustro, capellanum A., tituli s. Praxedis presbyteri cardinalis, in ecclesia s. Johannis in Burgo Laudunensi, in qua ad eumdem episcopum collatio pertinet præbendarum, in canonicum recipi faciat eique de præbenda provideat. (Reg. 29, fol. 98 v°, n° 285.)

« *Episcopo Laudunensi.* Ne liberalitas suo —. Datum apud Urbemveterem, iii kalendas februarii, anno tertio. »

**1238** Orvieto, 17 janvier 1264.

Episcopo Tarentasiensi liberam concedit facultatem unum clericum in ecclesia Augustensi in canonicum recipi faciendi, si ad hoc episcopi Augustensis et majoris partis capituli ejusdem ecclesiæ accedat assensus. (Reg. 29, fol. 98 v°, n. 286.)

« *Episcopo Tarentasiensi.* Volentes tuam honorare —. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas februarii, anno tertio. »

**1239** Orvieto, 28 janvier 1264.

Abbati Agedunensi et priori de Randos, Lemovicensis et Lugdunensis diocesum, mandat ut Guillelmo de Monte-Revello, canonico ecclesiæ Aniciensis, episcopi Sabinensis capellano, de aliqua dignitate ecclesiæ Aniciensis providere curent. (Reg. 29, fol. 98 v°, n° 287.)

« *Abbati Agedunensi et priori de Randos, Lemovicensis et Lugdunensis diocesum.* Merita probitatis dilecti filii Guillelmi de Monte-Revello, canonici ecclesie Aniciensis, capellani venerabilis fratris nostri . . Sabinensis episcopi, cujus obtentu ad gratiam eidem capellano faciendam promptius invitamur, et venerabilis fratris nostri . . episcopi Aniciensis, consideratio nos inducunt ut ipsum prosequamur benivolentia gratiosa. Hinc est quod nos, meritorum hujusmodi ac ipsius Aniciensis episcopi nobis super hoc supplicantis intuitu, volentes dicto G. gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus quatenus vos vel alter vestrum eidem Guillelmo de aliquo personatu vel dignitate dicte ecclesie, abbatia S. Evodii duntaxat excepta, si in eadem ecclesia vacat ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, per vos vel per alium auctoritate nostra providere curetis, facientes eum, ut moris est, ad hujusmodi personatum vel dignitatem admitti. Contradictores etc. usque compescendo. Non obstante —, aut quod idem G. alias beneficiatus existit. Volumus autem quod, postquam dictus G. personatum vel dignitatem hujusmodi fuerit pacifice assecutus, ecclesiam de Grasac, juxta Algere, cujus idem rector existit, quamque exnunc vacare volumus, omnino dimittat. Datum apud Urbemveterem, v kalendas februarii, anno tertio. »

**1240** Orvieto, 25 janvier 1264.

Thesaurario ecclesiæ s. Johannis Maguntini mandat ut Con-

radum de Vulfhagen in ecclesia s. Castoris de Confluentia, Treverensis diocesis, in canonicum recipi faciat eique de præbenda provideat. (Reg. 29, fol. 99, n° 288.)

« *Thesaurario ecclesie s. Johannis Maguntini.* Constitutus in presentia nostra dilectus filius Conradus de Vulfhagen clericus nobis significare curavit quod, licet nos dilectis filiis preposito, decano et capitulo ecclesie s. Castoris in Confluentia, Treverensis diocesis, per nostras litteras sub certa forma preces direxerimus et mandata ut clericum ipsum in canonicum et fratrem reciperent ac sibi de prebenda si qua in dicta ecclesia, in qua prebendarum collatio ad eos pertinet, tunc vacaret vel quamcito facultas occurreret, providerent, iidem tamen prepositus, decanus et capitulum id efficere non curarunt, propter quod dictus clericus apostolicam gratiam coactus est denuo implorare. Nos itaque, laudabile testimonium quod eidem clerico de honestis moribus et sincera devotione circa nos et Romanam ecclesiam perhibetur, affectu benivolo attendentes ac propter hoc volentes sibi gratiam facere specialem, discretioni tue mandamus quatenus dictum clericum in prefata ecclesia per te vel per alium auctoritate nostra in canonicum et fratrem recipi facias eique de prebenda provideas, juxta priorum continentiam litterarum, non obstante —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas februarii, anno tertio. »

**1241** Orvieto, 13 janvier 1264.

Ad preces episcopi et capituli Dolensium, Dolensi episcopo mandat ut magistrum Robertum de Porta, officialem Dolensem, in ecclesia Dolensi, in qua ad eumdem episcopum collatio pertinet præbendarum, in canonicum recipi faciat eique de præbenda provideat. (Reg. 29, fol. 99, n° 289.)

« *Episcopo Dolensi.* Per vestras patentes —. Datum apud Urbemveterem, idus januarii, anno tertio. »

**1242** Orvieto, 28 janvier 1264.

Belam, regem Hungariæ, ab affinitate ac omni fœdere cum Tartaris ineundo dehortatur. (Reg. 29, fol. 99 v°, n° 290; Potthast. 18792.)

« *Carissimo in Christo filio Bele, illustri regi Ungarie.* Per facti evidentiam —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas februarii, anno tertio. »

In eumdem modum carissimo in Christo filio Stephano regi, primogenito karissimi in Christo filii nostri B., Ungarie regis illustris (Reg. 29, fol. 99 v°, n° 291.)

In eundem modum archiepiscopis et episcopis aliisque prelatis ecclesiarum per regnum Ungarie constitutarum.

**1243** Orvieto, 2 février 2264.

Belæ, regi Hungarie, scribit se audivisse « quod, inter te ac Stephanum regem primogenitum materia dissensionis exorta, ipse contra te Cumanorum tuque contra eum paganorum de Livonia et aliorum infidelium vicinorum auxilium intenditis invocare ac hostilem congressum ad invicem experiri. » Obsecrat eum ac etiam sub pœna excommunicationis ei inhibet quominus ad tam crudele propositum exequendum aliquo modo procedat. (Reg. 29, fol. 100, n° 292 ; Potthast. 18796.)

« *Bele, illustri regi Ungarie.* Nimis aliquando fuit —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas februarii, anno tertio. »

In e. m. Stephano regi, primogenito carissimi in Christo filii Bele, Ungarie regis illustris.

**1244** Orvieto, 29 janvier 1264.

Fratri Johanni de Limeriis domum de Fontanis sub Monte-Desiderii, cum grangia, juribus et pertinentiis suis, ordinis Militiæ Templi, Ambianensis diocesis, quoad vixerit, retinendam confert, ita tamen quod præceptori domorum ejusdem ordinis in Francia pro prædicta domo persolvat consuetam annuam pensionem. (Reg. 29, fol. 100, n° 293.)

« *Fratri Johanni de Limeriis, ordinis Militie Templi, quondam marescalco nostro.* Devotioni tue volentes —. Datum apud Urbemveterem, iiii kalendas februarii, anno tertio. »

**1245** Orvieto, 29 janvier 1264.

Infrascriptis supradictæ collationis executionem committit. (Reg. 29, fol. 100 v°, n° 294.)

« *Episcopo et dilecto filio magistro Radulfo de Beneapre canonico Ambianensibus.* Dilecto filio fratri —. Datum apud Urbemveterem, iiii kalendas februarii, anno tertio. »

**1246** Orvieto, 30 janvier 1264.

Quum Thomæ de Graham, perpetuo vicario ecclesiæ de Tykehilla, Eboracensis diocesis, portionem quam in eadem ecclesia abbas et conventus monasterii s. Oswaldi percipiebant cum certis domibus concesserit, ea duntaxat conditione ut quadraginta marcas sterlingorum annuatim eisdem persolvat, infrascriptis mandat ut concessionem praedictam executioni demandent. (Reg. 29, fol. 100 v°, n° 295.)

« *Archidiacono Leycestrie in ecclesia Lincolniensi et precentori ecclesie sancte Marie de Suthantane, Wintoniensis diocesis.* Conveniens arbitramur et consentaneum rationi ut ecclesiarum ministri earum sustententur stipendiis quarum sunt obsequiis deputati. Sane petitio dilecti filii Thome de Graham, perpetui vicarii ecclesie de Tykehilla, Eboracensis diocesis, nobis exhibita continebat quod, bone memorie Willelmus, Eboracensis archiepiscopus, de consensu capituli sui, ecclesiam de Tykehilla, cujus ipse Thomas perpetuus existit vicarius, Eboracensis diocesis, dilectis filiis .. priori et conventui monasterii sancti Oswaldi, ordinis sancti Augustini, dicte diocesis, patronis ejusdem ecclesie, in proprios usus concessit, et hujusmodi concessio postmodum per sedem apostolicam in forma communi extitit confirmata. Idem quoque archiepiscopus, ad id consensu simili accedente, taxans in ecclesia ipsa perpetuam vicariam, assignavit eisdem priori et conventui certam de ipsius ecclesie proventibus portionem, necnon et quasdam terras et domos ad eandem ecclesiam pertinentes, reliquis ecclesie prefate proventibus vicariis ibidem servituris perpetuo reservatis. Verum prefatus Thomas, asserens quod omnes redditus et proventus ipsius ecclesie et capelle de Staintone, ab eadem ecclesia dependentis, connumerata etiam portione vicario deputata, pro quadraginta marcis sterlingorum secundum communem extimationem patrie sunt taxati, et quod vicaria hujusmodi est adeo tenuis et exilis quod, deductis incumbentibus sibi ratione ipsius vicarie oneribus, ex illis proventibus qui sextam partem proventuum ejusdem ecclesie vix excedunt, nequit commode sustentari, nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse pro portione quam nominati p[ri]or et conventus in predictis ecclesia et capella percipiunt, ipsis quadraginta marchas sterlingorum exhibere annis singulis sit paratus, providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Cum igitur decens sit ut ipse qui curam gerit parrochianorum ecclesie sepedicte, ipsisque ministrat ecclesiastica sacramenta, quique hospitalitatem juxta patrie morem servando, multiplices inevitabiliter, ut asserit, subit expensas et alia onera omnia incumbentia ecclesie prefate debita et consueta supportat, sicut in spiritualibus sic et in temporalibus ministrando, sicque plene administrationem gerendo ipsius ecclesie, sibi circa supportanda hujusmodi onera possit utilius providere, nos, ipsius supplicationibus inclinati, salubre circa predicta intendentes remedium adhibere, portionem hujusmodi quam ipsi prior et conventus in dictis ecclesia et capella percipiunt, cum domibus et terris prefatis, veris existentibus que de taxatione hujusmodi et aliis superius proponuntur, sibi per nostras litteras duximus concedendam, ab ipso, quoad vixerit, retinendam, predicta concessione archiepiscopi non obstante, ita tamen quod pro eadem portione quadraginta marcas sterlingorum annuatim exolvat priori et conventui memoratis, ad quod ipsum manere decrevimus obligatum. Quocirca mandamus quatenus eundem vicarium in possessionem dicte portionis ac terrarum et domorum predictarum, juxta concessionis et assignationis hujusmodi nostre tenorem, vos vel alter vestrum, per vos vel per alium seu alios inducatis et defendatis inductum. Non obstante si —. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, III kalendas februarii, anno tertio. »

**1247** Orvieto, 30 janvier 1264.

Episcopo et capitulo Barchinonensibus mandat ut Jacobum de Olorda, canonicum Majoricensem, in canonicum recipiant eique de præbenda provideant. (Reg. 29, fol. 101, n° 296.)

« *Episcopo et dilectis filiis capitulo Barchinonensibus.* Intendentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas februarii, anno tertio. »

**1248** Orvieto, 27 janvier 1264.

Infrascriptis mandat archiepiscopum Coloniensem inducant ut Arnoldum, capellanum apostolicum, natum comitis de Los, in præpositum ecclesiae Leodiensis recipi faciat. (Reg. 29, fol. 101, n° 297.)

« *Abbati Eurebodien[si], Premonstratensis ordinis, Leodiensis diocesis, Th., archidiacono de Blankehen in ecclesia Treverensi, et scolastico ecclesie sancti Gereonis Coloniensis.* Dilectus filius Arnoldus, capellanus noster, natus nobilis viri .. comitis de Los, prepositus eccle-

sie Coloniensis, in nostra proposuit presentia constitutus, quod olim, confirmata electione celebrata in eadem ecclesia de venerabili fratre nostro.. Coloniensi archiepiscopo, nos preposituram ejusdem ecclesie, quam dictus archiepiscopus promotionis sue tempore obtinebat, Arnoldo conferentes eidem, decrevimus irritum et inane si secus de ipsa contingeret attemptari, non obstante quod nondum decursum erat tempus de consecrandis episcopis a canonibus diffinitum, dictusque archiepiscopus eundem Arnoldum, in nostra et plurium fratrum nostrorum presentia, in prepositum et manus ipsius A. inter suas recipiendo, homagium ab ipso tamquam a Coloniensi preposito eum ad osculum pacis recepit. Set postmodum idem archiepiscopus Henrico de Hinsebergue, ecclesie predicte canonico, quem ipsius ecclesie capitulum, post collationem hujusmodi, de facto, cum de jure nequiverit, in prepositum suum elegisse, cujusque electionem vicarius ipsius archiepiscopi confirmasse dicuntur, contra prefatum A. super hoc non est veritus nec veretur favorem impendere, asserens quod idem A. nec homagium sibi exhibuit nec hujusmodi juramentum. Unde nos eidem archiepiscopo nostris dedimus litteris firmiter in preceptis ut, amoto ab eadem prepositura dicto Henrico seu quolibet alio detentore, faceret prefatum A. ipsius prepositure pacifica possessione gaudere ac eidem, tamquam Coloniensi preposito, intendi et de juribus ac proventibus ipsius prepositure plenarie responderi, injuncto venerabili fratri nostro .. Leodiensi episcopo, et .. abbati sancti Tridonis, Leodiensis diocesis, per alias nostras litteras ut ipsi vel eorum alter, si dictus archiepiscopus mandatum nostrum in hac parte negligeret adimplere, ipsum ad id, monitione premissa, sublato cujuslibet appellationis obstaculo, auctoritate nostra compellere procurarent. Ceterum archiepiscopo intimavimus supradicto quod procederemus ad revocationem gratiarum sibi concessarum a nobis, si mandatis nostris super hoc per omnia non pareret. Et licet prefatus episcopus, prout ex beneficio litterarum directarum ad ipsum et memoratum abbatem, poterat, in eundem archiepiscopum, pro eo quod mandatis nostris super hoc parere neglexerit, canonica monitione premissa, suspensionis sententiam duxerit promulgandam, ipse tamen archiepiscopus, hujusmodi sententiam dampnabiliter vilipendens, mandatis nostris parere contempnit. Quare prefatus A. nobis humiliter supplicavit ut ei super hoc providere paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, ejusdem A. supplicationibus inclinati, discretioni vestre mandamus quatinus vos aut duo vel unus vestrum, per vos vel per alium seu alios sepefatum archiepiscopum moneatis et efficaciter inducatis ut ad executionem mandati nostri procedat, infra quindecim dies. juxta priorum directarum ad ipsum nostrarum continentiam litterarum, alioquin gratias hujusmodi et quicquid per eas factum est, si monitis vestris non paruerit in hac parte, que omnia cassamus, revocamus et statuimus nullius existere firmitatis, cassa, revocata et omni carere robore firmitatis denuntiare curetis. Datum apud Urbemveterem, VI kalendas februarii, anno tertio. »

**1249** Orvieto, 25 janvier 1264.

Episcopo Aniciensi concedit facultatem faciendi recipi in singulis ecclesiis collegiatis civitatis Aniciensis cathedrali et aliis singulos clericos idoneos in canonicos ac providendi eis de præbendis. (Reg. 29, fol. 101 v°, n° 298.)

« *Episcopo Aniciensi.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas februarii, anno tertio. »

**1250** Orvieto, 23 janvier 1264.

Archiepiscopo Compostellano mandat quatenus Aprilem Fernandi, portionarium ecclesiæ Compostellanæ, pro quo idem archiepiscopus et Johannes Martini, canonicus et procurator capituli ejusdem ecclesiæ, intercesserunt, in canonicum in eadem ecclesia recipi faciat eique de præbenda provideat, ita tamen quod portionem suam idem Aprilis dimittat. (Reg. 29, fol. 101 v°, n° 299.)

« *Archiepiscopo Compostellano.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas februarii, anno tertio. »

**1251** Orvieto, 27 janvier 1264.

Dispensatio de non visitandis ad quinquennium liminibus apostolorum. (Reg. 29, fol. 101 v°, n° 300.)

« *Henrico, abbati monasterii s. Nicolai in Bosco, ordinis s. Benedicti, Laudunensis diocesis.* Sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, in benedictione tua prestitisti corporaliter juramentum quod apostolorum limina singulis bienniis visitabis. Nos itaque, volentes

tibi facere gratiam specialem, presentium tibi auctoritate concedimus ut, juramento hujusmodi non obstante, limina eadem usque ad quinquennium visitare minime tenearis. Nulli ergo —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas februarii, anno tertio. »

**1252** Orvieto, 28 janvier 1264.

Capitulo ecclesiæ Rosetensis mandat ut ipsorum decanum de consilio magistri Nicolai de Vingneto, canonico Laudunensi, eligant. (Reg. 29, fol. 101 v°, n° 301.)

« *Capitulo ecclesie Rosetensis, Laudunensis diocesis.* Cum, sicut accepimus, dilectus filius Jobertus, decanus ecclesie vestre, decanatum ipsius ecclesie, in qua decani electio ad vos dicitur pertinere, resignare intendat, universitati (vestre) mandamus quatenus, si decanum eundem decanatum ipsum resignare forte contigerit, de consilio et assensu dilecti filii magistri Nicolai de Vingneto, canonici Laudunensis, ad electionem decani procedere studeatis. Nos enim decernimus irritum et inane si secus per vos circa decanatum eundem fuerit attemptatum. Datum apud Urbemveterem, v kalendas februarii, anno tertio. »

**1253** Orvieto, 12 janvier 1264.

Magistro Johanni de Andana, obtentu magistri Reneri, scolastici ecclesiæ Tungrensis, Leodiensis diocesis, indulget ut decanatum ecclesiæ b. Mariæ Namurcensis, curam animarum habentem annexam, et ecclesiam de Andana libere valeat insimul retinere. (Reg. 29, fol. 101 v°, n° 302.)

« *Magistro Johanni de Andana, decano ecclesie b. Marie Namurcensis, Leodiensis diocesis.* Meritis laudabilis conversationis —. Datum apud Urbemveterem, ii idus januarii, anno tertio. »

**1253 (*bis*)** Orvieto, 28 janvier 1264.

Archiepiscopo Cretensi concedit facultatem in eadem ecclesia in canonicum recipi faciendi Jacobum clericum, germanum Petrioli, familiaris J., s. Mariæ in Cosmedin diaconi cardinalis, eique de præbenda providendi. (Reg. 29, fol. 102, n° 303.)

« *Archiepiscopo Cretensi.* Dilecti filii Jacobi —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas februarii, anno tertio. »

**1254** Orvieto, 3 janvier 1264.

Episcopo Bethelemitano mandat ut, obtentu magistri Mathæi de Salerno, subdiaconi et capellani apostolici, Pascali, cantori ecclesiæ s. Mariæ Majoris de Barolo, archipresbyteratum ejusdem ecclesiæ conferat. (Reg. 29, fol. 102, n° 304.)

« *Episcopo Bethelemitano.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, iii nonas februarii, anno tertio. »

**1255** Orvieto, 5 février 1264.

Primicerio Nonnensis ecclesiæ mandat ut Michaeli, clerico ecclesiæ s. Mariæ Majoris Jadrensis, ecclesiam s. Mariæ de Melta extra muros Jadrenses, cui cura non imminet animarum, conferat. (Reg. 29, fol. 102, n° 305.)

« *Primicerio Nonnensis ecclesie.* Dilectus filius Michaeli —. Datum apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio. »

**1256** Orvieto, 6 février 1264.

Magistro Petro, archidiacono Senonensi, camerario apostolico, canonicatum ecclesiæ Parisiensis cum exspectatione præbendæ confert. (Reg. 29, fol. 102 v°, n° 306.)

« *Magistro Petro, archidiacono Senonensi, camerario nostro.* Clara probitatis tue merita tuaque laudabilis apud apostolicam sedem conversatio placidaque familiaritas ex quibus te predicte sedi exhibuisti gratum multipliciter et acceptum, instanter exposcunt ut personam tuam, scientia utique ac moribus preditam, et precipuis attollamus favoribus et gratiis potioribus honoremus. Decet namque ut, quia circa Romanam ecclesiam studiosis claruisti servitiis, sic te specialibus efferre beneficiis studeamus, ut ex hoc evidenter appareat quod tue nequaquam esse possumus immemores bonitatis, sed intendimus firmiter te inter ceteros familiares nostros semper in nostris gerere visceribus predilectum. Hinc est quod nos, tum ex hoc, tum etiam multarum consideratione virtutum, quas in personam tuam concessit Altissimus, te non immerito prosequi favorabiliter intendentes, canonicatum ecclesie Parisiensis, cum plenitudine juris canonici, ac prebendam integram, si qua vacat ibidem ad presens, tibi conferimus tibique providemus de illis, investientes te per nostrum anulum de eisdem. Quod

si hujusmodi prebenda ibidem forsitan non vacat ad presens, nos prebendam integram inibi proximo vacaturam conferendam tibi donationi apostolice reservamus, non obstantibus quod alias in diversis ecclesiis canonicatus, prebendas necnon et alia beneficia cum cura et sine cura dinosceris obtinere —, sive etiam juramento quod prestitisti venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis abbatibus, capitulis, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis et clericis Remensis et Senonensis provinciarum, cum pro eorum negotiis ad sedem accessisti predictam, a quo te apostolica auctoritate duximus absolvendum. Nos enim exnunc —. Nulli ergo —. Datum apud Urbemveterem, VIII idus februarii, anno tertio. »

**1257** Orvieto, 7 février 1264.

Episcopo Parisiensi et decano ecclesiæ Aurelianensis mandat ut magistrum Petrum, archidiaconum Senonensem, camerarium apostolicum, in ecclesia Parisiensi in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 102 v°, n° 307.)

« *Episcopo Parisiensi et decano ecclesie Aurelianensis.* Clara et laudabilia merita dilecti filii magistri Petri, archidiaconi Senonensis, camerarii nostri, suaque laudabilis etc., ut supra, verbis competenter mutatis, usque sint directa, sive si tibi, frater episcope, ac dilecti filii etc., ut supra usque attemptari. Quocirca mandamus quatenus vos vel alter vestrum per vos vel per alios aut alium eundem camerarium vel procuratorem suum aut alium ejus nomine recipi facientes a dictis decano et capitulo in dicta ecclesia in canonicum et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo cum plenitudine juris canonici assignatis, eum vel procuratorem suum pro eo in corporalem possessionem hujusmodi prebende integre, si tempore dicte collationis per nos eidem camerario facte de ipsa vacabat in ecclesia supradicta, inducatis et defendatis inductum, amotis quibuslibet detentoribus ab eadem. Alioquin prebendam integram, que post premissa reservationem et decretum vacavit seu vacat ibidem ad presens, vel illam quam proximo ibi vacare contigerit, predicto camerario seu procuratori suo aut alii suo nomine conferre et assignare, ipsumque in prebende hujusmodi ac pertinentiarum suarum corporalem possessionem inducere inductumque defendere procuretis, facientes nichilominus camerarium ipsum vel dictum procuratorem, ejus nomine, ad hujusmodi prebendam admitti. Contradictores auctoritate nostra etc., usque compescendo. Non obstantibus etc. — Datum apud Urbemveterem, VII idus februarii, anno tertio. »

**1258** Orvieto, 1er février 1264.

Girardo, obtentu reginæ Navarræ, Campaniæ ac Briæ comitissæ palatinæ, canonicatum in ecclesia Noviomensi confert. (Reg. 29, fol 103, n° 308.)

« *Girardo, decano ecclesie* (s.) *Marie in Valle Pruvini, Senonensis diocesis.* Volentes tibi tue —. Datum apud Urbemveterem, kalendis februarii, anno tertio. »

**1259** Orvieto, 1er février 1264.

Infrascriptis supradictæ collationis committit executionem. (Reg. 29, fol. 103, n° 309.)

« *Precentori et archidiacono Stampensi in ecclesia Senonensi.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, kalendis februarii, anno tertio. »

**1260** Orvieto, 6 février 1264.

Cum Eximino Lupi de soluto genito, obtentu regis Navarrae, dispensat ut, non obstante defectu prædicto, possit ad episcopalem dignitatem eligi. (Reg. 29, fol. 103, n° 310.)

« *Eximino Lupi, cantori ecclesie Pampilonensis, ordinis s. Augustini.* Decus virtutis geniture —. Datum apud Urbemveterem, VIII idus februarii, anno tertio. »

**1261** Orvieto, 28 janvier 1264.

Infrascriptis concedit facultatem conferendi canonicatum ac præbendam et scolastriam quos in ecclesia s. Deodati, Tullensis diocesis, Julianus, archidiaconus Metensis, capellanus apostolicus, pro eo quod ipse in eadem residere non potest, resignare est paratus. (Reg. 29, fol. 103, n° 311.)

« *Episcopo Tullensi et dilecto filio . . priori s. Arnulfi Metensis.* Cum dilectus filius —. Datum apud Urbemveterem, V kalendas februarii, anno tertio. »

**1262** Orvieto, 23 janvier 1264.

Ecclesiam s. Jacobi hospitalis de Caprafico, Balneoregensis

diocesis, Raiuerio, presbytero canonico ecclesiæ s. Nicolai Balneoregensis, confert, magistro Andrea de Sinycio executore deputato. (Reg. 29, fol. 103 v°, n° 312.)

« *Magistro Andree de Sinycio, scriptori nostro, canonico ecclesie s. Timothei Remensis.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas februarii, anno tertio. »

**1263** Orvieto, 27 janvier 1264.

Abbati monasterii Figiacensis, Caturcensis diocesis, mandat ut a monachis monasterii Aureliacensis centum libras tur. exsolvi faciat Hugoni, capellano apostolico, decano monasterii Soliacensis, ad Aureliacense monasterium pleno jure spectantis (Reg. 29, fol. 103 v°, n° 313.)

« *Abbati monasterii Figiacensis, Caturcensis diocesis.* Exposuit coram nobis dilectus filius Hugo, capellanus noster, decanus monasterii Soliacensis, ad monasterium Aureliacense pleno jure spectantis, ordinis sancti Benedicti, quod, eodem monasterio Aureliacensi, quod ad Romanam ecclesiam nullo pertinet mediante, Claromontensis diocesis, abbatis regimine destituto, Guillelmus, tunc ostalarius ipsius monasterii Aureliacensis, in abbatem ejusdem minus canonice fuit electus. Sane, hujusmodi electionis negotio ad sedem apostolicam legitime devoluto, predictus decanus eidem Guillelmo super hoc se opposuit obiciens quod ipse tantum patiebatur in litteratura defectum ut esset prorsus inhabilis ad regimen Aureliacensis monasterii memorati; sicque prefatus Guillelmus, tamquam sibi male conscius, jus si quod sibi in predicta electione acquisitum fuerat, libere in nostris manibus resignavit. Nosque demum dilectum filium Guillelmum, tunc monachum sancti Martialis Lemovicensis, supradicti ordinis, prefecimus eidem Aureliacensi monasterio in abbatem. Verum, cum idem decanus, occasione ipsius negotii prosequendo utilitatem dicti monasterii Aureliacensis, se gravia subiisse onera expensarum asserens, nobis humiliter supplicasset ut de bonis ipsius monasterii Aureliacensis, cujus in hoc utilitatem prosecutus extitit, sibi refundi expensas hujusmodi faceremus, ac venerabilis frater noster . . episcopus Sabinensis, cui negotium super expensis eisdem commisimus, audivisset que dictus decanus et dilectus filius magister Guillelmus Rolandi clericus, qui se gerebat pro procuratore conventus Aureliacensis monasterii memorati, voluerunt proponere coram eo, eaque nobis fideliter recitasset, nos demum ordinavimus quod predicti abbas et conventus Aureliacenses, non obstante quod abbas ipse absens erat, seu quod idem procurator ad defendendum conventum ipsum mandatum sufficiens non habebat, solvat eidem decano centum libras turonensium pro expensis. Ipsius igitur decani supplicationibus annuentes, discretioni tue mandamus quatinus dictos abbatem et conventum Aureliacenses quod prefato decano de hujusmodi centum libris plenam satisfactionem impendant, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas februarii, anno tertio. »

**1264** Orvieto, 5 février 1264.

Infrascriptis mandat ut Mathæum Pauli de Bulsena clericum in canonicum et in fratrem recipiant in eorum ecclesia, « in qua præbendarum seu beneficiorum distinctio et certus canonicorum numerus non habetur. » (Reg. 29, fol. 104, n° 314.)

« . . *preposito et capitulo ecclesie s. Cristine de Bulsena, Urbevetane diocesis.* Onerosum vobis non —. Datum apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio. »

**1265** Orvieto, 7 février 1264.

Stephano, decano Tullensi, familiari apostolico, canonicatum et præbendam in ecclesia Metensi confert. (Reg. 29, fol. 104, n° 315.)

« *Stephano, decano Tullensi, familiari nostro.* Dignum est et —. Sane, intellecto dudum quod in Metensi ecclesia multi erant diversimode sub prebendarum expectatione recepti, et quod plures ibi prebende vacaverant que tunc etiam de facto vacabant, quodque illis quibus eedem prebende debebantur ipsas non valentibus, propter aliquorum resistentiam, obtinere, non modicum erat in ipsa ecclesia scandalum suscitatum, nos tandem, volentes ecclesiam a multitudine tot expectantium liberare ac in ea personis bene meritis providere, eos solos qui erant auctoritate litterarum sedis apostolice in ecclesia ipsa recepti, decrevimus remanere, receptiones factas de reliquis et eorum litteras et collationes prebendarum aliosque processus habitos per easdem, nisi collatas eis prebendas ipsi pacifice possideant et quiete, de plenitudine potestatis apos-

tolice revocantes. Ad illas quoque sex prebendas que vacaverant ibidem ab obitu Arnoldi presbiteri, ecclesie predicte canonici, et dicebantur vacare de facto, viros litteratos et providos in ipsius ecclesie canonicos per ejusdem sedis circumspectionem volentes institui, eas donationi apostolice duximus reservandas, decernentes irritum et inane siquid apostolica vel alia quavis auctoritate de illis, contra reservationis nostre tenorem, contingeret attemptari, ita tamen quod per hoc dictis reservatis nullum deberet quoad alias prebendas vacaturas ibidem prejudicium generari. Attendentes igitur grata devotionis obsequia que nobis a longis retroactis temporibus placide impendisti, quodque per studia probitatis tue, dante Domino, esse poteris eidem ecclesie multipliciter fructuosus, canonicatum ipsius ecclesie, cum plenitudine juris canonici, necnon prebendam que vacavit ibidem per mortem Theobaldi, cantoris ejusdem ecclesie, et que est una de sex prebendis, tibi conferimus et providemus de illa, teque investimus per nostrum anulum de eisdem, decernentes irritum et inane si secus de dicta prebenda tibi collata a quoquam contigerit attemptari, non obstante statuto —, aut si alias beneficiatus existis sive quod nos decanatum, canonicatum et prebendam in Tullensi ecclesia tibi duximus conferendos. Nulli ergo —. Datum apud Urbemveterem, VII idus februarii, anno tertio. »

**1266** Orvieto, 7 février 1264.

Infrascripto prædictæ committit executionem collationis. (REG. 29, fol. 104 v°, n° 316.)

« *Decano ecclesie Montisfalconis, Remensis diocesis.* Dignum est etc. —. Datum apud Urbemveterem, VII idus februarii, anno tertio. »

**1267** Orvieto, 28 janvier 1264.

Eadem [1] est littera ac suprascripta n° 297 signata. (REG. 29, fol. 104 v°, n° 317.)

« *Abbati Eurobodiensi, Premonstratensis ordinis, Leodiensis diocesis, et Th., archidiacono de Blonkehen in ecclesia Treverensi, et scolastico ecclesie s. Gereonis Coloniensis.* Dilectus filius Arnoldus —. Datum apud Urbemveterem, V kalendas februarii, anno tertio. »

1. Déjà enregistrée sous le n° 297, cette lettre est ici transcrite pour la seconde fois, comme le fait remarquer la note : *Similis sibi in quarto folio ab isto* qui a été écrite en marge par une main du XIII° siècle.

**1268** Orvieto, 28 janvier 1264.

Episcopo Aurasicensi mandat ut Bertrando de Montiliis, ecclesiam s. Theodorici de Castro-Novo Caussernerio, Avinionensis diocesis, conferat. (REG. 29, fol. 105, n° 318.)

« . . *episcopo Aurasicensi.* Cum, sicut dilectus filius Bertrandus de Montiliis, clericus Avinionensis, nobis exposuit in nostra presentia constitutus, ecclesia sancti Theodorici de Castronovo Caussornerio, Avinionensis diocesis, ad presens vacare dicatur, nos, volentes eidem B., nullum, sicut asserit, beneficium ecclesiasticum obtinenti, quem per dilectum filium magistrum Petrum, archidiaconum Broliensem in ecclesia Agennensi, socium dilecti filii magistri Michaelis, sancte Romane ecclesie vicecancellari (*sic*), examinari fecimus diligenter et qui inventus dicitur in litteratura competenter ydoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, gratiam facere specialem, fraternitati tue mandamus quatenus, si est ita et aliud canonicum non obsistat, prefato B. ecclesiam ipsam auctoritate nostra per te vel per alium conferas et assignes ipsumque in illius corporalem possessionem inducas et defendas inductum. Non obstante —. Contradictores —. Proviso quod idem clericus, prout requiret ejusdem ecclesie onus, se faciat ad ordines, statutis temporibus, promoveri et personaliter resideat in eadem, alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Datum apud Urbemveterem, V kalendas februarii, anno tertio. »

**1269** Orvieto, 23 janvier 1264.

Priori de Londros, s. Andreæ diocesis, et magistro Guillelmo Wizardi, archidiacono s. Andreæ in Scotia, capellano apostolico, mandat ut, amoto ab archidiaconatu Brechinensi Adam, utpote indigno, archidiaconatum ipsum personæ idoneæ conferant. (REG. 29, fol. 105, n° 319.)

« . . *priori de Londros, sancti Andree diocesis, et magistro Guillelmo Wizardi, archidiacono sancti Andree in Soccia* (sic), *capellano nostro.* Ad audientiam nostram pervenit quod, cum, archidiaconatu Brechinensi vacante, venerabilis frater noster . . episcopus Brechinensis, ad

quem collatio ipsius archidiaconatus pertinet, intendens Ade, canonico Brechinensi, nepoti suo, archidiaconatum ipsum conferre et dubitans quod ex collatione hujusmodi scandalum poterat exoriri, cum sciret eundem Adam prorsus indignum ad dignitatem hujusmodi obtinendam, utpote homicidii et aliis criminibus irretitum, . . abbati de Arbebrodoc collationem ipsius archidiaconatus commisit. Idem vero abbas, considerans intentionem ejusdem episcopi, dicto Ade, pretextu commissionis hujusmodi, de facto archidiaconatum contulit supradictum, sicque nominatus Adam archidiaconatum ipsum detinet occupatum, ex quo in clero et populo regni Scotie grave scandalum est exortum. Quocirca mandamus quatenus, si vobis constiterit ita esse, prefato Adam ab eodem archidiaconatu prorsus amoto, ipsum alicui persone ydonee que velit et valeat, prout onus ipsius archidiaconatus exigit, statutis temporibus, ad ordines promoveri et residere in predicta ecclesia, auctoritate nostra conferre et assignare curetis, ipsamque in illius corporalem possessionem inducatis et defendatis inductam, facientes eandem personam in archidiaconum ecclesie predicte admitti ac sibi de juribus ipsius archidiaconatus integre responderi. Non obstante —. Contradictores etc. — Quod si non ambo etc., usque exequatur. Datum apud Urbemveterem, x kalendas februarii, anno tertio. »

**1270** Orvieto, 25 janvier 1264.

Episcopo Aniciensi concedit facultatem conferendi hac vice personis idoneis beneficia ecclesiastica quæ tanto tempore in sua civitate vel diocesi vacaverunt quod ipsorum collatio est ad sedem apostolicam, juxta Lateranensis statuta concilii, legitime devoluta. (Reg. 29, fol. 105, n° 320.)

« . . *episcopo Aniciensi.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas februarii, anno tertio. »

**1271** Orvieto, 14 février 1264.

Manfredo, Veronensi electo, mandat ut, precibus Assisinatum annuens, aliquem in excambium pro liberatione Benelli Martini, ab hostibus ecclesiæ capti, tradat. (Reg. 29, fol. 105 v°, n° 321, Potthast, 18800.)

« *Manfredo, Veronensi electo, ducatus Spoletani et Marchie Anconitane rectori.* Apostolici pietas nos —. Datum apud Urbemveterem, xvii kalendas martii, anno tertio. »

**1272** Orvieto, 9 février 1264.

Episcopo Aniciensi concedit facultatem providendi Johanni, dicto *Cardine*, canonico Aniciensi, de aliquo officio seu terris ad collationem præpositi, decani et capituli ejusdem ecclesiæ communiter vel divisim spectantibus et consuetis eisdem canonicis assignari, usque ad annuum valorem quinquaginta librarum turonensium. (Reg. 29, fol. 105 v°, n° 322.)

« *Episcopo Aniciensi.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem, v idus februarii, anno tertio. »

**1273** Orvieto, 4 février 1264.

Episcopo Sabinensi mandat iterum ut, juxta mandatum apostolicum jam ipsi directum, Jordanum de Saissac in ecclesia Aniciensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 105 v°, n° 323.)

« . . *episcopo Sabinensi.* Dilectus filius Jordanus de Saissac, clericus Aniciensis, in nostra presentia constitutus nobis exposuit quod, licet felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, tibi, tunc electo, et dilectis filiis decano et capitulo Aniciensibus per suas litteras preces direxerit et mandata ut ipsum clericum, qui nullum est beneficium ecclesiasticum assecutus, in ecclesia Aniciensi in canonicum reciperetis et fratrem eique de prebenda, si tunc vacabat vel quamprimum ad id se offerret oportunitas, providere curaretis, tu tamen ac decanus et capitulum predicti, a precibus et mandatis hujusmodi avertentes auditum, eum recipere non curastis. Quare clericus ipse nobis humiliter supplicavit ut inchoatam circa ipsum gratiam ad effectum debitum perducere dignaremur. Quocirca mandamus quatenus, si est ita et dictus clericus est ydoneus ac de majoris et sanioris partis predicti capituli processerit voluntate, super hoc per te vel alium mandatum apostolicum exequens, facias eum ibidem recipi in canonicum et in fratrem, eique provideas de prebenda non sacerdotali, si vacat ibidem ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas. Contradictores etc. — Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, ii nonas februarii, anno tertio. »

**1274** Orvieto, 29 janvier 1264.

Episcopo Aniciensi indulget ut, ad sublevandum onera debitorum ipsius ecclesiae, prioratum etiam summam centum marcarum sterlingorum valentem, una cum episcopatu accipere et retinere valeat. (Reg. 29, fol. 106, n° 324.)

« . . *episcopo Aniciensi.* Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, Aniciensis ecclesia gravi prematur onere debitorum, nos volentes in hoc, quantum cum Deo possumus, salubri remedio providere, ut, si aliquis vel aliqui prioratus cujus vel quorum proventus etiam summam centum marcarum sterlingorum valeant annuatim, tibi ab aliquibus ad quos eorumdem spectat collatio offerantur, ipsos licite recipere et una cum episcopatu Aniciensi libere retinere valeas, ipsius proventus in solutionem debitorum hujusmodi convertendo, constitutione aut quibuslibet indulgentiis sedis apostolice contrariis quibuscumque personis concessis per quas effectus presentium impediri valeat vel differri, nequaquam obstantibus, auctoritate tibi presentium indulgemus. Ita tamen quod proventus hujusmodi in solutionem predictorum debitorum integraliter convertantur et iidem prioratus interim debitis obsequiis non fraudentur. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas februarii, anno tertio. »

**1275** Orvieto, 23 janvier 1264.

Dispensatio ut residere non teneatur. (Reg. 29, fol. 106, n° 325.)

« . . *abbati Insule Barbare Lugdunensis.* Personam venerabilis fratris nostri . . episcopi Aniciensis, volentes prosequi favore gratie specialis, discretioni tue mandamus quatinus duobus clericis, ejusdem episcopi obsequiis insistentibus, facias per te vel alium fructus et proventus beneficiorum suorum in Aniciensi civitate vel diocesi consistentium, etiam si ea iidem clerici in ecclesia obtineant cathedrali, cotidianis distributionibus que dari consueverunt hiis qui canonicis horis intersunt, duntaxat exceptis, integraliter ministrari. Contradictores etc. usque compescendo. Non obstante —. Proviso quod beneficia ipsa debitis obsequiis non fraudentur et animarum cura in eis in quibus imminet nullatenus negligatur. Datum apud Urbemveterem, x kalendas februarii, anno tertio. »

**1276** Orvieto, 21 janvier 1264.

Archiepiscopo Jadrensi mandat ut cum Præstantio de Cotopagna et Stana muliere de matrimonio contracto, non obstante quarto consanguinitatis gradu, dispenset. (Reg. 29, fol. 106, n° 326; Potthast, 18786.)

« . . *archiepiscopo Jadrensi.* Per tuas nobis —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas februarii, anno tertio. »

**1277** Orvieto, 31 janvier 1264.

Priori et capitulo ecclesiæ s. Feliciani Fuliginatis indulget ut Angelum clericum, natum Egidii Angelerii, civis Fuliginatis, in eorum ecclesia recipiant in canonicum, cum exspectatione præbendæ. (Reg. 29, fol. 106, n° 327.)

« . . *priori et capitulo ecclesie sancti Feliciani Fuliginatis.* Nuper nobis per vestras litteras humiliter supplicastis ut dilectum filium Angelum clericum, natum Egidii Angelerii, civis Fuliginatis, in ecclesia vestra recipi mandaremus in canonicum et in fratrem. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, recipiendi eundem clericum, dummodo sit ydoneus, in eadem ecclesia in canonicum et in fratrem et providendi sibi de prebenda seu beneficio si qua vel si quod in ipsa ecclesia vacat ad presens vel quamcito ad id obtulerit se facultas, ac nichilominus de communibus ipsius ecclesie proventibus, sicut uni ex vobis, non obstante —, plenam vobis auctoritate presentium concedimus facultatem. Volumus tamen —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas februarii, anno tertio. »

**1278** Orvieto, 10 février 1264.

Blasio, capellano apostolico, nepoti Alexandri papæ IIII, canonicatum Ambianensis ecclesiæ confert. (Reg. 29, fol. 106 v°, n° 328.)

« *Blasio, capellano nostro, nepoti felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, canonico Ambianensi.* Tuam volentes honorare personam, canonicatum Ambianensis ecclesie, cum plenitudine juris canonici, ac prebendam quam duxeris acceptandam, si qua in ipsa ecclesia vacat ad presens, tibi conferimus, Antoninum clericum, procuratorem tuum, per te investientes per nostrum anulum de eisdem. Quod si aliqua prebenda

in dicta ecclesia non vacat ad presens, prebendam hujusmodi proximo in eadem ecclesia vacaturam donationi sedis apostolice reservantes, conferendam tibi, decernimus irritum et inane si secus de ea nostra vel quavis auctoritate contigerit attemptari. Non obstantibus —, et quod in aliis locis beneficiatus existis. Nulli ergo —. Datum apud Urbemveterem, IIII idus februarii, anno tertio. »

**1279** Orvieto, 10 février 1264.

Infrascriptos prædictæ collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 106 v°, n° 329.)

« *Magistro Bartholomeo de Regio Regino et Raynerio de Pisis, ecclesie Duacensis, Atrebatensis diocesis, canonicis, Parisius commorantibus.* Personam dilecti filii Blasii, capellani nostri, nepotis felicis recordationis Alexandri pape predecessoris, nostri canonici Ambianensis, honorare volentes etc. ut supra in proxima, verbis competenter mutatis, usque existit. Quocirca mandamus quatenus vos vel alter vestrum per vos vel alium seu alios eundem Blasium vel procuratorem suum aut alium, ejus nomine, in dicta ecclesia recipi faciatis in canonicum et in fratrem, sibi stallo in choro et loco in capitulo, cum plenitudine juris canonici, assignatis ac nichilominus in corporalem possessionem canonicatus hujusmodi ac prebende si qua, tempore collationis hujusmodi, in predicta ecclesia vacabat, inducatis et defendatis inductum, amoto ab ea quolibet detentore. Quod si tunc in eadem ecclesia prebenda aliqua non vacabat, ei de prebenda si qua in prelibata ecclesia vacat ad presens, vel quamcito ad id obtulerit se facultas, juxta reservationem et constitutionem hujusmodi, providere curetis. Invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus —. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, IIII idus februarii, anno tertio. »

**1280** Orvieto, 12 février 1264.

Consulo, canonico ecclesiæ s. Mariæ de Bictonio, Assisinatis diocesis, mandat ut Johannem clericum, natum Jacobi de Mevania, obtentu J. s. Marie in Cosmedin diaconi cardinalis, in ecclesia seculari s. Mariæ de Laurentio, Spoletanæ diocesis, in canonicum recipi faciat cum exspectatione præbendæ. (Reg. 29, fol. 106 v°, n° 330.)

« *Consulo, canonico ecclesie sancte Marie de Bictonio, Asisinatis diocesis.* Affectionis paterne studium —. Hinc est quod nos dilectum filium Johannem clericum, natum nobilis viri Jacobi de Mevania, nobis et apostolice sedi devoti, obtentu dilecti filii nostri J., sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, qui pro eo apostolicam gratiam imploravit, paterno prosequentes affectu, discretioni tue mandamus quatenus eundem clericum, si est ydoneus, auctoritate nostra in seculari ecclesia s. Marie de Laurentio, Spoletane diocesis, in qua collatio prebendarum ipsius ad . . priorem et capitulum ejusdem dicitur pertinere, facias per te vel alium in canonicum et fratrem recipi, sibique prebendam si qua in ecclesia ipsa vacat ad presens, vel quamcito se facultas obtulerit, conferas et assignes. Non obstante —. Ita tamen —. Datum apud Urbemveterem, II idus februarii, anno tertio. »

**1281** Orvieto, 3 février 1264.

Dispensatio super irregularitate matrimonii. (Reg. 29, fol. 107, n° 331.)

« . . *episcopo Sabinensi.* Dilectus filius Austorgius, domicellus tue diocesis, sua nobis petitione monstravit quod ipse cum quondam Francisca muliere matrimonium per verba de futuro contraxit ac postmodum, eadem F., nulla inter ipsos interveniente carnali copula, viam universe carnis ingressa, Romanam mulierem, que predictam F. gradu consanguinitatis tertio attingebat, sibi matrimonialiter copulavit, inter eos hujusmodi copula subsecuta. Quare prefatus domicellus nobis humiliter supplicavit ut, cum ex separatione hujusmodi matrimonii, si eam fieri contingeret, gravia possent in illis partibus scandala suboriri, dispensare super hoc misericorditer curaremus. Nos itaque, ipsius domicelli supplicationibus inclinati, fraternitati tue mandamus quatenus, consideratis circumstantiis universis, si expedire videris, per te vel per alium cum predictis Austorgio et Romana quod, impedimento hujusmodi non obstante, licite possint in sic contracto matrimonio remanere, auctoritate nostra dispenses. Datum apud Urbemveterem, III nonas februarii, anno tertio. »

**1282** Orvieto, 9 février 1264.

Episcopo Saxenati mandat ut ab Aymerico, præposito Cese-

nate, et Johanne, archipresbytero plebis de Murisano, canonico ecclesiæ Saxenatis, canonicatuum et præbendarum libera resignatione recepta, eosdem canonicatus et præbendas personis idoneis conferat. (Reg. 29, fol. 107, n° 332.)

« .. *episcopo Saxenati.* Supplicarunt nobis dilecti filii Aymericus, prepositus Cesenas, et Johannes, archipresbyter plebis de Murisano, canonici ecclesie Saxenatis, quod, cum ipsi canonicatus et prebendas quos in eadem ecclesia Saxenati obtinent, pro eo cupiant resignare quia ibidem personaliter residere non possunt, ab eis recipi resignationem hujusmodi faceremus. Nos itaque, intuitu dilecti filii nostri R., sancti Angeli diaconi cardinalis, qui propter hoc apostolicam gratiam imploravit, fraternitati tue mandamus quatenus, si est ita, ab eisdem preposito et archipresbytero, cum super hoc ab eis fueris requisitis, libera dictorum canonicatuum et prebendarum resignatione recepta, easdem prebendas duabus personis scientia, moribus et etate ydoneis, uni earum videlicet unam et alteri aliam prebendarum ipsarum per te vel alium auctoritate nostra conferas et assignes, faciens personas ipsas ad easdem prebendas in dicta ecclesia in canonicos recipi et in fratres. Contradictores etc. usque compescendo. Ita tamen quod dicte persone ad ordines quos onus prebendarum ipsarum exigit, se faciant statutis temporibus promoveri et personaliter resideant in ecclesia memorata. Alioquin, hujusmodi tua collatio et assignatio nullius penitus sit momenti. Porro, quia non est verisimile quod quis beneficium, de quo vite subsidia percipit, de facili sine magna causa sua sponte resignet, omnino provideas ne super hoc ex parte prepositi et archipresbyteri predictorum seu illorum quibus eosdem canonicatus et prebendas contuleris, aut alias quomodolibet aliqua pravitas intercedat. Datum apud Urbemveterem, v idus februarii, anno tertio. »

**1283** Orvieto, 1er février 1264.

Archidiacono de Esten in ecclesia Cathalaunensi mandat ut Garnotum clericum, germanum Johannis de Porz, familiaris apostolici, in ecclesia s. Trinitatis Cathalaunensis in canonicum cum exspectatione præbendæ recipi faciat. (Reg. 29, fol. 107, n° 333.)

« .. *archidiacono de Esten. in ecclesia Cathalaunensi.* Volentes dilecto filio Garnoto, clerico, germano dilecti filii Johannis de Porz, familiaris nostri, facere gratiam specialem, discretioni tue mandamus quatenus predictum G. in ecclesia sancte Trinitatis Cathalaunensis, dummodo in ipsa plures quam tres prebendas per nostras litteras executorias non expectent, per te vel per alium recipi faciens in canonicum et in fratrem et de prebenda, si qua ibidem vacat ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, studeas providere .— Non obstante —. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, kalendis februarii, anno tertio. »

**1284** Orvieto, 9 février 1264.

Episcopo Anagnino mandat ut Petro Bencincasæ, canonico ecclesiæ s. Andreæ Anagnini, de quotidianis distributionibus et de aliis communibus ipsius ecclesiæ proventibus provideri faciat. (Reg. 29, fol. 107 v°, n° 334.)

« .. *episcopo Anagnino* Ex parte dilecti filii Petri Beneincase, canonici ecclesie sancti Andree Anagnini, fuit propositum coram nobis quod olim, ad preces dilecti filii nostri J., sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis, specialem sibi gratiam facientes, ipsum in eadem ecclesia recipi fecimus in canonicum et in fratrem. Volentes igitur, obtentu cardinalis ejusdem, ut hujusmodi gratia dicto canonico fructuosa reddatur, fraternitati tue mandamus quatenus ei de cotidianis distributionibus et aliis communibus ipsius ecclesie proventibus, sicut uni ex aliis ejusdem ecclesie clericis, dummodo personaliter resideat et deserviat in eadem, facias provideri, non obstante indulgentia sedis apostolice, cujuscumque tenoris existat, qua dilectis filiis .. archipresbitero, et capitulo ecclesie predicte dicitur esse concessum quod per litteras sedis ejusdem vel delegatorum ipsius, nisi de ipso indulto ejusque tenore de verbo ad verbum et nominibus ac numero receptorum in eadem ecclesia necnon de vocabulo ejusdem ac aliis indulgentiis apostolicis super hoc eidem ecclesie concessis fecerint dicte littere mentionem, ad provisionem aliquorum in beneficiis aut aliis quibuscumque redditibus sive ad admittendum jam receptos vel recipiendos in eadem ecclesia, ultra denarium canonicorum numerum, in ecclesia ipsa statutum, ad communes capituli tractatus vel refectionem mense communis, aut providendum eis de beneficio ecclesiastico seu ad assignandum eisdem de cotidianis distributionibus canonicam portionem, donec ad predictum denarium numerum eadem ecclesia redigatur, minime teneatur nec ad premissa vel quicquam

eorum valeant coartari, seu quod decretum fuerit per sedem eandem irritum et inane si secus attemptari contigerit in premissis. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, v idus februarii, anno tertio. »

**1285** Orvieto, 17 janvier 1264.

Dispensatio de non residendo Guillelmo de Liskes, canonico ecclesiæ s. Vulfranni in Abbatisvilla, Ambianensis diocesis, conceditur. (Reg. 29, fol. 107 v°, n° 335.)

« *Guillelmo de Liskes, canonico ecclesie sancti Vulfranni in Abbatis-Villa, Ambianensis diocesis.* Tua devotionis sinceritas —. Cum igitur, sicut asseris, pro causa que inter te et magistrum Dyonisium de Lemovicis super quadam prebenda Morinensis ecclesie vertitur, ad apostolicam sedem accesseris, nos, tuis precibus inclinati, ut tempus quod propter hoc ad eandem accessisti sedem et apud eam permanseris et recedas ab ipsa, in residentia quam in ecclesia sancti Vulfranni in Abbatisvilla, Ambianensis diocesis, tenebaris facere, computetur et pro eo tempore proventus prebende tue ipsius ecclesie cum eà possis integritate percipere, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperes si in eadem ecclesia personaliter resideres, non obstante contraria ipsius ecclesie consuetudine vel statuto, juramento, confirmatione sedis apostolice seu qualibet firmitate vallato, aut qualibet indulgentia sedis ejusdem de qua plenam et expressam oporteat in presentibus fieri mentionem vel per quam id impediri valeat vel differri, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas februarii, anno tertio. »

**1286** Orvieto, 31 janvier 1264.

Dispensatio de matrimonio, non obstante tertio consanguinitatis gradu, contrahendo. (Reg. 29, fol. 107 v°, n° 336.)

« . . *archiepiscopo Tarentasiensi.* Cum summus pontifex —. Sane in nostra proposuisti presentia constitutus quod, inter dilecti filii Radulfi de Vereio, laici, nepotis tui, ex parte una, et . . matris filiarum Jacobi de Cart, laici Augustensis diocesis, progenitores ex altera, gravibus abolim exortis inimiciciis, ex quibus multa homicidia sunt commissa et, nisi eas sedari contingat, periculum imminet ne in futurum plura forsitan committantur, idem Radulfus, ad sedandas inimicicias hujusmodi, aliquam ex filiabus ipsis affectat sibi matrimonialiter copulare. Verum, quia predicti Radulfus et filie ex uno latere in tertio gradu consanguinitatis et in quarto ex alio a communi distant stipite, nobis humiliter supplicasti ut providere ipsis de dispensationis beneficio misericorditer curaremus. Nos itaque, de circumspectione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati tue mandamus quatenus, si est ita et, consideratis diligenter circumstantiis universis, videris expedire, cum eodem Radulfo et aliqua ex filiabus predictis auctoritate nostra dispenses ut, impedimento hujusmodi non obstante, possint ad invicem matrimonium contrahere et in contracto licite remanere. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas februarii, anno tertio. »

**1287** Orvieto, 30 janvier 1264.

Archiepiscopo Tarentasiensi concedit facultatem faciendi recipi quatuor in Sedunensi et duas in Augustensi ecclesiis personas in canonicos eisque de præbenda providendi, cum assensu eorumdem capitulorum partis majoris. (Reg. 29, f° 107 v°, n° 337.)

« . . *archiepiscopo Tarentasiensi.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem, iii kalendas februarii, anno tertio. »

**1288** Orvieto, 19 février 1264.

Episcopo Pictavensi concedit facultatem unum clericum faciendi recipi in canonicum in ecclesia Pictavensi, in qua praebendarum collatio ad eumdem episcopum una cum capitulo dinoscitur pertinere. (Reg. 29, f° 108, n° 338.)

« . . *episcopo Pictavensi.* Fraternitati tue volentes —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas martii [1], anno tertio. »

**1289** Orvieto, 29 janvier 1264.

Episcopo Aniciensi indulget ut duos prioratus retinere valeat. (Reg. 29, fol. 108, n° 339.)

1. Le texte porte *nonis februarii*; mais un renvoi en marge corrige en xii *kalendas martii*.

« . . *episcopo Aniciensi.* Cupientes Aniciensem ecclesiam a debitorum onere quo graviter premi dicitur, relevari, auctoritate tibi presentium indulgemus ut prioratum de Calma cum prioratu de Saliens sibi annexo, ad monasterium Case Dei, ordinis sancti Benedicti, Claromontensis diocesis, pertinentem, quem promotionis tue tempore obtinebas, possis usque ad beneplacitum nostrum una cum episcopatu Aniciensi licite retinere, non obstante —. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas februarii, anno tertio. »

**1290** Orvieto, 29 janvier 1264.

Abbatem Athanacensem Lugdunensem præfatæ indulgentiæ conservatorem deputat. (Reg. 29, fol. 108, n° 340.)

« . . *abbati Athanacensi Lugdunensi.* Cupientes Aniciensem ecclesiam etc., ut supra in proxima, verbis competenter mutatis, usque differri. Quocirca mandamus quatenus per te vel per alium seu alios dicto episcopo facias proventus dictorum prioratuum, juxta hujusmodi concessionis nostre tenorem, integre exhiberi. Contradictores etc. usque compescendo. Non obstante si aliquibus quod excommunicari, suspendi vel interdici non possint a sede apostolica sit indultum. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas februarii, anno tertio. »

**1291** Orvieto, 4 février 1264.

Præposito et capitulo ecclesiæ s. Prosperi Reginæ indulget ut Petrum de Pinizo presbyterum in canonicum cum exspectatione præbendæ recipere valeant. (Reg. 29, fol. 108, n° 341.)

« . . *preposito et capitulo ecclesie sancti Prosperi Regine.* Ex parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum ecclesa vestra, sacerdotum ministerio destituta, defectum patiatur non modicum in divinis et dilectum filium Petrum de Pinizo presbiterum, qui in eadem ecclesia frequenter deservit, libenter reciperetis in canonicum et in fratrem, nisi obstaret statutum quod habetis de certo canonicorum numero, juramento et confirmatione sedis apostolice roboratum, cum nullus de numero ipso desit, recipiendi eundem presbiterum in ipsa ecclesia in canonicum et in fratrem et providendi eidem de prebenda, si qua vacat ibidem ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, statuto non obstante predicto, vobis licentiam largiremur. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, faciendi predicta, hujusmodi statuto nequaquam obstante, liberam vobis auctoritate presentium concedimus facultatem, statuto ipso post receptionem ipsius nichilominus in suo robore duraturo. Datum apud Urbemveterem, II nonas februarii, anno tertio. »

**1292** Orvieto, 31 janvier 1264.

Gilbertum, priorem ecclesiæ s. Trinitatis Londoniensis, ordinis s. Augustini, obtentu A., tituli s. Praxedis presbyteri cardinalis, capellanum apostolicum nominat. (Reg. 29, fol. 108, n° 342.)

« *Gilberto, priori ecclesie sancte Trinitatis Londoniensis, ordinis sancti Augustini.* Quoniam, sicut fidedignorum testimonia protestantur, non solum generis et tuorum nobilitas, verum etiam litterarum scientia gratie nostre favoribus te coaptant, nos, qui bonis benefacere ipsosque, ut alii ad decora incitentur, merito disponimus honorare, te propter hoc et obtentu dilecti filii nostri A., tituli s. Praxedis presbiteri cardinalis, nobis pro te humiliter supplicantis, in nostrum capellanum recipimus et capellanorum nostrorum societati et collegio aggregamus. In cujus rei evidentiam, tibi presentes litteras duximus concedendas. Datum apud Urbemveterem, II kalendas februarii, anno tertio. »

**1293** Orvieto, 31 janvier 1264.

Magistrum Adam de Kirkuchbrich in capellanorum apostolicorum consortio admittit. (Reg. 29, f° 108, n° 343; Potthast, 18794.)

« *Magistro Ade de Kirkuchbrich, rectori ecclesie de Baltone, Glasguensis diocesis.* Scientia, mores et —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas februarii, anno tertio. »

**1294** Orvieto, 13 février 1264.

Decano ecclesiæ Palentinæ mandat ut magistrum Goterrium Yspanum, presbiterum et capellanum P., germani regis Castellae ac Legionis, in ecclesia Palentina faciat recipi in canonicum, cum exspectatione præbendæ. (Reg. 29, fol. 108 v°, n° 344.)

« . . *decano ecclesie Palentine.* Dilectum filium magis-

trum Goterrium Yspanum, presbiterum et capellanum dilecti filii nobilis viri P., germani carissimi in Christo filii nostri . . regis Castelle ac Legionis illustris, nobis de litterarum scientia et bonis moribus commendatum, volentes prosequi gratia et favore, discretioni tue mandamus quatenus eundem magistrum, dummodo sit ydoneus, in ecclesia Palentina facias auctoritate nostra per te vel per alium recipi in canonicum et in fratrem ac ei de prebenda, si qua vacat ibidem ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, cum prestimoniis cedentis vel decedentis, providere procures, non obstante —, seu quod idem Gonterius (*sic*) non extitit portionarius in ecclesia Palentina —. Contradictores etc. usque compescendo. Proviso tamen quod idem magister, postquam in eadem ecclesia prebendam cum hujusmodi prestimoniis fuerit pacifice assecutus, prebendam quam in ecclesia Corboliensi, Parisiensis diocesis, obtinere dicitur et quam ex tunc vacare decernimus, omnino dimittat. Datum apud Urbemveterem, idus februarii, anno tertio. »

**1295** Orvieto, 16 janvier 1264.

Willelmo, archiepiscopo Bisuntino, indulget ut de aliquo archidiaconatuum Bisuntinorum per litteras apostolicas nulli, præter archiepiscopi Bisuntini assensum, valeat provideri. (Reg. 29, fol. 108 v°, n° 345.)

« *Willelmo, archiepiscopo Bisuntino.* Exhibita nobis tua petitio continebat quod collatio personatuum, dignitatum et prebendarum in ecclesia Bisuntina ad . . decanum, et capitulum Bisuntinum noscitur pertinere, exceptis quatuor archidiaconatibus qui ad collationem tuam pertinent, quosque non potes nisi solis canonicis Bisuntinis conferre. Ut igitur archidiaconatus ipsos possis liberius ydoneis conferre personis, nos, qui personam tuam, obtentu venerabilium fratrum nostrorum . . Tusculani, et . . Ostiensis episcoporum, et dilectorum filiorum G., tituli sancti Laurentii in Lucina presbiteri, et R., sancti Angeli diaconi cardinalium, pro te nobis cum instantia supplicantium, speciali gratia intendimus prosequi, auctoritate tibi presentium indulgemus ut de aliquo archidiaconatuum ipsorum, preter tuum assensum, per litteras sedis apostolice nulli valeat provideri que de indulto hujusmodi non fecerint mentionem, presentibus post triennium minime valituris. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, XVII kalendas februarii, anno tertio. »

**1296** Orvieto, 1er février 1264.

Litteras apostolicas super provisione et receptione clericorum in ecclesia Yspalensi, quatuor dumtaxat exceptis, irritat et cassat. (Reg. 29, fol. 108 v°, n° 346.)

« . . *archiepiscopo et dilectis filiis capitulo Yspalensibus.* Ecclesie vestre, que est novella Christi plantatio, commodum affectantes et personarum vestrarum quietem querentes et pacem, libenter illa vobis concedimus per que, materia summota gravaminis, status vestri tranquillitas procuretur. Sane, lecta nobis vestra petitio continebat quod multi clerici super receptione et provisione sua in eadem ecclesia nostras et predecessorum nostrorum Romanorum pontificum litteras presentarunt, quorum aliqui sunt ibidem, hujusmodi litterarum auctoritate, recepti et aliqui ut recipiantur insistunt et diversas in vos et vestrum singulos procurarunt occasione hujusmodi excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias promulgari. Quare nobis humiliter supplicastis ut exonerare super hoc ecclesiam vestram misericorditer dignaremur. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, de omnibus sic receptis prebendas expectantibus vacaturas, quatuor dumtaxat, jure videlicet potiores, decernimus in ipsa ecclesia remanere, receptiones aliorum omnino presentium auctoritate cassantes ac relaxantes sententias supradictas in vos occasione hujusmodi auctoritate qualibet promulgatas, ac decernentes vos ad illorum provisionem aliquatenus non teneri. Nulli ergo nostre constitutionis, cassationis et relaxationis etc. Datum apud Urbemveterem, kalendis februarii, anno tertio. »

**1297** Orvieto, 11 février 1264.

Decernit obtinentes personatus, dignitates et officia in ecclesia Metensi in canonicatibus eadem occasione obtentis, non obstante revocatione gratiarum exspectativarum, remanere debere. (Reg. 29, fol. 108 v°, n° 347.)

« . . *decano et capitulo Metensibus.* Olim, intellecto quod in ecclesia Metensi multi erant diversimode sub prebendarum expectatione recepti et quod plures ibi prebende vacaverant, que tunc etiam de facto vacabant, quodque illis quibus eedem prebende debebantur, ipsas non valentibus, propter aliquorum resistentiam, obtinere, scandalum non modicum erat in ipsa ecclesia suscitatum, nos, eandem ecclesiam a multitudine tot expectantium liberare ac in ea personis benemeritis

providere volentes, eos solos qui erant auctoritate litterarum sedis apostolice in ecclesia ipsa recepti, decrevimus remanere, receptiones factas de reliquis et eorum litteras ac collationes prebendarum aliosque processus habitos pro eisdem, nisi collatas eis prebendas ipsas quiete ac pacifice possiderent, de plenitudine potestatis apostolice revocantes. Sane ad audientiam nostram pervenit quod quamplures recepti in predicta ecclesia sub expectatione prebendarum vacaturarum, auctoritate litterarum legatorum sedis ipsius et vestro proprio motu, assecuti sunt in eadem ecclesia personatus, dignitates et officia consueta tantum canonicis ejusdem ecclesie assignari. Quia vero, prout accepimus, obtinentes personatus, dignitates et officia hujusmodi, de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine, sunt canonici ecclesie supradicte, scire vos volumus quod nostre intentionis non extitit nec existit ut ad tales hujusmodi revocatio se extendat. Per hoc autem dilecto filio Stephano, decano Tullensi, et illis quibus prebendas vacantes in eadem ecclesia contulimus, nullum volumus prejudicium generari. Datum apud Urbemveterem, III idus februarii, anno tertio. »

**1298** Orvieto, 18 février 1264.

Præposito et capitulo ecclesiæ Augustensis inhibet ne de electione futuri eorum episcopi agant antequam nonnulli canonici de curia ad ipsos redeant. (Reg. 29, fol. 109, n° 348.)

« . . *preposito et capitulo ecclesie Augustensis.* Intellecto nuper quod bone memorie . . episcopus Augustensis, rebus erat humanis exemptus, nos, qui Augustensem ecclesiam sincera diligentes in Domino caritate, de ipsius salubri sumus provisione solliciti, vellemus et pro posse libenter operam largiremur ut circa provisionem hujusmodi fructuose attentionis studium haberetur. Unde, cum in hoc dilectorum filiorum Aymonis archidiaconi, Petri de Augusta presbiteri et Radulfi de Valle Penina subdiaconi, canonicorum ejusdem ecclesie, presentia speretur utilis et plurimum oportuna, universitati vestre tenore presentium inhibemus ne, infra unius mensis spatium computandum ex nunc, ad electionem, postulationem seu nominationem aliquam de episcopo, sine ipsis archidiacono et canonicis quos ad presens apud sedem apostolicam constitutos et ad id presentialiter, annuente Domino, affuturos, interim expectari volumus, nullatenus procedere attemptetis, ex tunc ad hoc, nisi infra prescriptum tempus venerint, libere processuri. Nos enim irritum decernimus et inane si secus super hiis contigerit attemptari. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas martii, anno tertio. »

**1299** Orvieto, 2 janvier 1264.

S. Andreæ et Aberdonensi episcopis ac abbati de Dumfermelin controversiam inter Walterum Bulloc et Mariam, comitissam de Manethet, uxorem ejus, ex parte una, et Johannem Russel, Eliensis diocesis, et Isabellam, uxorem ejus, ex altera, vertentem super comitatu de Manethet regni Scotiæ, quem utraque pars a rege Scotiæ asserebat in feudum se debere tenere, audiendam et decidendam committit. (Reg. 29, fol. 109, n° 349; Potthast, 18759.)

« *Venerabilibus fratribus . . sancti Andree, et . . Aberdonensi episcopis, ac dilecto filio . . abbati de Dumfermelin, sancti Andree diocesis.* Ex parte carissimi in Christo filii nostri . . illustris regis Scotie, fuit propositum coram nobis quod, cum nobilis vir Walterus Bulloc, et nobilis mulier Maria, comitissa de Manethet, uxor ejus, nobilem virum Johannem Russel, Eliensis diocesis, et nobilem mulierem Isabellam, uxorem ipsius, super comitatu de Manethet regni Scotie quem utraque pars ab eodem rege asserebat in feudum se debere tenere, et super quo Walterus et Maria predicti eosdem Johannem et Isabellam sibi injuriari dicebant, coram eodem rege traxissent in causam, petitorium et possessorium intentando, dictus rex, auditis que partes voluerunt super possessorio, suspenso ipso petitorio, proponere coram eo, et cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, ac Johanne Russel et Isabella predictis presentibus, possessionem dicti comitatus ac jurium et pertinentiarum ejus per diffinitivam sententiam Waltero et Marie adjudicavit eisdem, utrique parti super proprietate dicti comitatus jure suo nichilominus reservato. Postmodum autem nobis suggestum extitit quod, licet dudum inter Johannem et Isabellam predictos, de consensu ipsius regis, in eodem regno, prout ibidem fieri consuevit, matrimonio celebrato, nobiles viri de . . Mar, . . de Rocham, et . . de Striders comites, Alanus ostiarius et nonnulli alii vassalli eorum juramentum fidelitatis prestitissent eisdem, dicti tamen comites et Alanus ac nobiles viri Malcolmus comes de Fif, Johannes Cumin, Alexander Oviot, necnon et Alanus, dictus filius comitis, Hugo de Berkeley, David de Graham, David de Lothar, Reginaldus dictus *Cams*, Hugo de Habe-

rinthine, et Fresekinus de Miureve cum quibusdam eorum complicibus de dicto regno, pro eo quod dictus Johannes Cumin et sui complices, malitiose ac falso imponentes dictis Johanni Russel et Isabelle, uxori ejus, crucesignatis, quod ipsi quondam Walterum Cumin, olim ipsius Isabelle virum, extinxerant, venenum ei nequiter propinando, ipsos virum et uxorem propter hoc temeritate pro[p]ria capi fecerant et detineri captivos, donec ipsi per vim et metum, qui cadere poterant in constantes, compulsi fuerunt quosdam annuos redditus, terras et possessiones ad eos spectantes, comitibus et Alano donare predictis, et comitatui de Menethet, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, necnon juri quod habebant in eo renuntiare per litteras suas patentes, ipsumque comitatum predicto Johanni Cumin et ejus heredibus concedere ab eis perpetuo possidendum, ac prestare nichilominus juramentum quod regnum ipsum exirent, ad illud nullatenus reversuri, nisi ad transmarinas partes primitus se transferrent et a Johanne Cumin revocarentur eodem, quodque per revocationem hujusmodi ad idem regnum redire non possent, nisi per septem barones dicti regni, pares ejus, vel plures etiam, ad dicti Johannis Cumin beneplacitum, a crimine necis prefati Walteri Cumin se purgare curarent, et donec nobilem virum Robertum Russel, ipsius Johannis Russel germanum, prefato Johanni Cumin dedissent obsidem, tamdiu detinendum ab eo quousque cartas predicti comitatus et pertinentiarum ejus eidem Johanni Cumin perpetuo resignarent.

Suggestioni quoque hujusmodi fuit adjectum quod Johannes Cumin, comites et alii supradicti contra Johannem Russel et Isabellam prefatos, in carcere constitutos ac etiam indefensos, auctoritate ipsius regis, dum adhuc minoris etatis existeret, occasione hujusmodi, quamquam non constaret eos crimen commisisse predictum, ab ipsis comitatum eundem, cui renuntiare, prout superius est expressum, coacti fuerant, abjudicari et de comitatu et pertinentiis ipsis eundem Walterum Bulloc pretendentem quod dicta Maria, uxor sua, esset heres comitatus predicti, contra justitiam investiri procuraverant, et nichilominus sepedictam Isabellam renuntiare totaliter doti sue, dictumque Johannem Russel consentire hujusmodi renuntiationi coegerant; sicque predicti crucesignati dampna gravia incurrerant et expensas et voti executio impediebatur eorum; propter quod nos dilecto filio Poncio Nicolai, capellano nostro, preposito ecclesie Montis-Sinisii, dedimus per nostras litteras in preceptis ut, ad dictum comitatum seu ad regnum ipsum, si secure illuc posset accedere, alioquin ad partes ipsi regno vicinas se personaliter conferens, vocatis qui vocandi forent, si inquisita super hiis de plano et absque judiciorum strepitu diligentius veritate, ita sibi esse constaret, donatione, concessione, resignatione, renuntiationibus, litteris, juramento et abjudicatione predictis nequaquam obstantibus, dictum comitatum, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, dictosque redditus, terras, possessiones et dotem ac alia premissa bona totaliter a predictis nobilibus occupata, eisdem crucesignatis restitui, necnon de dampnis et expensis que et quas ipsi, occasione hujusmodi, incurrerant, satisfieri facere procuraret. Contradictores etc. usque compescendo. Sane predictus prepositus, nostri mandati formam excedens, licet ad predictum regnum secure potuisset accedere, tamen ad eorundem regis et regni gravamen, prout indicat eventus, aspirans, regem ipsum ac nonnullos prelatos et comites, barones et nobiles ac alios regni ejusdem extra regnum ipsum ad suam presentiam, hujusmodi occasione, citavit, comitatum, terras, possessiones et bona predicta Johanni Russel ac Ysabelle, uxori sue, adjudicans indebite memoratis, et nichilominus in quamplures episcopos et prelatos alios, comites, barones, nobiles et alios regni ejusdem proponentes coram eo se non debere evocari propter hoc extra regnum prefatum, ac nolentes coram eo litigare seu parere sibi in loco illo, sicut nec etiam tenebantur, propter hoc diversas excommunicationis, suspensionis et interdicti promulgavit sententias, et totum regnum predictum supponi fecit ecclesiastico interdicto, in ipsius regis et predictorum prejudicium et gravamen. Quare predictus rex processum memorati prepositi, quatenus de facto processit, petiit revocari, ac interdici predicto Poncio quod se, de cetero, de causa ipsa nullatenus intromittat, et predictam interdicti sententiam nichilominus revocari. Verum quia, sicut alias etiam intelleximus, ex hujusmodi processu memorati capellani grave in prefato regno inter prelatos, nobiles et alias personas ejusdem, scandalum est exortum, nos, qui dictum regnum, ob devotionem sinceram quam dictus rex ac ipsius regni incole ad Romanam gerunt et hactenus gessisse noscuntur ecclesiam, intime dilectionis amplectimur brachiis, volentes super hoc, ex injuncto nobis apostolatus, prout tenemur, officio, taliter, sine lesione tamen justitie, providere, ut hujusmodi summoveatur scandalum animarumque periculis imminentibus obvietur, discretioni vestre mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod

justum fuerit, appellatione postposita, decernatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam inviolabiliter observari. Proviso quod de hiis que ad forum ipsius regis pertinent et ecclesiasticum non contingunt, vos nullatenus intromittere presumatis. Non obstantibus —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas januarii, anno tertio. »

**1300** Orvieto, 28 janvier 1264.

Episcopo Wratislaviensi mandat ut cum Conrado, cantore Wratislaviensis ecclesiae, dispenset ut præter cantoriam præposituram Gneznensis ecclesiae recipere et retinere valeat. (Reg. 29, fol. 109 v°, n° 350.)

« . . *episcopo Wratislaviensi*. Volentes dilectum filium Conradum, ecclesie Wratislaviensis cantorem, pro laudabili testimonio quod de ipso accepimus et obtentu dilecti filii magistri Nicolai, capellani nostri, scolastici Cracoviensis, nobis pro ipso supplicantis, attentius prosequi gratiose, fraternitati tue, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, dispensandi cum eodem cantore ut, preter ejusdem ecclesie cantoriam, quam canonice dicitur obtinere, preposituram Gneznensis ecclesie, ad quam canonice asserit se electum, licite recipere ac ipsam pariter et dictam cantoriam, quarum neutra curam habere dicitur animarum, libere retinere valeat, constitutione generalis concilii super hoc edita non obstante, auctoritate tibi presentium plenam et liberam si, consideratis diligenter circumstantiis universis, expedire videris, concedimus facultatem. Proviso quod cantoria et prepositura predicte debitis obsequiis non fraudentur. Datum apud Urbemveterem, V kalendas februarii, anno tertio. »

**1301** Orvieto, 9 février 1264.

Archidiacono Tornodorensi in ecclesia Lingonensi mandat ut Guidonem de Ylant clericum, natum Andreæ de Noiento in Bassigneio, Eduensis diocesis, in ecclesia de Vergeio, Lingonensis diocesis, in canonicum, cum exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 110, n° 351.)

« . . *archidiacono Tornodorensi in ecclesia Lingonensi*. Ut (*sic* pour *et*) si ad provisionem —. Cum igitur dilectus filius Guido de Ylant clericus, natus nobilis viri Andree de Noiento in Bassigneio, Eduensis diocesis, sicut in nostra presentia constitutus proposuit, nullum sit adhuc ecclesiasticum beneficium assecutus, nos eum, qui de honestate morum et conversatione laudabili multipliciter commendatur, obtentu venerabilis fratris nostri . . episcopi Lingonensis, cui dicitur consanguinitate conjunctus, cupientes prosequi gratiose, discretioni tue mandamus quatenus eundem clericum, si est ydoneus, in ecclesia de Vergeio, ejusdem diocesis, recipi facias auctoritate nostra per te vel per alium in canonicum et in fratrem eique provideri sive provideas de prebenda nulli alii de jure debita, si qua vacat ibidem ad presens, vel quam primum ad id obtulerit se facultas, dummodo in eadem ecclesia non nisi pro duobus direxerimus scripta nostra, non obstante —. Contradictores etc. usque compescendo. Ita tamen quod idem clericus, sicut requiret onus prebende quam ipsum in prefata ecclesia obtinere contigerit, statutis temporibus ad ordines se promoveri faciat et personaliter resideat in eadem. Alioquin —. Datum apud Urbemveterem, V idus februarii, anno tertio. »

**1302** Orvieto, 9 février 1264.

Capitulo ecclesiae Gebennensis indulget ut Geraldum clericum, natum Henrici de Chauvenz, Lausanensis diocesis, in canonicum recipere valeat. (Reg. 29, fol. 110, n° 352.)

« *Capitulo ecclesie Gebennensis*. Supplicastis nobis per vestras litteras speciales ut recipiendi in canonicum et in fratrem ecclesie vestre dilectum filium Gerardum clericum, natum nobilis viri Henrici de Chauvenz, Lausanensis diocesis, quem vobis et eidem ecclesie utilem esse asseritis, licentiam vobis concedere curaremus, non obstante statuto de certo canonicorum numero ipsius ecclesie, juramento et confirmatione apostolica roborato, et quod nullum potestis recipere in canonicum nisi in capitulo generali. Nos, vestris supplicationibus annuentes, veris existentibus supradictis, vobis auctoritate presentium postulatam licentiam, non obstante statuto hujusmodi, elargimur. Ita tamen quod —. Datum apud Urbemveterem, V idus februarii, anno tertio. »

**1303** Orvieto, 1er février 1264.

Abbati Vallis Secretae Praemonstratensis et priori de Conciaco, Cluniacensis ordinum, Suessionensis diocesis, mandat ut

integros proventus beneficiorum a Guillelmo, thesaurario Senonensi, germano regis Navarræ, obtentorum, non obstante ejus absentia, ejus nomine, recipiant. (Reg. 29, fol. 110, n° 353.)

« . . *abbati Vallis Secrete Premonstratensis et . . priori de Conciaco, Cluniacensis ordinum, Suessionensis diocesis.* Habentes erga personam dilecti filii Guillelmi, thesaurarii Senonensis, germani karissimi in Christo filii nostri, regis Navarre illustris, specialis benivolentie puritatem, dignum duximus ut ipsum, hoc eo etiam non petente, favoribus apostolicis et specialibus gratiis attollamus. Ut igitur paternum affectum quem erga eum gerimus, sentiat in effectu, illam persone sue specialem gratiam impertiri volentes cui similem facturi alicui alii non essemus, devotioni sue ut proventus preposíture ac prebende sue ecclesie sancti Martini Turonensis, in qua existit prepositus, et aliorum beneficiorum que nunc obtinet et decetero canonice assequetur, cum cura et sine cura animarum, ubicumque, in absentia etiam, in loco ubi beneficiatus existit seu etiam eum beneficiari contigerit, infra sacros ordines, cum ea integritate possit percipere cum qua illos perciperet si in ecclesiis in quibus preposituram et beneficia ipsa obtinet et etiam obtinebit, personaliter resideret, ac interim ad faciendam in ipsis ecclesiis primam vel aliam quamcumque residentiam vel sacros suscipiendos ordines minime teneatur, nec compelli possit invitus, etiam pretextu aliquarum litterarum vel indulgentiarum dicte sedis seu legatorum ipsius impetratarum hactenus vel impetrandarum decetero, etiam si dicatur in ipsis quod eis non possit per aliquas litteras apostolicas derogari, nisi eedem littere et indulgentia sedis ejusdem imposterum impetrande plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi fecerint mentionem, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus vel statutis, jurejurando, confirmatione sedis predicte aut alia quavis firmitate vallatis, precipue de ligia aut quavis alia residentia in ipsa sancti Martini et aliis ecclesiis facienda, seu quocumque juramento per se vel procuratorem suum prestito vel prestando, maxime de non recipiendo in absentia dictos proventus et non impetrando per se vel per alium contra hoc litteras apostolicas nec utendo impetratis vel etiam impetrandis, auctoritate apostolica duximus indulgendum, ipsum ab observantia juramentorum hujusmodi absolvendo de apostolice plenitudine potestatis. Quocirca mandamus quatenus vos vel alter vestrum fructus et proventus hujusmodi dicto thesaurario vel ejus procuratoribus, suo nomine, juxta concessionis nostre tenorem, faciatis per vos vel per alium seu alios integre ministrari. Contradictores etc. usque compescendo. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, kalendis februarii, anno tertio. »

**1304** Orvieto, 31 janvier 1264.

Abbati monasterii s. Martini Glandariensis, Metensis diocesis, mandat ut Anselmo de Wokerungen, canonico ecclesiae s. Symeonis Treverensis, de aliquo personatu provideat. (Reg. 29, fol. 110 v°, n° 354.)

« . . *abbati monasterii sancti Martini Glandariensis, Metensis diocesis.* Volentes dilectum filium Anselmum de Wokerungen, canonicum ecclesie sancti Symeonis Treverensis, nobis de nobilitate morum et generis ac litterarum scientia commendatum, et pro quo dilectus filius nobilis vir . . dux Lothoringie, ac . . comes Lucelburgensis, et dilecta in Christo filia nobilis mulier . . ducissa Lothoringie, per suas nobis litteras humiliter supplicarunt, prosequi favore gratie specialis, discretioni tue mandamus quatenus eidem canonico, dummodo sit ydoneus, de aliquo personatu vel officio non habente curam animarum annexam, si vacat ad presens in eadem ecclesia vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, per te vel per alium auctoritate nostra providere procures, inducens ipsum in corporalem hujusmodi personatus aut officii possessionem et defendens inductum. Non obstante si scripsimus ibidem pro aliis super consimili gratia, quibus per hoc nolumus prejudicium generari —. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, II kalendas februarii, anno tertio. »

**1305** Orvieto, 5 février 1264.

Sacristæ Noviomensi mandat episcopum et capitulum Massilienses inducat ut magistro Raymundo, præposito Massiliensi, omnia jura, bona et administrationem ejusdem præposituræ dimittant. (Reg. 29, fol. 110 v°, n° 355.)

« . . *sacriste Noviomensi.* Dilectus filius magister Raimundus, capellanus noster, prepositus Massiliensis ecclesie, nobis exposuit quod, cum nos in causa, que inter ipsum et dilectum filium Peregrinum, capellanum nostrum, super prepositura predicte ecclesie, in qua uterque ipsorum se dicebat habere jus, vertebatur, venerabilem fratrem nostrum, Sabinensem episco-

pum, dederimus partibus auditorem, idem episcopus, lite coram eo legitime contestato, factisque positionibus et responsionibus ad easdem, audivit que partes voluere proponere coram eo et nobis fideliter recitavit. Quia vero, juribus partium ipsarum intellectis et plene discussis, nobis constitit quod idem magister Raymundus jus in prepositura obtinebat eadem, ipsam pertinere ad eum duximus, de fratrum nostrotrorum consilio, declarandum et sibi sententialiter adjudicantes eandem, dicto Peregrino perpetuum silentium imposuimus super ea et nichilominus ad cautelam predicto Raymundo preposituram prefatam contulimus et de illa providimus ipsumque investivimus per nostrum anulum de eadem, decernentes irritum et inane si secus de prepositura ipsa apostolica vel quavis auctoritate a quoquam contingeret attemptari, ac venerabili fratri nostro . . archiepiscopo Aquensi, et dilecto filio . . decano Meldensi, nostris dantes litteris in mandatis ut memoratum magistrum Raymundum vel procuratorem suum, ejus nomine, in corporalem possessionem ipsius prepositure per se vel per alium inducerent et tuerentur inductum, facientes eum vel dictum procuratorem pro ipso in prepositum ecclesie prefate a venerabili fratre nostro . . episcopo, et capitulo Massiliensibus admitti sibique ipsius prepositure proventibus responderi, contradictores etc. usque compescendo. Et licet iidem episcopus et capitulum procuratorem ipsius magistri Raymundi pro eo admiserint in prepositum ecclesie supradicte, ipsi tamen ipsum magistrum Raymundum administrare bona et jura predicte ecclesie, prout ad eum pertinet et prout ea administraverant predecessores ipsius, prepositi ejusdem ecclesie, non permittunt, in ejus prejudicium et gravamen. Quare idem magister Raymundus nobis humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca mandamus quatenus predictos episcopum et capitulum quod eundem magistrum Raymundum, personaliter in prelibata ecclesia residentem, bona et jura predicte ecclesie libere, prout ad ipsum pertinet et prout suus predecessor administrabat, tempore mortis sue, ac usque ad festum Ascensionis dominice proximo venturum etiam per procuratorem suum administrare permittant, nec super hoc ei aliquod impedimentum prestent, sed ei de juribus et redditibus predicte prepositure plene respondeant, monitione premissa, per te vel per alium auctoritate nostra, sublato cujuslibet appellationis impedimento, compellas. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio. »

**1306** Orvieto, 12 février 1264.

Magistro Forcasio, electo in præpositum ecclesiæ Albensis, aulæ regis Hungariæ vicecancellario, ad veniendum ad sedem apostolicam, pro confirmationis suæ munere obtinendo, quatuor mensium spatium indulget. (Reg. 29, fol. 111, n° 356, Potthast 18798.)

« *Magistro Forcasio, electo in prepositum ecclesie Albensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Vesprimiensis diocesis, aule karissimi in Christo filii nostri . . regis Ungarie illustris, vicecancellario.* Tue devotionis puritas —. Datum apud Urbemveterem, II idus februarii, anno tertio. »

**1307** Orvieto, 16 février 1264.

Miloni, episcopo Suessionensi, indulget ut duos clericos in s. Vedasti Suessionensis et in s. Mariae de Monte, Suessionensis diocesis, ecclesiis in canonicos recipi faciat. (Reg. 29, fol. 111, n° 357.)

« *Miloni, episcopo Suessionensi.* Tue fraternitatis obtentu, tibi obsequentium personarum profectibus favorabiliter intendentes, faciendi recipi per te vel per alium duos tuos clericos ydoneos in sancti Vedasti Suessionensis et in beate Marie de Monte, Suessionensis diocesis, ecclesiis, in quibus prebendarum collatio ad te asseritur pertinere, singulos eorum videlicet in singulis ecclesiarum ipsarum, in canonicos et in fratres ac providendi eis de singulis prebendis, si vacant ad presens in eisdem ecclesiis vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, necnon et contradictores super hoc per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, non obstantibus — concedimus facultatem. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas martii, anno tertio. »

**1308** Orvieto, 9 février 1264.

Petro, abbati monasterii Agedunensis, indulget ut duos prioratus non conventuales per unum annum ad manus suas retinere valeat. (Reg. 29, fol. 111, n° 358.)

« *Petro, abbati monasterii Agedunensis, ordinis sancti Benedicti, Lemovicensis diocesis.* Cum te monasterio Agedunensi nuper auctoritate apostolica prefecerimus in abbatem et circa ipsius edificia monasterii, cujus redditus esse dicuntur tenues et exiles, te subire oporteat

gravia onera expensarum, nos, tibi et eidem monasterio super hoc providere volentes, presentium tibi auctoritate concedimus ut duos prioratus ejusdem monasterii non conventuales, de quibus videris expedire et in quibus instituere et destituere, ponere ac removere priores et personas eorum ad te pertinere noscatur, per unum annum ad manus tuas libere valeas retinere, aliqua constitutione contraria non obstante. Ita tamen quod ipsi prioratus debitis obsequiis et debito ac consueto servitorum numero non fraudentur. Datum apud Urbemveterem, v idus februarii, anno tertio. »

**1309** Orvieto, 13 février 1264.

Magistro Ladislao, archidiacono s. Leustachii in ecclesia Strigoniensi, clerico Hungariae regis, concedit ut præter hunc archidiaconatum possit in Jaurensi vel Vesprimiensi aut Quinqueecclesiensi diocesibus aliud beneficium ecclesiasticum cum animarum cura suscipere. (Reg. 29, fol. 111, n° 359; Potthast, 18799.)

« *Magistro Ladislao, archidiacono s. Leustachii*[1] *in ecclesia Strigoniensi, clerico karissimi in Christo filii nostri Ungarie regis illustris.* Adjutos virtutum meritis —. Datum apud Urbemveterem, idus februarii, anno tertio. »

**1310** Orvieto, 13 février 1264.

Collationes, praesentationes et concessiones factas ab Henrico de Hinsebergue, dum indebite pro praeposito ecclesiae Coloniensis se gerebat, decernit irritas et inanes. (Reg. 29, fol. 111 v°, n° 360.)

« . . *abbati Eurebodiensi, Premonstratensis ordinis, et plebano ecclesie de Dure, Leodiensis et Coloniensis diocesum.* Dilecto filio Arnoldo, capellano nostro, nato nobilis viri . . comitis de Los, preposito ecclesie Coloniensis, accepimus intimante quod, electione, que de venerabili fratre nostro . . Coloniensi archiepiscopo, in ecclesia predicta celebrata extitit,per sedem apostolicam confirmata, nos prepositurам ipsius ecclesie, quam idem archiepiscopus, promotionis sue tempore, obtinebat, eidem Arnoldo contulimus et decrevimus irritum et inane si secus de prepositura ipsa contingeret attemptari, non obstante quod nondum decursum erat tempus de consecrandis episcopis a canonibus diffinitum; dictusque archiepiscopus, in nostra et plurium fratrum nostrorum presentia, ipsum Arnoldum in prepositum ecclesie prelibate ad osculum pacis admisit et manus ipsius A. inter suas constringens, ab eodem A. recepit homagium velut a preposito ecclesie sepefate, secundum quod in receptione ipsius prepositi, quando in ejusdem ecclesie in prepositum a Coloniensi archiepiscopo admittitur, fieri, ut dicitur, consuevit. Sed memoratus archiepiscopus Henrico de Hinsebergue, ipsius ecclesie canonico, quem capitulum ejusdem ecclesie, post collationem hujusmodi, de facto, cum de jure nequiverint, in suum prepositum elegisse, cujusque electionem vicarius prefati archiepiscopi confirmasse dicuntur, contra nominatum A. super hoc favorem impendit, asserens quod idem A. exhibere sibi homagium hujusmodi non curarat. Unde nos eidem archiepiscopo nostris dedimus litteris firmiter in preceptis ut, amoto ab eadem prepositura dicto Henrico et quolibet alio detentore, faceret sepefatum A. ipsius prepositure pacifica possessione gaudere ac eidem, tanquam Coloniensi preposito, intendi et de juribus ac proventibus ipsius prepositure plenarie responderi, injuncto per alias nostras litteras venerabili fratri nostro . . Leodiensi episcopo, . . et dilecto filio, abbati monasterii sancti Trudonis, Leodiensis diocesis, ut, si dictus archiepiscopus mandatum nostrum in hac parte negligeret adimplere, ipsi vel eorum alter eum ad id, monitione premissa, sublato cujuslibet appellationis obstaculo, auctoritate nostra cogere procurarent. Sane, predicto archiepiscopo in executione mandati nostri, non sine apostolice sedis injuria et contemptu ac memorati Arnoldi prejudicio, procedere negligente, dictus Henricus qui, pretextu electionis et confirmationis predictarum, pro Coloniensi preposito se gerit, administrationi bonorum prepositure prefate se temere ingerens, quamplura beneficia, quorum collatio ad Coloniensem prepositum pertinet, diversis personis contulit et ad quedam alia, quorum idem prepositus est patronus, nonnullas personas alias pro sue voluntatis libito presentavit, quasdam insuper concessiones de bonis ipsius prepositure temere faciendo, in predicti Arnoldi non modicum dispendium et gravamen. Quare sepefatus Arnoldus nobis humiliter supplicavit ut, cum eo tempore quo prelibatus Henricus in prepositum ecclesie predicte a prefato capitulo se electum ac electionem hujusmodi per memoratum vicarium confirmatam fuisse proponit, prepositura ipsa dicto Arnoldo per nos foret collata, sicque hujusmodi electio si qua facta extitit, utpote ad prepositurам ipsam nullatenus tunc vacantem, contra prefatum decretum nostrum, de facto

1. Potthast écrit par erreur *Eustachii.*

presumpta, necnon et quicquid ex electione tali secutum est vel ob ipsam, nullum robur obtineat firmitatis, super hoc sibi dignaremur oportuno remedio providere. Nolentes igitur ut nominatus Henricus de hujusmodi sua presumptuosa contractatione aliene rei se letetur comodum reportare, collationes, presentationes et concessiones hujusmodi factas per eundem Henricum necnon et quicquid per ipsum H., dum administrationi predicte se taliter ingerebat, circa possessiones, bona et jura dicte prepositure attemptatum esse dinoscitur, decernimus penitus non valere ac nullius existere firmitatis, discretioni vestre per apostolica [scripta] mandantes quatenus ea non valere ac nullius roboris firmitatem habere, in locis, in quibus expedire videritis, per vos vel per alios seu alium publice nuntietis. Contradictores —. Datum apud Urbemveterem, idus februarii, anno tertio. »

**1311** Orvieto, 19 février 1264.

Comitem Juliacensem hortatur ut de redditibus praepositurae Coloniensis, in suis consistentibus terris, soli Arnoldo de Los responderi faciat. (Reg. 29, f° 111 v°, n° 361.)

« *Nobili viro . . comiti Juliacensi, Coloniensis diocesis.* Hanc spem de —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas martii, anno tertio. »

**1312** Orvieto, 19 février 1264.

Infrascriptis mandat archiepiscopum Coloniensem inducant ut Arnoldum de Los in possessionem praepositurae mittat, infra quindecim dies post monitionem eorum, amoto ab ea Henrico de Hinsebergue. (Reg. 29, fol. 112, n° 362.)

« *. . abbati Eurebodiensi, Premonstratensis ordinis, Leodiensis diocesis, Th. de Blankehem, archidiacono in ecclesia Treverensi, et . . scolastico ecclesie sancti Gereonis Coloniensis.* Dilecti filii Arnoldi, capellani nostri, prepositi ecclesie Coloniensis, nati nobilis viri comitis de Los, nobis insinuatio patefecit quod, electione que de venerabili fratre nostro . . Coloniensi archiepiscopo, in Coloniensi ecclesia celebrata extitit, per sedem apostolicam confirmata, nos preposituram ipsius ecclesie, quam idem archiepiscopus, promotionis sue tempore, obtinebat, eidem Arnoldo contulimus et decrevimus irritum et inane si secus de prepositura ipsa contingeret attemptari, non obstante quod nondum decursum erat tempus de consecrandis episcopis a canonibus diffinitum dictusque archiepiscopus in nostra etc. ut supra de verbo ad verbum, usque consuevit. Sed memoratus archiepiscopus Henrico de Hinsebergue, ipsius ecclesie canonico, quem capitulum ejusdem ecclesie, post collationem hujusmodi, de facto, cum de jure nequiverint, in suum prepositum elegisse cujusque electionem . . vicarius prefati archiepiscopi confirmasse dicuntur, contra nominatum A. super hoc favorem impendere non veretur, asserens quod idem A. exibere sibi homagium hujusmodi non curarat. Unde nos ipsi archiepiscopo nostris dedimus litteris firmiter in preceptis ut, amoto ab eadem prepositura dicto Henrico et quolibet alio detentore, faceret sepefatum A. ipsius prepositure pacifica possessione gaudere ac eidem, tanquam Coloniensi preposito, intendi et de juribus ac proventibus ipsius prepositure plenarie responderi. Injuncto per alias nostras litteras venerabili fratri nostro . . Leodiensi episcopo, et dilecto filio . . abbati monasterii sancti Trudonis, Leodiensis diocesis, ut, si dictus archiepiscopus mandatum nostrum in hac parte negligeret adimplere, ipsi vel eorum alter eum ad id, monitione premissa, sublato cujuslibet appellationis obstaculo, auctoritate nostra cogere procurarent. Sed, eodem archiepiscopo in executione mandati nostri, non sine apostolice sedis injuria et contemptu ac memorati Arnoldi prejudicio, procedere ac prefatis episcopo et abbate ipsum archiepiscopum ad id cogere non curantibus, idem Arnoldus nullum adhuc ex predictis litteris comodum est adeptus ; propter quod ipse Arnoldus, ad apostolice sedis recurrens providentiam, congruum super hoc remedium per nostram sollicitudinem suppliciter petiit adhiberi. Desiderantes igitur ut facta per nos eidem Arnoldo in hac parte gratia sibi reddatur propere fructuosa, discretioni vestre mandamus quatenus prelibatum archiepiscopum, ex parte nostra, vos aut duo vel unus vestrum per vos vel alium seu alios monere sollicite ac efficaciter inducere studeatis ut, infra quindecim dies post monitionem vestram, in hujusmodi executione predicti mandati nostri procedere non omittat, juxta traditam sibi formam. Quod si forsan idem archiepiscopus in sue inobedientie contumacia perseverans, infra prescriptum tempus vestris acquiescere monitis et inductionibus non curaverit in hac parte, ipsum ex tunc, ne impune gaudeat renuisse contumaciter apostolicis jussionibus obedire, ab omni collatione personatuum, dignitatum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura et sine cura, non obstantibus appellationibus quas idem archiepiscopus ad

impediendum predicti nostri mandati executionem interposuisse dicitur, auctoritate nostra suspendere procuretis ac eum, usque ad satisfactionem condignam, faciatis manere suspensum. Contradictores auctoritate simili, sublato appellationis obstaculo, compescendo. Non obstante si —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas martii, anno tertio. »

**1313** Orvieto, 19 février 1264.

Infrascriptis mandat ad sedem apostolicam citent archiepiscopum Coloniensem, si mandatum apostolicum de Arnoldo in possessionem praepositurae mittendo, exequi renuerit. (Reg. 29, fol. 112 v°, n° 363.)

« *Eisdem abbati et archidiacono et . . decano ecclesie sancte Marie Prumiensis, Treverensis diocesis.* Dilectus filius Arnoldus, capellanus noster, natus nobilis viri . . comitis de Los, prepositus ecclesie Coloniensis, sua nobis petitione monstravit quod in Coloniensi ecclesia electione celebrata de venerabili fratre nostro . . Coloniensi archiepiscopo, confirmata, nos preposituram dicte ecclesie, quam idem archiepiscopus, promotionis sue tempore, obtinebat, eidem Arnoldo contulimus ipsumque per nostrum anulum investivimus de eadem et decrevimus irritum et inane etc., ut supra in proxima de verbo ad verbum usque admisit et, manus ipsius A. inter suas recipiens, ab eodem A. recepit homagium etc., ut in eadem superiori. usque procurarent. Sane predictus archiepiscopus in executione mandati nostri procedere neglexit, in contemptum nostrum ac ipsius Arnoldi prejudicium et gravamen; propter quod dictus Arnoldus incurrit dampna gravia et expensas, super quo ipse ad nostram providentiam recurrere est coactus. Nolentes igitur quod idem capellanus frustretur facta sibi gratia in hac parte, discretioni vestre per apostolica scripta, in virtute obedientie, districte precipiendo mandamus quatinus vos aut duo vel unus vestrum per vos vel per alios seu alium eundem archiepiscopum ex parte nostra monere et inducere procuretis ut, infra quindecim dies post monitionem vestram, non obstantibus appellationibus quas ad impediendum predicti mandati nostri executionem, interposuisse dicitur, injunctum sibi preceptum apostolicum per predictas nostras sibi directas litteras exequatur. Alioquin ipsum extunc peremptorie citare curetis ut, infra duos menses post citationem vestram, personaliter compareat coram nobis, super sua inobedientia nostris pariturus mandatis ac eidem Arnoldo de dampnis et expensis hujusmodi satisfactionem plenariam impensurus. Diem vero citationis et formam et quicquid inde feceritis, nobis per vestras litteras harum seriem continentes, fideliter intimare curetis. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas martii, anno tertio. »

**1314** Orvieto, 16 février 1264.

Archidiacono et magistro Philippo, dicto *Romano*, canonico Cenomanensibus, mandat ut Jacobum clericum, natum Cinthii, civis Romani, in ecclesia s. Mederici Parisiensis in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 112 v°, n° 364.)

« . . *archidiacono, et magistro Phylippo dicto* Romano, *canonico Cenomanensibus.* Apostolice sedis benignitas —. Cum igitur dilectus filius nobilis vir Cinthius, civis Romanus, ipsius sedis devotus existat ac ei semper ipse suique progenitores per grata studuere obsequia complacere, nos, consideratione ipsius, dilectum filium Jacobum, clericum natum ejus, prosequi gratiose volentes, discretioni vestre mandamus quatenus eundem clericum faciatis, auctoritate nostra, vos vel alter vestrum per vos vel per alium seu alios in ecclesia sancti Mederici Parisiensis, dummodo non sit nisi unus in eadem ecclesia speciali auctoritate nostra prebendam vacaturam expectans, in canonicum recipi et in fratrem sibique provideatis de prebenda, si vacat ibidem ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, stallo eidem in choro et loco in capitulo, cum juris canonici plenitudine, assignatis. Non obstante —. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas martii, anno tertio. »

**1315** Orvieto, 20 janvier 1264.

Abbati de Lavanza in ecclesia Palentina mandat ut quamcito Johanni Pelagii, archidiacono Urgellensi, capellano episcopi Prenestini et clerico regis Castellae et Legionis, in ecclesia Salamantina de præbenda provideat. (Reg. 29, fol. 112 v°, n° 365.)

« *Abbati de Lavanza in ecclesia Palentina.* Dilectus filius Johannes Pelagii, archidiaconus Urgellensis, capellanus venerabilis fratris nostri . . episcopi Prenestini, et clericus karissimi in Christo filii nostri . . illustris regis Castelle et Legionis, exposuit coram nobis quod, licet ipse dudum in ecclesia Salamantina, in qua tunc erat portionarius, auctoritate felicis recor-

dationis A. pape, predecessoris nostri, canonice receptus fuerit in canonicum et in fratrem, nondum tamen est ibi prebendam consuetam assignari canonico assecutus. Nolentes igitur quod idem archidiaconus, pro quo venerabilis frater noster . . episcopus, et dilecti filii capitulum Salamantini super hoc nobis per suas litteras humiliter supplicarunt, inane canonici nomen gerat, discretioni tue mandamus quatenus, si est ita, eidem archidiacono de prebenda, si qua in dicta vacat ecclesia ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, per te vel per alium providere procures. Non obstante quod quedam prebenda dicto archidiacono de jure debita dudum in prefata vacavit ecclesia et alii est collata seu si aliqui sint ibidem auctoritate litterarum sedis apostolice, post receptionem dicti archidiaconi obtentarum, recepti vel ut recipiantur insistant, quibus per hoc nullum volumus prejudicium generari —. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas februarii, anno tertio. »

**1316** Orvieto, 30 janvier 1264.

Dispensatio de non residendo per biennium. (Reg. 29, fol. 113, n° 366.)

« *Petro de Vineto, canonico Dolensi.* Obtentu laudabilium meritorum quibus pollere diceris, te prosequi volumus benigni exhibitione favoris. Sane, sicut nobis significare curasti, ab antiquo in Dolensi ecclesia fuit statutum ut canonici ejusdem in theologica facultate, ubi vigeat studium generale, studentes, fructus prebendarum suarum ipsius ecclesie, cotidianis distributionibus exceptis, integre percipiant ac si residerent personaliter in eadem. Cum itaque tu, pro defensione cujusdam cause tue, ad apostolicam sedem accedens, ibidem in facultate studeas supradicta, nos, tuis supplicationibus inclinati, ut, apud sedem ipsam studio predicte facultatis insistens, possis proventus prebende tue ecclesie supradicte usque ad biennium, juxta predictum statutum, percipere tibi auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, III kalendas februarii, anno tertio. »

**1317** Orvieto, 30 janvier 1264.

Infrascripto praedicti committit executionem indulti. (Reg 29, f. 113, n° 367.)

« *Cantori ecclesie Venetensi.* Obtentu laudabilium meritorum —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas februarii, anno tertio. »

**1318** Orvieto, 5 février 1264.

Magistro Gualae, notario et legato apostolico, mandat ut de ducentis libris quas ab episcopo et clero Papiensibus exigit, summa centum librarum contentus existat. (Reg. 29, fol. 113, n° 368.)

« *Magistro Guale, notario nostro, apostolice sedis legato.* Ex parte venerabilis fratris nostri . . episcopi Papiensis, et dilectorum filiorum cleri Papiensium civitatis et diocesis fuit propositum coram nobis quod Papiensis ecclesia per quondam Fr., olim Romanorum imperatorem, et ejus officiales multis fuit afflicta molestiis, cui majorem partem proventuum suorum idem clerus aliquando et interdum sex milia librarum Papiensis monete, singulis annis, cum multa cordis anxietate persolvit. Postmodum vero Ubertus, marchio Pelavicinus, dum eidem civitati prefuit, quatuor milia librarum ipsius monete ab eodem clero annuatim extorsit. Hujusmodi autem extorsionum occasione, nonnulli ex eodem clero mobilia bona et immobilia, tegulas etiam ecclesiarum ipsarum vendere sunt coacti. Sane, faciente illo qui post tempestatem tranquillum et post nubilum dat serenum, eadem civitate ad devotionem sedis apostolice redeunte, predicti episcopus et clerus spem habuerunt sub protectione sedis ipsius vivere in quiete. Sed ipsi a legatis et nuntiis dicte sedis in procurationibus eis exhibendis multipliciter aggravantur. Nam tu, prout asserunt, in primo anno tue legationis, trecentas libras predicte monete, nomine procurationis, et in secundo tantumdem episcopo et clero imposuisti eisdem, quas ipsi tibi liberaliter persolverunt. Sed tu nichilominus ad presens ducentas libras predicte monete ab episcopo et clero exigis supradictis. Quare nobis humiliter supplicarunt ut providere ipsis super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, ipsis super hujusmodi afflictionibus, quas a Fr. et marchione predictis sustinuere, paterno compatientes affectu, volumus quod de hujusmodi ducentis libris, quas ab eis exigis, summa centum librarum contentus existas. Nos enim, postquam eas tibi solverint, ipsos a residuo duximus absolvendos. Quocirca mandamus quatenus, receptis ab eis hujusmodi centum libris, ipsos super residuo non molestes, excommunicationis quoque, suspen-

sionis et interdicti sententias, siquas in ipsos communiter aut in ipsorum aliquem specialiter seu eorum ecclesias, occasione predictarum ducentarum librarum, per te vel alium forsitan promulgasti, sine qualibet difficultate relaxes. Alioquin dilecto filio . . priori fratrum Predicatorum Papiensium damus nostris litteris in mandatis ut, postquam predicti episcopus et clerus tibi vel procuratori aut nuntio tuo pro te predictas centum libras solverint, hujusmodi sententias, sublato cujuslibet difficultatis obstaculo, auctoritate nostra studeat relaxare. Datum apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio. »

**1319** Orvieto, 5 février 1264.

Priori fratrum Praedicatorum Papiensium praedicti committit executionem mandati. (Reg. 29, fol. 113 v°, n° 369.)

« . . *priori fratrum Predicatorum Papiensium.* Ex parte venerabilis —. Datum apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio. »

**1320** Orvieto, 30 janvier 1264.

Decano ecclesiae Rosetensis, Laudunensis diocesis, mandat ut magistro Nicolao, scriptori apostolico, nepoti fratris Godefridi, poenitentiarii apostolici, de aliquo ecclesiastico beneficio, cum cura vel sine cura, ad collationem decani et capituli ecclesiae de Cymaco spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 113 v°, n° 370.)

« *Decano ecclesie Rosetensis, Laudunensis diocesis.* Volentes dilectum filium —. Datum apud Urvemveterem, III kalendas februarii, anno tertio. »

**1321** Orvieto, 13 février 1264.

J., s. Mariae in Cosmidin diacono cardinali, mandat ut, si expedire videat, abbatissae et conventui s. Agnetis de Urbe licentiam concedat vendendi de possessionibus usque ad summam mille librarum proven. (Reg. 29, fol. 113 v°, n° 371.)

« *J., sancte Marie in Cosmidin diacono cardinali.* Ex parte dilectarum in Christo filiarum . . abbatisse, et conventus monasterii sancte Agnetis de Urbe, ordinis sancti Benedicti, fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum monasterium ipsum gravi prematur onere debitorum, et ad solutionem ipsorum eis facultates proprie, quas usurarum vorago consumit, non suppetant, vendendi, pro exoneratione hujusmodi debitorum, de possessionibus ipsius monasterii minus utilibus usque ad summam mille librarum proven. ipsis licentiam concedere de providentia sedis apostolice dignaremur. De tua igitur circumspectione confisi, presentium tibi auctoritate committimus ut, si inspectis diligenter circumstantiis universis que circa hoc attendende fuerint, expedire videris, predictis abbatisse et conventui, auctoritate nostra, per te vel per alium largiaris licentiam postulatam, proviso ut possessionum earundem pretium in solutionem debitorum ipsorum totaliter convertatur, et quod pro monasterii predicti utilitate conceditur, in illius dispendium non redundet, idque a te a Domino requiratur. Datum apud Urbemveterem, idus februarii, anno tertio. »

**1322** Orvieto, 16 février 1264.

Archiepiscopo Cantuariensi indulget ut, residendo in Francia, per procuratores exercere faciat quæ ipsi jure metropolitico et alias in civitate, diocesi et provincia Cantuariensibus competunt. (Reg. 29, fol. 113 v°, n° 372.)

« . . *archiepiscopo Cantuariensi.* Cum, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, propter imminentem turbationem regni Anglie, insulam secure non valeas ingredi anglicanam, et officiales ac alii ministri tui, dicte turbationis occasione, bonis suis in eodem regno consistentibus spoliati, regnum ipsum sint exire coacti, nos, volentes in hac parte tibi, ne per hoc tuis defrauderis juribus, congruo remedio subvenire, ut existens in regno Francie omnia que tibi jure metropolitico et alias, ratione potestatis ordinarie, in tua civitate et diocesi ac provincia competunt, per te ac officiales tuos, juxta officii tui debitum, libere exercere valeas, usque ad nostre beneplacitum voluntatis, fraternitati tue auctoritate presentium duximus concedendum, non obstantibus indulgentia qua illis de dicto regno Anglie fore dicitur ab apostolica sede concessum ut extra idem regnum vel citra mare anglicanum nequeant per litteras apostolicas ad judicium evocari, seu quibuslibet indulgentiis vel privilegiis apostolicis de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris plena et expressa sit mentio facienda et per que effectus hujusmodi gratie valeat impedire, et constitutione de duabus dietis edita in concilio ge-

nerali. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas martii, anno tertio [1]. »

**1323** Orvieto, 23 février 1264.

Regi Angliae mandat ut episcopo Wigorniensi et magistris Homodeo de Crema et Bartholomaeo de Turano, in negotio debitorum a certis mercatoribus Florentinis processuris, auxilium impendat. (Reg. 29, fol. 114, n° 373.)

« *Carissimo in Christo filio . . illustri regi Anglie.* Cum Dulcis Notius et Boldrus de Burgo, Castra Gualfredi, Hugo Monaldi et alii eorum socii, cives et mercatores Florentini, in quibusdam pecuniarum summis dilectis filiis nostris O., s. Adriani et J., sanctorum Cosme et Damiani diaconis cardinalibus, et quibusdam eorum familiaribus teneantur, prout in instrumentis publicis et litteris inde confectis plenius continetur, eidemque mercatores hujusmodi pecunias eisdem cardinalibus et familiaribus solvere se non posse proponant, ac venerabilis frater noster Johannes, Wintoniensis episcopus, circa octo milia marcarum sterlingorum, sicut accepimus, mercatoribus teneatur eisdem, nos, volentes eorumdem cardinalium et familiarium indempnitatibus apostolica sollicitudine precavere, venerabili fratri nostro . . episcopo Wigorniensi, et dilectis filiis magistris Homodeo de Crema, subdiacono nostro, et Bartholomeo de Turano, canonico ecclesie s. Tymothei Remensis, nostris sub certa forma dedimus litteris in mandatis ut ipsi tres vel duo aut unus eorum eidem Wintoniensi episcopo, auctoritate nostra, per se vel per alium seu alios firmiter inhibere procurent ne predictis mercatoribus eorumve sociis et factoribus seu procuratoribus seu hiis quibus jus suum dederint suasve cesserint actiones, de pecunia in qua mercatoribus ipsis eorumve societati tenetur, in toto vel in parte quomodolibet respondere presumat, sed eundem episcopum ex parte nostra diligenter moneant et inducant ut tantum de hujusmodi pecunia, cum solutionis ejus terminus elapsus esse dicatur, infra duos menses post inhibitionem hujusmodi vel, si nondum elapsus est terminus, infra totidem menses postquam terminus idem effluxerit, eis vel hiis quibus ipsi mandaverint, cardinalium et familiarium nomine predictorum, sublato cujuslibet obstaculo difficultatis, exolvat quod dictis cardinalibus et familiaribus de hujusmodi pecuniis, juxta predictorum instrumentorum et litterarum tenores, plenarie satisfiat, dictum Wintoniensem episcopum ad id, si necesse fuerit, auctoritate nostra, appellatione postposita, compellendo, invocato ad hoc etc., usque secularis, non obstante si ei a sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari et quod extra suam diocesim vel alia certa loca in causam trahi non possint (*sic*) per litteras apostolicas in quibus de indulto hujusmodi plena et expressa et de verbo ad verbum mentio non habeatur, et apostolica indulgentia qua Anglicis dicitur esse concessum quod extra regnum Anglie nequeant per hujusmodi litteras ad judicium evocari, et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Predictum autem Wintoniensem episcopum et ecclesiam ac successores ipsius ab hujusmodi debito, pro quantitate quam eis pro eisdem cardinalibus et familiaribus duxerint persolvendam, perpetuo absolvere auctoritate nostra procurent, ita quod ad aliam restitutionem predictis mercatoribus aut eorum heredibus vel successoribus seu aliis quibus jus suum dederint et concesserint vel suam actionem cesserint faciendam, nullo unquam tempore teneantur nec propter hoc valeant aliquatenus conveniri; sed iidem episcopus, successores et ecclesia remaneant exinde penitus absoluti, non obstantibus quibuslibet instrumentis vel litteris super eisdem debitis sub quacumque verborum forma confectis, seu juramentis interpositis, a quibus episcopum, ecclesiam et successores eosdem eadem auctoritate quoad dictam quantitatem absolvant, et quibuscumque penis, obligationibus, renuntiationibus, pactis et conventionibus interjectis, etiam si hec omnia sint auctoritate sedis apostolice confirmata, que prefatis mercatoribus eorumque societati quo ad eandem quantitatem nolumus in aliquo suffragari. Nos enim omnes interdicti, suspensionis et excommunicationis sententias latas vel ferendas, occasione hujusmodi debiti, in favorem eorumdem mercatorum et quaslibet apostolicas litteras ad quoscumque judices super hujusmodi debito impetratas ab eisdem mercatoribus vel etiam impetrandas, necnon et quoslibet processus per eas habitos et quos haberi contigerit, sine nostro speciali mandato faciente plenam et expressam de presentibus mentionem, de potestatis apostolice plenitudine duximus revocandas. Ideoque serenitatem tuam, que in adimplendis apostolicis beneplacitis parata fuit semper et prompta, rogandam duximus attentius et hortandam quatinus, diligenter attendens quam enormiter dicti mercatores erga ipsos cardinales et familiares excedant, non restituendo eis

1. Au bas de la page est écrite cette note : « *In sequenti quaterno incepit scribere Sygerus Nolini, clericus Cameraeensis diocesis, et habet* XII *quaternos.* »

pecunias in quibus tenentur eisdem, considerans etiam quod excessus hujusmodi sunt acrius et durius in mercatoribus puniendi quo fiducialius ab universis recurritur ad eosdem, ob reverentiam apostolice sedis et nostram, intuitu quoque cardinalium predictorum, episcopo Wigorniensi, Homodeo et Bartholomeo predictis super premissis oportunum impendas consilium, auxilium et favorem et nichilominus omnes mercatores de societate predicta, in regno Anglie commorantes, tamdiu de regno ipso egredi non permittas donec eisdem cardinalibus et familiaribus fuerit integre ac plenarie satisfactum. Taliter igitur excellentia tua preces super hoc nostras adimpleat quod dicti cardinales et familiares, tua interveniente potentia, sue super hoc intentionis propositum consequantur et reddantur ob hoc tibi et tuis artius obligati, nosque magnificentiam tuam condignis exinde gratiarum actionibus prosequamur. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas martii, anno tertio. »

« In eundem modum dilecto filio nobili viro Edwardo, primogenito carissimi in Christo filii nostri illustris regis Anglie, de verbo ad verbum, usque in finem, verbis competenter mutatis.

» In eundem modum carissimo in Christo filio Ricardo, in Romanorum regem electo, de verbo ad verbum, usque prosequamur. Datum apud Umbemveterem, idus februarii, anno tertio. »

**1324** Orvieto, 13 février 1264.

Episcopo Wigorniensi et magistris Homodeo de Crema, subdiacono apostolico, et Bartholomeo de Turano, canonico ecclesiae s. Timothei Remensis, mandat ut de pecunia Dulci Notio, Boldro de Bargo, Hugoni Menaldi et Castrae Gualfredi et aliis eorum sociis ab episcopo Wintoniensi debita, O., sancti Adriani, et J., sanctorum Cosmae et Damiani diaconis cardinalibus, satisfieri faciant. (Reg. 29, fol. 114 v°, n° 374.)

« . . *episcopo Wigorniensi, et dilectis filiis magistris Homodeo de Crema, subdiacono nostro, et Bartholomeo de Turano, canonico ecclesie s. Timothei Remensis.* Cum Dulcis Notius —. Datum apud Urbemveterem, idus februarii, anno tertio. »

**1325** Orvieto, 23 février 1264.

Abbati seculari s. Stephani in ecclesia Eduensi mandat ut Guillelmum, dictum *Sarracenum*, de Bellaveura, clericum Bisuntinae diocesis, intuitu Durandi, cantoris Eduensis, capellani apostolici, cujus idem clericus existit familiaris, in eadem Bisuntina ecclesia in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 114 v°, n° 375.)

« *Abbati seculari s. Stephani in ecclesia Eduensi.* Meritis laudabilis conversationis —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas martii, anno tertio. »

**1326** Orvieto, 1er février 1264.

Privilegium de non residendo Guillelmo, thesaurario Senonensi, germano regis Navarrae, conceditur. (Reg. 29, fol. 115, n° 376.)

« *Guillelmo, thesaurario Senonensi, germano karissimi in Christo filii nostri, regis Navarre illustris.* Habentes erga personam —. Volentes igitur, ut paternum affectum quem erga te gerimus, sentias in effectu, illam persone tue specialem gratiam impertiri cujus similem facturi alicui alii non essemus, devotioni tue ut proventus prepositure ac prebende tue ecclesie sancti Martini Turonensis, in qua existis prepositus, et aliorum beneficiorum que nunc obtines et decetero canonice assequeris, cum cura et sine cura animarum, ubicumque, in absentia etiam, in loco ubi beneficiatus existis seu te beneficiari contigerit, infra sacros ordines, cum ea possis integritate percipere cum qua illos perciperes si in ecclesiis in quibus preposituram et beneficia ipsa obtines et etiam obtinebis, personaliter resideres, ac interim ad faciendam in ipsis ecclesiis primam vel aliam quamcumque residentiam vel sacros recipiendos ordines minime tenearis nec compelli possis invitus, etiam pretextu aliquarum litterarum vel indulgentiarum dicte sedis seu legatorum ipsius impetratarum hactenus vel impetrandarum decetero, etiam si dicatur in ipsis quod eis non possit per aliquas litteras apostolicas derogari, nisi eedem littere et indulgentia sedis ejusdem imposterum impetrande plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi fecerint mentionem. Non obstantibus quibuscumque consuetudinibus vel statutis, jurejurando, confirmatione sedis predicte aut alia quavis firmitate vallatis, precipue de ligia aut quavis alia residentia in ipsa s. Martini et aliis ecclesiis facienda, seu quocumque juramento per te vel procuratorem tuum prestito vel prestando, maxime de non recipiendo in absentia dictos proventus et non

impetrando per te vel per alium contra hoc litteras apostolicas nec utendo impetratis vel etiam impetrandis, auctoritate presentium indulgemus, te nichilominus ab observantia juramentorum hujusmodi absolvendo de apostolice plenitudine potestatis. Nulli ergo nostre concessionis et absolutionis etc. Datum apud Urbemveterem, kalendis februarii, anno tertio.»

**1327** Orvieto, 4 février 1264.

Episcopo et capitulo Vapincensibus indulget ut Lagerium, archipresbyterum christianitatis de Remeta, Vapincensis diocesis, in ecclesia Vapincensi in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 115, n° 377.)

« *Episcopo et dilectis filiis capitulo Vapincensibus.* Per tuas, frater —. Datum apud Urbemveterem, II nonas februarii, anno tertio. »

**1328** Orvieto, 21 février 1264.

Decano ecclesiae s. Johannis in Burgo Laudunensi mandat ut magistrum Nicolaum de Vigneto, canonicum Laudunensem, capellanum apostolicum, in possessionem domus seu prioratus de Vigneto mittat. (Reg. 29, fol. 115, n° 378.)

« *Decano ecclesie s. Johannis in Burgo Laudunensi.* Multis ecclesiam in —. Hinc est quod nos, promptitudinem devotionis dilecti filii magistri Nicolai de Vigneto, canonici Laudunensis, capellani nostri, et merita multiplicis probitatis quibus idem magister benivolentiam nostram et apostolice sedis gratiam meruit, et obsequia que jugiter nobis impendit in dilecto filio nostro A., tituli s. Praxedis presbytero cardinali, cujus existit commensalis domesticus, attendentes, ipsius magistri et ejusdem cardinalis precibus inclinati, domum seu prioratum de Vigneto, Laudunensis diocesis, ad dilectos filios abbatem et conventum monasterii s. Medardi Suessionensis, ordinis s. Benedicti, spectantem, que ad presens, ut idem magister asserit, per unum dumtaxat monachum regitur, cum omnibus pertinentiis suis, predicto magistro apostolica auctoritate contulimus, sibique de ipso de gratia providimus speciali, ab eo, quamdiu vixerit, retinenda, volentes ut idem monachus ad claustrum ejusdem monasterii revertatur et dictus magister in eadem domo seu prioratu faciat per ydoneum vicarium deserviri. Non obstante si —. Quocirca discretioni tue mandamus quatenus dictum magistrum vel procuratorem suum, ejus nomine, per te vel per alium seu alios in possessionem dicte domus seu prioratus et pertinentiarum hujusmodi, amoto ab ea dicto monacho et quolibet alio detentore, inducas et defendas inductum. Non obstantibus —. Contradictores etc. usque compescendo. Nos insuper irritum —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas martii, anno tertio. »

**1329** Orvieto, 19 février 1264.

Magistro Nicolao de Vigneto, canonico Laudunensi, commensali domestico A., tituli s. Praxedis presbyteri cardinalis, domum seu prioratum de Vigneto, ad monasterium s. Medardi Suessionensis spectantem, confert. (Reg. 29, fol. 115 v°, n° 379.)

« *Magistro Nicolao de Vigneto, canonico Laudunensi, capellano nostro.* Multis ecclesiam etc. — Datum apud Urbemveterem, XII kalendas martii, anno tertio. »

**1330** Orvieto, 13 février 1264.

Archipresbytero plebis s. Petri de Cavilliano, Reginae diocesis, mandat ut Petro, dicto *Caprotto*, canonico Bononiensi, capellano apostolico, obtentu A., tituli s. Praxedis presbyteri et O., s. Adriani diaconi cardinalium, de personatu vel dignitate in civitate vel diocesi Bononiensi, cathedrali ecclesia dumtaxat excepta, provideat. (Reg. 29, fol. 115 v°, n° 380.)

« *Archipresbitero plebis s. Petri de Cavilliano, Regine diocesis.* Personas benemeritas brachiis —. Datum apud Urbemveterem, idus februarii, anno tertio. »

**1331** Orvieto, 25 janvier 1264.

Magistro Egidio, granitario ecclesiae s. Martini Turonensis, mandat ut, a magistro Johanne de s. Mederico, ecclesiae Aurelianensis canonico, resignatione recepta, eumdem canonicatum magistro Reginaldo de Ramilliari clerico conferat. (Reg. 29, fol. 116, n° 381.)

« *Magistro Egidio, granitario ecclesie s. Martini Turonensis.* Pro laudabili testimonio —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas februarii, anno tertio. »

**1332** Orvieto, 16 février 1264.

Johanni Ottaviani de Andrioctis canonicatum et praebendam secularis ecclesiae s. Mariae Transliberim de Urbe, M., s. Mariae in Porticu diacono cardinali, commissae, confert. (Reg. 29, fol. 116, n° 382.)

« *Johanni Ottaviani de Andrioctis, canonico ecclesie s. Marie Transtiberim de Urbe.* Ad prosequendum te —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas martii, anno tertio. »

**1333** Orvieto, 16 février 1264.

Infrascripto praedictae collationis committit executionem. (Reg. 29, fol. 116, n° 383.)

« *Matheo Angeli Theobaldi, canonico basilice Principis Apostolorum de Urbe.* Ad prosequendum etc. —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas martii, anno tertio. »

**1334** Orvieto, 19 février 1264.

Episcopo Constantiensi indulget ut Rodogero de Oloton, clerico ipsius episcopi, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, in ecclesia Turicensi, ejus dioecesis, cujus canonicorum receptio et praebendarum collatio ad praepositum et capitulum ejusdem ecclesiae pertinent, canonicatum et praebendam conferat. (Reg. 29, fol. 116, n° 384.)

« *Episcopo Constantiensi.* Tuam prosequimur honore —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas martii, anno tertio. »

**1335** Orvieto, 15 février 1264.

Quicquid per Philippum, dum pro Metensi episcopo se gerebat, factum extitit, confirmat. (Reg. 29, fol. 116 v°, n° 385.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Olim Metensi ecclesia destituta pastore ac duabus in ipsa electionibus, una videlicet de dilecto filio Phylippo, tunc thesaurario, et alia de quondam Theobaldo, cantore ipsius ecclesie, in discordia celebratis, tandem hujusmodi negotium per appellationem ejusdem P. fuit ad sedem apostolicam legitime devolutum. Quo in curia nostra pendente, dictus P., confisus quod idem cantor cesserat juri suo, electionem de ipso factam, per .. Treverensem electum, loci metropolitanum, confirmari obtinuit et sibi ab eo munus consecrationis impendi ac in pontificali officio diutius ministravit. Sed, licet nos postmodum confirmationem hujusmodi ac quicquid esset inde secutum, utpote non solum contra jura verum etiam in predicte sedis injuriam, ubi causa hujusmodi agebatur, presumpta, duxerimus per nostras litteras, de fratrum nostrorum consilio, irritanda, quia tamen idem P. demum ad presentiam nostram accedens, omne jus in hac parte sibi competens in nostris manibus voluntarie resignavit, nos ob id et ad vitandum animarum periculum et scandalum plurimorum, quicquid, post confirmationem ipsius P. usque ad tempus quo ad ejus notitiam de revocatione hujusmodi potuit pervenire, factum est per ipsum et illos qui vices ejus gerebant, necnon absolutiones excommunicationum, collationes et investituras ecclesiarum et beneficiorum ecclesiasticorum, sententias et processus causarum tam per officialem ipsius quam per abbatem sancti Vincentii Metensis pro ipso, et alia queque ad ecclesiasticam jurisdictionem spectantia, dummodo alias sint hujusmodi omnia rite acta, tenore presentium rata et firma esse volumus, non obstante revocatione predicta, vel si hujusmodi beneficia, post collationem ipsius P., forent aliis auctoritate nostra collata, et decernimus universa et singula de gratia speciali firmitatem omnimodam obtinere. Nulli ergo nostre constitutionis etc. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas martii, anno tertio. »

**1336** Orvieto, 15 février 1264.

Privilegium de non residendo conceditur quatuor sociis Philippi, capellani apostolici, quondam Metensis episcopi. (Reg. 29, fol. 116 v°, n° 386.)

« *Philippo, capellano nostro, quondam Metensi episcopo.* Devotionis tue precibus inclinati, quatuor sociis tuis qui tecum nuper ad sedem apostolicam accesserunt, auctoritate presentium indulgemus ut tempus quo propter hoc ad sedem venerunt eandem, apud eam fuerunt et recedent ab ipsa in residentia quam tenentur facere in ecclesiis quarum sunt canonici computetur, ac pro eo tempore fructus prebendarum suarum quas in ecclesiis ipsis obtinent, cum ea integritate percipere valeant, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent si in

eisdem ecclesiis personaliter residerent, non obstante contraria ipsarum ecclesiarum consuetudine vel statuto, juramento, confirmatione sedis apostolice vel alia qualibet firmitate vallatis. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas martii, anno tertio. »

**1337** Orvieto, 25 février 1264.

Fratri Gaufrido, electo Taurinensi, indulget ut domum de Rivomurso, Taurinensis diocesis, ad hospitale s. Antonii, Viennensis diocesis, spectantem, una cum episcopatu retinere valeat. (Reg. 29, fol. 116 v°, n° 387.)

« *Fratri Gaufrido, electo Taurinensi.* Nuper, antequam esses ad regimen ecclesie Taurinensis assumptus, quandam domum que dicitur *de Rivomurso*, Taurinensis diocesis, ad hospitale sancti Antonii, Viennensis diocesis, pertinentem, ac vacantem tunc per mortem fratris Martini, preceptoris ejusdem, tibi, tunc preceptori dicti hospitalis in Wasconia, apostolica auctoritate contulimus, investientes te per nostrum anulum presentialiter de eadem. Licet igitur apostolice super hoc littere confecte non fuerint, pro eo quod immediate quasi te ad hujusmodi regimen duximus assumendum, volentes tamen ut nichilominus hujusmodi gratia in sua firmitate perduret, eandem domum de Rivomurso, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, auctoritate tibi apostolica, usque ad nostre voluntatis beneplacitum, reservamus, tibi auctoritate concedentes eadem ut predictam domum, usque ad hujusmodi beneplacitum, una cum episcopatu Taurinensi, contrariis canonum constitutionibus nequaquam obstantibus, libere valeas retinere. Nulli ergo nostre reservationis etc. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas martii, anno tertio. »

**1338** Orvieto, 25 février 1264.

Abbati de s. Mauro, Taurinensis diocesis, praescriptae collationis executionem committit. (Reg. 29, f° 117, n° 388.)

« *Abbati de s. Mauro, Taurinensis diocesis.* Nuper, antequam dilectus —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas martii, anno tertio. »

**1339** Orvieto, 13 février 1264.

Thesaurario Toletano mandat ut, a Guillelmo canonico ecclesiae Tutelanae, Tyrasonensis diocesis, germano regis Navarrae, resignatione recepta, canonicatum et praebendam magistro Navarro conferat. (Reg. 29, f° 117, n° 389.)

« *Thesaurario Toletano.* Cum, sicut accepimus, dilectus filius Guillelmus, canonicus ecclesie Tutelane, Tyrasonensis diocesis, germanus karissimi in Christo filii nostri .. regis Navarre illustris, canonicatum et prebendam quos in ipsa ecclesia obtinet, sit libere resignare paratus, nos, dilecto filio magistro Navarro, capellano nostro, juris civilis professori, consideratione meritorum suorum, quibus pollere dinoscitur, et obtentu regis ejusdem, nostram super hoc per suas litteras gratiam implorantis, de hujusmodi canonicatu et prebenda volentes gratiam facere specialem discretioni tue mandamus quatenus, si est ita, ab eodem Guillelmo vel procuratore suo, ad hoc specialiter constituto, eorum canonicatus et prebende libera resignatione recepta, ipsos eidem magistro per te vel per alium auctoritate nostra conferas et assignes, inducens eum vel procuratorem suum, ejus nomine, in corporalem possesionem ipsorum et defendens inductum. Non obstante si —. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, idus februarii, anno tertio. »

**1340** Orvieto, 12 février 1264.

Episcopo Mimatensi mandat ut Raymundo Peissos, pauperi clerico Mimatensi, de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii de Chiraco, ordinis s. Benedicti, Mimatensis diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol 117, n° 390.)

« *Episcopo Mimatensi.* Constitutus in presentia nostra dilectus filius Raymundus Peissos, pauper clericus Mimatensis, nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse, sicut asserit, nullum sit beneficium ecclesiasticum assecutus, provideri sibi de benignitate apostolica mandaremus. Licet autem clericus ipse, quem per dilectum filium magistrum Petrum, archidiaconum Broliensem in ecclesia Agennensi, examinari fecimus diligenter, inventus dicatur fuisse in litteratura competenter ydoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, quia tamen nobis de ipsius vita et conversatione non constitit, fraternitati tue mandamus quatenus, circa vitam et conversationem ejusdem

clerici inquisitione diligenter premissa, si eum vite laudabilis et honeste conversationis esse reppereris et alias non sit beneficiatus aliudque canonicum non obsistat, ei de aliquo ecclesiastico beneficio, cum cura vel sine cura, ad collationem vel presentationem dilectorum filiorum prioris et conventus monasterii de Chiraco, ordinis s. Benedicti, Mimatensis diocesis, pertinente communiter vel divisim, consueto clericis secularibus assignari, si quod in tua vel aliena civitate aut diocesi vacat ad presens seu quamcito se facultas obtulerit, si nondum alicui alii de beneficiis ad eorumdem prioris et conventus collationem seu presentationem spectantibus, mandavimus provideri, auctoritate nostra per te vel per alium providere procures, inducens eum in ipsius corporalem possessionem et defendens inductum ac faciens ipsum in ecclesia, in qua sibi provideri contigerit, si collegiata existat, postquam de illo vacante sibi provisum fuerit, in canonicum recipi et in fratrem. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, II idus februarii, anno tertio. »

**1341** Orvieto, 23 février 1264.

De certa annua pensione Conrado de Vulfagen persolvenda. (Reg. 29, fol, 117 v°, n° 391.)

« *Thesaurario ecclesie sancti Johannis Maguntini.* Sedis apostolice circumspecta —. Cum itaque dilectus filius Conradus de Vulfagen, clericus Maguntine diocesis, falsariorum nequitiam in expensis propriis persequens, jam pluries ad apostolicam sedem propter hoc accesserit et redierit in Alammaniam ac tandem unam bullam nostro fabricatam nomine, nobis cum nonnullis falsis litteris duxerit fideliter presentandam, adhuc persecutioni talium viriliter insistendo, nec aliquod beneficium ecclesiasticum, prout asserit, sit ademptus (*sic* pro *adeptus*), nos, eum dignum speciali gratia reputantes, discretioni tue mandamus quatenus eidem clerico ab . . abbate, et conventu monasterii de Hasiangen, ordinis sancti Benedicti, predicte diocesis, in viginti mensuris siliginis et annone, ad majorem terre mensuram que *maldrum* vulgariter appellatur, ita tamen quod summa hujusmodi siliginis et annone valorem viginti librarum turonensium non excedat, annis singulis, donec ipse prebendam in ecclesia sancti Castoris in Confluentia, Treverensis diocesis, in qua super ejusdem clerici provisione litteras executorias tibi dirigimus, fuerit pacifice assecutus, dummodo ipse in prosecutione provisionis hujusmodi remissus aut negligens non existat, auctoritate nostra per te vel per alium facias provideri. Non obstante si —. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas martii, anno tertio. »

**1342** Orvieto, 23 février 1264.

Capitulo ecclesiae Januensis concedit facultatem magistrum Johannem presbyterum, canonicum ecclesiae s. Georgii Januensis, capellanum O., s. Adriani diaconi cardinalis, in canonicum recipiendi. (Reg. 29, fol 117 v°, n° 392.)

« *Capitulo ecclesie Januensis.* Sicut dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas martii, anno tertio. »

**1343** Orvieto, 19 février 1264.

Episcopo Niciensi concedit facultatem tribus clericis de totidem beneficiis in Ebredunensi provincia providendi. (Reg. 29, fol 117 v°, n° 393.)

« *Episcopo Niciensi.* Que sunt honoris —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas martii, anno tertio. »

**1344** Orvieto, 18 février 1264.

Archidiacono Ebredunensi mandat ut Guillelmo, dicto *Juveni*, germano episcopi Niciensis, canonico Sistaricensi, de aliqua ecclesia in Aquensi provincia provideat. (Reg. 29, fol 118, n° 394.)

« *Archidiacono Ebredunensi.* Que sunt honoris —. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas martii, anno tertio. »

**1345** Orvieto, 19 février 1264.

Johanni de s. Georgio, canonico ecclesiae s. Rufi Reatini, mandat ut Petro Jacobi, clerico et familiari episcopi Portuensis, canonicatum ecclesiae s. Ceciliae Reatinae, cum assensu abbatis et conventus monasterii s. Salvatoris, Reatinae diocesis, conferat. (Reg. 29, fol 118, n° 395.)

« *Johanni de s. Georgio, canonico ecclesie s. Rufi Rea-*

*tini*. Inducti consideratione venerabilis —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas martii, anno tertio. »

**1346** Orvieto, 20 février 1264.

Monasterium de Burgo Dolensi a solutione pensionis Roberti, Virdunensis episcopi, liberat. (Reg. 29, fol 118, n° 396.)

« *Abbati et conventui monasterii de Burgo Dolensi, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Bituricensis diocesis.* Vestra petitio nobis exhibita continebat quod vos olim venerabili fratri nostro Roberto, Virdunensi episcopo, tunc apud sedem apostolicam dignitatem hujusmodi non habenti, concessistis decem librarum turonensium annuam pensionem, quam idem episcopus, adhuc etiam dives factus, quamvis tunc parum et nunc nichil utilitatis monasterio vestro fecerit, nichilominus a vobis exigit annis singulis et extorquet. Quare nobis humiliter supplicastis ut, cum predictum monasterium alias sit multis debitis oneratum, relevare ipsum ab hujusmodi pensionsi onere curaremus. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, vos et monasterium vestrum ad solutionem pensionis hujusmodi volumus auctoritate presentium de cetero non teneri. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, XI kalendas martii, anno tertio. »

**1347** Orvieto, 23 février 1264.

Episcopo et capitulo Anagninis mandat ut Gregorium clericum, natum Jacobi Cataldi, civis Anagnini, obtentu Adenulfi, nati Johannis Comitis, Romanorum proconsulis, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 118, n° 397.)

« *Episcopo et dilectis filiis capitulo Anagninis.* Gratum sinceritati vestre —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas martii, anno tertio. »

**1348** Orvieto, 25 février 1264.

Petro de Comite, nepoti Johannis Comitis, Romanorum proconsulis, obtentu ejusdem Johannis, indulget ut thesaurariam ecclesiae Tripolitanae et ecclesiam de Swyndone, curam animarum habentem, Saresbiriensis diocesis, insimul retinere valeat. (Reg. 29, fol. 118 v°, n° 398.)

« *Petro de Comite, thesaurario ecclesie Tripolitane.* Honestas morum et —. Datum apud Urbemveterem, VI kalendas martii, anno tertio. »

**1349** Orvieto, 25 février 1264.

Michaeli de Fynes, canonico Morinensi, mandat ne permittat contra archiepiscopum Cantuariensem et ejus officiales, quamdiu in regno Franciae morabuntur, infra regnum Angliae in judicio procedi. (Reg. 29, fol. 118 v°, n° 399.)

« *Michaeli de Fynes, canonico Morinensi.* Cum propter turbationis procellam quam inimicus homo in regno Anglie hoc tempore, peccatis exigentibus, suscitavit, venerabililis frater noster . . Cantuariensis archiepiscopus, regnum ipsum secure intrare nequeat aut inibi commorari, nos, sue suorumque quieti paterna volentes diligentia providere, ipsius supplicationibus inclinati, ut auctoritate apostolica vel etiam ordinaria contra eum, officiales, capellanos, clericos et familiares suos, secum extra dictum regnum, occasione hujusmodi turbationis, manentes, quamdiu propter hoc extra idem regnum moram traxerint, non possit in judicio vel extra judicium, infra regnum ipsum, per quoscumque procedi per nostras litteras duximus indulgendum, processus si quos forte contra indulti nostri tenorem haberi contigerit, decernentes nullius existere firmitatis et viribus omnino carere. Quocirca mandamus quatenus predictos archiepiscopum, officiales, capellanos, clericos et familiares non permittas super hiis, contra concessionis, revocationis et constitutionis nostre tenorem, ab aliquibus indebite molestari, molestatores hujusmodi etc. usque compescendo, non obstante si —. Datum apud Urbemveterem, VI kalendas martii, anno tertio. »

**1350** Orvieto, 19 février 1264.

Abbati Molesmensi concedit ut in quolibet monasterio monialium monasterio Molismensi subjecto unam personam idoneam in monacham recipi facere valeat. (Reg. 29, fol. 118 v°, n° 400.)

« *Abbati monasterii Molismensis, ordinis s. Benedicti, Lingonensis diocesis.* Ex parte tua —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas martii, anno tertio. »

**1351** Orvieto, 16 février 1264.

Abbati Molesmensi indulget ne priorissa de Julleyo Droco-

nem et Milonem de Johanciaco et Petrum de Sancto-Ylario, monachos Molesmenses, ad officia ipsius prioratus eligere valeat. (Reg. 29, fol. 118 v°, n° 401.)

« *Abbati monasterii Molismensis, ordinis sancti Benedicti, Lingonensis diocesis.* Sicut petitio tua nobis exhibita continebat, de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine est obtentum ut . . priorissa, et conventus monasterii de Julleyo, ordinis sancti Benedicti, Lingonensis diocesis, monasterio tuo pleno jure subjecti, monachos quos voluerint de gremio ipsius monasterii tui ac membrorum ejus, quibusdam certis personis dicti monasterii tui dumtaxat exceptis, in priorem et camerarium predicti monasterii de Julleyo possint eligere, quos abbas dicti monasterii tui concedere tenetur eisdem. Sane, fuit ex parte tua nobis humiliter supplicatum ut, cum Droco et Milo de Johanciaco et Petrus de Sancto-Ylario, monachi predicti monasterii tui, sint eidem monasterio tuo necessarii et multipliciter fructuosi, et si eos ab ipso monasterio tuo abesse contingeret, posset tibi et ipsi monasterio non modicum prejudicium generari, providere tibi et eidem monasterio super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, ut tu vel successores tui Droconem, Milonem et Petrum predictos eisdem priorisse et conventui, si eos ad prioratum vel camerariam aut alia officia predicti monasterii de Julleyo elegerint, concedere usque ad quinquennium minime tenearis, pretextu consuetudinis hujusmodi, tibi auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis etc —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas martii, anno tertio. »

**1352** Orvieto, 21 février 1264.

Petro Olivae, presbytero Acconensi, canonicatum et praebendam Caesariensis ecclesiae confert. (Reg. 29, fol. 119, n° 402.)

« *Petro Olive, presbytero Acconensi.* Nuper canonicatum et prebendam Cesariensis ecclesie vacantes per mortem magistri Guerrici de Leodio, canonici ejusdem ecclesie, dilecto filio Juliano, clerico Leodiensi, auctoritate apostolica conferentes, eum investivimus per nostrum anulum de eisdem, non obstante —. Cum itaque dictus Julianus, antequam executor ipse hujusmodi litterarum auctoritate procederet, eosdem canonicatum et prebendam, nondum eorum corporali possessione obtenta, libere in nostris manibus resignarit, nos, personam tuam, meritorum tuorum obtentu, prerogativa favoris et gratie prosequentes, dictos canonicatum et prebendam tibi de gratia conferimus speciali, providemus tibi de illis ac dilectum filium Nicolaum, capellanum nostrum, investimus tuo nomine per nostrum anulum de eisdem, non obstante —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. »

**1353** Orvieto, 22 février 1264.

Infrascriptis praedictae committit executionem collationis. (Reg. 29, fol. fol. 119, n° 403.)

« *Archiepiscopo Nazareno et dilecto filio archidiacono Acconensi.* Nuper etc. ut supra —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas martii, anno tertio. »

**1354** Orvieto, 26 février 1264.

Episcopo Ferentinati mandat ut Johannem, dictum *Rumburum*, clericum ecclesiae s. Mariae de Murolo, obtentu J., ss. Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 119, n° 404.)

« *Episcopo Ferentinati.* Obtentu precum dilecti —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas martii, anno tertio. »

**1355** Orvieto, 24 février 1264.

Episcopo Assisinati indulget ut ab Angelo, archipresbytero plebis s. Teclae, Assisinatis diocesis, indebite ipsi Angelo collatae, resignatione recepta, eamdem ecclesiam eidem auctoritate apostolica conferat. (Reg. 29, fol. 119 v°, n° 405.)

« *Episcopo Assisinati.* Exposita nobis dilecti filii Angeli presbyteri, archipresbyteri plebis sancte Tecle, Assisinatis diocesis, petitio continebat quod tu sibi archipresbyteratum ipsius plebis tunc vacantem et ad tuam spectantem collationem, auctoritate propria contulisti. Verum, quia creditur quod predictus archipresbyteratus, tempore collationis hujusmodi, tanto tempore jam vacarat quod ad nos ejus erat collatio, juxta Lateranensis statuta concilii, legitime devoluta, et propter hoc eadem collatio non valebat, fuit super hoc ex parte tua provisionis apostolice remedium imploratum. Nos itaque, volentes tibi gratiam facere

in hac parte, fraternitati tue mandamus quatenus, si est ita, faciens ab eodem Angelo dictum archipresbyteratum in tuis manibus resignari, postmodum sibi dictum archipresbyteratum, dummodo sit ydoneus et non sit jus in eo alicui per apostolicas litteras acquisitum, per te vel per alium auctoritate nostra de novo conferas et assignes, inducens eum in corporalem possessionem ipsius et defendens inductum. Contradictores etc. usque compescendo. Ita tamen —. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas martii, anno tertio. »

**1356** Orvieto, 26 février 1264.

Praeposito ecclesiae s. Gaudentii Novariensis mandat ut Ardizonum, dictum *Flamentum*, nullum ecclesiasticum beneficium assecutum, nepotem magistri Campani, capellani O., s. Adriani diaconi cardinalis, obtentu ejusdem capellani, in ecclesia s. Julii de Insula Novariensi, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 119 v°, n° 406.)

« *Preposito ecclesie s. Gaudentii Novariensis.* Etsi ad—. Datum apud Urbemveterem, V kalendas martii, anno tertio. »

**1357** Orvieto, 17 février 1264.

Abbati Calmosiacensi mandat ut magistrum Thierricum de Curuy clericum, quondam officialem Metensem, in Metensi ecclesia in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 119 v°, n° 407.)

« *Abbati Calmosiacensi, ordinis sancti Augustini, Tullensis diocesis.* Dilectus filius magister Thierricus de Curuy, clericus quondam .. officialis Metensis, exposuit coram nobis quod, cum olim felicis recordationis A. papa, predecessor noster, super receptione ac provisione sua in Metensi ecclesia capitulo ipsius ecclesie suas sub certa forma litteras direxisset, tandem viginti quinque dumtaxat canonici ejusdem ecclesie ipsum magistrum non communiter sed singulariter receperunt in canonicum et in fratrem. Et licet nos postmodum ipsi capitulo nostris dederimus litteris in mandatis ut reliqui eorum dictum magistrum recipere ac ei de prebenda ipsius ecclesie, in qua prebendarum collatio ad dictum capitulum pertinet, juxta ejusdem predecessoris litterarum continentiam, providere curarent, prefatus tamen magister nullum est ex hoc commodum assecutus. Nolentes igitur quod de ipso magistro gratiose inceptum est, circa hoc imperfectum relinqui, discretioni tue mandamus quatenus eundem magistrum in ipsa ecclesia per te vel per alium recipi facias eique de prebenda siqua ibidem ad presens vacat vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, providere procures, juxta earundem continentiam litterarum. Contradictores etc. usque compescendo. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, XIIII kalendas martii, anno tertio. »

**1358** Orvieto, 21 février 1264

Episcopo Parisiensi mandat ut in sua ipsius dioecesi publicari faciat sententias ab archiepiscopo Cantuariensi adversus nonnullos Anglicanos latas. (Reg. 29, fol. 120, n° 408.)

« *Episcopo Parisiensi.* Ad tuenda libertatis —. Cum itaque, sicut venerabilis frater noster .. Cantuariensis archiepiscopus, nobis intimare curavit, nonnulli maledictionis alumpni quedam statuta nepharia in depressionem libertatis ejusdem promulgasse dicantur, videlicet quod quicunque litteras apostolicas aut ipsius archiepiscopi in Angliam deferre presumpserit, graviter puniatur, nos, intendentes super hoc oportunum remedium adhibere, ne talium insolentia, quam remanere non convenit impunitam, in ipsius libertatis dispendium debachetur, statuta hujusmodi cassavimus, cassa et irrita nuntiamus ac decernimus nullius existere firmitatis, dilecto filio Michaeli de Fienes, canonico Morinensi, nostris litteris demandantes ut illos qui eadem edidere statuta, per se vel per alium monere procuret ut, infra quindecim dies post monitionem suam, statuta predicta de suis capitularibus prorsus abbradant, imposterum nullatenus resumenda; quod si monita sua forte contempserint, ipse in eos et alios quorum consilio vel favore publice vel occulte talia sunt presumpta, si personas eorum sciverit, nominatim, alioquin generaliter excomunicationis ferre sententiam non omittat, alias contra ipsos nichilominus processurus, prout exegerit temeritas eorumdem. Invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Quocirca fraternitati tue mandamus quatenus, ad requisitionem ipsius archiepiscopi, predictam excomunicationis et quaslibet alias sententias, quas contra tales promulgari contigerit, in civitate Parisiensi publices et per alios facias in locis ubi expedire videris, sollempniter publicari, eidem archiepiscopo super hoc, quantum secundum Deum et honorem universalis ec-

clesie poteris, favorem nichilominus impensurus. Datum apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. »

**1359** Orvieto, 21 février 1264.

Michaeli de Fyenes, canonico Morinensi, mandat ut statuta in praejudicium archiepiscopi Cantuariensis edita, irrita nuntiet et adversus eos qui ea edidere, procedere procuret. (Reg. 29, fol. 120, n° 409.)

« *Michaeli de Fyenes, canonico Morinensi.* Ad tuenda etc. —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. »

**1360** Orvieto, 19 février 1264.

Archiepiscopo Cantuariensi indulget ut eodem modo adversus Anglicanos, sue ipsius jurisdictionis turbatores, procedere valeat, residendo in Francia, ac si in Cantuariensi diocesi moram faceret. (Reg. 29, fol. 120, n° 410.)

« *Archiepiscopo Cantuariensi.* Nolentes excessus eorum qui se ecclesiis et rebus ac juribus ecclesiasticis in tua civitate, diocesi ac provincia hiis temporibus intromittere, contra sacrorum statuta canonum, presumpserunt, sub dissimulationis conniventia pertransiri, presentium tibi auctoritate concedimus ut, existens in regno Francie, contra omnes illos civitatis, diocesis et provincie predictarum, sive clerici sive laici sint, qui tempore exorte turbationis que hoc tempore generaliter in regno Anglie imminuisse dinoscitur, et etiam post, investituras ecclesiarum de laicorum manibus receperunt, quique per laicalem potentiam vel temeritate propria sive alias etiam se in ecclesiis, beneficiis, personatibus seu dignitatibus eorumdem civitatis diocesis ac provincie non vacantibus intrudentes, ea detinuerunt vel detinent taliter occupata, per te vel per alium aut alios procedere, juxta officii tui debitum, valeas, ac si apud tuam ecclesiam morareris. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas martii, anno tertio. »

**1361** Orvieto, 16 février 1264.

Omnia cassat et irritat quae in regno Angliae in praejudicium libertatis ecclesiasticae attemptata sunt. (Reg. 29, fol. 120, n° 411.)

« *Michaeli de Fyenes, canonico Morinensi.* Volentes indempnitati ecclesiarum regni Anglie, prout ex injuncto nobis apostolatus tenemur officio, precavere, omnes venditiones, permutationes, alienationes, infeudationes, institutiones, universos quoque contractus minus licite factos, et quidquid de ecclesiis et beneficiis ecclesiasticis ipsius regni eorumque bonis et juribus per actores et fautores turbationis que hiis temporibus in dicto regno invaluit vel eorum mandato seu auctoritate, cujuscunque dignitatis, ordinis vel conditionis existant, in prejudicium libertatis ecclesiastice, fore dinoscitur attemptatum, nullius decernimus existere firmitatis, discretioni tue per apostolica scripta mandantes quatenus hujusmodi decretum nostrum, ubi et quando expedire videris, per te vel per alios publicare procures. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas martii, anno tertio. »

**1362** Orvieto, 21 février 1264.

Privilegium de non conveniendo infra regnum Angliae coram aliquo judice ordinario vel sedis apostolicae delegato P., Herefordensi episcopo, conceditur. (Reg. 29, fol. 120 v°, n. 412.)

« *P., episcopo Herefordensi.* Ne inquietudo aliqua personam tuam indigne perturbet, illius provisionis volumus adhibere subsidium quod ad hoc fore dinoscitur oportunum. Hinc est quod nos, mancipationem carceris ac alias persecutiones gravissimas, quas a nonnullis maledictionis filiis de regno Anglie contra Deum et justitiam tolerasse diceris, paterno considerantes affectu ac super hiis tibi subvenire volentes, fraternitati tue ut, durante turbatione regni predicti, coram aliquo judice ordinario vel sedis apostolice delegato infra regnum ipsum, sine speciali mandato nostro, faciente plenam et expressam de presentibus mentionem, conveniri non possis, auctoritate apostolica indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis, etc. Datum apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. »

**1363** Orvieto, 20 février 1264.

Canonicatum ecclesiae Metensis et praebendam Guillelmo Nicolai de Trecis, capellano G., tituli s. Marci presbyteri cardinalis, confert. (Reg. 29, fol. 120 v°, n° 413.)

« *Guillelmo Nicolai de Trecis, capellano dilecti filii*

*nostri G., tituli sancti Marci presbyteri cardinalis.* Nuper dilecto filio Guillelmo, Metensi electo, ante promotionem suam, canonicatum Metensis ecclesie cum plenitudine juris canonici et prebendam si qua tunc vacabat ibidem, contulimus et providimus de illis ipsumque per nostrum anulum investivimus de eisdem ac prebendam tunc proximo in eadem ecclesia vacaturam, si nulla in eadem ecclesia tunc vacabat, donationi apostolice reservavimus, electo conferendam eidem, et decrevimus irritum et inane si secus de prebenda hujusmodi apostolica vel alia quavis auctoritate a quoquam contingeret attemptari, volentes ipsum electum omnibus pro quibus scripseramus in predicta ecclesia et in ea receptis, apostolica vel alia quavis auctoritate, et ut reciperentur insistentibus, in prebende assecutione preferri, certis sibi super hoc per nostras sub certa forma litteras executoribus deputatis. Quarum auctoritate, procurator dicti electi, ejus nomine, in eadem ecclesia receptus extitit canonice in canonicum et in fratrem. Porro, dicto electo ad regimen ecclesie memorate promoto, nos gratiam in hoc sibi factam a nobis et jus quod ei ex receptione hujusmodi fuerat acquisitum, totaliter in dilectum filium Henricum, nepotem dilecti filii nostri G., tituli sancti Marci presbyteri cardinalis, rectorem ecclesie de Flavigniaco, Laudunensis diocesis, transtulimus de gratia speciali, volentes ut extunc esset canonicus prefate Metensis ecclesie, ac illius ecclesie canonicus re et nomine censeretur et in ea assequeretur prebendam que dicto deberetur electo, si canonicatum tenuisset ecclesie supradicte. Cum igitur tam eidem cardinali quam nobis tue meritis bonitatis gratus et acceptus existas, nos propter hoc volentes te, nullum habentem ecclesiasticum beneficium, prosequi gratiose, canonicatum ipsius Metensis ecclesie cum juris plenitudine canonici, necnon et prebendam si qua in ipsa ecclesia vacat ad presens, illa dumtaxat excepta, de qua, ut premissum est, ipsi H. duximus providendum, tibi conferimus et providemus de ipsis, teque per nostrum anulum investimus. Si vero nulla hujusmodi prebenda nunc in ecclesia vacat prefata, nos prebendam immediate post illam quam pro eodem H. reservavimus in eadem ecclesia, vacaturam, conferendam tibi donationi apostolice reservantes, decernimus irritum et inane si quid de ipsa contra hujusmodi reservationem nostram apostolica vel alia quavis auctoritate contigerit attemptari, non obstantibus —. Nulli ergo nostre provisionis, collationis, investiture, reservationis et constitutionis etc. Datum apud Urbemveterem, II kalendas martii, anno tertio. »

**1364** Orvieto, 29 février 1264.

Electo Metensi mandat ut Guillelmum Nicolai de Trecis, capellanum G., tituli s. Marci presbyteri cardinalis, in ecclesia Metensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 120 v°, n° 414.)

« *Electo Metensi.* Nuper tibi etc. —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas martii, anno tertio. »

**1365** Orvieto, 26 février 1264.

Henrico, nepoti G., tituli s. Marci presbyteri cardinalis, rectori ecclesiae de Flavigni, Laudunensis diocesis, canonicatum ecclesiae Metensis confert. (Reg. 29, fol. 121, n° 415.)

« *Henrico, nepoti dilecti filii nostri,* (sic) *tituli sancti Marci presbyteri cardinalis, rectori ecclesie de Flavigni, Laudunensis diocesis.* Grandis affectus quem ad personam dilecti filii nostri G., tituli sancti Marci presbyteri cardinalis, gerimus, nos inducit ut ad suos, ejus intuitu, apostolice provisionis gratiam extendamus. Sane nuper dilecto filio Guillelmo, Metensi electo, ante promotionem ipsius, canonicatum Metensis ecclesie, cum plenitudine juris canonici, et prebendam, si qua tunc vacabat ibidem, contulimus et providimus de illa ac ipsum investivimus per nostrum anulum de eisdem. Si vero tunc aliqua prebenda in dicta ecclesia non vacabat, nos prebendam in ipsa ecclesia proxima vacaturam conferendam eidem electo donationi apostolice reservantes, decrevimus irritum et inane si secus de prebenda hujusmodi apostolica vel alia quavis auctoritate a quoquam contigerit attemptari, ac voluimus predictum electum omnibus pro quibus scripseramus in predicta ecclesia, receptis apostolica vel alia quacumque auctoritate et ut reciperentur insistentibus preferri in assecutione prebende, dicto electo super hoc certis executoribus sub certa forma per nostras litteras deputatis, quarum auctoritate procurator predicti electi, ejus nomine, in predicta ecclesia canonice receptus est in canonicum et in fratrem. Quia vero dictus electus promotus est ad regimen ecclesie memorate, nos gratiam in hoc sibi factam a nobis et jus quod ei ex receptione hujusmodi competebat, totaliter in te transferimus de gratia speciali, volentes ut extunc sis canonicus prefate Metensis ecclesie et pro illius canonico habearis et in ea assequaris prebendam que dicto deberetur electo, si retinuisset canonicatum ecclesie memorate, non obstante quod —. Nulli ergo —. Datum apud Urbemveterem, V kalendas martii, anno tertio. »

**1366** Orvieto, 26 février 1264.

Cantori Metensi praedictae committit executionem collationis. (Reg. 29, fol. 121 v°, n° 416.)

« *Cantori Metensi.* Grandis affectus etc. — Datum apud Urbemveterem, v kalendas martii, anno tertio. »

**1367** Orvieto, 21 février 1264.

Electo Metensi concedit facultatem sex personis de totidem beneficiis, unicuique videlicet de uno, in cathedrali et aliis ecclesiis Metensis civitatis et diocesis providendi. (Reg. 29, fol. 121, n° 417.)

« *Electo Metensi.* Ut benivolentiam qua —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. »

**1368** Orvieto, 19 février 1264.

Abbati s. Johannis in Valencenis, Cameracensis diocesis, mandat ut, obtentu precum Cameracensis episcopi et abbatissae monasterii b. Aldegundis Melbodiensis, Cameracensis diocesis, Walterum, natum Walteri de Feriers, in ecclesia s. Quintini Melbodiensis, in qua praebendarum collatio ad eamdem abbatissam pertinet, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29. fol. 121 v°, n° 418.)

« *Abbati s. Johannis in Valencenis, Cameracensis diocesis.* Venerabilis frater noster —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas martii, anno tertio. »

**1369** Orvieto, 19 février 1264.

Episcopo et capitulo Sedunensibus mandat ut Philippum de Signo, consanguineum archiepiscopi Tarentasiensis, in canonicum recipiant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 122, n° 419.)

« *Episcopo et dilectis filiis capitulo Sedunensibus.* Speciali benivolentia venerabilem fratrem nostrum . . Tarentasiensem archiepiscopum, sue devotionis exigentibus meritis, prosequentes, dignum ducimus ut, consideratione ipsius, conjunctis sibi necessitudine naturali nos favorabiles ad gratiam impendamus. Cum igitur dilectus filius nobilis vir Gerardus de Signo, ejusdem archiepiscopi consanguineus, de liberalitate vestra super dilecti filii Philippi clerici, nati ejus, receptione in vestra ecclesia facienda, confidens, utpote qui a te, frater episcope, ac majori parte vestrum, filii capitulum, de receptione hujusmodi, ex facta sibi de hoc promissione, ut asserit, fiduciam jam recepit, licentiam recipiendi eundem P. in ipsius ecclesie canonicum dari vobis humilitér postulavit a nobis. Nos, obtentu dicti archiepiscopi, ejusdem nobilis precibus inclinati, ut dictum P., dummodo sit ydoneus scientia, moribus et etate et aliud canonicum non obsistat, in canonicum et in fratrem recipere ac eidem de prebenda, si ad presens vacat ibidem vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, prout ad vos pertinet, providere possitis, contradictione non obstante minoris partis vestrum minus rationabili seu statuto de certo canonicorum numero, juramento, confirmatione sedis apostolice vel quocumque alio munimine roborato seu qualibet ipsius sedis indulgentia per quam id valeat impediri, eisdem statuto et indulgentia post receptionem hujusmodi in suo robore duraturis, auctoritate vobis presentium duximus concedendum. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas martii, anno tertio. »

**1370** Orvieto, 19 février 1264.

Episcopo Sedunensi praedicti committit executionem indulti. (Reg. 29, fol. 122, n° 420.)

« *Episcopo Sedunensi.* Speciali benivolentia venerabilem —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas martii, anno tertio. »

**1371** Orvieto, 25 novembre 1263.

Godefrido, rectori ecclesiae de Villaribus in Boscagio, Ambianensis diocesis, indulget ut, non obstante juramento episcopo Ambianensi praestito, negotium sue ipsius provisionis de quodam Ambianensi beneficio persequi valeat. (Reg. 29. fol. 122, n° 421.)

« *Godefrido, rectori ecclesie de Villaribus in Boscagio, Ambianensis diocesis.* Petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum olim venerabili fratri nostro . . Ambianensi episcopo, ejusque predecessori multiplicia servitia ex quibus nulla tibi retributio pervenerat, devote ac fideliter impendisses, prefatus episcopus dubitans ne apud sedem apostolicam impetrares aliquid contra eum, te, tunc in itinere constitutum ad sedem veniendi predictam, vinculo juramenti fecit

astringi quod apud ipsum nichil contra eum faceres, diceres aut etiam procurares, super quo tuas sibi patentes et pendentes litteras prestitisti. Postmodum autem, tibi in Romana curia existenti quoddam certum beneficium in Ambianensi ecclesia, quod vacare dicebatur de jure, contulimus tibique de illo duximus providendum, et licet per litteras nostras super hujusmodi collatione confectas predicti juramenti obstaculum sit amotum, ne tamen, ejusdem pretextu juramenti vel litterarum predictarum, circa ipsius prosecutionem grave vel alias tibi quodvis parari obstaculum seu impedimentum aliquod afferri valeat, suppliciter postulasti tibi super hoc plenius et efficacius per nostram sollicitudinem, precaveri. Tuis igitur supplicationibus inclinati, facientes tibi gratiam pleniorem, ut tam negotium provisionis hujusmodi quam ea omnia que ad illud spectare putaveris, licite ac libere prosequi valeas nec in persecutione hujusmodi tibi per hoc opponi quomodolibet possit quod contra juramentum veneris vel contra litteras supradictas tibi auctoritate apostolica indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas decembris, anno tertio. »

**1372** Orvieto, 1[er] mars 1264.

Bernardino de novo plebem de Casulis, Vulteranae diocesis, confert. (Reg. 29, fol. 122 v°, n° 422.)

« *Bernardino, canonico plebis de Casulis*, *Vulterane diocesis*. Petitio tua nobis exhibita continebat quod nos olim, ad preces dilecti filii nobilis viri Ildibrandini de Suana, comitis Tuscie Palatini, nostri et Ecclesie Romane devoti, . . plebano plebis de Scode, Vulterane diocesis, nostris dedimus litteris in mandatis ut tibi de aliquo prioratu, prepositura vel rectoria secularis ecclesie aut plebanatu sive alio ecclesiastico beneficio, cum cura vel sine cura, si quod in eadem diocesi tunc vacabat vel quamcito ad id se facultas offerret, per se vel alium aut alios, auctoritate nostra, si moribus, scientia et etate esses ydoneus, provideret, contradictores etc. usque compescendo. Idem vero plebanus, hujusmodi auctoritate mandati, capitulo plebis de Casulis, prefate diocesis, inhibuit ut ad plebem ipsam, si eam vacare contingeret, nullum in prepositum eligerent, cum de ipsa tibi, juxta ejusdem mandati tenorem, intenderet providere. Sed Raynerius, dicte ecclesie canonicus, asserens quod prefatus plebanus sibi specialiter inhibuerat quod ad plebem predictam neminem in prepositum eligeret, et quod copiam litterarum ipsarum, quam nunquam habuerat, ei facere contra justitiam denegarat, quodque propter hoc ad sedem apostolicam duxerat appellandum, nostras super hoc ad Baronem, canonicum Vulteranum, litteras impetravit, qui dicto plebano precepit ut ad provisionem tuam de plebe ipsa non procederet donec inter te et dictum Raynerium esset appellationis hujusmodi questio terminata. Dictus vero plebanus postmodum ipsam plebem vacantem tibi, dictarum litterarum auctoritate, contulit teque in corporalem ejusdem plebis possessionem, quam ad presens te asseris retinere, induxit, in contradictores excommunicationis sententia promulgata. Nos igitur, tuorum meritorum obtentu ac contemplatione nobilis viri . . potestatis Urbevetani, volentes in hac parte tibi facere gratiam specialem, plebem ipsam tibi de novo apostolica auctoritate conferimus ac providemus de ipsa, teque dicte plebi preficimus in prepositum, non obstantibus —. Datum apud Urbemveterem, kalendis martii, anno tertio. »

**1373** Orvieto, 1[er] mars 1264.

Plebano plebis de Scode, Vulteranae diocesis, praedictae committit executionem collationis. (Reg. 29, f° 122 v°, n° 423.)

« *Plebano plebis de Scode, Vulterane diocesis*. Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, kalendis martii, anno tertio. »

**1374** Orvieto, 29 février 1264.

Magistro Pagano de Pinibus, rectori ecclesiae de Muris, Andegavensis diocesis, clerico Andegavensis episcopi, canonicatum et praebendam in Andegavensi ecclesia confert. (Reg. 29, f° 122, n° 424.)

« *Magistro Pagano de Pinibus, rectori ecclesie de Muris, Andegavensis diocesis, clerico venerabilis fratris nostri Andegavensis episcopi*. Adjutos morum et —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas martii, anno tertio. »

**1375** Orvieto, 28 octobre 1263.

Decano et capitulo ecclesiae s. Thomae Argentinensis indulget ut, obtentu episcopi Argentinensis ipsos supplicantis, Walterum, natum Sifridi de Schaftolsheu, in canonicum recipiant. (Reg. 29, f° 123, n° 425.)

« *Decano et capitulo ecclesie s. Thome Argentinensis.* Supplicastis nobis per —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas novembris, anno tertio. »

1376 Orvieto, 16 février 1264.

Bonefacio, archiepiscopo Cantuariensi, supplicante, decernit Wintoniensem episcopum coram officialibus archiepiscopalibus evocari posse, quamdiu archiepiscopus in Francia moram facere cogatur, statuto vel privilegio contrario non obstante. (Reg. 29, fol. 123, n° 426.)

« *Bonefacio archiepiscopo Cantuariensi.* Sicut porrecta nobis ex parte tua petitio continebat, nos venerabili fratri nostro . . Wintoniensi episcopo, suffraganeo tuo, duximus indulgendum ut, quamdiu coram te paratus esset de se conquerentibus justitiam exhibere, non posset coram officialibus aut quibuscumque delegatis tuis auctoritate tua in judicium evocari. Quare nobis humiliter supplicasti ut, cum talis indulti pretextu, prorogari quandoque, interdum vero deperire totaliter justitia dinoscatur, congruum super hoc remedium apponere de circumspecta sedis apostolice providentia curaremus. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, tibi quamdiu, propter exortam nuper turbationem regni Anglie, cujus occasione ad regnum ipsum ad presens accedere secure non potes, te morari contigerit extra illud, auctoritate presentium indulgemus ut nominatus episcopus, prefato indulto vel alio quolibet jurisdictionem et potestatem quos in eum, jure metropolitico, habere dinosceris, enervante, nequaquam obstantibus, possit coram tuis officialibus et delegatis ad judicium evocari et teneatur coram illis de se conquerentibus justitiam exhibere. Nulli ergo nostre concessionis etc. —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas martii, anno tertio. »

1377 Orvieto, 25 février 1264.

Archiepiscopo Cantuariensi indulget ut, dum Franciae moram fecerit, contra ipsum, officiales, capellanos, clericos et familiares ipsius, non possit in judicio vel extra judicium, infra regnum Anglicanum, per quoscumque procedi. (Reg. 29, fol. 123, n° 427.)

« *Bonefacio, archiepiscopo Cantuariensi.* Cum propter turbationis procellam quam inimicus homo in regno Anglie hoc tempore, peccatis exigentibus, suscitavit, regnum ipsum secure intrare nequeas, aut inibi commorari, nos, tue tuorumque quieti paterna volentes diligentia providere, tuis supplicationibus inclinati, ut auctoritate apostolica vel etiam ordinaria contra te, officiales, capellanos, clericos et familiares tuos tecum extra dictum regnum, occasione hujusmodi turbationis, manentes, quamdiu propter hoc extra idem regnum moram traxeritis, non possit in judicio vel extra judicium, infra regnum ipsum, per quoscumque procedi, auctoritate presentium indulgemus, processus si quos forte contra presentis indulti tenorem haberi contigerit, decernentes nullius existere firmitatis et viribus omnino carere. Nulli ergo nostre concessionis etc —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas martii, anno tertio. »

1378 Orvieto, 16 février 1264.

Archiepiscopo Cantuariensi indulget ut, quotiens opus fuerit, religiosos quorumcumque ordinum necnon et clericos seculares ipsius diocesis compellere valeat ad citationes faciendas et sententias ac mandata ipsius executioni mandandas. (Reg. 29, fol. 123, n° 428.)

« *Bonifacio, archiepiscopo Cantuariensi.* Ex parte tua fuit propositum coram nobis quod tu, extra regnum Anglie, propter dissentionem nuper in regno ipso exortam, existens, non invenis personas ydoneas quas pro faciendis citationibus et sententiis ac mandatis tuis executioni mandandis, ad regnum ipsum possis commode destinare. Quare provideri tibi super hoc per sedem apostolicam suppliciter petiisti. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, compellendi, quotiens opus fuerit, religiosos Cisterciensis, Minorum, Predicatorum, Cluniacensis, Premonstratensis, et aliorum quorumcumque ordinum, Cartusiensibus tantum exceptis, necnon et clericos seculares tue provincie ad hujusmodi citationes faciendas ac exequenda sententias et mandata predicta per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, concedimus facultatem. Non obstante si eisdem religiosis —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas martii, anno tertio. »

1379 Orvieto, 31 janvier 1264.

Cantori ecclesiae s. Mariæ Erfordensis, Maguntinae diocesis, mandat ut, obtentu marchionis Misnensis, magistrum Albertum de Burne, canonicum Merseburgensem, in ecclesia Cycensi, Nuemburgensis diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 123, n° 429.)

« *Cantori ecclesie s. Marie Erfordensis, Maguntine diocesis.* Datum apud Urbemveterem, II kalendas februarii, anno tertio. »

**1380** Orvieto, 28 septembre 1263.

Archiepiscopo Patracensi indulget ut in duabus cathedralibus ipsius provinciae duos clericos in canonicos recipi facere valeat. (Reg. 29, fol. 123 v°, n° 430.)

« *Archiepiscopo Patracensi.* Tue merita devotionis —. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas octobris, anno tertio. »

**1381** Orvieto, 26 septembre 1263.

Archiepiscopo Patracensi indulget ut cum duobus clericis dispensare valeat quod duo beneficia ecclesiastica, etiam si dignitates vel personatus existant et curam habeant animarum, licite retinere valeant. (Reg. 29, fol. 123 v°, n° 431.)

« *Archiepiscopo Patracensi.* Tuam prosequimur honore —. Datum apud Urbemveterem, VI kalendas octobris, anno tertio. »

**1382** Orvieto, 27 septembre 1263.

Archiepiscopo Patracensi testandi concedit facultatem usque ad mille yperpera. (Reg. 29, fol. 123 v°, n° 432.)

« *Archiepiscopo Patracensi.* Fraternitatis tue precibus —. Datum apud Urbemveterem, V kalendas octobris, anno tertio. »

**1383** Orvieto, 1er mars 1264.

J., ss. Cosmae et Damiani diacono cardinali, unam de pinguioribus praebendis in ecclesia Saresbiriensi proxime vacaturam confert. (Reg. 29, fol. 123 v°, n° 433.)

« *J., ss. Cosme et Damiani diacono cardinali, archidiacono Dorsotie, in ecclesia Saresbiriensi.* Cum, sicut nobis —. Datum apud Urbemveterem [1] (*sic*).

1. La date a été omise. Il est possible qu'il faille suppléer la même que celle de la lettre exécutoire suivante.

**1384** Orvieto, 1er mars 1264.

Infrascriptis praedictae committit executionem collationis.. (Reg. 29, fol 124, n° 434.)

« *Magistris Jacobo de Portu, canonico Siracusano, et Homodeo de Crema, subdiacono nostro, in Anglia commorantibus.* Cum sicut dilectus —. Datum apud Urbemveterem, kalendis martii, anno tertio. »

**1385** Orvieto, 29 février 1264.

Infrascriptis collationis, n° 424 signatae executionem committit. (Reg. 29, fol 124, n° 435.)

« *Abbati Ville Lupensis, Turonensis diocesis, et.. decano Turonensi.* Adjutos etc. ut supra —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas martii, anno tertio. »

**1386** Orvieto, 11 mars 1264.

Infrascriptis concedit facultatem commutandi ad invicem possessiones ad eorum praebendas spectantes. (Reg. 29, fol. 124, n° 436.)

« *Henrico de Bolandia et Albrico de Roseriis, canonicis ecclesie Metensis.* Ex parte vestra —. Datum apud Urbemveterem, V idus martii, anno tertio. »

**1387** Orvieto, 26 février 1264.

Thesaurario Belvacensi mandat ut Egidium de Corbenna, clericum Guidonis de Castillone, comitis s. Pauli, obtentu ipsius comitis, in ecclesia Ariensi, Morinensis dioecesis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 124 v°, n° 437.)

« *Thesaurario Belvacensi.* Circa illos potissime —. Datum apud Urbemveterem, V kalendas martii, anno tertio. »

**1388** Orvieto, 26 février 1264.

Electo Metensi indulget ut, ad sublevanda ecclesiae Metensis onera debitorum, proventus primi anni omnium beneficiorum, cum cura et sine cura, in civitate et diocesi Metensibus vacaturorum per triennium percipere valeat. (Reg. 29, fol. 124 v°, n° 438.)

« *Electo Metensi.* Circa curam quarumlibet —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas martii, anno tertio. »

**1389** Orvieto, 26 février 1264.

S. Michaelis et de Belloloco abbates Virdunensis et cantorem ecclesiae de Triangulo, Senonensis diocesum, praedictae indulgentiae conservatores deputat. (Reg. 29, fol. 124 v°, n° 439.)

« *S. Michaelis et.. de Belloloco abbatibus Virdunensis et . . cantori ecclesie de Triangulo, Senonensis diocesum.* Circa curam etc. usque releventur. Cum itaque, sicut dilectus filius Metensis electus asserit, ecclesia Metensis gravi prematur onere debitorum, nos, ejus supplicationibus inclinati, ut fructus, redditus et proventus primi anni personatuum, dignitatum, prebendarum et aliorum beneficiorum, cum cura et sine cura, que in cathedrali et aliis ecclesiis Metensis civitatis et diocesis usque ad triennium vacare contigerit, libere percipere valeat, ita tamen quod dicti fructus, redditus et proventus integre in solutionem debitorum hujusmodi convertantur, non obstantibus — per nostras litteras duximus concedendum. Quocirca mandamus quatenus eidem electo hujusmodi fructus, redditus et proventus vos vel alter vestrum faciatis, per vos vel per alium aut alios, juxta concessionis nostre tenorem, integraliter exhiberi. Contradictores etc. —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas martii, anno tertio. »

**1390** Orvieto, 26 février 1264.

De collatione beneficiorum in civitate et dioecesi Metensi. (Reg. 29, fol. 124, n° 440.)

« . . *electo Metensi.* Personam tuam paterna —. Tuis itaque supplicationibus inclinati, ut in cathedrali vel aliis ecclesiis Metensis civitatis et diocesis nulli, sine consensu tuo, de personatu vel dignitate, prebenda vel alio beneficio ecclesiastico auctoritate litterarum sedis apostolice vel legatorum ejus valeat provideri, nisi littere dicte sedis plenam et expressam fecerint de hac indulgentia mentionem, auctoritate tibi apostolica indulgemus, presentibus post biennium minime valituris. Nulli ergo nostre concessionis —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas martii, anno tertio. »

**1391** Orvieto, 24 février 1264.

Electo Metensi per annum unum proventus salinarum spectantes ad abbates et conventus ipsius diocesis confert. (Reg. 29, fol. 125, n° 441.)

« . . *electo Metensi.* Circa curam quarumlibet etc., ut in cclvii° capitulo [1], usque releventur. Sane in nostra proposuisti presentia constitutus quod quorumdam monasteriorum abbates et conventus Cisterciensis et s. Benedicti ordinum, in salinis, quas habes in castris tuis de Vico et de Marsal ac villa de Mediovico, sal de quo nonnullas pecuniarum summas percipiunt, consueverunt facere fieri ab antiquo. Cum autem Metensis ecclesia gravi prematur sarcina debitorum, ac dignum et conveniens dinoscatur ut abbates, conventus et clerici predicti, qui de hujusmodi salinis, in tua et ejusdem ecclesie terra sitis, magnas obventiones hactenus habuerunt, ipsi ecclesie in tanta necessitate alicujus auxilii dexteram porrigant, contribuendo in aliquo in solutionem hujusmodi debitorum, nos, tuis supplicationibus inclinati, ut redditus et proventus earumdem salinarum, spectantes ad abbates, conventus et clericos memoratos, per unum annum percipere libere valeas in solutionem debitorum hujusmodi convertendos, maxime cum, sicut accepimus, predecessores nostri, Romani pontifices, aliquibus predecessoribus tuis, Metensibus episcopis, qui fuere pro tempore, similem gratiam, quando dicta ecclesia nec tantis nec tam gravibus debitis premebatur, duxerint faciendam, auctoritate tibi presentium indulgemus. Non obstantibus —. Nulli ergo nostre concessionis —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas martii, anno tertio. »

**1392** Orvieto, 24 février 1264.

Infrascriptis praedicti committit executionem indulti. (Reg. 29, fol. 125, n° 442.)

« *S. Michaelis et de . . Belloloco, s. Benedicti et s. Augustini ordinum abbatibus, et . . cantori ecclesie de Triangulo, Senonensis et Virdunensis diocesum.* Circa curam etc. —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas martii, anno tertio. »

1. C'est-à-dire la lettre n° 1388, transcrite dans le Registre au n° 257.

**1393** Orvieto, 5 mars 1264.

Decano ecclesiae s. Symphoriani Remensis mandat ut magistrum Dionysium, cantorem ecclesiae s. Albani Namurcensis, Leodiensis diocesis, in ecclesia supradicta in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 125, nº 443.)

« *Decano ecclesie s. Simphoriani Remensis.* Dilectus filius magister —. Datum apud Urbemveterem, III nonas martii, anno tertio. »

**1394** Orvieto, 7 mars 1264.

Episcopo Sabinensi mandat ut Bernardum de Petra-Alba, quondam canonicum ecclesiae Avenionensis, in aliqua ecclesia ordinis s. Augustini Arelatensis vel Narbonensis provinciarum recipi faciat in canonicum et in fratrem. (Reg. 29, fol. 125 vº, nº 444.)

« . . *episcopo Sabinensi.* Dilectus filius Bernardus de Petra-Alba, quondam canonicus ecclesie Avinionensis, ordinis sancti Augustini, reverenter exposuit coram nobis quod bone memorie Z., episcopus Avinionensis, eum canonicatu suo ejusdem ecclesie, in qua prefatum ordinem professus extitit, pro sua voluntate privavit auctoritate propria, statuens ut idem presbiter in Avinionensi civitate seu diocesi non posset ulterius commorari. Quare humiliter postulavit a nobis ut, ne ipsum tamquam ovem sine pastore per seculum evagari contingat, in sue salutis evidens detrimentum, subvenire super hoc ei salubriter curaremus. Nos igitur presentium tibi auctoritate committimus ut, pensata sue ydoneitate persone, ipsum per te vel per alium in aliqua ecclesiarum predicti ordinis Arelatensis vel Narbonensis provinciarum cathedrali vel alia, predicta Avenionensi dumtaxat excepta, studeas collocare, ubi et sicut videris expedire, faciens ipsum in ecclesia in qua eum collocandum duxeris, in canonicum et in fratrem admitti ac fraterna in Domino caritate tractari. Non obstante —. Contradictores etc. —. Datum apud Urbemveterem, nonis martii, anno tertio. »

**1395** Orvieto, 4 mars 1264.

Archipresbytero ecclesiae s. Apollinaris de Urbe mandat ut Nicolaum Petri Gualterii, clericum ecclesiae s. Cosmae de Canniano, Aquilensis diocesis, in ecclesia s. Michaelis in Porticu de Urbe in canonicum seu clericum recipi faciat eique de praebenda seu beneficio provideat. (Reg. 29, fol. 125 vº, nº 445.)

« *Archipresbitero ecclesie s. Apollinaris de Urbe.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas martii, anno tertio. »

**1396** Orvieto, 7 mars 1264.

Episcopo Cumano mandat ut Salvodeo, dicto *Pergamino*, canonico ecclesiae de Nembro, Pergamensis diocesis, a certis monasteriis annuam pensionem persolvi faciat. (Reg. 29, fol. 125 vº, nº 446.)

« . . *episcopo Cumano.* Cum apostolica sedes veluti pia mater se gratiosam exhibeat extraneis et ignotis circa provisionem illorum, debet curam gerere specialem qui nostris obsequiis immorentur, ut per hoc respondeatur eis pro meritis et ceteri eorum exemplo ad bene serviendum fortius animentur. Hinc est quod nos, grata devotionis obsequia que dilectus filius Salvodeus, dictus *Pergaminus*, canonicus ecclesie de Nembro, Pergamensis diocesis, familiaris noster, ab olim nobis et felicis recordationis Alexandro pape, predecessori nostro, impendit, benignius attendentes ac volentes ei pro illis a nobis gratiam debitam compensari, fraternitati tue mandamus quatinus eidem canonico, quamdiu vixerit, a sancti Pauli de Argen Cluniacensis in octo et in septem libris imperialium a de Astino monasteriis, Vallis-umbrose ordinum, Pergamensis diocesis, annis singulis facias auctoritate nostra per te vel alios provideri. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, nonis martii, anno tertio. »

**1397** Orvieto, 23 février 1264.

Abbati de s. Michaele, Virdunensis diocesis, mandat ut, consideratione Couradi, comitis Irsuti, Johannem clericum, natum Philippi de Aix, militis, consanguinei ipsius comitis, in ecclesia Montisfalconis, Remensis diocesis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 125 vº, nº 447.)

« *Abbati de s. Michaele, Virdunensis diocesis.* Sincere devotionis affectus —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas martii, anno tertio. »

**1398** Orvieto, 1er mars 1264.

Episcopo Convenarum mandat ut Augerio de Montefalconis, canonico ecclesiae s. Licerii, Conseranensis diocesis, de nobilibus orto, qui diu Bononiae in utroque jure studuit et profecit laudabiliter, praeposituram ejusdem ecclesiae conferat. (Reg. 29, fol. 126, nº 448.)

« *Episcopo Convenarum.* Probitatis et scientie —. Datum apud Urbemveterem, kalendis martii, anno tertio. »

**1399** Orvieto, 27 février 1264.

Abbati s. Vincentii Bisuntini mandat ut certas excommunicationis sententias decernat irritas et inanes. (Reg. 29, fol. 126, n° 449.)

« *Abbati s. Vincentii Bisuntini.* Sua nobis dilecti filii capitulum ecclesie Bisuntine petitione monstrarunt quod felicis recordationis Innocentius et Alexander, predecessores nostri, Romani pontifices, et nonnulli apostolice sedis legati, juxta conditionem temporis et etiam personarum, de personatibus et dignitatibus ejusdem ecclesie nonnullis per certas litteras sub certis formis provideri mandarunt. Verum idem Alexander, attendens quod ecclesiam ipsam, tunc temporis multis pressuris expositam, oportebat ministros instituendos in hujusmodi dignitatibus et personatibus tales habere per quos ab eisdem pressuris respirare valeret, dicto capitulo per suas duxit litteras indulgendum ut de personatibus, dignitatibus et officiis ecclesie supradicte, cum vacarent, possent, prout ad eos pertinet, ordinare ac ea personis ydoneis, absque contradictione, conferre, non obstantibus predictis litteris, etiam si ad inhibitiones vel reservationes aut alias processum existeret per easdem. Decrevit quoque irritas et inanes interdicti, suspensionis et excommunicationis sententias si quas, auctoritate litterarum ipsarum, in ipsum capitulum vel eorum aliquem, communiter vel divisim, seu dictam ecclesiam, contra tenorem litterarum ipsarum, contingeret promulgari. Quocirca mandamus quatenus, si aliquas excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias in eos vel eorum aliquem aut prefatam ecclesiam, contra indulti predicti tenorem, inveneris esse latas, eas, ubi et quando expedire videris, irritas et inanes denuntiare procures. Ita tamen quod ex hiis illis quibus in eadem scripsimus ecclesia, nullum prejudicium generetur —. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas martii, anno tertio. »

**1400** Orvieto, 19 février 1264.

Abbati et conventui monasterii Molismensis indulget ut per triennium fructus prioratuum, grangiarum et locorum suorum ad censum annuum personis secularibus dare valeant. (Reg. 29, fol. 126 v°, n° 450.)

« *Abbati et conventui monasterii Molismensis, ordinis s. Benedicti, Lingonensis diocesis.* Desideriis vestris in —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas martii, anno tertio. »

**1401** Orvieto, 11 mars 1264.

Decano ecclesiae s. Audomari mandat ut Lambertum de Ghines, subdiaconum et capellanum apostolicum, canonicum Virdunensem, praebendam Virdunensem resignare paratum, in ecclesia Ariensi, Morinensis diocesis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 126 v°, n° 451.)

« *Decano ecclesie s. Audomari, Morinensis diocesis.* Circa personam dilecti —. Datum apud Urbemveterem, V idus martii, anno tertio. »

**1402** Orvieto, 28 février 1264.

Magistro et fratribus hospitalis s. Antonii Viennensis indulget ut ad praestationem centesimae in subsidium Terrae Sanctae non teneantur. (Reg. 29, fol. 126 v°, n° 452.)

« . . *magistro et fratribus hospitalis s. Antonii Viennensis.* Hospitalitatis pie studium —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas martii, anno tertio. »

**1403** Orvieto, 7 mars 1264.

A sententia excommunicationis fratrem Philippum, abbatem monasterii Clarevallensis, absolvit, sententiam absolutionis ab episcopo Tusculano editam confirmans [1]. (Reg. 29, fol. 126 v°, n° 453.)

« *Fratri Philippo, abbati monasterii Clarevallensis, Cisterciensis ordinis, Lingonensis diocesis.* In tuo percepimus haberi voto potissimum ut, cum timori et amori divini nominis semper invigiles, sub mente pacifica et conscientia tranquilla respires. Macloviensi quidem ecclesia pastoris solatio destituta, nos ei de pontifice ydoneo consulere cupientes et tandem virtutum clara merita, quibus pollere dinosceris, considerantes at-

1. En marge : « *In ista scribitur abbati monasterii Clarevallensis, Cisterciensis ordinis.* »

tente, te, tunc in tuo monasterio Clarevallensi morantem, de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis ipsi ecclesie prefecimus in pastorem, injuncto nichilominus dilecto filio . . abbati Cisterciensi, per nostras litteras ut te ad suscipiendum ejusdem ecclesie regimen, exortationibus oportunis induceret et, si necesse foret, tam nostra quam sua auctoritate, per se vel per alium coartaret. Et licet tu, hiis auditis, iter arripuisses ad sedem apostolicam veniendi, expositurus nobis quod episcopali dignitati affectum non applicas, ac propter hoc suppliciter petiturus ut te ab hujusmodi onere ipsius ecclesie tibi a nobis imposito absolvere dignaremur, tamen dilectus filius, abbas monasterii Maceriarum, Cisterciensis ordinis, cui prefatus abbas Cistercii vices suas in hac parte commisit, te monuit et induxit ac tibi quod regimen ejusdem ecclesie susciperes, in virtute obedientie et sub interminatione excommunicationis, injunxit. Idem quoque abbas Cistercii, in hujusmodi virtute obedientie et sub pena excommunicationis sententie promulgate, tibi per suas precepit litteras ut coram eo certo termino compareres et tibi, in virtute ac sub pena similibus, inhibuit ne propter hoc ad sedem apostolicam accederes supradictam. Porro tu nichilominus, iter arreptum persequens, ad nostram presentiam accessisti humiliter tandem petens a nobis ut, cum dubites ne supradicti abbates aut aliqui alii ad mandatum ipsius abbatis Cistercii, in te tali de causa, propter hujusmodi precepta, penas suspensionis vel interdicti aut excommunicationis sententias promulgarint, providere tibi super hoc salubriter curaremus. Quia vero venerabilis frater noster . . episcopus Tusculanus, auctoritate nostra sibi super hoc a nobis commissa oraculo vive vocis, te ab hujusmodi sententiis, sique jure, occasione predicta, forsitan sint prolate, juxta ecclesie formam, absolvit, tecumque dispensavit super irregularitate si quam talibus ligatus sententiis contraxisti, te divinis officiis interim immiscendo, prout in patentibus litteris ipsius episcopi Tusculani confectis, exinde plenius continetur, nos, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem episcopo super hiis factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus.

Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« Odo, miseratione divina Tusculanus episcopus, venerabili et religioso viro fratri Philippo, abbati monasterii Clarevallis, Cisterciensis ordinis, Lingonensis diocesis, salutem in Domino. Macloviensi ecclesia pastoris solatio destituta, sanctissimus pater, dominus Urbanus, papa IIII, vos, de fratrum suorum consilio et apostolice plenitudine potestatis, prefecit eidem ecclesie in episcopum et pastorem, injuncto religioso viro . . abbati Cistercii, per suas litteras ut vos quod regimen predicte susciperetis ecclesie exortationibus oportunis inducere et ad id, tam sua quam ipsius domini pape auctoritate, si necesse foret, compellere procuraret. Sane vos, intellecto quod predictus papa eidem ecclesie vos in episcopum et pastorem prefecerat, iter arripuistis ad sedem apostolicam veniendi, supplicaturi eidem domino pape ut vos ab hujusmodi onere vobis imposito absolvere dignaretur. Vobis itaque in itinere hujusmodi constitutis, abbas monasterii Maceriarum, Cisterciensis ordinis, cui idem abbas Cistercii commiserat super hoc vices suas, vos monuit et induxit et in virtute obedientie et sub interminatione excommunicationis vobis injunxit ut susciperetis regimen ecclesie supradicte. Idem quoque abbas Cistercii vobis, in eadem virtute obedientie et sub pena excommunicationis late sententie, per suas precepit litteras ut compareretis certo termino coram eo, et nichilominus in virtute ac sub pena similibus inhibuit ne ad sedem accederetis eandem. Porro vos, dubitantes ne iidem abbates vel aliqui alii, ad mandatum ipsius abbatis Cistercii, in vos, occasione hujusmodi, excommunicationis vel interdicti aut suspensionis sententias promulgarint, supplicavistis nobis per eundem dominum papam super hoc provideri. Nos itaque, auctoritate ipsius domini pape nobis ab eo in hac parte commissa oraculo vive vocis, vos ab hujusmodi sententiis si que sint in vos propter hoc forsitan promulgate, juxta formam ecclesie, absolvimus, et dispensamus vobiscum super irregularitate si quam contraxistis, talibus ligati sententiis, vos divinis officiis immiscendo. In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigillum nostrum fecimus apponi. Actum apud Urbemveterem, v idus februarii, pontificatus domini Urbani pape IIII[i] anno tertio. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, nonis martii, anno tertio. »

**1404** Orvieto, 14 mars 1264.

Litterae executoriae de certa annua pensione Thomasino, dicto *Bueves*, exhibenda. (Reg. 29, fol. 127, n° 454.)

« . . *episcopo Cenomanensi, et dilecto filio . . archidiacono Castrilidi in ecclesia Cenomanensi.* Dilectus filius

Thomasinus, dictus *Bueves*, laicus familiaris venerabilis fratris nostri . . episcopi Tusculani, in nostra proposuit presentia constitutus quod nos, consideratione ipsius Tusculani, et obtentu venerabilis fratris nostri, episcopi Penestrini, pro eo apostolicam gratiam implorantis, bone memorie, . . episcopo, et . . archidiacono Macloviensibus, nostris dedimus litteris in mandatis ut ipsi vel eorum alter ei ab . . abbate et conventu monasterii Montis sancti Michaelis de Periculo maris, ordinis sancti Benedicti, Abrincensis diocesis, facerent in pensione annua decem librarum turonensium, quoad vixerit, provideri, ac sibi suas patentes litteras super hujusmodi pensionis exhibitione concedi, contradictores etc. usque compescendo. Sed eodem episcopo Macloviensi viam universe carnis ingresso et predicto archidiacono ad sedem apostolicam accedente, predictus Thomasinus nullum est ex hoc commodum assecutus, quamquam episcopus et archidiaconus predicti super hoc abbatem et conventum monuerint supradictos. Quare predictus T. nobis humiliter supplicavit ut ei super hoc providere paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur, consideratione Tusculani et Penestini episcoporum prefatorum, discretioni vestre mandamus quatenus, si est ita, vos vel alter vestrum, per vos vel alios, in negotio hujusmodi procedatis, juxta priorum directarum episcopo et archidiacono Macloviensibus predictis continentiam litterarum, facientes predicto Thomasino pensionem ipsam a tempore monitionis hujusmodi exhiberi. Datum apud Urbemveterem, idus martii, anno tertio. »

**1405** Orvieto, 10 mars 1264.

Gerardo de Jotro, canonico ecclesiae b. Mariae in Valle Pruvini, confirmat collationem ipsi factam in eadem ecclesia de praebenda ab archiepiscopo Senonensi [1]. (Reg. 29, fol. 127, n° 455.)

« *Gerardo de Jotro, canonico ecclesie beate Marie in Valle Pruvini.* Exposcunt tue devotionis merita ut te prosequamur benivolentia gratiosa. Propter hoc siquidem et obtentu venerabilis fratris nostri . . Senonensis archiepiscopi, pro te apostolicam gratiam implorantis, personam tuam intendimus prosequi prerogativa favoris et gratie specialis. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, quondam Symone de Carnoto, canonico ecclesie beate Marie in Valle Pruvini, Senonensis diocesis, viam universe carnis ingresso, idem archiepiscopus prebendam quam idem Symon in ecclesia ipsa obtinuit, ad suam collationem spectantem, tibi auctoritate propria duxit canonice conferendam, ad quam dilecti filii . . decanus, et capitulum ipsius ecclesie, prout ad eos pertinet, te in fratrem et canonicum receperunt, tibi stallo in choro et loco in capitulo assignatis. Verum nos, per tres vel quatuor dies ante collationem hujusmodi, canonicatum predicte ecclesie, cum plenitudine juris canonici, ac prebendam spectantem ad collationem ipsius archiepiscopi, nulli de jure debitam, siqua tunc vacabat ibidem, Jacobo de Villa-Mauri, clerico Trecensis diocesis, contulimus, investientes eum presentialiter per nostrum anulum de eisdem. Alioquin, hujusmodi prebendam in eadem ecclesia proximo vacaturam, conferendam dicto Jacobo, donationi apostolice reservantes, decrevimus irritum et inane si secus de prebenda ipsa, nostra vel quavis auctoritate, contingeret attemptari, predicto Jacobo certo super hoc executore concesso. Sane predictus Jacobus, pretendens quod, hujusmodi nostre collationis tempore, que dictam collationem predicti archiepiscopi per tres vel quatuor dies precessit, predicta prebenda, que fuit dicti Symonis, vacabat in ecclesia supradicta, te super dicta prebenda quam aliquandiu antequam predicta nostra collatio ad te pervenisset, possederas pacifice et quiete, multipliciter inquietat. Quare nobis humiliter supplicasti ut, cum videatur conveniens ut obtineas predictam prebendam tibi collatam per eundem archiepiscopum per unum mensem et amplius antequam ad te predicta nostra collatio perveniret, providere tibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, intendentes tibi et eidem archiepiscopo gratiam facere specialem, volumus ut predicta collatio facta tibi per eundem archiepiscopum de prefata prebenda, non obstante collatione nostra, robur obtineat firmitatis. Ita tamen quod per hoc predicto Jacobo, quoad assecutionem alterius prebende, nullum possit prejudicium generari vel obstaculum imponi. Nulli ergo nostre voluntatis etc. Datum apud Urbemveterem, vi idus martii, anno tertio. »

**1406** Orvieto, 12 mars 1264.

Magistro Roberto de Criciaco, canonico ecclesiae s. Quintini, Noviomensis diocesis, praedictae committit executionem collationis. (Reg. 29, fol. 127 v°, n° 456.)

1. En marge : « *Concessa est obtentu domini camerarii.* »

« *Magistro Roberto de Criciaco, canonico ecclesie s. Quintini, Noviomensis diocesis.* Exposcunt devotionis merita —. Datum apud Urbemveterem, IIII idus martii, anno tertio [1]. »

**1407** Orvieto, 15 mars 1264.

Primicerio Lucano mandat ut Bonaventuram, plebanum plebis de Groppore, Pistoriensis diocesis, qui per quinquennium et amplius in vicariatus officio episcopo Lucano deservivit, obtentu ejusdem episcopi, in Pistoriensi ecclesia in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 127 v°, n° 457.)

« . . *primicerio Lucano.* Sicut venerabilis fratris —. Datum apud Urbemveterem, idus martii, anno tertio. »

**1408** Orvieto, 21 février 1264.

Henrico, episcopo Lucano, indulget ut uni clerico de uno plebanatu seu prioratu seculari in Lucana civitate ac diocesi providere valeat. (Reg. 29, fol. 128, n° 458.)

« *Henrico, episcopo Lucano.* Devotionis tue supplicationibus —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. »

**1409** Orvieto, 13 janvier 1264.

Capitulo ecclesiae Salernitanae mandat ut Franciscum de Porta, nepotem magistri Mathaei de Porta, subdiaconi et capellani apostolici, clericum ecclesiae s. Petri ad Curtem, in ecclesia Salernitana in clericum recipiat. (Reg. 29, fol. 128, n° 459.)

« *Capitulo ecclesie Salernitane.* Dilectum filium Franciscum —. Datum apud Urbemveterem, idus januarii, anno tertio. »

**1410** Orvieto, 5 mars 1264.

Episcopo et capitulo Biterrensibus mandat ut Petrum Raymundum de Montepessulano, clericum, nepotem episcopi Agathensis, obtentu archidiaconi Agathensis, capellani apostolici et familiaris episcopi Sabinensis, cujus archidiaconi idem Raymundus nepos existit, in canonicum recipiant eidemque episcopus Biterrensis, ad quem in eadem ecclesia praebendarum collatio pertinet, de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 128, n° 460.)

« . . *episcopo, et dilectis filiis capitulo Biterrensibus.* Dilectus filius Petrus —. Datum apud Urbemveterem, III nonas martii, anno tertio. »

**1411** Orvieto, 6 mars 1264.

Magistro Pagano de Pinibus concedit facultatem mutuum contrahendi usque ad summam quadraginta sex librarum tur. et Simonem de Clissone, Macloviensem electum, necnon successores suos et bona ipsius ecclesiae creditoribus obligandi. (Reg. 29, fol. 128, n° 461.)

« *Magistro Pagano de Pinibus, clerico Andegavensi.* Cum sicut in —. Datum apud Urbemveterem, II nonas martii, anno tertio. »

**1412** Orvieto, 17 mars 1264.

Berengario de Bociacis, sacristae Biterrensi, indulget ut sacristiam aliaque sua beneficia retinere valeat, non obstante nota haereticae pravitatis a patre suae ipsius matris incursa. (Reg. 29, fol. 128 v°, n° 462.) [1].

« *Berengario de Bociacis, sacriste Biterrensi.* Inducimur ex laudabili testimonio quod nobis de tuis meritis perhibetur, ut te paterni favoris benivolentia prosequentes, supplicationibus tuis favorabiliter annuamus. In nostra quidem proposuisti presentia constitutus quod quondam Arinannus de Bociacis, pater tuus, omnesque sui progenitores per paternam lineam ascendentes semper fidem orthodoxam, tamquam viri catholici, coluerunt, et dilecta in Christo filia nobilis mulier Ermessendis, mater tua, uxor predicti A. patris tui, mulier fidelis extitisset devotione sincera. Verum, quia quondam Imbertus, pater ejusdem matris tue, longe post ejus obitum, extitit de vitio pravitatis heretice condempnatus, tu, dubitans ne per constitutionem felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, contra he[re]ticos et eorum filios usque ad secundam generationem editam, qua tales obtentis privantur beneficiis et ad obtinenda redduntur inhabiles, statui tuo in aliquo derogetur, provideri tibi

1. En marge : « *Concessa fuit obtentu ejusdem.* »

1. En marge : « *Ad instantiam domini Sabinensis.* »

super hoc per sedis apostolice providentiam supplicasti. Nos itaque, tue devotionis puritatem tueque merita probitatis necnon scientie donum et morum honestatem, quibus preditus esse dinosceris, attendentes et volentes quod favorem apostolicum tibi sentias gratiosum, presentium tibi auctoritate concedimus ut sacristiam Biterrensem et alia ecclesiastica beneficia que, post obitum Imberti prefati, alias canonice te asseris assecutum, libere retinere ac ad aliam dignitatem, etiam si episcopalis fuerit et canonice ad eam te vocari contigerit, licite valeas promoveri. Nolumus autem quod in hiis vel ex eo quod hujusmodi beneficia et alia alias obtenta canonice tenuisti hactenus, et fructus percepisti ex eis, quos licite volumus te habere, predicta constitutio tibi obsit, etiam si ad personam tuam posset extendi, vel per eam aliquod tibi obstaculum interponi. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, XVI kalendas aprilis, anno tertio. »

**1413** Orvieto, 18 mars 1264.

Magistro Johanni de Essarcis confert canonicatum et praebendam in ecclesia s. Vedasti Suessionensis vacantes per liberam resignationem magistri Dionysii de Essarcis, ipsius Johannis germani. (Reg. 29, fol. 128 v°, n° 463.)

« *Magistro Johanni de Essarcis, clerico Meldensis diocesis.* Cum dilectus filius —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas aprelis (*sic*), anno tertio. »

**1414** Orvieto, 18 mars 1264.

Infrascriptis praedictae committit executionem collationis. (Reg. 29, fol. 128 v°, n° 464.)

« . . *decano Belvacensi, et . . subdecano Aurelianensi.* Cum dilectus filius —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas aprilis, anno tertio. »

**1415** Orvieto, 6 mars 1264.

Magistro Johanni de Monte Albano, canonico Conchensi, portionem et praestimonia quae in ecclesia Toletana per mortem quondam Mathiae vacant, confert. (Reg. 29, fol. 129, n° 465.)

« *Magistro Johanni de Monte-Albano, canonico Conchensi.* Meritis laudabilis conversationis —. Datum apud Urbemveterem, II nonas martii, anno tertio. »

**1416** Orvieto, 6 mars 1264.

Infrascriptis praedictae committit executionem collationis. (Reg. 29, fol. 129, n° 466.)

« *Archidiacono de Alcaraz et Egidio Roderici, canonico Toletano.* Meritis laudabilis conversationis —. Datum apud Urbemveterem, II nonas martii, anno tertio. »

**1417** Orvieto, 11 mars 1264.

Archidiacono de Trivinno et cantori Burgensi mandat ut magistro Gundisalvo, capellano apostolico, decano Toletano et archidiacono Modicnsi in ecclesia Conchensi, decanatum et archidiaconatum resignare parato, de aliquo archidiaconatu cum praestimoniis cedentis vel decedentis in ecclesia Toletana, de Alcaraz et de Calatrava archidiaconatibus duntaxat exceptis, providere procurent. (Reg. 29, fol. 129, n° 467.)

« *Archidiacono de Trivinno, et . . cantori Burgensi.* Apostolice benignitatis affectum —. Datum apud Urbemveterem, V idus martii, anno tertio. »

**1418** Orvieto, 11 mars 1264.

Jacobo, capellano s. Egidii juxta ecclesiam s. Lamberti Leodiensis, papae, dum esset in minori officio constitutus, acceptabili, canonicatum et praebendam ecclesiae s. Dionysii Leodiensis, vacantes per mortem Jacobi de Hoyo, confert et de hiis, Jacobi nomine, investit Johannem, canonicum ecclesiae s. Johannis Leodiensis, ostiarium capellaniae apostolicae. (Reg. 29, fol. 129 v°, n° 468.)

« *Jacobo, capellano s. Egidii juxta ecclesiam s. Lamberti Leodiensis.* Tui ab olim —. Datum apud Urbemveterem, V idus martii, anno tertio. »

**1419** Orvieto, 11 mars 1264.

Infrascriptis praedictae committit executionem collationis. (Reg. 29, fol. 129 v°, n° 469.)

« *Decano s. Pauli et Johanni de Tongris, canonico s. Petri ecclesiarum Leodiensium.* Dilecti filii Jacobi —. Datum apud Urbemveterem, V idus martii, anno tertio. »

**1420** Orvieto, 7 mars 1264.

Episcopo Pictavensi concedit facultatem permutandi partem fundi quem juxta fundum Minorum de Niorto habet, pro redditibus quos Amabilis, dicta *Anglica*, relicta quondam Savarici de Malo-Leone, cum ipso permutare affectet, ut necessitatibus dictorum fratrum subveniat. (Reg. 29, fol. 129 v°, n° 470 ; Potthast. 18817.)

« . . *episcopo Pictavensi*. Locus dilectorum filiorum —. Datum apud Urbemveterem, nonis martii, anno tertio. »

**1421** Orvieto, 15 mars 1264.

Ludeguico, decano Maguntino, capellano apostolico, mandat ut episcopum Maguntinum a sententia excommunicationis absolvat. (Reg. 29, fol. 129 v°, n° 471.)

« *Ludeguico, decano Maguntino, capellano nostro*. Significavit nobis venerabilis frater noster . . archiepiscopus Maguntinus, quod, licet nonnulli predecessores sui, qui fuerunt pro tempore, thelonea et pedagia perceperint in quibusdam castris suis et ecclesie Maguntine, idem tamen archiepiscopus, postquam per aliquos annos percepit eadem, attente considerans quod, occasione theloneorum et pedagiorum hujusmodi, grave generabatur scandalum circumposite regioni, et dubitans, propter exactionem eorum que timet esse de novo imposita, se incidisse in canonem promulgate sententie, sicque peccata peccatis cotidie cumulare, tum propter pacificandam propriam conscientiam, tum propter hujusmodi scandalum de illis partibus submovendum, necnon pro reverentia Dei et sedis apostolice que hujusmodi exactiones iniquas reprobat et abhorret, thelonea et pedagia premissa remisit. Quare humiliter fecit postulari a nobis ut sibi et clericis atque laicis qui, medio tempore, in hiis participarunt et alias communicarunt eidem, clericis vero qui beneficia et ordines receperunt ab ipso, de oportune absolutionis et dispensationis beneficio providere misericorditer curaremus. Nos itaque, hujusmodi piam et salubrem considerationem ipsius archiepiscopi, Deo et nobis acceptam ac fidelibus pluribus de supradicta regione votivam, in Domino commendantes, attendentes etiam quod, propter multitudinem que in causa esse videtur, cum eis mitius est agendum, tibi, de cujus discretione fiduciam in Domino gerimus specialem, presentium tenore committimus quatinus, si dictus archiepiscopus taliter pedagia et thelonea ipsa remisit, ab eo recepto (*sic*) ab eo vel alio in ipsius animam quod illa de cetero non exiget nec exigi faciat juramento, eum et alios supradictos, cum ab ipsis requisitus fueris, ab excommunicationum sententiis quas, occasione premissorum, hactenus incurrerunt, auctoritate nostra, juxta ecclesie formam, absolvas, et cum eisdem archiepiscopo et clericis super irregularite, siquam propter hoc incurrisse noscuntur, imposita eis penitentia salutari, dispenses, prout secundum Deum animarum suarum saluti videris expedire, concedendo nichilominus eisdem clericis quod in ordinibus sic susceptis ministrare valeant et beneficia hujusmodi retinere, si aliud canonicum non obsistat. Datum apud Urbemveterem, idus martii, anno tertio. »

**1422** Orvieto, 23 janvier 1264.

Episcopo Bambergensi indulget ut unum de clericis suis in ecclesia Bambergensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 130, n° 472.)

« *Episcopo Bambergensi*. Volentes tue fraternitati —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas februarii, anno tertio. »

**1423** Orvieto, 20 mars 1264.

Abbati s. Donysii in Francia, Parisiensis diocesis, mandat ut magistrum Gaufridum de Templo, clericum reginae Francorum, ejusdem reginae obtentu, in ecclesia Laudunensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 130, n° 473.)

« *Abbati s. Dyonisii in Francia, Parisiensis diocesis*. Adeo carissima in —. Datum apud Urbemveterem, xiii kalendas aprilis, anno tertio. »

**1424** Orvieto, 17 mars 1264.

Eneto Petri de Roda, clerico Caesaraugustanae diocesis, canoniam et praebendam cum praestimoniis confert, vacantes in ecclesia Ilerdensi per mortrem Guillelmi Bernardi de Labarta, obtentu fratris Velasci, poenitentiarii et capellani apostolici, cujus idem Enetus nepos existit. (Reg, 29, fol. 130, n° 474.)

« *Eneto Petri de Roda, clerico Cesaraugustane diocesis*. Cum quondam Guillelmus —. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas aprilis, anno tertio. »

**1425** Orvieto, 17 mars 1264.

Infrascriptis praedictae committit executionem collationis. (Reg. 29, fol. 130 v°, n° 475.)

« . . *episcopo, et dilecto filio . . sacriste Cesaraugustensi.* Cum quondam Guillelmus —. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas aprilis, anno tertio. »

**1426** Orvieto, 3 mars 1274.

Marcelino de Ancona, capellano apostolico, archidiaconatum, canonicatum et praebendam quos Benevenutus, Auximanus electus, olim archidiaconus Anconitanus, obtinuit, confert, non obstante quod nondum est elapsum tempus de consecrandis episcopis seu quod in diocesi Camerinensi idem Marcelinus quemdam secularem obtinet prioratum aliasque beneficiatus existit. (Reg. 29, fol. 130 v°, n° 476.)

« *Marcelino de Ancona, capellano nostro.* Apostolice sedis obsequiis —. Datum apud Urbemveterem, v nonas martii, anno tertio. »

**1427** Orvieto, 3 mars 1264.

U., s. Eustachii diacono cardinali, praedictae confert executionem collationis. (Reg. 29, fol. 130 v°, n° 477.)

« *U., s. Eustachii diacono cardinali.* Apostolice sedis obsequiis —. Datum apud Urbemveterem, v nonas martii, anno tertio. »

**1428** Orvieto, 27 mars 1264.

Petro Hugolini, canonico Bononiensi, mandat ut Calianum, natum Gerardini, comitis de Laniola, civis Bononiensis, capellanum R., s. Angeli diaconi cardinalis, clericum ecclesiae s. Martini de Viniola, Bononiensis diocesis, in ecclesia s. Thomae de Braina Bononiensi in clericum recipi faciat eique de beneficio provideat, postquam idem Calianus beneficium quod nunc obtinet, dimiserit. (Reg. 29, fol. 131, n° 478.)

« *Petro Hugolini, canonico Bononiensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas februarii, anno tertio. »

**1429** Orvieto, 18 mars 1264.

O., s. Adriani diacono cardinali, mandat ut, cessione Tancredi, abbatis monasterii s. Johannis Parmensis, ordinis s. Benedicti, ob senium facta, recepta, eidem Tancredo pensionem congruam de bonis monasterii assignet ipsique monasterio abbatem idoneum praeficiat. (Reg. 29, fol. 131, n° 479.)

« *O., s. Adriani diacono cardinali.* Dilectus filius Tancredus —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas aprilis, anno tertio. » [1]

**1430** Orvieto, 18 mars 1264.

Guillelmo de Bociacis, monacho monasterii Anianensis, ordinis s. Benedicti, Magalonensis diocesis, priori ecclesiae de Mirapisce, Tolosanae diocesis, indulget ut, non obstante nota haereticae pravitatis quam ejus progenitores incurrerunt, prioratum de Mirapisce et alias administrationes recipere valeat [2]. (Reg. 29, fol. 131 v°, n° 480.)

« *Guillelmo de Bociacis, monacho monasterii Anianensis, ordinis s. Benedicti, Magalonensis diocesis, priori ecclesie de Mirapisce, Tholosane diocesis.* Inducimur etc. ut supra.

In eundem modum de verbo ad verbum pro Guidone de Bociacis, monacho monasterii Ville Magne, ordinis s. Benedicti, priori ecclesie de Somardrio, Biterrensis diocesis [2]. (*pro prioratu de Somardrio.*)

In eundem modum pro Raymundo de Bociacis, canonico Magalonensi, ordinis s. Augustini, priori ecclesie s. Firmini in Montepesulano, Magalonensis diocesis [3]. (*pro prioratu s. Firmini.*)

**1431** Orvieto, 15 mars 1264.

Praeposito et capitulo Sistaricensibus indulget ut Henricum Mermini, Sistaricensem clericum, « quem H., Ostiensis et Velletrensis episcopus, de sacro fonte levavit, » in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 131 v°, n° 481.) [4]

« *Preposito et capitulo Sistaricensibus.* Supplicastis nobis per —. Datum apud Urbemveterem, idus martii, anno tertio. »

1. La lettre suivante a été complétement effacée et remplacée par deux barres croisées et un petit dessin.
2. En marge : « *Concessa est ad instantiam domini Sabinensis.* »
3. En marge : « *Concessa est ad instantiam ejusdem.* »
4. En marge : « *Ad instantiam ejusdem.* »

**1432** Orvieto, 11 mars 1264.

Archipresbytero de Colle, Vulteranae diocesis, mandat ut Ricovero, plebano plebis de Castello, Vulteranae diocesis, obtentu magistri Radulfi de Podiobonizi, notario regis Castellae ac Legionis, in Romanorum regem electi, cujus magistri filii idem Ricoverus sororius existit, de aliqua praepositura, prioratu secularis ecclesiae, plebanatu vel archipresbyteratu in Florentina seu Vulterana diocesi providere curet. (Reg. 29, fol. 131 v°, n° 482.)

« *Archipresbitero de Colle, Vulterane diocesis.* Illos non immerito —. Datum apud Urbemveterem, v idus martii, anno tertio. »

**1433** Orvieto, 7 mars 1264.

Decano ecclesiae s. Germani extra muros Spirenses mandat ut Jacobo de Huchelheim, pauperi clerico Warmaciensis diocesis, nullum adhuc beneficium assecuto, de canonicatu et praebenda in ecclesia s. Martini Warmaciensis provideat. (Reg. 29, fol. 132, n° 483.)

« *Decano ecclesie s. Germani extra muros Spirenses.* Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, nonis martii, anno tertio. »

**1434** Orvieto, 13 mars 1264.

Episcopo Papiensi mandat ut ecclesiam s. Michaelis de Foramagna Papiensi alicui personae idoneae conferat. (Reg. 29, fol. 132, n° 484.)

« *Episcopo Papiensi.* Cum sicut intelleximus —. Datum apud Urbemveterem, III idus martii, anno tertio. »

**1435** Orvieto, 22 février 1264.

Archipresbytero de Arolis, Reginae diocesis, mandat ut Guidoni de Baysio, magistro scolarum et canonico ecclesiae Reginae, de aliqua praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 132, n° 485.)

« *Archipresbitero de Arolis, Regine diocesis.* Dilectus filius Guido —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas martii, anno tertio. «

**1436** Orvieto, 13 mars 1264.

Magistro Joanchae, archidiacono de Sassvar in Ultrasilvana ecclesia, concedit ut, cum redditus archidiaconatus valorem annuum novem marcarum argenti non excedant, parrochialem ecclesiam seu plebaniam de Winch, curam habentem animarum, quam ei episcopus Ultrasilvanus canonice contulit, libere possit retinere. (Reg. 29, fol. 132, n° 486; Potthast 18826.)

« *Magistro Joanche, archidiacono de Sassvar in Ultrasilvana ecclesia.* Meritis laudabilis conversationis —. Datum apud Urbemveterem, III idus martii, anno tertio. »

**1437** Orvieto, 13 mars 1264.

Paganello de Porcaria, canonico Lucano, indulget ut praeter praebendam quam in Lucana ecclesia obtinet, plebanatum plebis de Montesigradi, Lucanae diocesis, recipere valeat, obtentu O., s. Adriani diaconi cardinalis, cujus idem Paganellus capellanus existit. (Reg. 29, fol. 132 v°, n° 487.)

« *Paganello de Porcaria, canonico Lucano.* Habenda est interdum —. Datum apud Urbemveterem, III idus martii, anno tertio. »

**1438** Orvieto, 22 mars 1264.

Petro Morelli, canonico ecclesiae s. Pethinae in S. Quintino, Noviomensis diocesis, doctori legum in curia Romana, canonicatum in ecclesia Ambianensi confert, obtentu G., tituli s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, cujus idem Petrus Morelli capellanus existit. (Reg. 29, fol. 132 v°, n° 488.)

« *Petro Morelli, canonico ecclesie s. Pethine in S. Quintino, Noviomensis diocesis, doctori legum in nostre curie* (sic) *sanctitatis.* Sicut dilectus filius —. Datum apud Urbemveterem, XI kalendas aprilis, anno tertio. »

**1439** Orvieto, 22 mars 1264.

Abbatem monasterii Compendiensis et Petrum de Chaule, canonicum ecclesiae Peronensis, Suessionensis et Noviomensis diocesum, praedictae collationis executores deputat. (Reg. 29, fol. 133, n° 489.)

« *Abbati monasterii Compendiensis et Petro de Chaule, canonico ecclesie Peronensis, Suessionensis et Noviomensis*

*diocesum.* Sicut dilectus filius —. Datum apud Urbemveterem, XI kalendas aprilis, anno tertio. »

1440 Orvieto, 26 février 1264.

Episcopo Lodovensi indulget ut unum clericum in ecclesia Lodovensi in canonicum recipi faciat. (REG. 29, fol. 133, nº 490.)

« *Episcopo Lodovensi.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem. V kalendas martii, anno tertio. »

1441 Orvieto, 23 mars 1264.

Simoni, capellano apostolico, canonico ecclesiae s. Urbani Trecensis, indulget ut in hospitali s. Nicolai de Perona, Noviomensis diocesis, capellam construere ac dotare valeat de propriis bonis, « cum ibi nulla existat. » (REG. 29, fol. 133, nº 491.)

« *Symoni, capellano nostro, canonico ecclesie s. Urbani Trecensis.* Virtutum laudabilia merita —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno tertio. »

1442 Orvieto, 23 mars 1264.

Eidem indulget ut, in ecclesia s. Urbani residendo, fructus praebendae ecclesiae s. Leodegarii in ecclesia s. Fursei de Perona cum integritate ac si resideret in eadem, percipere valeat. (REG. 29, fol. 133, nº 492.)

« *Symoni, capellano nostro, canonico ecclesie s. Urbani Trecensis.* Virtutum laudabilia merita —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno tertio. »

1443 Orvieto, 23 mars 1264.

Officialem Noviomensem praedictae indulgentiae executorem deputat. (REG. 29, fol. 133 vº, nº 493.)

« *Officiali Noviomensi.* Virtutum laudabilia merita —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno tertio. »

1444 Orvieto, 20 mars 1264.

Magistro Nicolao de Vigneto, canonico Laudunensi, archidiaconatum confert in ecclesia Laudunensi vacantem seu vacaturum. (REG. 29 fol. 133 vº, nº 494.)

« *Magistro Nicolao de Vigneto canonico Laudunensi, capellano nostro.* Placida familiaritatis obsequia. — Hinc est quod nos, tuis supplicationibus inclinati, archidiaconatum, si quis de illis qui in ecclesia Laudunensi habentur, vacat ad presens, tibi conferimus, providemus tibi de illo teque de ipso per nostrum anulum investimus. Alioquin proximo vacaturum ibidem conferendum tibi donationi apostolice reservantes, decernimus irritum et inane si secus de illo nostra vel alia quavis auctoritate contigerit attemptari. Non obstante si —. Nulli ergo nostre collationis, provisionis, investiture, conservationis etc. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas aprilis, anno tertio. »

1445 Orvieto, 21 mars 1264.

Abbatem Praemonstratensem, Laudunensis diocesis, et archidiaconum s. Margaritae in ecclesia Trecensi praedictae collationis executores deputat. (REG. 29, fol. 133 vº, nº 495.)

« *Abbati Premonstratensi, Laudunensis diocesis, et archidiacono s. Margarite in ecclesia Trecensi.* Placita etc. —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas aprilis, anno tertio. »

1446 Orvieto, 14 mars 1264.

Juliano clerico, nepoti Johannis, hostiarii capellaniae apostolicae, canonicatum et praebendam in ecclesia Tungrensi, Leodiensis diocesis, confert. (REG. 29, fol. 133 vº, nº 496.)

« *Juliano clerico, nepoti dilecti filii Johannis, hostiarii capellanie nostre.* Personam tuam paterna —. Datum apud Urbemveterem, II idus martii, anno tertio. »

1447 Orvieto, 14 mars 1264.

Decanum s. Johannis et custodem s. Bartholomaei ecclesiarum Leodiensium praedictae collationis executores deputat. (REG. 29, fol. 133 vº, nº 497.)

« *Decano s. Johannis et custodi s. Bartholomei ecclesia-*

*rum Leodiensium*. Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, II idus martii, anno tertio. »

**1448** Orvieto, 15 mars 1264.

Dispensatio super natalium defectu Balduino de Boukerdes presbytero, rectori ecclesiae de Quatypra, Morinensis diocesis, conceditur. (Reg. 29, fol. 134, n° 498.)

« *Balduino de Boukerdes presbitero, rectori ecclesie de Quatypra, Morinensis diocesis*. Apostolice sedis gratiosa —. Sane tu, ad apostolicam sedem accedens, nobis reverenter et humiliter retulisti quod, cum olim super defectu natalium quem te asseris pati, de clerico in minoribus ordinibus constituto genitus et soluta, tecum ut, hujusmodi non obstante defectu, posses tu, simplex tunc existens clericus, promoveri ad omnes ordines et beneficium ecclesiasticum, curam habens animarum, etiam obtinere, auctoritate apostolica dispensatum fuisset, tandem ad tuam pervenit notitiam quod hujusmodi parentes tui ad invicem tertia consanguinitatis linea se contingunt. Cum autem, te supplicante humiliter tibi super hoc de benignitate apostolica provideri, venerabilis frater noster.. episcopus Sabinensis, penitentiarie nostre curam gerens, audito laudabili testimonio quod tibi de honestate morum et vite ac litterarum scientia perhibetur, de speciali mandato nostro sibi a nobis, oraculo vive vocis, tecum super predicto tuo defectu duxerit dispensandum, prout in patentibus litteris ipsius episcopi suo sigillo signatis plenius continetur, nos, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem episcopo in hac parte factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus.

Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« Guido, miseratione divina Sabinensis episcopus, dilecto in Christo Balduino de Boukerdes presbitero, rectori ecclesie de Quatypra, Morinensis diocesis, salutem in Domino. Accedens ad apostolicam sedem, nobis exponere curavisti quod, cum olim tecum super defectu natalium quem patiebaris, de clerico genitus et soluta, fuisset auctoritate apostolica dispensatum quod, eodem defectu non obstante, posses ad omnes ordines promoveri et obtinere beneficium ecclesiasticum, etiam si curam animarum haberet, tandem ad tuam pervenit notitiam quod parentes tui tertia consanguinitatis linea se contingunt. Quare humiliter supplicasti tibi super hiis per sedem apostolicam misericorditer provideri. Nos itaque, de domini pape, cujus penitentiarie curam gerimus, speciali mandato vive vocis oraculo nobis facto, ut, premissis veris existentibus in sic susceptis ordinibus ministrare et dictam ecclesiam seu aliam, curam animarum habentem, illa de Quatypra dimissa, licite retinere ac recipere possis, predicto defectu et quod tempore impetrationis litterarum per quas de dicta ecclesia tibi dicis esse provisum. super dicta consanguinitate tecum dispensatum non fuerat, nequaquam obstantibus, tecum misericorditer dispensamus. Datum apud Urbemveterem, x kalendas martii, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, idus martii, anno tertio. »

**1449** Orvieto, 25 mars 1264.

Nicolao de Novavilla, clerico Tullensis diocesis, canonicatum et praebendam in ecclesia Metensi confert, non obstante quod in ecclesia Virdunensi in canonicum est receptus. (Reg. 29, fol. 134, n° 499.)

« *Nicolao de Novavilla, clerico Tullensis diocesis*. Devotionis merita dilecti —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas aprilis, anno tertio. »

**1450** Orvieto, 25 mars 1264.

Priorem de Gondricovia, ordinis s. Benedicti, Tullensis diocesis, et cantorem Metensem praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 134. v°, n° 500.)

« *Priori de Gondricovia, ordinis s. Benedicti, Tullensis diocesis, et cantori Metensi*. Devotionis merita dilecti —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas aprilis, anno tertio. »

**1451** Orvieto, 29 février 1264.

Praeposito ecclesiae s. Salvatoris Caesaraugustani mandat ut, obtentu regis Navarrae, Peregrino Balduino, subdiacono et canonico ecclesiae Tutelanae, Tyrasonensis diocesis, de aliquo personatu vel dignitate in eadem ecclesia, decanatu duntaxat excepto, provideat. (Reg. 29, fol. 134 v°, n° 501.)

« *Preposito ecclesie s. Salvatoris Cesaraugustani*. Sedes apostolica personarum —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas martii, anno tertio. »

**1452** Orvieto, 7 février 1264.

Episcopo Claromontensi mandat ut Petro, dicto *Cabrarii*, nullum adhuc beneficium assecuto, de aliquo beneficio ad collationem abbatissae et conventus monasterii de Blasilia, ordinis s. Benedicti, ejusdem diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 134 v°, n° 502.)

« .. *episcopo Claromontensi.* Constitutus in presentia nostra dilectus filius Petrus, dictus *Cabrarii*, clericus Claromontensis diocesis, nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse nullum sit, sicut asserit, ecclesiasticum beneficium assecutus, provideri sibi de benignitate apostolica mandaremus. Cum igitur ipse, quem per dilectum filium magistrum Petrum, archidiaconum Broliensem in ecclesia Agennensi, socium dilecti filii magistri Michaelis, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, examinari fecimus diligenter, dicatur inventus fuisse in litteratura et cantu competenter idoneus ad beneficium ecclesiasticum obtinendum, fraternitati tue mandamus quatenus eidem clerico, dummodo sit idoneus moribus et etate aliudque canonicum non obsistat, de aliquo ecclesiastico beneficio competenti, prebendali vel alio, cum cura vel sine cura, ad collationem vel presentationem dilectarum in Christo filiarum.. abbatisse, et conventus monasterii de Blasilia, ordinis s. Benedicti, ejusdem diocesis, communiter vel divisim spectante, nulli alii de jure debito, si vacat ad presens vel quamcito ad id se facultas obtulerit, si nondum de beneficiis ad earumdem abbatisse et conventus collationem vel presentationem spectantibus, nostras super provisione alicujus direxerimus litteras, auctoritate nostra per te vel per alium providere procures, inducens eum in corporalem ipsius beneficii possessionem et defendens inductum ac faciens ipsum in ecclesia, in qua sibi duxeris providendum, si collegiata existat, in canonicum recipi et in fratrem. Non obstante —. Contradictores —. Ita tamen —. Datum apud Urbemveterem, vii idus februarii, anno tertio. »

**1453** Orvieto, 21 mars 1264.

Cantori ecclesiae Treverensis mandat ut Godefridum de Mernike, clericum Treverensem, nullum adhuc beneficium assecutum, in ecclesia Palatiolensi, ejusdem diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29. fol. 135, n° 503.)

« *Cantori ecclesie Treverensis.* Dilectus filius Godefridus —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas aprilis, anno tertio. »

**1454** Orvieto, 21 février 1264.

Archiepiscopo Cantuariensi mandat ut Simonem, comitem Leycestriae, Rogerium de Cifford, Rogerium de Loyborne, Johannem Giffardi, Guiffredum de Boom et nonnullos alios episcopi Herfordensis sacrilegos invasores, excommunicatos nuntiet. (Reg. 29, fol. 135, n° 504.) [1]

« .. *archiepiscopo Cantuariensi.* Ad nostram noveris audientiam pervenisse quod, in regno Anglie procelloso turbine insurgente, nobiles viri Symon, comes Leycestrie, Rogerus de Cifford, Rogerius de Loyborne, Johannes Giffardi, Guiffredus de Boom, filius.. comitis Herfordensis, Henricus et Symon filii.. comitis Leycestrie, Johannes de Wans Haymon, dictus *Extraneus*, Rudulfus Baseit, et nonnulli alii barones regni ejusdem in venerabilem fratrem nostrum Petrum, episcopum Herfordensem, ausu sacrilego facientes insultum, captis somariis, capella et aliis rebus suis, eum usque ad Herfordensem ecclesiam nequiter fugaverunt in qua ipsum cum suis per quatuor [dies] hostiliter tenentes obsessum, tandem dictam ecclesiam violenter intrare bonaque ipsius episcopi tam in suis mayneriis quam episcopali palatio et alibi reperta, occupare temere presumpserunt, alias eisdem episcopo et ecclesie dampna gravia et injurias irrogando. Demum vero dictus episcopus, ex hiis videns sibi mortis periculum imminere, in manibus prefati Rogeri de Clisserd se reddidit, sperans per eum a morte hujusmodi liberari. Sed idem Rogerus, contra spem de ipso conceptam nequiter veniens, de reliquorum consensu baronum, episcopum ipsum ad quoddam castrum ignominiose fecit adduci, ac ibidem per duodecim septimanas et amplius carcerali mancipatum custodie detineri. Et licet prefatus episcopus carcerem ipsum exiverit, gratia cooperante divina, dicti tamen sacrilegi postmodum invenerunt eundem, requirentes ipsum ut dampna et injurias sibi ab illis in persona et bonis premissis illata, et taliter occupata pro et ipsius ecclesie nomine eis remittere procuraret. Sicque idem episcopus, qui adhuc erat in potestate ipsorum, timens ne redduceretur ad carcerem et deterius sibi contingeret, dampna, injurias et bona premissa per hujusmodi metum qui cadere poterat in constantem, remi-

1. En marge : « *Obtentu domini... Hostiensis concessa est.*

sit et quietavit eisdem, confectis exinde litteris sigillis ipsius episcopi et dilectorum filiorum capituli ecclesie prefate munitis, et de non veniendo contra prestito ab eodem episcopo corporaliter, juramento. Cum autem premissa dicantur in partibus illis adeo esse notoria quod nulla possint tergiversatione celari, fraternitati tue mandamus quatinus, si est ita, dictos sacrilegos, prefato juramento, ad cujus observationem decernas, auctoritate nostra, prefatum episcopum non teneri, ac litteris, remissione et quietatione hujusmodi nequaquam obstantibus, tamdiu, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, excommunicatos per te vel per alium aut alios publice nunties et a tuis suffraganeis et aliis per omnia loca in quibus videris expedire, nuntiari facias necnon ab omnibus artius evitari, donec passo injuriam satisfecerint competenter et cum tuarum testimonio litterarum ad sedem venerint apostolicam absolvendi. Predictos quoque sacrilegos quod eidem episcopo vel procuratori suo, ejus nomine, premissa bona occupata taliter et ablata cum integritate restituant, et de hujusmodi dampnis plenam satisfactionem impendant, monitione premissa, per sententiam excommunicationis in personas dictorum baronum, sicut justum fuerit, appellatione remota, compellas. Quod si forte ipsi hujusmodi excommunicationem, quam in eos rite tuleris, per unum mensem animo sustinuerint indurato, terras eorum ecclesiastico interdicto supponas ac manum tuam contra illos aggraves, prout protervia exegerit eorundem. Non obstante si —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. »

**1455** Orvieto, 26 mars 1264.

Praeposito et capitulo ecclesiae Gebennensis mandat ut Humbertum de Thonens officialem in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 135 v°, n° 505.)

« *Preposito et capitulo ecclesie Gebennensis.* Dilectus filius Humbertus —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas aprilis, anno tertio. »

**1456** Orvieto, 21 février 1264.

Canonicatum et praebendam ecclesiae s. Theobaldi Metensis vacantes per resignationem Werrici, Nicolao presbytero, ejusdem Werrici fratri, confert. (Reg. 29, fol. 135 v°, n° 506.)

« .. *abbati s. Simphoriani Metensis.* Cum, sicut accepimus, dilectus filius Werricus, canonicus ecclesie s. Theobaldi Metensis, canonicatum et prebendam, quos in ecclesia ipsa obtinet, sit resignare paratus, nos, de ipsis dilecto filio Nicolao presbytero, fratri ejusdem Werrici, providere volentes, discretioni tue mandamus quatenus, si est ita, ab eodem W. libera eorumdem canonicatus et prebende resignatione recepta, ipsos eidem presbytero, dummodo sit ydoneus scientia et moribus atque de legitimo matrimonio natus et aliud canonicum non obsistat, auctoritate nostra per te vel per alium conferas et assignes, inducens ipsum in corporalem eorundem possessionem et defendens inductum. Non obstante si —. Contradictores etc. usque compescendo. Proviso tamen quod, postquam in eadem ecclesia pacifice fuerit prebendam adeptus, ecclesiam de Orons, quam obtinet et quam ex tunc vacare decernimus, omnino dimittat et quod, prout onus prebende predicte requirit, personaliter resideat in ecclesia supradicta. Alioquin —. Porro, quia non est verisimile quod quis beneficium de quo vite subsidia percipit, sine magna causa sua sponte resignet, omnino provideas ne super hoc ex parte resignantis vel ipsius Nicolai aut alias quomodolibet aliqua pravitas intercedat. Datum apud Urbemveterem. x kalendas martii, anno tertio. »

**1457** Orvieto, 26 mars 1264.

Infrascriptis mandat ut Michaelem, archipresbyterum Andegavensem, in Andegavensi ecclesia in canonicum recipi faciant, cum assensu Andegavensis episcopi. (Reg. 29, fol. 135 v°, n° 507.)

« .. *de Bellab(ra)nea Cisterciensis et Villelupensis s. Benedicti ordinum abbatibus, Cenomanensis et Turonensis diocesum.* Dilectus filius Michael —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas aprilis, anno tertio. »

**1458** Orvieto, 23 mars 1264

Cum Simone de Perona presbytero, capellano apostolico, ecclesiae s. Leodegarii in ecclesia b. Fursei Peronensis, Noviomensis diocesis, canonico, dispensat ut, non obstante juramento praestito, in eadem ecclesia, apostolorum limina visitans, minime residere valeat. (Reg. 29, fol. 136, n° 508.)

« *Symoni de Perona presbitero, capellano nostro, ecclesie s. Leodegarii in ecclesia b. Fursei Peronensis, Noviomensis*

*diocesis, canonico.* In nostra constitutus —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**1459** Orvieto, 23 mars 1264.

Officialem Noviomensem praedictae dispensationis executorem deputat. (Reg. 29. fol. 136, nº 509.)

« *Officiali Noviomensi.* Dilectus filius Symon —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**1460** Orvieto, 14 mars 1264.

Archiepiscopo, praeposito et capitulo Aquensibus concedit facultatem in canonicum recipiendi Henricum clericum, nepotem H., episcopi Ostiensis et Velletrensis, natum Guillelmi Valantini, militis Aquensis. (Reg. 29, fol. 136, nº 510.)

« *Venerabili fratri . . archiepiscopo, et dilectis filiis . . preposito et capitulo Aquensibus.* Supplicastis nobis per —. Datum apud Urbemveterem, ii idus martii, anno tertio. »

**1461** Orvieto, 12 mars 1264.

Magistro Enufrio, canonico Alifano, mandat ut Petrum de Boiano, clericum et familiarem episcopi Bethleemitani, in possessionem mittat ecclesiae s. Mariae de Vivario Boianensis, ad monasterium s. Lupi de Benevento, ordinis s. Benedicti, spectantis. (Reg. 29, fol. 136, nº 511.)

« *Magistro Enufrio, canonico Alifano.* Cum sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, iiii idus martii, anno tertio. »

**1462** Orvieto, 23 mars 1264.

Pontio, sacriste secundo secularis ecclesiae s. Felicis Gerundensis, obtentu Bernardi de Villacerto, capellani apostolici, archidiaconi de Silva in ecclesia Gerundensis, ejusdem Pontii fratris, canonicatum ecclesiae Gerundensis et praebendam confert per mortem in curia Guillelmi Bernardi de Barra vacantes. (Reg. 29. fol. 136 vº, nº 512.)

« *Pontio, sacriste secundo secularis ecclesie s. Felicis Gerundensis.* Per studia laudabilis —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**1463** Orvieto, 23 mars 1264.

Episcopum Elnensem et abbatem s. Genesii, Elnensis diocesis, praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 136 vº, nº 513.)

« *Episcopo Elnensi et dilecto filio.. abbati s. Genesii, Elnensis diocesis.* Per studia etc. —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**1464** Orvieto, 1er mars 1264.

Bartholomaeo, archidiacono Tripolitano, capellano apostolico, licentiam usque ad triennium prorogat jam antea, obtentu precum quondam marchionis Estensis, concessam, proventus archidiaconatus et praebendae in ecclesia Tripolitana in absentia percipiendi. (Reg. 29, fol. 136 vº, nº 514.)

« *Bartholomeo, archidiacono Tripolitano, capellano nostro.* Sicut lecta nobis —. Datum apud Urbemveterem, kalendis martii, anno tertio. »

**1465** Orvieto, 4 mars 1264.

Cantorem Valonensem et thesaurarium Beritensem praedictae indulgentiae deputat executores. (Reg. 29, fol. 136 vº, nº 515.)

« *Cantori Valonensi et . . thesaurario Beritensi.* Sicut lecta nobis —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas martii, anno tertio. »

**1466** Orvieto, 26 mars 1264.

Patriarchae Jerosolimitano, apostolicae sedis legato, mandat ut Julianum, dominum Sidoniensem, et S., regis Armeniae natam, compellat quod, non obstante ad invicem contracti matrimonii irregularitate, vitam communem agant. (Reg. 29, fol. 137, nº 516.)

« *Patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato.* Ad aures nostras pervenit quod dilectus filius nobilis vir Julianus, dominus Sydoniensis et Bellifortis, nobilem mulierem S., natam karissimi in Christo filii nostri . . regis Armenie, olim sibi matrimonialiter copulavit et genuit filios ex eadem. Sed licet postmodum eadem mulier una cum predictis filiis, de voluntate ipsius J., ad regem accessisset eundem et in partibus Armenie

commoretur, ipsa tamen, quibusdam super hoc impedimentum prestantibus, ad eundem maritum suum redire non curat. Quia vero posset ex hoc oriri scandalum et hinc inde animarum periculum generari, fraternitati tue mandamus quatinus, si tibi constiterit ita esse, prefatum Julianum quod mulierem ipsam recipiat et maritali affectione pertractet, eandemque quod ad virum suum redeat eique affectus exhibeat conjugales, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas aprilis, anno tertio. »

**1467** Orvieto, 30 mars 1264.

Decano et officiali Aurelianensibus mandat ut, amoto magistro Anselmo, capellano apostolico, a praebenda vacante in eorum ecclesia per promotionem Jacobi de Garrandia, episcopi Nannetensis, ipsam jam antea donationi apostolicae reservatam concedendam magistro Petro, archidiacono Senonensi, camerario apostolico, eidem magistro Petro assignent. (Reg. 29, fol. 137, n° 517.)

« *Decano et.. officiali Aurelianensibus.* Clara probitatis merita —. Datum apud Urbemveterem, iii kalendas aprilis, anno tertio. »

**1468** Orvieto, 7 mars 1264.

Archiepiscopo Tarentasiensi mandat ut Jacobo de Supulo, diacono, clerico et familiari ejusdem archiepiscopi, de ecclesiastico beneficio in civitate vel diocesi Augustensi provideat, juxta tenorem litterarum Innocentii papae IIII pro eodem Jacobo, tunc subdiacono ecclesiae Augustensis, jam emanatarum, quarumque quondam Petrus de Supulo et Geraldus de Rivo, canonici Augustenses, executores deputati erant. (Reg. 29, fol. 137, n° 518.)

« *Archiepiscopo Tarentasiensi.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, nonis martii, anno tertio. »

**1469** Orvieto, 7 février 1264.

Abbati b. Mariae de Precibus, Venetensis diocesis, mandat ut magistrum Petrum Foccardi, rectorem ecclesiae s. Melorii, Macloviensis diocesis, eadem rectoria dimissa, in ecclesia Dolensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 137 v°, n° 519.)

« *Abbati monasterii de Precibus, Venetensis diocesis.* Dilectum filium magistrum —. Datum apud Urbemveterem, vii idus februarii, anno tertio. »

**1470** Orvieto, 23 mars 1264.

Fratri Gaufrido, Taurinensi episcopo, concedit ut praeceptoriam sive balliam hospitalis s. Antonii, Viennensis diocesis, in Wasconia una cum episcopatu Taurinensi retinere valeat. (Reg. 29, fol. 137 v°, n° 520.)

« *Fratri Gaufrido, Taurinensi episcopo.* Desideriis tuis in —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**1471** Orvieto, 7 mars 1264.

Archiepiscopo Patracensi mandat ut magistrum Milonem, capellanum G., s. Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis, in ecclesia Patracensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 137 v°, n° 521.)

« *Archiepiscopo Patracensi.* Dilectus filius magister —. Datum apud Urbemveterem, nonis martii, anno tertio. »

**1472** Orvieto, 7 mars 1264.

Magistrum Benedictum Gaietani, capellanum apostolicum, Anagninum, et Egidium de Cavis, Patracensem canonicos, praedictae collationis executores deputat. (Reg. 29, fol. 137 v°, n° 522.)

« *Magistro Benedicto Gaietani, capellano nostro, Anagnino, et Egidio de Cavis, Patracensi canonicis.* Dilectus filius magister —. Datum apud Urbemveterem, nonis martii, anno tertio. »

**1473** Orvieto, 26 février 1264.

Decernit nullum praejudicium in assecutione praebendae Ordonio, canonico Burgensi, generatum fore, ex eo quod alii canonico thesauraria Burgensis collata est. (Reg. 29, fol. 138, n° 523.)

« *Ordonio, canonico Burgensi.* Lecta coram nobis tua petitio continebat quod nos, in causa que inter te et magistrum Navarrum, abbatem sancti Quiriaci in eccle-

sia Burgensi, capellanum nostrum, super seculari abbatia sancti Quiriaci in predicta ecclesia et certis prestimoniis que quislibet vestrum ad se spectare dicebat, ad sedem apostolicam legitime devoluta, dilectum filium nostrum G., tituli sancti Marci presbyterum cardinalem, dedimus partibus auditorem. Idem vero auditor, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, diffinitivam pro dicto magistro sententiam proferens, tibi perpetuum silentium imposuit super illis; et quia venerabilis frater noster . . episcopus Burgensis, ad quem in dicta ecclesia dignitatum, personatuum et abbatiarum secularium collatio pertinet, per suas nobis litteras supplicavit ut, si te contingeret in hujusmodi questione succumbere, tibi de alia dignitate, personatu vel seculari abbatia ejusdem ecclesie, cum prestimoniis cedentis vel decedentis, provideri misericorditer faceremus, idem cardinalis, de speciali mandato nostro vive vocis oraculo sibi facto, personatum vel dignitatem seu abbatiam secularem, predicta et sancti Miliani de Lara ac de Cervatis abbatiis ecclesie predicte dumtaxat exceptis, necnon prestimonia ejus qui cessit vel decessit nulli alii de jure debita, si in predicta ecclesia tunc vacabant, tibi contulit et te de ipsis per suum anulum investivit. Si vero tunc non vacabant ibidem, personatum, dignitatem vel abbatiam quem vel quam primo in predicta ecclesia vacare contingeret, cum prestimoniis cedentis vel decedentis, abbatiis predictis exceptis, tibi conferenda per illum cui mandaremus, donationi apostolice reservavit, decernens irritum et inane quicquid de personatu vel dignitate seu abbatia et prestimoniis hujusmodi apostolica vel quavis auctoritate contingeret attemptari. Ordinavit insuper dictus cardinalis, statuit et providit, dicti auctoritate mandati, quod idem magister N. exhibeat tibi medietatem omnium proventuum et redditunm dicte abbatie sancti Quiriaci et prestimoniorum predictorum de quibus fuit questio inter te et ipsum N., pro anno presenti et etiam pro futuro, nisi forte, medio tempore, aliquis personatus vel dignitas seu abbatia secularis tibi debita, juxta reservationem suam, in ecclesia vacaverit supradicta, prout in litteris inde confectis et ipsius cardinalis sigillo munitis, plenius dicitur contineri; nosque quod pro te in hac parte per eundem cardinalem factum extitit, ratum habentes et gratum ac id auctoritate apostolica confirmantes, . . de Ledesina, et . . de Carrion in ecclesiis Salamantina et Palentina archidiaconis, nostris dedimus litteris in mandatis ut ipsi vel eorum alter, per se vel alium aut alios, te vel procuratorem tuum, nomine tuo, in possessionem dignitatis vel personatus seu abbatie, predictis abbatiis exceptis, necnon prestimoniorum, si vacabant, tempore collationis cardinalis ejusdem, in ecclesia supradicta, inducerent et tuerentur inductum; alioquin de alia dignitate, personatu vel abbatia, cum prestimoniis cedentis vel decedentis, juxta tenorem reservationis cardinalis predicti, tibi, quamprimum ad id se facultas offerret, providere curarent, facientes tibi de medietate predictorum proventuum et reddituum, juxta ordinationem cardinalis prefati, plenam ac debitam satisfactionem impendi. Contradictores etc. usque compescendo. Porro, post hujusmodi reservationem et decretum cardinalis ipsius, sed antequam ad eundem episcopum et capitulum Burgenses pervenirent, vacavit in eadem ecclesia Burgensi thesauraria per mortem Gundisalvi, thesaurarii predicte ecclesie, que alii est collata. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, ut per hoc quoad assecutionem alterius personatus vel dignitatis seu abbatie et prestimoniorum, nullum tibi prejudicium generetur vel possit tibi obstaculum interponi auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, v kalendas martii, anno tertio. »



**1474** Orvieto, 26 février 1264.

De Ledesina et de Carrion in ecclesiis Salamantina et Palentina archidiaconos praedictae provisionis executores deputat. (REG. 29, fol. 138, n° 524.)

« . . *de Ledesina, et . . de Carrion in ecclesiis Salamantina et Palentina archidiaconis.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas martii, anno tertio. »

**1475** Orvieto, 23 mars 1264.

Abbati Vallisaltae et Guillelmo de Suresina, praeposito ecclesiae de Rivalta, Pergamensis et Mediolanensis diocesum, mandat ut Recuperato de Suresina, canonico Pergamensi, obtentu Pivionis de Petrasancta, capitanei Patrimonii b. Petri in Tuscia, in ecclesia de Ponterolio, Mediolanensis diocesis, in canonicum recipi faciant. (REG. 29, fol. 138, n° 525.)

« *Abbati Vallisalte et Guillelmo de Suresina, preposito ecclesie de Rivalta, Pergamensis et Mediolanensis diocesum.* Meritis dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**1476** Orvieto, 30 mars 1264.

Conventui monasterii Villaemagnae, ordinis s. Benedicti, Biterrensis diocesis, mandat ut sibi ipsis de abbate provideant cum consilio Biterrensis episcopi. (Reg. 29, fol. 138 v°, n° 526.)

« *Conventui monasterii Villemagne, ordinis sancti Benedicti, Biterrensis diocesis.* Dispendia que vacantibus ecclesiis et locis ecclesiasticis ex diutina vacatione spiritualiter et temporaliter imminent, juxta pastoralis officii debitum, intenta consideratione pensantes, viam et modum desideranter exquirimus et oportunam libenter operam adhibemus ut locis eisdem et ecclesiis de provisione salubri celeriter succurratur. Sane, prout venerabili fratre nostro . . episcopo Biterrensi accepimus intimante, monasterio vestro olim abbatis regimine destituto et votis vestris in diversa divisis, electiones due, una videlicet de Guillelmo de Bociacis, monacho monasterii Anianensis, ordinis vestri, Magalonensis diocesis, et reliqua de Stephano Aynardi, sacrista ipsius vestri monasterii, fuere ibidem in discordia celebrate. Super electionibus igitur hujusmodi inter prefatum Guillelmum et illos qui eum elegerunt, ex parte una, et eundem sacristam et electores ipsius, ex altera, coram eodem episcopo loci diocesano, auctoritate ordinaria, questione suborta, demum in episcopum ipsum, Bernardum Augerii, sacristam secularis ecclesie sancti Pauli Narbonensis, et Raymundum Marci, juris civilis professorem, fuit super hiis tamquam in arbitros, sub certa pena et juramento hinc inde prestito, concorditer compromissum. Et quia, occasione predictarum electionum, electoribus utrinsque partis inter se, ut predicitur dissidentibus et contendentibus super electionibus memoratis, partes videntur in eodem monasterio jam firmate, nos, diligentius attendentes quod, si utramque predictarum electionem contingeret, justitia suadente, cassari, predicti monasterii vestri provisio, vobis circa illam faciendam discordantibus, in longum verisimiliter protelari et ex hoc idem monasterium, longioris vacationis incomoda deplorando, varia et irreparabilia in spiritualibus et temporalibus posset incurrere detrimenta, presertim cum etiam in loco de Villamagna, in quo abbas ipsius monasterii, qui est pro tempore, temporalem jurisdictionem habere proponitur, inter loci ejusdem incolas, pretextu vacationis premisse, scandalum non modicum, ut dicitur, sit exortum, diligentiam et sollicitudinem adhibere curavimus ut circa id illud per apostolice circumspectionis studium, remedium apponeretur per quod, divina faciente clementia, dampnis et periculis hujusmodi salubriter obvietur. Et ideo, considerantes sollicite quod ad procurandam utilem monasterii ordinationem predicti, episcopi prelibati consilium esse poterit multipliciter fructuosum, volumus et per apostolica vobis scripta precipiendo mandamus ut, si electiones predictas cassari contigerit, vos ipsi monasterio vestro de persona ydonea, de consilio et assensu ipsius episcopi, providere curetis per electionem canonicam in abbatem. Nos enim decernimus irritum et inane si secus fuerit attemptatum. Datum apud Urbemveterem, III kalendas aprilis, anno tertio. »

**1477** Orvieto, 18 octobre 1263.

Abbati de Leyrac, capellano apostolico, mandat ut Petrum de Ulmis in ecclesia Petragoricensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 138 v°, n° 527.)

« . . *abbati de Leyrac, capellano nostro, Tholosane diocesis.* Dilectus filius Petrus de Ulmis, pauper clericus, in nostra proposuit presentia constitutus quod felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, venerabili fratri nostro . . episcopo, et dilectis filiis . . decano et capitulo Petragoricensibus, per suas litteras sub certa forma preces et mandata direxit eisque in virtute obedientie districte precepit ut ipsum clericum, nullum, ut asserit, ecclesiasticum beneficium assecutum, in Petragoricensi ecclesia, in qua non est certus canonicorum numerus nec distinctio prebendarum, recipientes in canonicum et in fratrem, ei de proventibus ipsius sicut uni ex aliis ejusdem ecclesie canonicis providerent. Et tandem, eisdem episcopo, decano et capitulo id efficere non curantibus, Petro Galteri, canonico ecclesie s. Juniani, Lemovicensis diocesis, per alias litteras suas injunxit ut dictum Petrum in eadem Petragoricensi ecclesia per se vel per alium in canonicum et in fratrem recipi ac ei de proventibus ipsius ecclesie, sicut uni ex aliis ejusdem canonicis, si ad id ejus facultates suppeterent, faceret, juxta priorum litterarum continentiam, provideri. Contradictores etc. usque compescendo. Verum, dicto predecessore viam universe carnis ingresso, dictus clericus nullum est ex prefatis litteris commodum assecutus, super quo idem Petrus ad nostram duxit providentiam recurrendum. Nos igitur, obtentu dilecti filii nostri A., basilice duodecim Apostolorum presbyteri cardinalis, nobis super hoc supplicantis, volentes dicto clerico in hac parte gratiam facere specialem, mandamus quatenus, si est ita et non nisi pro

duorum aliorum receptione nostras litteras direximus specialiter in ecclesia supradicta, ad receptionem et provisionem prefati clerici per te vel per alium, auctoritate nostra, procedas, secundum predictarum continentiam litterarum eidem canonico directarum. Non obstante si —. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem. xv kalendas novembris, anno tertio. »

**1478** Orvieto, 28 mars 1264.

Doctoribus in artibus Parisiis regentibus mandat ut magistrum Gualterum de Vaceria eorum consortio quo erat privatus, restituant. (Reg. 29, fol. 139, n° 528.)

« *Universis doctoribus Parisius in artibus regentibus.* Sincere devotionis affectus —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas aprilis, anno tertio. »

**1479** Orvieto, 23 mars 1264.

Kaleritano et Arborensi archiepiscopis mandat faciant ut ab ecclesiis et monasteriis suarum diocesum ac provinciarum Gottifredo, olim de ordine Minorum, episcopo Agrigentino, qui Agrigentinae ecclesiae possessionem secure introire non possit, in L libris tur., annis singulis, provideatur. (Reg. 29, fol. 139, n° 529; Potthast, 18737.)

« *Kaleritano et Arborensi archiepiscopis.* Ad hec Deus —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**1480** Orvieto, 22 mars 1264.

Abbati de Mosonio, Remensis diocesis, mandat ut Johanni, archidiacono de Vitel, in ecclesia Tullensi, germano cantoris Tullensis, capellani apostolici, de praebenda in ecclesia Virdunensi sibi debita provideat. (Reg. 29, fol. 139 v°, n° 530.)

« . . *abbati de Mosonio, Remensis diocesis.* Dilectus filius Johannes, archidiaconus de Vitel in ecclesia Tullensi, germanus dilecti filii . . cantoris Tullensis, capellani nostri, nobis insinuare curavit quod ipse, ad mandatum bone memorie C., Coloniensis archiepiscopi, tunc in partibus illis apostolice sedis legati, qui dicebatur ab eadem habere de conferendis beneficiis potestatem, olim in ecclesia Virdunensi receptus fuit in canonicum et in fratrem; sed postmodum per felicis recordationis, Alexandrum papam, predecessorem nostrum, de fratrum suorum consilio, revocantem receptiones omnium prebendas expectantium vacaturas, preter quatuor in ecclesiis, facto generalis constitutionis edicto, receptio sua in dicta ecclesia Virdunensi, que non erat de hujusmodi quatuor, irritata extitit et cassata. Sed nos postmodum, ejusdem archidiaconi precibus inclinati, receptionem hujusmodi in eadem ecclesia Virdunensi, de speciali gratia et potestatis plenitudine, litterarum nostrarum auctoritate, ad efficaciam integritatis et roboris pristini reducentes, ac statuentes omne jus quod ex eadem receptione sibi acquisitum fuerat et poterat provenire, plenum per omnia resumere ac obtinere vigorem, dilecto filio . . abbati sancti Leonis Tullensis, sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis ut prebendam nulli alii debitam, si qua tunc vacabat ibidem vel quam primum ad id oportunitas se offerret, eidem archidiacono vel procuratori suo, ejus nomine, cum plenitudine juris canonici, conferre curaret, edicto constitutionis et irritationis hujusmodi aliquatenus non obstante, decernentes irritum et inane si secus contingeret attemptari. Et quia a nonnullis proponebatur predictum archiepiscopum potestatem non habuisse beneficia conferendi, tibi per nostras dedimus litteras in mandatis ut, hoc non obstante, eidem archidiacono de prebenda, juxta ordinem receptionis sue, debita, si tunc vacabat ibidem vel quamprimum ad id se offerret oportunitas, provideres per te vel per alium, juxta priorum continentiam litterarum. Verum, quia dictus archidiaconus nondum ibidem prebendam aliquam est adeptus, nos, ipsius supplicationibus inclinati, receptionem suam predictam eum volumus habere vigorem quem haberet si auctoritate apostolica facta esset, ac ipsum archidiaconum, juxta ordinem receptionis ejusdem et vigorem hujusmodi, assequi prebendam in supradicta ecclesia Virdunensi. Quocirca mandamus quatinus eidem archidiacono de prebenda sibi debita, juxta hujusmodi ordinem et vigorem, si vacat ibidem ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, per te vel per alium providere procures. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, xi kalendas aprilis, anno tertio. »

**1481** Orvieto, 14 mars 1264.

Magistro Petro, archidiacono Bruliensi, indulget ut cum archidiaconatu prioratum secularis ecclesiae s. Caprasii Agennensis retinere valeat. (Reg. 29, fol. 139 v°, n° 531.)

« *Magistro Petro, archidiacono Bruliensi in ecclesia Agennensi, subdiacono nostro.* Tue probitatis merita —. In nostra sane constitutus presentia, retulisti quod, cum archidiaconatum Bruliensem, curam animarum habentem annexam, et prebendam, tunc in ecclesia Agennensi vacantes, tibi, tunc ecclesiam de Vernoto, Senonensis diocesis, cui similis cura imminet, obtinenti, dudum de gratia conferri fecimus speciali, postmodum, tuorum pensatis meritorum suffragiis, te gratia volentes prosequi ampliori, constitutione generalis concilii super hoc edita non obstante, ipsam ecclesiam de Vernoto, que per hujusmodi collationem de prefato archidiaconatu tibi factam de jure vacaverat, necnon fructus, redditus et proventus qui a tempore collationis ejusdem ex ecclesia ipsa provenerant, una cum archidiaconatu et prebenda predictis posses licite retinere, donec nostris et ecclesie Romane obsequiis insisteres, et quod interim residere in illis et ad superiores ordines promoveri te facere minime tenereris, tibi, tunc in minoribus ordinibus constituto, per nostras litteras dispensando, duximus concedendum, ac decrevimus nichilominus irritum et inane si quid contra hujusmodi nostram indulgentiam tibi concessam, nostra vel quavis auctoritate, contingeret attemptari. Porro, quia per continua laudabilia actuum studia de virtutibus in virtutes sic evidentibus indiciis utiliter proficere comprobaris ut instanter equitas suadeat quod a benignitate sedis apostolice, que delectatur adesse benemeritis ac prodesse uberiores favores consequaris, nos, tuis supplicationibus effectu benivolo concurrentes, quod, te prefatam ecclesiam de Vernoto, quam auctoritate concessisonis hujusmodi obtines, libere resignante, prioratum secularis ecclesie sancti Caprasii Agennensis, nuper vacantem et hujusmodi curam habentem, per dilectum filium nostrum J., sancte Marie in Cosmidin diaconum cardinalem, tibi auctoritate nostra collatum, una cum prefibatis archidiaconatu et prebenda libere valeas retinere, constitutione predicta seu quibuslibet contrariis predictarum Agennensis et sancti Caprasii ecclesiarum consuetudinibus vel statutis, juramento, confirmatione sedis apostolice aut quocunque alio munimine roboratis, nequaquam obstantibus, tibi auctoritate apostolica indulgemus, proviso quod archidiaconatus et prioratus predicti debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis nullatenus negligatur. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, II idus martii, anno tertio. »

**1482** Orvieto, 31 mars 1264.

Absolutio sententiae excommunicationis et dispensatio super pluribus beneficiis retinendis magistro Michaeli, sanctae Romanae ecclesiae vicecancellario, conceditur. (Reg. 29, fol. 139 v°, n° 532.)

« *Magistro Michaeli, archidiacono Narbonensi, sancte Romane ecclesie vicecancellario.* Laudabilia morum suffragia —. Sane exposuisti nobis quod tu, tunc obtinens rectoriam ecclesie s. Germani, Tholosane diocesis, curam habentem animarum annexam, jura audisti et legisti civilia, licentia super hoc a sede apostolica non obtenta. Quare nobis humiliter supplicasti ut, cum propter hoc vinculo excommunicationis astrictus, divinis postmodum te immiscueris, receperis et etiam tenueris decanatum ecclesie s. Germani Autisiodorensis Parisiensis et Narbonensem archidiaconatum et alia beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, providere tibi super hoc de benignitate sedis apostolice curaremus. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, te ab hujusmodi excommunicationis sententia, juxta formam ecclesie, absolventes, tecum super irregularitate quam ex hoc contraxisse dinosceris, et quod, hoc non obstante, predictos decanatum et archidiaconatum Narbonensem ac beneficia retinere valeas auctoritate presentium dispensamus. Nulli ergo nostre absolutionis et dispensationis etc. Datum apud Urbemveterem, II kalendas aprilis, anno tertio. »

**1483** Orvieto, 2 avril 1264

Officiali Carcassonensi mandat ut Rainaldo Fucherii, clerico Albiensis diocesis, praebendam in ecclesia s. Affrodisii Biterrensis conferat, amoto ab ea Raymundo Radulfi et quolibet alio illicito detentore. (Reg. 29, fol. 140, n° 533.)

« *Officiali Carcassonensi.* Olim constitutus in —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas aprilis, anno tertio. »

**1484** Orvieto, 15 mars 1264.

Magistro Nicolao canonicatum confert in ecclesia Pragensi. (Reg. 29, fol. 140, n° 534; Potthast 18829.)

« *Magistro Nicolao, capellano nostro, scolastico Cracoviensi.* Ex dispensatione quam —. Datum apud Urbemveterem, idus martii, anno tertio. »

**1485** Orvieto, 15 mars 1264.

Episcopum Lubucensem praedictae collationis executorem deputat. (Reg. 29, fol. 140, n° 535.)

« *Episcopo Lubucensi.* Ex dispensatione etc. —. Datum apud Urbemveterem, idus martii, anno tertio. »

**1486** Orvieto, 23 mars 1264.

Dispensatio super residentia personali in beneficiis non facienda clericis conceditur qui servitiis regis Navarrae, comitis Campaniae ac Briae, insistunt vel in futurum insistent. (Reg. 29. fol. 140 v°, n° 536.)

« *Carissimo in Christo filio . . illustri regi Navarre, comiti Campanie ac Brie.* Sincere dilectionis affectus qua personam tuam complectimur nos inducit ut tibi et per te tibi obsequentibus gratiam faciamus. Porrecta siquidem nobis ex parte tua petitio continebat quod olim tibi a sede apostolica fuit indultum ut clerici tui qui obsequiis tuis insistent, proventus beneficiorum suorum cum ea integritate percipere possint, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent si personaliter in ecclesiis, in quibus ea obtinent, residerent. Nos quoque tuis supplicationibus postmodum inclinati, hujusmodi gratiam ampliantes, tibi duximus per nostras litteras indulgendum ut clerici qui tunc insistebant vel in futurum hujusmodi obsequiis insisterent, eisdem obsequiis insistendo, proventus beneficiorum que obtinebant queque ipsos obtinere contingeret, integre, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, perciperent ac si in ecclesiis, in quibus illa obtinebant vel obtinerent in posterum, residentiam facerent personalem. Sane, precibus tuiis inducti, volentes ipsam gratiam facere ampliorem, presentium tibi auctoritate concedimus ut clerici, qui ad presens tuis insistunt obsequiis vel insistent, quocumque nomine censeantur, sive sint in sacerdotali seu in inferioribus ordinibus constituti, proventus beneficiorum hujusmodi necnon et dignitatum ac personatuum, dummodo curam non habeant animarum, quos nunc obtinent, et ratione ipsorum personatuum et dignitatum, de faciendo residentiam in ecclesiis in quibus illos obtinent, non prestiterint juramentum, cum integritate simili percipere valeant qua superius est expressum, non obstante si dicti clerici non fecerint in eisdem ecclesiis primam residentiam consuetam aut contraria ipsarum ecclesiarum consuetudine vel statuto, juramento, confirmatione sedis apostolice aut quacumque firmitate vallato, sive aliqua indulgentia sedis ejusdem de qua cujusque tenore oporteat in nostris litteris plenam et expressam mentionem fieri et per quam hujusmodi gratia impediri valeat vel differri. Ita tamen quod iidem clerici, cum ab hujusmodi obsequiis tuis discesserint, residentiam faciant in suis ecclesiis consuetam. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**1487** Orvieto, 23 mars 1264.

Abbatem s. Dionysii in Francia praedictae concessionis executorem deputat. (Reg. 29, fol. 140 v°, n° 537.)

« *Abbati s. Dionisii in Francia.* Sincere dilectionis affectus —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**1488** Orvieto, 23 mars 1264.

Episcopo Sagiensi non habenti aliqua beneficia ecclesiastica ad collationem suam spectantia, nisi tres ecclesias parrochiales, indulget ut uni clerico de beneficio ecclesiastico ad cujuscumque collationem spectante, providere valeat. (Reg. 29. fol. 140 v°, n° 538.)

« *Episcopo Sagiensi.* Cum sicut ex —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**1489** Orvieto, 31 mars 1264.

Episcopo Anteradensi indulget ut patriarcham Antiochenum metropolitanum, nisi personaliter visitationis officium exerceat, ad visitandum admittere minime teneatur. (Reg 29, fol. 141, n° 539; Potthast 18845.)

« *Episcopo Anteradensi.* Tue pacis querentes —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas aprilis, anno tertio. »

**1490** Orvieto, 31 mars 1264.

Patriarchae Jerosolimitano, apostolicae sedis legato, mandat ut constitutionem de certo canonicorum numero ab episcopo Anteradensi editam confirmet. (Reg. 29. fol. 141, n° 540.)

« . . *patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato.* Lecta coram nobis venerabilis fratris nostri . . episcopi Anteradensis, petitio continebat quod, bone memorie frater Guillelmus, Anteradensis episcopus, predecessor suus, certam et providam in ecclesia sua, de assensu capituli ejus, ordinationem edidit, per quam inter cetera instituit ibidem certum canonicorum numerum et singulis canonicis certos redditus deputavit, singulis canonicis qui tunc erant in ecclesia presentes, in litteris super hujusmodi ordinatione confectis et ipsius predecessoris sigillo munitis, facientibus se subscribi. Cum autem predecessor ipse postmodum singulis canonicis, ad eorum instantiam, ratione prebendarum suarum, per quandam ordinationem quosdam alios redditus prioribus adjunxisset, et de adjunctione hujusmodi specialis scriptura, de ordinatione ac litteris prefatis mentionem faciens, confici debuisset, ipse due ordinationes fuerunt in una confuse, et super ordinatione sic confusa sub data secunde ordinationis littere predecessoris predicti confecte; sed quia in litteris ipsis super sic confusa ordinatione confectis fuerunt nomina canonicorum non solum tunc ibidem presentium et consentientium, verum etiam cujusdam defuncti, utpote qui in priore ordinatione subscripserat, extiterunt per errorem inscripta, dictus episcopus nobis humiliter supplicavit ut providere super hoc misericorditer dignaremur. Nos igitur, ipsius episcopi supplicationibus inclinati, fraternitati tue mandamus quatinus, si est ita, hujusmodi ultimam ordinationem, eadem errore nequaquam obstante, prout alias est provida, per te vel alium auctoritate nostra confirmes et facias inviolabiliter observari. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, II kalendas aprilis, anno tertio. »

**1491** Orvieto, 27 mars 1264.

Archiepiscopo Tarentasiensi indulget ut Bosonem, clericum et physicum ejusdem archiepiscopi, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecutum, in ecclesia Maurianensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 141, n° 541.)

« *Archiepiscopo Tarentasiensi.* Dignum est ut —. Datum apud Urbemveterem, VI kalendas aprilis, anno tertio. »

**1492** Orvieto, 23 mars 1264.

Urbacio, praeposito ecclesiae de Posenga, Quinqueecclesiensis diocesis, nepoti episcopi Prenestini, canonicatum et praebendam in ecclesia Paduana confert. (Reg. 29, fol. 141, n° 542.)

« *Urbacio, preposito ecclesie de Posenga, Quinqueecclesiensis diocesis, nepoti venerabilis fratris nostri . . episcopi Prenestini.* Non est inconveniens —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno tertio. »

**1493** Orvieto, 23 mars 1264.

Episcopum Bononiensem praedictae collationis executorem deputat. (Reg. 29, fol. 141 v°, n° 543.)

« *Episcopo Bononiensi.* Non est inconveniens —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno tertio. »

**1494** Orvieto, 23 mars 1264.

Carulo, canonico Strigoniensi, nepoti episcopi Prenestini, canonicatum et praebendam in ecclesia Veronensi confert. (Reg. 29, fol. 141 v°, n° 544.)

« *Carulo, canonico Strigoniensi, nepoti venerabilis fratris nostri . . episcopi Prenestini.* Illos benigno favore —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno tertio. »

**1495** Orvieto, 23 mars 1264.

Episcopum Bononiensem praedictae collationis executorem deputat. (Reg. 29, fol. 141 v°, n° 545.)

« *Episcopo Bononiensi.* Illos etc. usque —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno tertio. »

**1496** Orvieto, 31 mars 1264.

S. Andreae et Dunkeldensi episcopis mandat ut fratrem Laurentium de ordine Praedicatorum, ipsius electione prius cassata tamquam irregulariter celebrata, si expedire viderint, ecclesiae Ergadiensi praeficiant. (Reg. 29, fol. 142, n° 146.)

« . . *sancti Andree, et . . Dunkeldensi episcopis.* Inter alias sollicitudines —. Sane Ergadiensi ecclesia pastoris solatio destituta, dilecti filii . . decanus, et capitulum ipsius ecclesie, per viam compromissi ad electionem procedere intendentes, tribus ex capitulo ipso providendi eidem ecclesie de pontifice contulerunt unanimiter potestatem. Ipsi autem tres dilectum filium fratrem Laurentium, de ordine fratrum Predicatorum, in episcopum concorditer elegerunt. Presentato itaque nobis per eundem decanum, procuratorem ipsius capituli, hujusmodi electionis decreto, nos venerabili fratri nostro . . Penestrino episcopo, hujusmodi negotium examinandum duximus committendum. Idem vero episcopus, diligenter predicto examinato negotio et plene discusso, que invenit nobis et fratribus nostris fideliter recitavit. Porro, quia invenimus quod predicti tres non communem sed singularem electionem, contra canonum statuta, fecerant, eundem fratrem Laurentium non communiter sed singulariter eligendo, electionem eandem, occasione hujusmodi et non propter ipsius fratris Laurentii persone vitium, cassavimus, justitia suadente. Verum, quia ex fidedignorum relatione accepimus quod eidem fratri Laurentio vite munditia, morum honestas et litterarum scientia suffragantur, et quod ipse in spiritualibus et temporalibus est laudabiliter circumspectus, digne providimus ipsius honorare personam. Quocirca fraternitati vestre, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel alter vestrum, si, consideratis diligenter circumstantiis universis, vobis constiterit predicto fratri Laurentio ad obtinendam episcopalem dignitatem propria merita suffragari, preficiatis ipsum, auctoritate nostra, eidem Ergadiensi ecclesie in episcopum et pastorem et ei faciatis munus consecrationis impendi et a suis subditis obedientiam et reverentiam sibi debitam exhiberi. Contradictores etc. usque compescendo. Recepturi ab eo postmodum, nostro et ecclesie Romane nomine, fidelitatis solite juramentum, juxta formam quam vobis sub bulla nostra mittimus interclusam. Formam autem juramenti quod ipse prestabit, de verbo ad verbum, per ejus patentes litteras ipsius sigillo signatas, per proprium nuntium studeatis quamtotius destinare. Datum apud Urbemveterem, II kalendas aprilis, anno tertio. »

**1497** Orvieto, 13 mars 1264.

Abbati monasterii s. Nicolai in Bosco, Laudunensis diocesis, ad ejusdem abbatis preces, indulget ut Johannem de Cherimont, ejus clericum, de aliquo beneficio ad ejusdem abbatis collationem spectante provideat. (Reg. 29, fol. 142, n° 547.)

« *Abbati monasterii s. Nicolai in Bosco, Laudunensis diocesis.* In nostra constitutus —. Datum apud Urbemveterem, III idus martii, anno tertio. »

**1498** Orvieto, 27 mars 1264.

Priori et conventui monasterii de Monte Herili, ordinis s. Benedicti, Clusinae diocesis, quibus Alexander IIII dedit in mandatis ut Balbinae, relictae quondam Guitti de Bisentio, ecclesiam s. Silvestri de Bisentio, pro constituendo in ea monasterium ordinis s. Damiani, conferrent, significat se concessionem hujusmodi, etiamsi sit per sedem apostolicam confirmata, revocare. (Reg. 29, fol. 142, n° 548; Potthast, 18840.)

« *Priori et conventui monasterii de Monte Herili, ordinis s. Benedicti, Clusine diocesis.* Ex parte vestra —. Datum apud Urbemveterem, VI kalendas aprilis, anno tertio. »

**1499** Orvieto, 27 mars 1264.

Priorem s. Viti de Montali, Perusinae diocesis, praedictae epistolae conservatorem deputat. (Reg. 29, fol. 142 v°, n° 549; Potthast, 18841.)

« *Priorem s. Viti de Montali, Perusine diocesis.* Ex parte dilectorum —. Datum apud Urbemveterem, VI kalendas aprilis, anno tertio. »

**1500** Orvieto, 23 mars 1264.

Plebanum ecclesiae de Carmignaco, Pistoriensis diocesis, executorem deputat mandati n° 529 signati. (Reg. 29, fol. 142 v°, n° 550.)

« *Plebano ecclesie de Carmignaco, Pistoriensis diocesis.* Ad hec Deus —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas aprilis, anno tertio. »

**1501** Orvieto, 28 mars 1264.

Archipresbytero et capitulo ecclesiae s. Johannis in Persiceto, Bononiensis diocesis, mandat ut Guillelmum, eorum con-

canonicum, ad communem ecclesiae mensam et quotidianas distributiones admittant. (Reg. 29, fol. 142 v°, n° 551.)

« *Archipresbitero et capitulo ecclesie s. Johannis in Persiceto, Bononiensis diocesis.* Dilectus filius Guillelmus —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas aprilis, anno tertio. »

**1502** Orvieto, 15 mars 1264.

Sacristae Grassensi mandat ut Bertrandum Attenulfi, capellanum episcopi Niciensis, in ecclesia Sistaricensi in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 142 v°, n° 552 [1].)

« . . *sacriste Grassensi.* Constitutus in presentia nostra dilectus filius Bertrandus Attenulfi, presbiter capellanus venerabilis fratris nostri P. , episcopi Niciensis, nobis significare curavit quod, licet olim . . precentor, et quatuor alii canonici Sistaricensis ecclesie ad prebendam, in ecclesia ipsa vacantem per mortem quondam Johannis Langerii, ejusdem ecclesie canonici, dictum presbiterum in canonicum elegissent, preposito tamen et tribus aliis ecclesie prefate canonicis ei se super hoc opponentibus pro sue libito voluntatis, idem presbiter nec ibidem receptus fuit in canonicum nec prebenda ipsa ei extitit assignata, sicque capitulum ejusdem ecclesie prebendam vacantem taliter per duos annos et amplius detinuerunt et adhuc temeritate propria detinere presumunt. Quare nominatus presbiter humiliter petebat a nobis ut, cum ipse nullum beneficium ecclesiaticum sit adeptus, provideri sibi de prebenda hujusmodi faceremus. Cum autem idem presbiter, quem per dilectum filium magistrum Petrum, archidiaconum Bruliensem in ecclesia Agennensi, examinari fecimus diligenter, inventus fuisse dicatur in litteratura competenter ydoneus ad hujusmodi beneficium obtinendum, nos, obtentu supradicti episcopi Niciensis, qui presbiterum ipsum de honestate morum et vita commendans, apostolicam pro ipso gratiam personaliter imploravit, discretioni tue mandamus quatinus, si quod de vacatione et detentione ipsius prebende proponitur veritate fulcitur, amoto ab eadem quolibet illicito detentore, eam dicto presbitero per te vel per alium, auctoritate nostra conferas et assignes, faciens eum ad prebendam ipsam in dicta ecclesia in canonicum recipi et in fratrem. Non obstante —. Ita tamen quod idem presbiter in ecclesia ipsa residentiam faciat personalem, alioquin predicta dispositio nullius penitus sit momenti. Datum apud Urbemveterem idus martii, anno tertio. »

1. En marge : « *Concessa est de consilio domini Hostiensis.* »

**1503** Orvieto, 2 avril 1264.

De praebenda integra in ecclesia Belvacensi magistro Heliae Peleti, capellano apostolico, cantori ecclesiae s. Hilarii Pictavensis concedenda. (Reg. 29, fol. 142 v°, n° 553.)

« *Johanni Pantaleonis, capellano nostro, Atrebatensi, et magistro Petro Vigerii Parisius commoranti, Xanctonensi canonicis.* Clara dilecti filii magistri Helie Peleti, capellani nostri, cantoris ecclesie s. Ylarii Pictavensis, probitatis merita ejusque laudabilis apud sedem apostolicam conversatio et placida familiaritas, quibus idem magister Helias se reddit in nostris oculis gratiosum, instanter exposcunt ut personam suam, scientia utique ac moribus preditam, et precipuis attollamus favoribus et gratiis potioribus honoremus. Cum igitur in Belvacensi ecclesia plures sint canonici, quorum aliqui dimidias, ut dicitur, juxta ipsius ecclesie antiquam consuetudinem, reliqui vero integras prebendas habere dicuntur idemque capellanus existat de illis canonicis ejusdem ecclesie qui prebendas dimidias obtinent in eadem, eidem capellano, quem nobis ipsius gratiosa merita gratum reddunt, volentes in hac parte gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus quatenus vos vel alter vestrum, per vos vel per alium aut alios, ipsi de prebenda integra, si qua vacat ad presens in predicta Belvacensi ecclesia vel quamcito ad id obtulerit se facultas, providere curetis, ipsum vel alium, ejus nomine, in possessionem corporalem ejusdem prebende auctoritate nostra inducentes et defendentes inductum. Contradictores autem etc. usque compescendo. Non obstante —. Volumus autem quod prefatus magister Helyas predictam prebendam, quam in eadem ecclesia obtinet quamque, postquam ibidem prebendam integram fuerit pacifice assecutus, vacare decernimus, omnino dimittat. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas aprilis, anno tertio. »

**1504** Orvieto, 28 mars 1264.

Episcopo Ambianensi mandat ut, inquisitione de scientia et moribus praehabita, Waltero, dicto *Maligre*, nullum adhuc

beneficium ecclesiasticum assecuto, de aliquo beneficio ad praesentationem abbatis et conventus monasterii s. Mariae de Syriaco, Praemonstratensis ordinis, in diocesi Ambianensi, spectante provideat. (Reg. 29, fol. 143, nº 554.) [1]

« *Episcopo Ambianensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas aprilis, anno tertio. »

**1505** Orvieto, 1er avril 1264.

Episcopo Foropopuliensi mandat ut in ecclesia s. Trinitatis de Bretonorio, Foropopuliensis diocesis, ab antiquo a quatuor clericis deserviri solita, et in qua unus tantum clericus tunc existit, Hugolinum Rambertelli diaconum, nullum beneficium ecclesiasticum adhuc assecutum, obtentu Malatestae de Verucclo, in clericum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 143, nº 555.)

« *Episcopo Foropopuliensi.* Significavit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, kalendis aprilis, anno tertio. »

**1506** Orvieto, 23 mars 1264.

Decano ecclesiae s. Blasii in Bruneswic, Hildesemensis diocesis, mandat ut Gerardum de Niemborg, nullum adhuc ecclesiasticum beneficium assecutum, in ecclesia Buccensi, Bremensis diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. fol. 143, vº, nº 556.)

« *Decano ecclesie s. Blasii in Bruneswic, Hildesemensis diocesis.* Significavit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**1507** Orvieto, 4 avril 1264.

Episcopo Terracinensi mandat ut, obtentu J., ss. Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, Petrum clericum natum Henrici, dicti *Scriniarii*, de Piperno, in aliqua ecclesia Pipernensi, majori duntaxat excepta, in clericum recipi faciat eique de beneficio provideat. (Reg. 29, fol. 143 vº, nº 557.)

« *Episcopo Tarracinensi* (sic). Volentes obtentu dilecti —. Datum apud Urbemveterem, ii nonas aprilis, anno tertio. »

1. En marge : « *Ad instantiam fratri Gaufredi marescalci domini nostri fuit concessa.* »

**1508** Orvieto, 1er avril 1264.

Patriarchae Jerosolimitano, apostolicae sedis legato, mandat ut in ecclesia Nazarena Guidonem de Paladru pro priore haberi faciat. (Reg. 29, fol. 143 vº, nº 558.)

« *Patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato.* Olim ecclesia Nazarena, ordinis s. Augustini, vacante priore, nos dilectum filium Guidonem de Paladru, ejusdem ordinis, eidem ecclesie in priorem dicimur prefecisse, non obstante si venerabilis frater noster, archiepiscopus Nazarenus, creasset ibidem aliquem in priorem, certis eidem Guidoni super hoc executoribus per nostras litteras deputatis. Sane frater Sanctius, ejusdem ecclesie canonicus, asserens quod predictus archiepiscopus ipsum auctoritate propria in priorem ecclesie memorate prefecerat, ab eisdem executoribus sufficienti conficto gravamine, ad sedem apostolicam dicitur appellasse. Cumque venerabilem fratrem nostrum . . episcopum Albanensem, deputavissemus in hujusmodi negotio auditorem, ipse, diligenter auditis que dictus Sanctius voluit proponere coram ipso, ea nobis fideliter referre curavit. Demum vero, eodem S. jus si quod sibi competebat in ipsius ecclesie prioratu, libere in nostris manibus resignante, voluimus quod idem G. prior ipsius ecclesie remaneret. Nos igitur, dilectorum filiorum capituli ecclesie predicte supplicationibus inclinati, fraternitati tue mandanus quatenus eundem Guidonem ibidem haberi facias pro priore, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Contradictores usque etc. compescendo. Datum apud Urbemveterem, kalendis aprilis, anno tertio. »

**1509** Orvieto, 2 avril 1264.

Hugoni, dicto *Flaman*, presbitero, perpetuo capellano in ecclesia Laudunensi, promissionem factam ab abbate et conventu monasterii s. Michaelis in Therasca, ordinis s. Benedicti, Laudunensis diocesis, de aliquo beneficio in eadem diocesi conferendo, ob memoriam quondam Johannis de Brueriis, civis Laudunensis, Hugonis patris, et obtentu A., tituli s. Praxedis presbiteri cardinalis, confirmat. (Reg. 29, fol. 143 vº, nº 559.)

« *Hugoni, dicto* Flaman, *presbitero, perpetuo capellano in ecclesia Laudunensi.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas aprilis, anno tertio. »

**1510** Orvieto, 4 avril 1264.

Praeposito et capitulo Sistaricensibus mandat ut Raymun-

dum de Mura clericum, consanguineum episcopi Niciensis, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 144, n° 560.)

« *Preposito et capitulo Sistaricensibus.* Ex parte vestra —. Datum apud Urbemveterem, II nonas aprilis, anno tertio. »

**1511** Orvieto, 5 avril 1264.

Magistro Theobaldo, officiali magistri Petri, archidiaconi Senonensis, camerarii apostolici, obtentu ejusdem camerarii, ecclesiam s. Firmini de Bosco prope Castrum Renardi, Senonensis diocesis, vacantem per resignationem Symonis de Carnoto, decani Nivernensis, confert. (Reg. 29, fol. 144, n° 561.)

« *Magistro Theobaldo, officiali dilecti filii magistri Petri, archidiaconi Senonensis, camerarii nostri.* Cum digni sint —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**1512** Orvieto, 9 avril 1264.

Officialem et magistrum Gilonem, dictum *Cornutum*, canonicum Senonenses praedictae collationis executores deputat. (Reg. 29, fol. 144, n° 562.)

« *Officiali et magistro Giloni, dicto* Cornuto, *canonico Senonensibus.* Cum digni sint —. Datum apud Urbemveterem, V idus aprilis, anno tertio. »

**1513** Orvieto, 28 mars 1264.

Abbati monasterii Rivipollensis mandat permittat Bernardum Fabri, clericum ecclesiae s. Petri de Rivipollo, Vicensis diocesis, in eadem ecclesia in minoribus ministrare, etsi homicida existat. (Reg. 29, fol. 144, n° 563.)

« . . *abbati monasterii Rivipollensis, ordinis s. Benedicti, Vicensis diocesis.* Bernardus Fabri presbyter, clericus ecclesie s. Petri de Rivipollo, Vicensis diocesis, sua nobis petitione monstravit quod, cum ipse quondam Bartholomeum, laicum, fratrem suum, super eo quod idem laicus bona sua et dicti presbyteri dabat et consumebat enormiter, corrigendo pluries increparet, accidit quod, die quadam, dictus laicus adeo propter hoc verbis contumeliosis presbyterum provocavit eundem quod ipse presbyter, non animo interficiendi seu ledendi sed corrigendi potius super hoc, cum in capite quodam fuste percussit. Et licet vulnus illatum cura periti medici potuisset facile in spem provenire salutis, lesi tamen negligentia et incuria imperiti medici, qui capud ejusdem lesi ultra modum incidit, prefatus laicus post dies aliquot expiravit. Quia vero tu, ad quem in dicta ecclesia et in villa de Rivipollo, in qua sita est ipsa ecclesia, omnimoda jurisdictio spiritualis et temporalis pertinere dicitur, potes de facto et facti circumstantiis habere notitiam pleniorem, discretioni tue mandamus quatenus, si est ita et jamdictus presbyter non habeat aliunde sustentari aliudque canonicum non obsistat, permittas eum, hoc non obstante, ministrare in minoribus ordinibus in prefata ecclesia et retinere beneficium quod sine cura dicitur obtinere —. Datum apud Urbemveterem, V kalendas aprilis, anno tertio. »

**1514** Orvieto, 29 mars 1264.

Plebano plebis s. Petri in Pisside, Florentinae diocesis, mandat ut Monti diacono, rectori ruralis ecclesiae s. Mariae de Monte Madii in Bosco, Senensis diocesis, de cujus proventibus pro tertia anni parte vix valeat sustentari, in ecclesia s. Laurentii in Curtina, Florentinae diocesis, in clericum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 144, n° 564.)

« *Plebano plebis s. Petri in Pisside, Florentine diocesis.* Dilectus filius Monte —. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas aprilis, anno tertio. »

**1515** Orvieto, 1er mars 1264.

Archipresbytero ecclesiae s. Vincentii, Bononiensis diocesis, capellano apostolico, mandat ut Petro Martini, Minduniensi canonico, praebendam assignari faciat. (Reg. 29, fol. 144 v°, n° 565.)

« *Archipresbitero ecclesie s. Vincentii, Bononiensis diocesis, capellano nostro.* Accepimus dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, kalendis martii, anno tertio. »

**1516** Orvieto, 1er mars 1264.

Decano ecclesiae Thoarcensis mandat ut Guillelmo de Niorto, perpetuo capellano ecclesiae s. Petri de Merulo, Pictavensis diocesis, in ecclesia seculari b. Radegundis Pictavensis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 144 v°, n° 566.)

« . . *decano ecclesie Thoarcensis, Pictavensis diocesis.* Volentes dilecto filio Willelmo de Niorto, presbytero, perpetuo capellano ecclesie sancti Petri de Merulo, Pictavensis diocesis, qui de proventibus capellanie ipsius ecclesie, juxta persone sue decentiam, nequit, ut asserit, comode sustentari, gratiam facere specialem, discretioni tue mandamus, quatenus eundem Willelmum, qui per dilectum filium magistrum Petrum, archidiaconum Bruliensem in ecclesia Agennensi, examinatus diligenter, dicitur inventus in litteratura competenter ydoneus, dummodo aliud canonicum non obsistat, in seculari ecclesia beate Radegundis Pictavensis, dummodo ibidem pro alio non direxerimus scripta nostra, per te vel per alium auctoritate nostra recipi facias in canonicum et in fratrem, et ei de prebenda, si qua vacat ad presens in ipsa vel quam primum ad id obtulerit se facultas, provideas vel facias provideri. Non obstante —. Contradictores etc. usque compescendo. Proviso quod —. Datum apud Urbemveterem, kalendis martii, anno, tertio. »

**1517** Orvieto, 16 mars 1264.

Archipresbytero ecclesiae s. Laurentii, Foroliviensis diocesis, mandat ut, obtentu episcopi Penestrini et R., s. Angeli diaconi cardinalis, Petrum de Lambertinis, canonicum Bononiensem, de aliquo beneficio in Bononiensi diocesi, curam non habente animarum annexam, provideat. (Reg. 29, fol. 144 v°, n° 567.)

« *Archipresbitero ecclesie s. Laurentii, Foroliviensis diocesis.* Honestatis exolvimus debitum —. Datum apud Urbemveterem, xvii kalendas aprilis, anno tertio. »

**1518** Orvieto, 5 avril 1264.

Magistro Miloni, forisdecano Brivatensi, centum libras turonenses de pecuniis mercatorum Senensium assignat. (Reg. 29, fol. 145, n° 568.)

« *Magistro Miloni, forisdecano Brivatensi, Claromontensis diocesis, nuntio nostro.* Olim experiri volentes an reprobis Senensibus, pro sua indevotione per sedem apostolicam vinculo excommunicationis astrictis, daret salubris vexatio intellectum et eos ad devotionem ecclesie revocaret, te propter hoc ad partes Francie duximus destinandum, tibi per litteras nostras injuncto ut eosdem Senenses tamquam excommunicatos faceres ab omnibus artius evitari et interdiceres debitoribus eorundem ne ipsis Senensibus sic ligatis de suis debitis satisfacerent, sine nostra licentia speciali, et postmodum quod de ipsis debitis usque ad summam sex milium marcarum sterlingorum dilectis filiis civibus Lucanis, quos dicti Senenses graviter afflixerunt, faceres exhiberi. Verum quia, sicut asseris, super percipiendis procurationibus ab aliquibus ecclesiis nullam tibi concessimus facultatem, pro equis et vestibus tuis non minimam de proprio expendisti pecunie quantitatem. Quare nobis humiliter supplicasti ut providere tibi super hoc misericorditer curaremus. Volentes igitur quod centum libras turonenses, pro anno presenti duntaxat, habeas de pecuniis Senensium predictorum, quas de mandato nostro ab eorum debitoribus exegisti vel exiges in futurum, presentium tibi auctoritate concedimus ut hujusmodi centum libras recipias et exigas de pecuniis memoratis. Contradictores etc. usque compescendo. Non obstante si —. Volumus autem quod hujusmodi centum libris penitus sis contentus et quod de pecuniis debitis dilectis filiis Rolando Bonsegnori, Francisco Guidi et eorum sociis, civibus et mercatoribus Senensibus, devotis nostris, te propter hoc nullatenus intromittas, maxime cum eos a sententiis in cives Senenses generaliter promulgatis, duxerimus excludendos —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**1519** Orvieto, 8 avril 1264.

Petro de Sabello, nepoti J., s. Mariae in Cosmidin diaconi cardinalis, canonicatum ecclesiae Remensis et praebendam confert. (Reg. 29, fol. 145, n° 569.)

« *Petro de Sabello, canonico Remensi, nepoti J., s. Marie in Cosmidin diaconi cardinalis.* Personas generis nobilitate —. Datum apud Urbemveterem, vi idus aprilis, anno tertio. »

**1520** Orvieto, 8 avril 1264.

Magistro Bartholomaeo de Mutina majoris et Petro Ponelli s. Gaugerici ecclesiarum Cameracensium canonicis, capellanis apostolicis, praedictae collationis committit executionem. (Reg. 29, fol. 145, n° 570.)

« *Magistro Bartholomeo de Mutina majoris et Petro Ponelli s. Gaugerici ecclesiarum Cameracensium canonicis, capellanis nostris.* Personas etc. —. Datum apud Urbemveterem, vi idus aprilis, anno tertio. »

**1521** Orvieto, 18 mars 1264.

Statutum de castro Gich in feudum non concedendo, editum ab episcopo et capitulo Bambergensibus, confirmat. (Reg. 29, fol. 145, n° 571.)

« . . *episcopo et dilectis filiis capitulo Bambergensibus.* Statuta illa provida —. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod tam olim a predecessoribus vestris quam postmodum a vobis in ecclesia vestra fuit provida deliberatione statutum et juramento etiam roboratum ut, si castrum Gich, cum juribus et pertinentiis suis, et quedam alia bona que . . dux Moranie, qui esset pro tempore, ab ecclesia Bambergensi tenebat in feudum, ad eam redire contingeret, in feudum nulli concederentur in posterum nec vos id permitteretis fieri nec ad id assensum aliquatenus prestaretis. Quia vero hujusmodi statutum, sicut asseritis, in evidentem utilitatem ecclesie prefate redundat, nos, vestris supplicationibus inclinati, statutum ipsum, sicut provide factum est, ratum et firmum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo nostre confirmationis etc. — Datum apud Urbemveterem, xv kalendas aprilis, anno tertio. »

**1522** Orvieto, 1er avril 1264.

Episcopo et capitulo Mindoniensibus mandat ut Petrum Fernandi presbyterum, clericum chori eorum ecclesiae, in qua per viginti annos servivit, si expedire viderint, in portionarium recipiant eique de portione trium marcarum provideant. (Reg. 29, fol. 145 v°, n° 572.)

« *Episcopo et dilectis filiis capitulo Mindoniensibus.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, kalendis aprilis, anno tertio. »

**1523** Orvieto, 27 mars 1264.

Praeposito et capitulo ecclesiae s. Stephani de Rapallo, Januensis diocesis, concedit facultatem Confortum de Sigestro presbyterum in canonicum recipiendi eique de praebenda providendi. (Reg. 29, fol. 145 v°, n° 573.)

« *Preposito et capitulo ecclesie s. Stephani de Rapallo, Januensis diocesis.* Cum, sicut petitio —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas aprilis, anno tertio. »

**1524** Orvieto, 4 avril 1264.

Praeposito et capitulo ecclesiae Januensis mandat ut Guidonem, canonicum ecclesiae s. Laurentii Albinganensis, clericum et familiarem Andreae de Lavania, capellani apostolici, archidiaconi Januensis, nepotis Innocentii papae IIII, obtentu ejusdem Andreae de Lavania, in canonicum recipiant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 145 v°, n° 574.)

« *Preposito et capitulo ecclesie Januensis.* Sperans et confidens —. Datum apud Urbemveterem, ii nonas aprilis, anno tertio. »

**1525** Orvieto, 1er avril 1264.

Thesaurariam et praebendam Anteradenses Manfredo, electo Veronensi, reservat retinendas. (Reg. 29, fol. 145 v°, n° 575.)

« *Manfredo de Robertis, electo Veronensi.* Obsequiosa devotio et —. Cum itaque Veronensis ecclesie facultates, propter guerrarum discrimina, sint non modicum diminute tuque magnis tenearis debitis obligatus, nos, tuis supplicationibus inclinati, thesaurariam et prebendam, quas in Anteradensi ecclesia, promotionis tue tempore, obtinebas, ad instar felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, tibi usque ad quinquennium auctoritate apostolica reservantes ac decernentes illas interim non vacare et irritum et inane si quid de ipsis contra hujusmodi reservationis nostre tenorem apostolica vel quavis auctoritate a quoquam contigerit attemptari, predicta tibi auctoritate concedimus ut eas una cum episcopatu Veronensi, usque ad nostrum beneplacitum, non obstante constitutione contraria seu qualibet dicte sedis indulgentia, valeas retinere. Nulli ergo nostre reservationis, constitutionis et concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, kalendis aprilis, anno tertio. »

**1526** Orvieto, 26 octobre 1263.

Bertrando Ymonis indulget ut ecclesiam s. Medardi prope Angiam licite retinere valeat. (Reg. 29, fol. 146, n° 576.)

« *Bertrando Ymonis, rectori ecclesie s. Medardi prope Angia[m], Xanctonensis diocesis.* Lecta coram nobis tua petitio continebat quod, cum nos venerabili fratri nostro . . episcopo Xanctonensi, sub ea forma secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis interdum scribere consuevimus, nostris dederimus litteris in

mandatis ut tibi de beneficio ecclesiastico, ad suam vel alterius cujuscumque collationem spectante, etiam si curam animarum haberet, in Xanctonensi civitate vel diocesi, si tunc vacabat ibidem vel quamprimum ad id se offerret oportunitas, per se vel per alium provideret, contradictores etc., usque compescendo, dilectus filius Gaufridus de Barreto, canonicus Xanctonensis, cui dictus episcopus commiserat super hoc vices suas, ecclesiam s. Medardi prope Angiam, Xanctonensis diocesis, tunc vacantem, in qua dilecti filii capitulum Engolismense jus obtinent patronatus, tibi contulit, auctoritate hujusmodi litterarum, quam tu, nullo contradicente, per quinque menses et amplius possedisti et adhuc possides pacifice et quiete, fructus percipiens ex eadem. Quare nobis humiliter supplicasti ut providere tibi super hoc misericorditer dignaremur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, ut, premissis veris existentibus, non obstante declaratione felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, super hoc edita, videlicet quod ille cui sub premissa forma scribitur, si habet aliqua beneficia ad suam collationem spectantia, non possit illo pro quo scriptum est providere de beneficiis alienis, ecclesiam ipsam licite retinere valeas, tibi auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas novembris, anno tertio. »

**1527** Orvieto, 9 avril 1264.

Officiali et archidiacono Remensibus ac magistro Petro Vigerii, canonico Xanctonensi, mandat ut a Petro de Feleiz ecclesiae s. Germani de Tossus, Parisiensis diocesis, resignatione recepta, ejusdem rectoriam magistro Girardo de Briva, pauperi clerico, nullum adhuc beneficium assecuto, assignent. (Reg. 29, fol. 146, n° 577.)

« .. *officiali, .. archidiacono Remensibus et magistro Petro Vigerii, canonico Xanctonensi.* Cum, sicut dilectus —. Datum apud Urbemveterem, V idus aprilis, anno tertio. »

**1528** Orvieto, 26 mars 1264.

Archiepiscopo Bisuntino et abbati de Crista, Cisterciensis ordinis, Lingonensis diocesis, negotium rectoriae de Ayo committit. (Reg. 29, fol. 146, n° 578.)

« *Archiepiscopo Bisuntino et dilecto filio .. abbati de Crista, Cisterciensis ordinis, Lingonensis diocesis.* Dilectus filius Urricus de Luxovio, pauper clericus Bisuntine diocesis, nobis exposuit quod nos olim, intellecto quod Jacobus de Claromonte, canonicus Metensis, rector ecclesie de Ayo, ejusdem diocesis, intendebat eandem ecclesiam resignare, quondam .. decano Bisuntino, nostris dedimus litteris in mandatis ut, a dicto Jacobo ipsius ecclesie libera resignatione recepta, eam predicto magistro Urrico conferre et assignare curaret ipsumque in illius corporalem possessionem induceret et tueretur inductum. Contradictores etc. usque compescendo. Sane, dicto decano, re integra existente, viam universe carnis ingresso, et duobus super decanatu ecclesie Bisuntine litigantibus, prefatus magister Urricus nullum est ex hoc, sicut asseritur, commodum assecutus. Unde prefatus magister nobis humiliter supplicavit ut providere in hac parte sibi de benignitate sedis apostolice curaremus. Quocirca discretioni vestre mandamus quatenus super hoc vos vel alter vestrum, per vos vel alium seu alios, procedere studeatis, juxta priorum continentiam litterarum. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas aprilis, anno tertio. »

**1529** Orvieto, 28 mars 1264.

Abbati s. Martini Glandariensis mandat ut Eberwino presbytero, canonico s. Arnualis Metensis, quamcito de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 146, n° 579.)

« .. *abbati s. Martini Glandariensis, Metensis diocesis.* Sua nobis dilectus filius Eberwinus presbyter, canonicus s. Arnualis, Metensis diocesis, petitione monstravit quod ipse olim, octo annis et amplius jam elapsis, receptus fuit in eadem ecclesia canonice, auctoritate litterarum bone memorie P., s. Georgii ad Velum aureum diaconi cardinalis, tunc in illis partibus apostolice sedis legati, in canonicum et in fratrem. Et licet hujusmodi sua receptio per constitutionem felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, cassata fuerit et tandem dictus predecessor ipsum E. plene restituerit, de gratia speciali, ad jus et canonicatum ecclesie supradicte, nulli sibi super hoc executore concesso, nondum tamen est in ea prebendam aliquam assecutus. Cum igitur sit indignum ut idem presbyter inane canonici nomen gerat, discretioni tue mandamus quatenus, si tibi consterit (*sic*) ita esse, dicto canonico de prebenda sibi de jure debita, si vacat ibidem

ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, auctoritate nostra per te vel per alium providere procures. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, v kalendas aprilis, anno tertio. »

**1530** Orvieto, 3 avril 1264.

Johanni de Inter-duas-aquas et Symoni de Putheolis, canonicis Senonensibus, mandat ut Giloni, dicto *Cornuto*, canonico Nivernensi, de aliquo personatu vel dignitate in ecclesia Niversensi provideant. (Reg. 29, fol. 146 v°, n° 580.)

« *Johanni de Inter-duas-aquas et Symoni de Putheolis, canonicis Senonensibus.* Adjutos virtutum meritis —. Hinc est quod nos, attendentes laudabile testimonium, quod dilecto filio magistro Giloni, dicto *Cornuto*, canonico Nivernensi, de honestate morum et vite ac litterarum scientia perhibetur, tum propter hoc, tum etiam obtentu dilecti filii magistri Petri, archidiaconi Senonensis, camerarii et capellani nostri, qui canonicum ipsum nobis affectuosis precibus commendavit, volentes sibi gratiam facere specialem, discretioni vestre mandamus quatenus vos vel alter vestrum, per vos vel alios seu alium, eidem canonico de aliquo personatu vel dignitate aut officio ecclesiastico, ad cujuscumque collationem spectante, si in ecclesia Nivernensi vacat ad presens vel quam cito se facultas obtulerit, dummodo illius, ad quem spectat collatio hujusmodi personatus vel dignitatis aut officii, accedat assensus, auctoritate nostra providere curetis, eumque vel procuratorem suum, ejus nomine, in possessionem illius inducatis et defendatis inductum, facientes ipsum ad dignitatem vel personatum aut officium hujusmodi, de quo sibi provideri contigerit, cum debitis et consuetis sollempnitatibus admitti in ecclesia memorata. Non obstante si —. Contradictores etc., usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, III nonas aprilis, anno tertio. »

**1531** Orvieto, 9 avril 1264.

Praeposito ecclesiae Sicliniensis, Tornacensis dioecesis, et magistro Wiberto, canonico Atrebatensi, capellanis apostolicis, mandat ut Guillelmum de Liskes in ecclesia Morinensi in canonicum recipi faciant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 146 v°, n° 581.)

« *. . preposito ecclesie Sicliniensis, Tornacensis diocesis, et magistro Wiberto, canonico Atrebatensi, capellanis nostris.* Lecta coram nobis dilecti filii Guillelmi de Liskes, canonici ecclesie s. Vulfrani in Abbatisvilla, Ambianensis diocesis, consanguinei dilecti filii Guillelmi, capellani nostri, prepositi Furnensis, petitio continebat quod nos bone memorie . . Morinensi episcopo, dedimus per nostras litteras in mandatis ut ipse in ecclesia Morinensi, in qua prebendarum collatio pertinebat ad eum, eidem G. de Liskes de prebenda, si qua tunc vacabat vel quamcito facultas occurreret, provideret, faciens eum in ecclesia ipsa ad prebendam eandem, postquam sibi de illa vacante provisum existeret, in canonicum recipi et in fratrem. Nos autem prebendam tunc proximo vacaturam in dicta ecclesia Morinensi, conferendam predicto G. de Liskes, donationi apostolice reservantes, irritum et inane per litteras ipsas decrevimus si de prebenda hujusmodi secus contingeret attemptari. Sane, predicto episcopo post receptionem litterarum ipsarum viam universe carnis ingresso ac inter eundem G. de Liskes et magistrum Dionisium Lemovicensem, canonicum ipsius ecclesie Morinensis, super prebenda que medio tempore per mortem quondam magistri Johannis, dicti *Colon*, ejusdem ecclesie Morinensis canonici, vacavit ibidem, orta materia questionis, nos demum venerabilem fratrem nostrum . . episcopum Albanensem, in questione hujusmodi, per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluta, dedimus partibus auditorem, qui, cognitis cause meritis et juris ordine observato, prebendam ipsam Dyonisio adjudicavit eidem, dicto G. de Liskes super ea perpetuum silentium imponendo. Quare humiliter petebat a nobis ut, cum ipse nullum ex predictis litteris sit commodum assecutus, sed potius graves, occasione hujusmodi, labores subierit et expensas, providere super hoc ei de benignitate apostolica curaremus. Nos itaque, hujusmodi suis laboribus et expensis paterno compatientes affectu ac volentes quod ei de litteris ipsis utilitas debita producatur, mandamus quatenus, si est ita, dictum G. de Liskes facientes ex nunc in eadem ecclesia Morinensi, dummodo non nisi pro tribus in eadem direxerimus scripta nostra, auctoritate nostra, per vos vel alium seu alios, in canonicum recipi et in fratrem, sibi de prebenda ibidem provideatis, juxta dictarum continentiam litterarum. Non obstante si —. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno tertio. »

**1532** Orvieto, 12 avril 1264.

Episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato et archiepiscopo

Narbonensi, mandat ut Bernardo Laguiselli, juris civilis professori, capellano apostolico, Biterrensi canonico, ejusdem archiepiscopi familiari canonicatum ecclesiae Narbonensis et praebendam conferant. (Reg. 29, fol. 146 v°, n° 582.)

« . . *episcopo Sabinensi, apostolice* (*sedis*) [1] *legato, et archiepiscopo Narbonensi,* Advertentes dignaque consideratione —. Datum apud Urbemveterem, II idus aprilis, anno tertio. »

**1533** Orvieto, 28 mars 1264.

Episcopo Sabinensi mandat ut, a Guillelmo de Sezacio rectoriae ecclesiae s. Ypoliti, Nemausensis diocesis, resignatione recepta, eamdem rectoriam Johanni de Sumena, rectori ecclesiae de Scalis, Narbonensis diocesis, familiari ejusdem episcopi praedictique Guillelmi nepoti, assignet, non obstantibus privilegiis episcopo Nemausensi concessis, ad quem ejusdem ecclesiae collatio pertinere dicitur. (Reg. 29, fol. 147, n° 583.)

« *Episcopo Sabinensi.* Cum sicut ex —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas aprilis, anno tertio. »

**1534** Orvieto, 13 avril 1264.

Archidiacono Meldensi mandat ut Johanni, dicto *de Meldis,* in ecclesia Cenomanensi jam canonico recepto, de praebenda in eadem ecclesia quamcito provideat. (Reg. 29, fol. 147, n° 584.)

« .. *archidiacano Meldensi.* Dilectus filius magister Johannes, dictus *de Meldis*, canonicus ecclesie Cenomanensis, sua nobis petitione monstravit quod nos olim.. preposito de Ingreio in ecclesia Carnotensi, et magistro Hugoni, dicto *Burgundo*, canonico ecclesie s. Mederici Parisiensis, sub certa forma per nostras dedimus litteras in mandatis ut eum in eadem ecclesia Cenomanensi, per se vel alium, recipi facerent in canonicum et in fratrem eique providerent de prebenda, si tunc vacabat ibidem vel quamprimum ad id oportunitas se offerret. Contradictores etc. usque compescendo. Nos quoque decrevimus irritum et inane si secus de prebenda hujusmodi contingeret attemptari. Cum autem magister Ademarus, canonicus ecclesie de Credulio, cui dicti executores super hoc vices suas, donec eas ad se revocarent, commiserant, intenderet super hoc mandatum apostolicum adimplere, idem magister Johannes, antequam per litteras ipsas processum esset in aliquo, venerabili fratri nostro . . episcopo Cenomanensi, ad quem in dicta Cenomanensi ecclesia prebendarum collatio pertinet, ad instantiam ejus, promisit quod usque ad certum tempus procuraret quod idem subdelegatus executioni hujusmodi supersederet negotii et etiam sustineret quod idem episcopus prebendas, quas interim vacare contingeret, quibusvis personis pro sua voluntate conferret et super hoc ipsi episcopo suas duxit litteras concedendas, eodem episcopo dicto magistro per suas litteras promittente quod ex tunc eum recipi faceret sibique provideret, juxta predictarum nostrarum continentiam litterarum. Et licet, tempore adveniente predicto, prefatus episcopus ipsum magistrum J., ipsarum nostrarum litterarum auctoritate, canonice recipi fecerit in supradicta Cenomanensi ecclesia in canonicum et in fratrem, nondum tamen est ipse in ea prebendam aliquam assecutus. Verum, quia, post obligationem hujusmodi ab eodem magistro J. factam et ante predictum tempus, quedam prebenda vacavit ibidem, quam episcopus ipse contulit alii, prout spectabat ad ipsum, fuit ex parte jamdicti magistri nobis humiliter supplicatum ut providere super hoc ei paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur, obtentu dilecti filii nostri M., s. Marie in Porticu diaconi cardinalis, nobis super hoc supplicantis, pro eo volentes in hac parte magistro J. gratificari predicto, discretioni tue mandamus quatenus, si est ita, hoc non obstante, provideas ei, per te vel alium, de prebenda nulli alii de jure debita, si qua vacat ibidem ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, juxta priorum nostrarum continentiam litterarum. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno tertio. »

1. *Sedis* a été omis dans le manuscrit.

**1535** Orvieto, 1er avril 1264.

Episcopo et capitulo Salamantinis mandat ut Johannem, pauperem presbyterum chori eorum ecclesiae, nullum adhuc in praefata ecclesia, in qua diu servivit, nec alias beneficium assecutum, in portionarium recipiant. (Reg. 29, fol. 147 v°, n° 585.)

« *Episcopo et dilectis filiis capitulo Salamantinis.* Sinceritas vestra benivola —. Datum apud Urbemveterem, kalendis aprilis, anno tertio. »

**1536** Orvieto, 3 avril 1264.

De certa annua pensione magistro Johanni, dicto *de Ovitillia*, a praeceptore domorum Militiae Templi in Francia solvenda. (Reg. 29, fol. 147 v°, n° 586.)

« .. *abbati s. Genovefe Parisiensis.* Sua nobis dilectus filius magister Johannes Parisiensis, dictus *de Ovitillia*, clericus, petitione monstravit quod quondam frater Reginaldus de Vicheriis, magister domus Militie Templi, fratri Guidoni de Basavilla predecessori, .. predecessori[1] domorum militie Templi in Francia, sub certa forma per suas litteras demandavit ut eidem magistro J., quem, ob prerogativan meritorum ipsius, in suum clericum et familiarem assumpserat, de aliquo ecclesiastico beneficio competenti, ad ejusdem domus collationem spectante, usque ad valorem annuum quadraginta librarum Parisiensium, providere ac interim sibi centum solidorum Parisiensium annuam pensionem assignare curaret, prout in litteris inde confectis, ipsius fratris R. sigillo munitis, plenius dicitur contineri. Et licet predicta pensio per aliquod tempus eidem magistro J. fuerit persoluta, tamen ipsa sibi per quinque annos et amplius est subtracta, propter quod eodem magistro J. nobis humiliter supplicante ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus, nos quod ab eodem fratre R. super hoc factum extitit, ratum et gratum habentes, quo dictus magister J. effectum hujusmodi gratie, ex mandati nostri adjectione, consequeretur facilius, dilectum filium .. preceptorem domorum Militie Templi in Francia, successorem fratris G. predicti, rogandum et hortandum attente duximus, nostris ei dantes litteris in mandatis ut eidem magistro J. de solvenda interim predicta pensione prestaret ydoneam cautionem et de subtractis debitam satisfactionem impenderet ac de hujusmodi beneficio, si quod tunc vacabat vel quamprimum ad id se facultas offerret, juxta tenorem litterarum predicti fratris R., providere studeret, tibi, fili abbas, et .. officiali Parisiensi injuncto per alias nostras litteras ut dictum preceptorem ad id id (*sic*), ex parte nostra, per vos vel alium, diligenter monere ac inducere curaretis, nobis tam responsionem super hoc preceptoris ejusdem, quam quod in hac parte faciendum duceretis fideliter rescripturi. Sane dictus preceptor, asserens quod magister ejusdem Militie, successor dicti fratris R., sibi inhibuerat ne prefato magistro Johanni dictam solveret pensionem, premissa facere non curavit. Quare prefatus magister Johannes nobis humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, prefatum preceptorem quod de solvenda memorati magistro Johanni predicta pensione prestet ydoneam cautionem et de subtractis debitam satisfactionem impendat ac de hujusmodi beneficio, si quod vacat ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, juxta tenorem litterarum predicti fratris R., studeat providere, ex parte nostra, diligenter moneas et inducas, eum ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstante si eidem preceptori specialiter aut fratribus ordinis ejusdem militie generaliter a sede apostolica sit indultum quod ad provisionem alicujus minime teneantur —. Datum apud Urbemveterem, III nonas aprilis, anno tertio [1]. »

1. Sans doute pour *preceptori*.

**1537** Orvieto, 23 mars 1264.

Decano ecclesiae b. Mariae Magdalenae Virdunensis mandat ut Frederico de Vienna, canonico ecclesiae s. Paulini, Treverensis dioecesis, de praebenda in eadem ecclesia quamprimum provideat. (Reg. 29, fol. 148, n° 587.)

« .. *decano ecclesie beate Marie Magdalene Virdunensis.* Petitio dilecti filii Frederici de Vienna, canonici ecclesie s. Paulini, Treverensis diocesis, nobis exhibita continebat quod, cum felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, .. decano, et capitulo ipsius ecclesie, ad quos receptio canonicorum et collatio prebendarum in ea pertinent, per suas litteras preces porrexerit et mandatum ut ipsi, eundem F. recipientes in canonicum et in fratrem, ei de prebenda, si qua in eadem ecclesia tunc vacabat vel quamprimum ad id se offerret oportunitas, providerent, iidem decanus et capitulum dictum F. canonice receperunt in canonicum et in fratrem, auctoritate hujusmodi litterarum. Et licet postmodum plures prebende vacaverint in ecclesia supradicto, quarum aliqua dicto F. debebatur de jure, tamen predicti decanus et capitulum eas aliis contulerunt, pro sue libito voluntatis, sicque dictus F. nondum est aliquam prebendam in eadem ecclesia assecutus. Quare nobis humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, predicto F. de prebenda nulli alii de jure debita, si qua in prefata ecclesia vacat ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, per te vel per alium providere procures, faciens eum illis qui post ipsum recepti sunt in predicta ecclesia, auctoritate litterarum sedis apostolice, nisi habeant ex ipsarum litterarum beneficio quod ei debeant anteferri, et receptis etiam ante ipsum et post motu proprio predictorum decani et capituli, in prebende assecutione

1. En marge : « *Frater Amalricus vidit eas, ut dominus noster preceperat, et placuit sibi quod fierent.* »

preferri, prout de jure fuerit preferendus. Non obstante —. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**1538** Orvieto, 13 avril 1264.

Episcopo Anaguino mandat ut Gerardum clericum, natum Petri Roberti Sorani, obtentu Mathaei Johannis, militis Anaguini, in ecclesia Sorana in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 148, n° 588.)

« *Episcopo Anagnino.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno tertio. »

**1539** Orvieto, 27 mars 1264.

Episcopo Regino mandat ut Albertinum, clericum, natum Opizonis de Julianis, civis Parmensis, in ecclesia Parmensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 148, n° 589.)

« . . *episcopo Regino.* Sua nobis dilectus filius Albertinus clericus, natus Opizonis de Julianis, civis Parmensis, nepos dilecti filii Alberti Azarii, civis Parmensis, juris civilis professoris, petitione monstravit quod, fratre Antonio de ordine Predicatorum, nepote ipsius Alberti, ordinem ipsum ingresso et tandem ab eodem Antonio ibi voto professionis emisso, dilectus filius noster J., sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, tunc vicecancellarius et notarius Romane ecclesie, auctoritate felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, quam sibi concesserat oraculo vive vocis, jus canonicatus quod ibidem frater Antonius, ingressus hujusmodi tempore, in ecclesia Parmensi habebat, eidem Albertino canonice contulit sibique providit de illo et Albertinum, ipsius Alberti familiarem, suo investivit nomine de eodem, decernendo irritum et inane si secus de ipso canonicatu a quoquam contingeret attemptari, dictusque predecessor quod ab eodem vicecancellario in hac parte factum extitit, ratum habens et gratum, id auctoritate apostolica confirmavit, ac venerabili fratri nostro . . Bononiensi episcopo, tunc electo, suis dedit litteris in mandatis ut eundem Albertum ad predictum jus canonicatus a capitulo predicte eclesie, per se vel per alium, recipi faceret sibique de prebenda, que in ipsa ecclesia prefato fratri Antonio fuisset debita, si in seculo remansisset, provideret, si tunc vacaret ibidem vel quam primum ad id oportunitas se offerret. Contradictores etc. usque compescendo. Verum, eodem predecessore morte prevento, per hujusmodi litteras nullus habitus est processus. Quare predictus clericus nobis humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, dictum clericum in prefata ecclesia faciens recipi in canonicum et in fratrem, ad provisionem ipsius clerici in ipsa procedas per te vel per alium, juxta predictarum continentiam litterarum. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas aprilis, anno tertio. »

**1540** Orvieto, 13 mars 1264.

Episcopo et capitulo Mindoniensibus mandat ut Martinum Martini, clericum chori Mindoniensis ecclesiae, in canonicum recipiant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 148 v°, n° 590.)

« . . *episcopo, et dilectis filiis capitulo Mindoniensibus.* Sinceritas vestra benivola dilecto filio Martino Martini, clerico chori ecclesie vestre, sicut ipse asserit, spem firmam et securam induxit fiduciam quod in hiis que sunt honoris et gratie, vos ita sibi propitios invenire debeat ut, post obtentas ad vos precum nostrarum litteras, sibi executorie non sint processu temporis oportune. Cum itaque dictus clericus, quem per dilectum filium magistrum Petrum, archidiaconum Bruliensem in ecclesia Agennensi, socium dilecti filii magistri Michaelis, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, examinari fecimus diligenter, dicatur inventus fuisse in litteratura competenter ydoneus, nec sit assecutus beneficium ecclesiasticum nisi quoddam tenue, cujus proventus valorem annuum quinque solidorum turonensium non excedunt, universitatem vestram attente rogandam duximus et monendam quatinus dictum clericum, hujusmodi tenue beneficium libere resignantem, si alias est ydoneus moribus et etate ac de legitimo matrimonio procreatus, dummodo pro alio vobis non direxerimus scripta nostra, pro apostolice sedis et nostra reverentia recipientes in canonicum et in fratrem, de prebenda, si qua in ecclesia ipsa vacat ad presens vel quamcito se facultas obtulerit, provideatis eidem. Non obstante —. Ita tamen —. Alioquin —. Datum apud Urbemveterem, iii idus martii, anno tertio. »

**1541** Orvieto, 8 avril 1264.

Electo Argentinensi mandat ut Walterum, medicum ipsius

episcopi, clericum Argentinensem, in ecclesia s. Petri Argentinensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 148 v°, n° 591.)

« . . *electo Argentinensi*. Apostolice pietatis provenire —. Datum apud Urbemveterem, vi idus aprilis, anno tertio. »

**1542** Orvieto, 5 avril 1264.

Decano et capitulo ecclesiae Sarburgensis, Argentinensis diocesis, ad eorum instantiam, mandat ut Gerardum de Wangen, clericum, consanguineum magistri Gerardi, dicti ministerialis ecclesiae Argentinensis, in canonicum et fratrem recipiant. (Reg. 29, fol. 148 v°, n° 592.)

« *Decano et capitulo ecclesie Sarburgensis, Argentinensis diocesis*. Supplicastis nobis per —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**1543** Orvieto, 1er avril 1264.

Episcopo Sabinensi mandat ut Raymundum, dictum *Torcha*, canonicum monasterii s. Rufi de Valentia, ordinis s. Augustini, in ecclesia Arelatensi vel in ecclesia Nemausensi in canonicum ejusdem ordinis recipi faciat. (Reg. 29, fol. 149, n° 593.)

« . . *episcopo Sabinensi*. Exposuit nobis dilectus filius Raymundus, dictus *Torcha*, canonicus monasterii s. Rufi de Valentia, ordinis s. Augustini, capellanus dilecti filii nostri R., s. Angeli diaconi cardinalis, quod, licet ipse pro ipsius monasterii negotiis utiliter et fideliter laborarit, abbas tamen dicti monasterii, apud quem debuerat ex hoc sibi meritum comparasse, adeo eum, sine sua culpa, gravi rancore persequitur quod ipse vix potest ibidem in tranquillitate animi Domino famulari. Quare a nobis humiliter petiit ut eum in Arelatensi vel Nemausensi ecclesia, ejusdem ordinis, recipi mandaremus. Ut autem rancor hujusmodi qui anime perditionem inducit, causa cessante, abscedat, fraternitati tue presentium auctoritate committimus ut super hoc facias prout secundum Deum videris faciendum, eundem in altera ipsarum ecclesiarum quam maluerit, si expediens videris, recipi faciens in canonicum et in fratrem. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, kalendis aprilis, anno tertio. »

**1544** Orvieto, 11 avril 1264.

Symoni de Nongento decanatum ecclesiae Nivernensis confert. (Reg. 29, fol. 149, n° 594.)

« *Symoni de Nongento, dicto* de Carnoto, *subdiacono nostro, canonico Nivernensi*. Laudabilis conversationis et —. Sane, vacante decanatu ecclesie Nivernensis, major et sanior pars capituli ejusdem ecclesie, ad quod electio decani, prout asseritur, pertinet, magistrum Gilonem Cornuti, canonicum ipsius ecclesie, in ipsius decanum dicitur canonice elegisse. Verum Ugone, decano ecclesie de Faneyo, canonico predicte ecclesie Nivernensis, asserente quod felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, bone memorie . . Nivernensi episcopo, tunc electo, preces et mandatum per litteras suas porrexerat ut eidem Hugoni de personatu vel dignitate, si in prefata Nivernensi ecclesia tunc vacabat vel quamprimum ad id se offerret oportunitas, provideret, et nichilominus decreverat idem predecessor irritum et inane si secus de personatu vel dignitate hujusmodi a quoquam contingeret attemptari, et electioni hujusmodi se opponente, orta quoque inter eumdem magistrum Gilonem et illos qui eum elegerant, ex parte una, et predictum Hugonem super hoc materia questionis, idem predecessor in causa hujusmodi per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluta, dilectum filium nostrum A., (*sic*) s. Adriani diaconum cardinalem, dedit partibus auditorem. Lite itaque coram eodem cardinali legitime contestata et pro parte ipsius Hugonis formatis quibusdam articulis, tangentibus easdem litteras, ac proponente parte dictorum magistri Gilonis et electorum quod dicte littere ad personatus vel dignitates, pertinentes ad collationem seu electionem predicti capituli, se minime extendebant, propter quod hujusmodi articuli eas tangentes, utpote impertinentes, non erant aliquatenus admittendi, predictus cardinalis, facta nobis super hiis, in fratrum nostrorum presentia, relatione fideli, de speciali mandato nostro ei viva voce facto, interloquendo pronuntiavit predictos articulos non esse aliquatenus admittendos, propter quod pro parte dicti Ugonis ad nostram fuit audientiam appellatum, nosque dilectum filium nostrum S., tituli s. Cecilie presbyterum cardinalem, in causa appellationis hujusmodi eidem O. cardinali duximus adjungendum. Dictus autem S. cardinalis, auditis que partes voluerunt proponere coram eo factaque nobis de illis, coram fratribus ipsis, relatione fideli, de speciali mandato nostro facto sibi oraculo vive vocis, vice sua et ipsius O. cardinalis, et de consensu ejus dixit et pronuntiavit dictum O. cardinalem bene

pronuntiasse ac pro parte dicti Hugonis ab hujusmodi ejusdem O. cardinalis interlocutoria male appellatum fuisse, ac nichilominus decrevit quod predicte littere ad personatus seu dignitates vel beneficia pertinentia ad collationem aut electionem predicti capituli minime se extendunt, ac partes ad ipsius O. cardinalis remisit examen. Porro prefatus Hugo vel ipsius procurator, ejus nomine, attendens quod per hoc erat a sua intentione repulsus, asseruit quod ipse, tamquam canonicus predicte ecclesie Nivernensis, prefate electioni celebrate de dicto magistro Gilone se volebat opponere, quam dicebat fuisse minus canonice celebratam. Dictus autem magister Gilo, considerans quod, occasione predicte questionis, per quam impediebatur ordinatio decanatus, poterant eidem Nivernensi ecclesie in spiritualibus et temporalibus multa dispendia provenire, per dilectum filium magistrum Petrum, archidiaconum Senonensem, camerarium nostrum, habentem super hoc ab eo speciale mandatum, jus, si quod sibi ex electione predicta in eodem decanatu acquisitum fuerat, sponte ac libere in nostris manibus resignavit. Nos vero, attendentes tue probitatis merita, super quibus tibi a quibusdam fratribus nostris laudabile testimonium perhibetur, et per hoc volentes te prosequi benivolentia gratiosa, decanatum predictum vacantem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, tibi conferimus tibique providemus de illis et te de ipsis per nostrum anulum investimus, decernentes irritum et inane si secus de dicto decanatu a quoquam contigerit attemptari. Non obstante si —. Volumus autem quod in sepedicta Nivernensi ecclesia in sacerdotali ordine in decanatus officio personaliter studeas deservire. Nulli ergo nostre collationis etc. Datum apud Urbemveterem, *III* idus aprilis, anno tertio. »

**1545** Orvieto, 11 avril 1264.

Simonem de Puteolis et Johannem de Inter-duas-aquas, canonicos Senonenses, praedicti mandati executores deputat. (Reg. 29, fol. 149 v°, n° 595.)

« *Symoni de Puteolis et Johanni de Inter-duas-aquas, canonicis Senonensibus.* Laudabilis conversationis et —. Datum apud Urbemveterem, III idus aprilis, anno tertio. »

**1546** Orvieto, 8 avril 1264.

Episcopo Argentinensi mandat ut, obtentu magistri, consulum et universitatis civitatis Argentinensis, Walterum, dictum *de Sarburc*, clericum Argentinensem, dictorum magistri et consulum consanguineum, in ecclesia s. Petri Argentinensis, in qua collatio praebendarum ad praepositum et capitulum ejusdem ecclesiae pertinet, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 149 v°, n° 596.)

« *Episcopo Argentinensi.* Devotorum ecclesie merita —. Datum apud Urbemveterem, VI idus aprilis, anno tertio. »

**1547** Orvieto, 6 avril 1264.

Fratri Gaufrido, episcopo Taurinensi, concedit facultatem conferendi personis idoneis beneficia ecclesiastica quae in civitate et diocesi Taurinensi tanto tempore vacaverint quod ad sedem apostolicam eorum sit collatio, juxta Lateranensis statuta concilii, legitime devoluta. (Reg. 29, fol. 149 v° n° 597.)

« *Fratri Gaufrido, episcopo Taurinensi.* Et benivolentiam qua —. Datum apud Urbemveterem, VIII idus aprilis, anno tertio. »

**1548** Orvieto, 5 avril 1264.

Quum magistro Marcellino, capellano apostolico, priori secularis ecclesiae s. Severini, Camerinensis diocesis, archidiaconatum et praebendam quos Auximanus electus, tempore suae promotionis, in ecclesia Anconitana obtinuit, contulerit, eidem indulget ut archidiaconatum et praebendam, cujus proventus valorem annuum quadraginta librarum Anconitanorum parvorum non excedunt, una cum prioratu secularis ecclesiae s. Severini, curam animarum habentis annexam, cujus proventus sexdecim librarum ejusdem monetae valorem non excedunt, licite retinere valeat. (Reg. 29, fol. 150, n° 598.)

« *Magistro Marcellino, capellano nostro, priori secularis ecclesie s. Severini, Camerinensis diocesis.* Apostolice sedis obsequiis —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**1549** Orvieto, 5 avril 1264.

Theoderico presbytero, rectori ecclesiae Omnium Sanctorum in Herefordia, Maguntinae diocesis, canonicatum Herefordiensis ecclesiae et praebendam confert. (Reg. 29, fol. 150, n° 599.)

« *Theoderico presbitero, rectori ecclesie Omnium Sanctorum in Herefordia, Maguntine diocesis.* Sinceritas devotionis quam —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**1550** Orvieto, 5 avril 1264.

Thesaurarium ecclesiae Novi-monasterii Herbipolensis praedictae collationis deputat executorem. (Reg. 29, fol. 150, n° 600.)

« *Thesaurario ecclesie Novi monasterii Herbipolensis.* Sinceritas devotionis quam —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**1551** Orvieto, 1er avril 1264.

Praeposito ecclesiae s. Petri in Oliveto Brixiensis mandat ut, a Johanne de Brembio, canonico ecclesiae de Milzano, praedictae dioecesis, resignatione recepta, eumdem canonicatum Nicolao de Puteo, canonico ecclesiae de Burnado, ejusdem dioecesis, praedicti Johannis nepoti, obtentu magistri Martini, electi Brixiensis, conferat. (Reg. 29, fol. 150, n° 601.)

« *Preposito ecclesie s. Petri in Oliveto Brixiensis.* Cum sicut exhibita —. Datum apud Urbemveterem, kalendis aprilis, anno tertio. »

**1552** Orvieto, 7 avril 1264.

Decano et capitulo ecclesiae Heyligenstadensis, Maguntinae dioecesis, ad eorum instantiam, mandat ut Reinherum de Sulingen, clericum, in canonicum recipiant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 150 v°, n° 602.)

« *Decano et capitulo ecclesie Heyligenstadensis, Maguntine diocesis.* Supplicastis nobis per —. Datum apud Urbemveterem, vii idus aprilis, anno tertio. »

**1553** Orvieto, 15 mars 1264.

Ludewico, decano Maguntino, capellano apostolico, mandat excommunicatos publice nuntiet eos qui nova pedagia in locis suis instituere praesumpserunt. (Reg. 29, fol. 150 v°, n° 603.)

« *Ludewico, decano Maguntino, capellano nostro.* Ad nostram noveris audientiam pervenisse quod nonnulli ecclesiarum prelati ac duces, marchiones, comites, nobiles, ministeriales et milites aliique laici, in provincia Maguntina et circumpositis partibus, nova pedagia in aliquibus locis terrarum et districtuum suorum instituta, de novo ausu sacrilego exigere et recipere non verentur, in offensam divini nominis, detrimentum fidelium exinde transeuntium et scandalum plurimorum. Cum autem, in tribus festivitatibus anni sollempnibus, videlicet Cene Domini et Ascensionis ac Dedicationis basilicarum beatorum apostolorum Petri et Pauli, annuatim a Romano pontifice, qui est pro tempore, omnes novorum pedagiorum seu theloneorum exactores, coram multitudine fidelium ad sedem apostolicam concurrentium, juxta morem, excommunicationis sententia percellantur, discretioni tue mandamus quatinus sententiam hujusmodi, ubi et quando expedire videris, per te vel alios publicare procures —. Datum apud Urbemveterem, idus martii, anno tertio. »

**1554** Orvieto, 5 avril 1264.

Decano ecclesiae s. Paulini Treverensis mandat ut Thomam de Waldeke, pauperem clericum Treverensis dioecesis, de aliquo ecclesiastico beneficio, ad collationem abbatis monasterii Prumiensis, ordinis s. Benedicti, ejusdem dioecesis, pertinente, provideat. (Reg. 29, fol. 150 v°, n° 604.)

« *Decano ecclesie s. Paulini Treverensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**1555** Orvieto, 5 avril 1264

Episcopo Lidensi concedit facultatem conferendi tres praebendas in ecclesia Lidensi vacantes. (Reg. 29, fol. 150 v°, n° 605.)

« *Episcopo Lidensi.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**1556** Orvieto, 1er mars 1264.

Decano ecclesiae Lensensis, Atrebatensis dioecesis, et magistro Wiberto, dicto *Caukesel*, canonico Atrebatensi, mandat ut Johannem, dictum *Nepotem*, in ecclesia Tornacensi in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 151, n° 606.)

« *.. decano ecclesie Lensensis, Atrebatensis diocesis, et magistro Wiberto, dicto* Caukesel, *canonico Atrebatensi.* Laudabilis conversationis et vite ac scientie meritis dilecti

filii magistri Johannis, dicti *Nepotis*, de Insula, capellani dilectorum filiorum nostrorum A., tituli sancte Praxedis, G., tituli sancti Laurentii in Lucina, et G., tituli sancti Marci presbiterorum cardinalium, deberi percepimus ut ipse in hiis que sunt favoris et gratie, nos sibi propitios gaudeat invenisse. Propter hoc siquidem et consideratione predicti Guillelmi cardinalis et dilecti filii nobilis viri.. comitis, ac dilecte in Christo filie, nobilis mulieris.. comitisse Flandrie, nobis super hoc supplicantium, volentes ipsius magistri Johannis honorare personam, tibi, fili decane, et magistro Nicolao de Messines, canonico ecclesie Condatensis, nostris dedisse dicimur litteris in mandatis ut vos eundem magistrum Jo[hannem] in ecclesia Tornacensi, si ad hoc venerabilis fratris nostri.. Tornacensis episcopi, ad quem collatio prebendarum in eadem ecclesia Tornacensi pertinere dicitur, assensus accederet, recipi facientes in canonicum et in fratrem, de prebenda si qua tunc vacabat ibidem, vel quam primum ad id se offerret facultas, provideretis eidem, contradictores etc. usque compescendo. Prebendam quoque hujusmodi, conferendam dicto magistro Johanni, donationi apostolice reservantes, decrevimus irritum et inane si secus de ipsa, apostolica vel alia quavis auctoritate, a quoquam contingeret attemptari. Et licet postmodum quedam prebenda vacaverit in eadem ecclesia Tornacensi per mortem prepositi Calletensis, ipsius ecclesie canonici, tamen idem episcopus prebendam ipsam magistro Jacobo, dicto *Broeta*, nepoti suo, auctoritate propria conferre curavit, sicque predictus magister Johannes nullum est ex hoc comodum assecutus. Quare predictus magister Johannes nobis humiliter supplicavit ut quod circa ipsum in dicta Tornacensi ecclesia incepimus, ad optatum perduceremus effectum. Nos itaque, prefatum magistrum Johannem, obtentu meritorum suorum quibus juvari dicitur, et consideratione prefati Guillelmi cardinalis et dilecti filii magistri Egidii de Aurigniaco, capellani nostri, archidiaconi Rothomagensis, pro eo apostolicam gratiam instantissime implorantium, intendentes prosequi speciali gratia et favore, mandamus quatinus vos vel alter vestrum, per vos vel per alium aut alios, prefatum magistrum Johannem vel procuratorem suum, ejus nomine, in prefata Tornacensi ecclesia recipi facientes in canonicum et in fratrem, ei de prebenda, quamprimum ad id obtulerit se facultas, providere curetis. Non obstante —, aut quod idem magister Johannes alias beneficiatus existit. Contradictores etc. —. Datum apud Urbemveterem, kalendis martii, anno tertio. »

**1557** Orvieto, 21 mars 1264.

Episcopo Noviomensi mandat ut magistrum, fratres ac sorores hospitalis de Bittenugo juxta Bollate, Mediolanensis diocesis, ad eorum instantiam, si expedire viderit, ministro, fratribus ac domui de Carugate, ordinis Humiliatorum, ejusdem diocesis, unire procuret. (Reg. 29, fol. 151, n° 607.)

« *Episcopo Noviomensi.* Dilecti filii magistri —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas aprilis, anno tertio. »

**1558** Orvieto, 9 avril 1264.

Decano ecclesiae de Guisia, Laudunensis diocesis, mandat ut Herberto de Convenron, nullum adhuc beneficium assecuto, capellaniam in ecclesia s. Nicolai de Goy, Cameracensis diocesis, conferat. (Reg. 29, fol. 151, n° 608.)

« *Decano ecclesie de Guisia, Laud[un]ensis diocesis.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, V idus aprilis, anno tertio. »

**1559** Orvieto, 17 avril 1264.

Mauricio, rectori ecclesiae de Hebernat, Menevensis diocesis, indulget ut cum eadem ecclesia quam ultimo recepit, ecclesias de Dinas et de Nambeude, curam habentes animarum, licite retinere valeat, obtentu A., basilice XII apostolorum presbyteri cardinalis. (Reg. 29, fol. 151 v°, n° 609.)

« *Mauricio, rectori ecclesie de Hebernat, Menevensis diocesis.* Licet ne quis —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas maii, anno tertio. »

**1560** Orvieto, 12 avril 1264.

Baroni, clerico ecclesiae s. Mariae Gaudentis de Ferentino, mandat ut, quum Landonem, clericum ecclesiae s. Ypoliti Ferentinatis, natum Nicolai Landonis de Ferentino, capellanum J., ss. Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, episcopus et capitulum Ferentinates in canonicum recipere recusent, quamvis archipresbyter de Patrica executor sit deputatus, super ejusdem Landonis receptione insistat. (Reg. 29, fol. 151 v°, n° 610.)

« *Baroni, clerico ecclesie s. Marie Gaudentis de Ferentino.* Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, II idus aprilis, anno tertio. »

**1561** Orvieto, 4 avril 1264.

Episcopo Urbevetano mandat ut Fassucio, pauperi clerico Urbevetano, de aliquo ecclesiastico beneficio provideat, obtentu J., ss. Cosmae et Damiani diaconi cardinalis. (Reg. 29, fol. 151 v°, n° 611.)

« *Episcopo Urbevetano.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, II nonas aprilis, anno tertio. »

**1562** Orvieto, 21 février 1264.

Certas absolutiones excommunicationum sententiarum impensas in regno Angliae, irritas et inanes denuntiat. (Reg. 29, fol. 152, n° 612.)

« .. *archiepiscopo Cantuariensi.* Ad audientiam nostram, te intimante, pervenit quod nonnulli religiosi regni Anglie dicentes per litteras apostolice sedis sibi fore concessum ut possint absolvere illos qui, ex aliquibus causis, in late sententie canonem inciderunt et alia nonnullis facere que potestati apostolice sunt specialiter reservata, nec veriti hujusmodi concessione in suarum animarum abuti perniciem et scandalum plurimorum, illis qui pro violenta manuum injectione in clericos, ecclesiarum violatione, asportatione decimarum et aliis diversis excessibus, imminente generali turbatione predicti regni, auctoritate canonis vel provincialium conciliorum excommunicationis sententiam incurrerunt, absolutionis de facto, cum de jure non possint, beneficium largiuntur, super quo per dicte sedis providentiam petiisti remedium adhiberi, cum ob id vilescere dinoscatur venalitatis aut facilitatis abusu nervus ecclesiastice discipline. Licet itaque premissa non credamus alicui concessisse, volentes tamen in hac parte paterna sollicitudine providere, fraternitati tue mandamus quatinus, si est ita, absolutiones hujusmodi per dictos religiosos super hiis que, pretextu dicte turbationis, emersisse noscuntur, prestitas, per te vel per alium denunties penitus non valere, nisi super concessione sibi facta quod tales possint absolvere, litteras ostendant apostolicas, que suspitione careant falsitatis, nichilominus auctoritate presentium inhibens ne similia de cetero attemptare presumant —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas martii, anno tertio. »

**1563** Orvieto, 20 avril 1264.

Electo Macloviensi mandat ut ecclesiam de Breon, Macloviensis diocesis, alicui personae idoneae conferat. (Reg. 29, fol. 152, n° 613.)

« *Electo Macloviensi.* Cum, sicut intelleximus —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas maii, anno tertio. »

**1564** Orvieto, 2 avril 1264.

S. Mariae et s. Marci prioribus Nigripontensibus mandat ut Rainaldo, clerico ecclesiae s. Sophiae Constantinopolitanae, quum, civitate Constantinopolitana capta, a Graecis diu detentus fuit in carcere, de aliquo beneficio ad collationem episcopi Nigripontensis spectante, provideant. (Reg. 29, fol. 152, n° 614.)

« *S. Marie et s. Marci prioribus Nigripontensibus.* Circa personam dilecti —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas aprilis, anno tertio. »

**1565** Orvieto, 11 avril 1264.

Decano Parisiensi et archidiacono de Virtuto in ecclesia Cathalaunensi mandat ut archidiaconum Cathalaunensem faciant pacifica possessione gaudere prioratus de Guiencort, spectantis ad monasterium Rosbacensis, ordinis s. Benedicti, Meldensis diocesis. (Reg. 29, fol. 152, n° 615.)

« *Decano Parisiensi et.. archidiacono de Virtuto in ecclesia Cathalaunensi.* Exposuit nobis dilectus filius.. archidiaconus Cathalaunensis, quod nos ei prioratum de Guiencort, spectantem ad monasterium Rosbacense, ordinis s. Benedicti, Meldensis diocesis, in archidiaconatu suo situm, conferendum duximus, ab ipso, donec vixerit, possidendum, vobis super inducendo ipsum in illius possessionem executoribus deputatis. Et licet pro parte abbatis et conventus predicti monasterii a vobis, pro eo quod ipsum archidiaconum seu procuratorem ejus in predicti prioratus possessionem, juxta formam vobis traditam, induxistis, fuerit ad sedem apostolicam appellatum, tamen ipsi coram dilecto filio nostro G., tituli s. Marci presbitero cardinali, quem in causa appellationis hujusmodi, ad instantiam dicti archidiaconi, auditorem dedimus, comparere per se vel procuratorem ydoneum, quanquam potuerint, non curarunt, licet in audientia publica pluries citati fuerint et expectati diutius, ut est moris. Nos igitur, dicti archidiaconi precibus inclinati, discretioni vestre mandamus quatenus, si est ita, predictum archidiaconum, appellatione hujusmodi non obstante,

prefati prioratus et pertinentiarum ejus vos vel alter vestrum, per vos vel per alium seu alios, faciatis pacifica possessione gaudere. Contradictores —. Invocato —. Datum apud Urbemveterem, III idus aprilis anno tertio. »

**1566** Orvieto, 16 avril 1264.

Ordinationem de solvendis debitis prioratus de Corbeneio, ordinis s. Benedicti, Laudunensis diocesis, edicit. (Reg. 29, fol. 152 v°, n° 616.)

« . . *priori prioratus de Carbeneyo* (*sic*), *ordinis sancti Benedicti, Laudunensis diocesis.* Petitio tua nobis exhibita continebat quod Robertus, dictus *de Roseriis*, monachus monasterii sancti Remigii Remensis, cui prioratus tuus de Corbeneio (*sic*) subesse dicitur, prioratus ejusdem olim falso asserens se priorem, a felicis recordationis Alexandro papa, predecessore nostro, contrahendi mutuum usque ad summam octingentarum librarum Parisiensium, et propter hoc prioratum ipsum creditoribus obligandi obtinuit facultatem, sicque dictus Robertus, occasione hujusmodi, a quibusdam mercatoribus Florentinis octingentas libras hujusmodi monete recepit mutuo et propter hoc bona prioratus ejusdem mercatoribus ipsis obligavit. Unde, cum prioratus ipse tam hujusmodi quam aliorum debitorum onere sit gravatus et propter hoc diversis obligatus personis, subveniri sibi a nobis super hoc per apostolice sedis providentiam humiliter supplicasti. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, ne prioratum ipsum contingat usurarum voragine dissipari, creditores ipsos summa ducentarum librarum Parisiensium distribuenda inter eos, annis singulis, per manus tuas, donec eis totaliter de universis debitis in quibus teneris eisdem, fuerit satisfactum, pensatis quantitatibus debitorum ipsorum, statuimus et precipimus esse contentos, tibi et successoribus tuis auctoritate presentium indulgentes ut ad solutionem aliam faciendam ipsis creditoribus, non possitis apostolica vel alia quavis auctoritate compelli, ac decernentes creditores eosdem, si aliquid ultra summam hujusmodi CC. librarum, aliquo anno sive ratione sortis sive occasione usurarum, quas omnino cessare volumus, a dicto prioratu petere ac exigere presumpserint, fore ab exactione hujusmodi per executores quos eidem prioratui super hoc nos deputare contigerit, compescendos. Non obstantibus —. Datum apud Urbemveterem, XVI kalendas maii, anno tertio. »

**1567** Orvieto, 16 avril 1264.

Thesaurarium ecclesiae Brecensis, Trecensis diocesis, praedicti mandati executorem deputat. (Reg. 29, fol. 152 v°, n° 617.)

« *Thesaurario ecclesie Brecensis, Trecensis diocesis.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, XVI kalendas maii, anno tertio. »

**1568** Orvieto, 9 avril 1264.

Archiepiscopo Bituricensi mandat, ad ejus instantiam, ut Guerrico, pauperi clerico, ejusdem archiepiscopi devoto, de aliquo beneficio ecclesiastico, ad cujuscumque collationem spectante, in eadem Bituricensi diocesi, provideat. (Reg. 29, fol. 152 v°, n° 618.)

« *Archiepiscopo Bituricensi.* Volentes tui obtentu —. Datum apud Urbemveterem, V idus aprilis, anno tertio. »

**1569** Orvieto, 9 avril 1264.

Eidem denuo concedit facultatem magistro Vitali, archidiacono Gratiacensi, in ecclesia Bituricensi, de uno prioratu seculari providendi. (Reg. 29, fol. 152 v°, n° 619.)

« *Eidem.* Dilectus filius magister —. Datum apud Urbemveterem, V idus aprilis, anno tertio. »

**1570** Orvieto, 9 avril 1264.

Sadoni Trosseboys, priori secularis ecclesiae de Saucergio, Bituricensis diocesis, canonicatum ecclesiae s. Martini Turonensis confert. (Reg. 29, fol. 153, n° 620.)

« *Sadoni Trosseboys, priori secularis ecclesie de Saucergio, Bituricensis diocesis.* Testimonio de te —. Datum apud Urbemveterem, V idus aprilis, anno tertio. »

**1571** Orvieto, 9 avril 1264.

Priorem s. Martini Nivernensis praedictae collationis executorem deputat. (Reg. 29, fol. 183, n° 621.)

« *Priori s. Martini Nivernensis.* Testimonio de dilecto —. Datum apud Urbemveterem, V idus aprilis, anno tertio. »

**1572** Orvieto, 15 mars 1264.

Decano et capitulo Virdunensibus mandat ut Nicolao, capellano apostolico, canonico Virdunensi, rectori ecclesiae s. Salvatoris Virdunensis, apud eos residere parato, quotidianas distributiones ministrent. (Reg. 29, fol. 153, n° 622.)

« *Decano et capitulo Virdunensibus.* Ecclesiarum decor ex —. Datum apud Urbemveterem, idus martii, anno tertio. »

**1573** Orvieto, 28 janvier 1264.

Geraldo, capellano apostolico, abbati monasterii Lesetensis, ordinis Cluniacensis, Tholosanae diocesis, qui diu Parisius et alibi in jure canonico docuit, indulget ut prioratum de Villanova, Cluniacensis ordinis, Ruthenensis diocesis, non conventualem, eidem per abbatem monasterii Mosiacensis, ejusdem ordinis, Caturcensis diocesis, cui monasterium Lesetense subesse dicitur, collatum, una cum abbatia Lesetensi retinere valeat. (Reg. 29, fol. 153, n° 623.)

« *Geraldo, capellano nostro, abbati monasterii Lesetensis, ordinis Cluniacensis, Tholosane diocesis.* Ex prerogativa meritorum —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas februarii, anno tertio. »

**1574** Orvieto, 17 avril 1264.

Abbati et conventui monasterii s. Johannis Ambianensis, Praemonstratensis ordinis, indulget ne quis infra parrochias in quibus jus patronatus obtinent, capellam seu oratorium, sine eorum et episcopi diocesani licentia, edificare valeat. (Reg. 29, fol. 153 v°, n° 624.)

« *Abbati et conventui monasterii s. Johannis Ambianensis, Premonstratensis ordinis.* Pro meritis sincere —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas maii, anno tertio. »

**1575** Orvieto, 9 avril 1264.

Episcopo Sutrino mandat ut ecclesiam ruralem s. Marciani juxta Brazzanum, alicui personae idoneae conferat. (Reg. 29, fol. 153 v°, n° 625.)

« *Episcopo Sutrino.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno tertio. »

**1576** Orvieto, 28 avril 1264.

Dionysio de Essarcis, clerico Caroli, Andegaviae ac Provinciae comitis, canonicatum ecclesiae Furnensis, Morinensis diocesis, obtentu precum A., tituli s. Praxedis presbiteri cardinalis, confert. (Reg. 29, fol. 153 v°, n° 626.)

« *Dionisio de Essarcis, clerico dilecti filii nobilis viri Caroli, Andegavie ac Provincie comitis.* Volentes tue probitatis —. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas maii, anno tertio. »

**1577** Orvieto, 28 avril 1264.

Decanum Meldensem et thesaurarium Belvacensem praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 153 v°, n° 627.)

« *Decano Meldensi et . . thesaurario Belvacensi.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas maii, anno tertio. »

**1578** Orvieto, 7 mars 1264.

Magistro Roberto de Villa-Mauri, clerico Trecensis diocesis, elemosinariam et canonicatum ecclesiae Metensis certis conditionibus confert. (Reg. 29, fol. 153 v°, n° 628.)

« *Magistro Roberto de Villa-Mauri, clerico Trecensis diocesis.* Dilecti filii Guillelmi, Metensis electi, devota precum instantia, laudabilis quoque bonitatis merita quibus, fidedignorum testimonio attestante, juvari diceris, efficaciter nos hortantur ut personam tuam favore apostolico prosequentes, in hiis que tui honoris profectus vel incrementa respiciant, tibi reddamur ad gratiam liberales. Sane nuper electo predicto, ante promotionem suam, canonicatum ecclesie Metensis, cum plenitudine juris canonici, ac prebendam si qua tunc vacabat ibidem, contulimus sibique de illis providimus eumque per nostrum anulum investivimus de eisdem, et prebendam extunc proxime in eadem ecclesia vacaturam, si nulla inibi tunc vacabat, donationi apostolice reservavimus electo conferendam ac decrevimus irritum et inane si secus de prebenda hujusmodi apostolica vel alia quavis auctoritate a quoquam contingeret attemptari, volentes ipsum electum omnibus pro quibus scripseramus in predicta ecclesia et in ea receptis, apostolica vel alia quavis auctoritate, sive ut reciperentur insistentibus, in prebende asse-

cutione preferri, certis sibi super hoc per nostras sub certa forma litteras executoribus deputatis, quarum auctoritate procurator dicti electi, ejus nomine, in eadem ecclesia canonice receptus extitit in canonicum et in fratrem. Porro, dicto electo ad regimen ecclesie Metensis assumpto, nos gratiam in hoc sibi factam a nobis, et jus quod ei ex receptione hujusmodi fuerat acquisitum, totaliter in dilectum filium Henricum, nepotem dilecti filii nostri G., tituli sancti Marci presbiteri cardinalis, rectorem ecclesie de Flavigniaco, Laudunensis diocesis transtulimus de gratia speciali ac voluimus ut ex tunc ipse esset canonicus prefate Metensis ecclesie ac ejusdem ecclesie canonicus re ac nomine censeretur, et prebendam assequeretur in ea que ipsi electo fuisset debita, si canonicus ipsius ecclesie remansisset. Postmodum autem, dilectum filium Guillelmum Nicolai de Trecis, capellanum prefati cardinalis, intendentes prosequi gratiose, canonicatum ejusdem Metensis ecclesie, cum plenitudine juris canonici, necnon et prebendam siqua tunc vacabat ibidem, illa dumtaxat excepta de qua, ut predicitur, Henrico provideramus eidem, prelibato capellano contulimus sibique de illis providimus ipsumque investivimus per nostrum anulum de eisdem. Quod si forsan aliqua prebenda hujusmodi tunc inibi non vacabat, prebendam immediate post illam que pro eodem H. per nos reservata fuerat, in ipsa ecclesia vacaturam, conferendam ipsi Guillelmo Nicolai, adjecto decreto simili, donationi apostolice duximus reservandam, in cujus assecutione ipsum capellanum omnibus nostra vel predecessorum nostrorum seu legatorum apostolice sedis vel cujuscunque alterius auctoritate ibidem receptis dicimur pretulisse.

Cum autem elemosinaria ecclesie sepefate per mortem Herberti de Vireio, ejusdem ecclesie elemosinarii, que est officium sive personatus ibidem, ad presens vacare dicatur, nos, obtentu predicti electi qui pro te apostolicam super hoc gratiam imploravit instanter, necnon meritorum tuorum, tuam volentes personam apostolice dono beneficentie favorabiliter prevenire, dictam elemosinariam, canonicatum quoque ipsius ecclesie, cum juris plenitudine canonici, ac prebendam si qua, exceptis prefatis duabus ad opus eorundem Henrici et capellani per nos, ut est expressum, superius reservatis, in ecclesia ipsa vacat ad presens, tibi conferimus tibique providemus de illis ac ipsum electum, tuo nomine, investiendum duximus per nostrum anulum de eisdem. Si vero nulla hujusmodi prebenda nunc vacat in ecclesia prelibata, nos prebendam immediate post predictas duas inibi vacaturam, conferendam tibi donationi apostolice reservantes, decernimus irritum et inane si quid de illa contra hujusmodi reservationem, apostolica seu alia quavis auctoritate, fuerit attemptatum. Non obstantibus —, quod alias beneficiatus existis —. Nulli ergo —. Datum apud Urbemveterem, nonis martii, anno tertio. »

**1579** Orvieto, 7 mars 1264.

Guillelmum, Metensem electum, praedictae collationis deputat executorem. (Reg. 29, fol. 154, n° 629.)

« *Guillelmo, Metensi electo.* Nuper ante promotionem —. Datum apud Urbemveterem, nonis martii, anno tertio. »

**1580** Orvieto, 28 février 1264.

Viviano de Champugneo, clerico Tullensi, obtentu magistri Laurentii, notarii apostolici, consanguinei ejus, locum et canonicatum ecclesiae Tullensis, per mortem in curia quondam Juliani, archidiaconi Metensis, vacantes, confert. (Reg. 29, fol. 154, n° 630.)

« *Viviano de Champugneo, clerico Tullensi.* Personam tuam obtentu —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas martii, anno tertio. »

**1581** Orvieto, 28 février 1264.

Abbatem s. Leonis, Johannem archidiaconum et Saufridum, canonicum s. Gengulfi Tullensis, praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 154 v°, n° 631.)

« *Abbati s. Leonis, Johanni archidiacono et Saufrido, canonico s. Gengulfi Tullensis.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas martii, anno tertio. »

**1582** Orvieto, 12 avril 1264.

Thomasio de Insula Marthana, clerico Tuscanensis diocesis, canonicatum et praebendam ecclesiae s. Mariae Tuscanensis, ipsi in controversia adjudicatos, confirmat. (Reg. 29, fol. 154 v°, n° 632.)

« *Thomasio de Insula Marthana, clerico Tuscanensis dio-*

*cesis.* Ea que judicio etc. usque communiri. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod, cum inter te, ex una parte, ac . . priorem, et capitulum secularis ecclesie sancte Marie Tuscanensis super receptione ac provisione tibi facienda in ecclesia ipsa, coram dilecto filio . . archipresbitero Urbevetano, tam litterarum nostrarum, quam etiam mandati que sibi per dilectum filium magistrum Gregorium de Neapoli, capellanum nostrum, direximus, auctoritate, questio verteretur, idem archipresbiter, cognitis cause meritis et juris ordine observato, sententialiter pronuntiavit dictos priorem et capitulum te debere recipere in prefata ecclesia in canonicum et in fratrem, tibique providere de prebenda, juxta tenorem litterarum nostrarum, pro te super receptione et provisione hujusmodi directarum, prout in publico instrumento confecto exinde plenius dicitur contineri. Cumque pars dictorum prioris et capituli, ab hujusmodi sententia et pronuntiatione ipsius archipresbiteri se asserens ad nostram audientiam appellasse, super appellatione sua nostras ad Stagnum presbiterum, canonicum ecclesie sancti Angeli de Spata Viterbiensis, nostras litteras impetrasset, nos tandem, tuis laboribus et expensis finem imponi volentes, per eundem magistrum Gregorium dilecto filio magistro Navarro, capellano nostro, generali auditori causarum palatii nostri, mandavimus ut hujusmodi negotium, non obstantibus predictis litteris canonico prefato directis, summarie et de plano audiret ac fine debito terminaret, necnon mandaret eidem canonico ut se non intromitteret in negotio prelibato, parte dictorum prioris et capituli ad suam presentiam evocata. Idem vero magister Navarrus, hiis juxta mandatum nostrum rite peractis ac te et procuratore ipsius partis adverse presentibus, auditis quoque hinc inde propositis examinatisque prioris judicii processibus ac juris ordine observato, peritorum consilio et secum plena deliberatione habitis, declaravit per supradictum archipresbiterum bene sententiatum ac pronuntiatum, ac per dictam partem adversam male appellatum fuisse, hujusmodi sententiam et pronuntiationem ejusdem archipresbiteri sententialiter confirmando. Dictam autem partem adversam tibi, juramento a te recepto et taxatione prehabita, in centum solidis usualis monete expensarum nomine condempnavit, prout in quodam alio instrumento publico inde confecto, signato sigillo ipsius magistri Navarri plenius dicitur contineri. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, sententiam et pronuntiationem easdem, ac declarationem et condempnationem hujusmodi, sicut provide late sunt, ratas et firmas habentes, eas auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, II idus aprilis, anno tertio. »

**1583** Orvieto, 12 avril 1264.

Nicolaum, canonicum ecclesiae s. Flaviani de Monteflascone, Balneoregensis diocesis, praedictarum litterarum executorem deputat. (Reg. 29, fol. 154 v°, n° 633.)

« *Nicolao, canonico ecclesie s. Flaviani de Monteflascone, Balneoregensis diocesis.* Exhibita nobis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, II idus aprilis, anno tertio. »

**1584** Orvieto, 29 avril 1264.

Galtero de Fontanis, capellano S., tituli s. Ceciliae presbyteri cardinalis, canonicatum ecclesiae b. Martini Turonensis et praebendam confert. (Reg. 29, fol. 155, n° 634.)

« *Galtero de Fontanis, capellano dilecti filii nostri S., tituli s. Cecilie presbiteri cardinalis.* Illos precipue nec —. Sane, cum dilectus filius Egidius granitarius ecclesie s. Martini Turonensis, dilecto filio nostro S., tituli s. Cecilie presbitero cardinali, per suas patentes litteras, sicut nobis ex ipsarum inspectione innotuit, commisisset ut prebendam, quam idem Egidius tunc in cathedrali ecclesia Turonensi, cujus erat canonicus, obtinebat, posset per quemcumque vellet, ipsius E. nomine, facere resignari, dilectus filius Robertus de Baro, cui dictus cardinalis resignandi prebendam ipsam, ex commissione hujusmodi, concesserat vive vocis oraculo facultatem, eandem prebendam libere in nostris manibus resignavit. Nos itaque, ipsius cardinalis, cujus assiduus commensalis existis, obtentu ac tuorum exigentia meritorum, specialem tibi gratiam facientes, canonicatum prefate cathedralis ecclesie dictamque prebendam, cum juris plenitudine canonici, tibi conferimus et providemus de illis ac te de hiis nichilominus presentialiter investimus, non obstante —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas maii, anno tertio. »

**1585** Orvieto, 29 avril 1264.

Episcopum Carnotensem praedictae collationis deputat executorem. (Reg. 29, fol. 155, n° 635.)

« *Episcopo Carnotensi.* Illos precipue etc. —. Datum apud Urbemveterem, iii kalendas maii, anno tertio. »

**1586** Orvieto, 28 mars 1264.

Episcopo Concordiensi mandat inquirat in decanum Tergestinum et alios clericos qui fratribus ordinis Praedicatorum Johanni Ursi et Castellano, mandatum papale super praedicatione Crucis contra Tartaros in festo b. Stephani protomartyris in ecclesia Tergestina exequi volentibus, injurias intulerunt, eosque ad comparendum coram sede apostolica citet. (Reg. 29, fol. 155, n° 636; Potthast, 18842.)

« *Episcopo Concordiensi.* Horribile seu nefandum —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas aprilis, anno tertio. »

**1587** Orvieto, 22 avril 1264.

Raymundo de Saule archidiaconatum ecclesiae Uticensis de novo confirmat. (Reg. 29, fol. 155 v°, n° 637.)

« *Raymundo de Saule, archidiacono ecclesie Uticensis, ordinis sancti Augustini, capellano nostro.* In provisionibus ecclesiasticis —. Sane quia merita tua sunt nobis laudabili testimonio commendata, libenter personam tuam, quam generis decorat nobilitas, condigne provisionis gratia prevenimus. Licet igitur venerabilis frater noster . . episcopus Uticensis, de archidiaconatu ecclesie Uticensis olim ordinaria tibi auctoritate providerit, et postmodum illum per nos obtinueris tibi de gratia speciali conferri in litteris nostris super hujusmodi tibi collatione concessis de provisione per eundem episcopum tibi facta de eodem, appellatione super hoc pro parte . . prepositi, . . sacriste ac aliorum canonicorum Uticensium sibi adherentium, ad venerabilem fratrem nostrum . . episcopum Sabinensem, tunc archiepiscopum Narbonensem, loci metropolitanum, interposita, de compromisso in eum facto, et quod dictus metropolitanus provisionem eandem non vitio persone cassavit et etiam irritavit quodque ab hujusmodi cassatione ex parte tua dicitur appellatum, nulla prorsus habita mentione, tamen opponentibus se tibi super hiis preposito et adherentibus supradictis, et a provisione hujusmodi ad nos appellantibus, nullum vel modicum te asseris exinde comodum assecutum, quin immo cum eis, occasione dicti archidiaconatus, diutius coram diversis judicibus litigasti. Demum vero, hujusmodi negotio appellationis ad sedem apostolicam devoluto, nos primo dictum episcopum Sabinensem et postmodum dilectum filium nostrum R., sancti Angeli diaconum cardinalem, coram quibus, sicut asseris, nondum ad litis contestationem super principali processum extitit, super hoc deputavimus auditores. Nolentes autem quod, occasione questionis hujusmodi, prefatus archidiaconatus prolixioris detrimenta vacationis incurrat, consideratis laudabilibus meritis tuis tuique nobilitate generis quibus in conspectu nostro gratiosus haberis, obtentu quoque cardinalis predicti ac nobilis viri Jacobi Gantelmi, sororii tui, vicarii in Urbe dilecti filii nobilis viri Caroli, comitis Andegavie ac Provincie, apostolicam pro te gratiam humiliter implorantium, volentes devotioni tue gratiam facere specialem, archidiaconatum eundem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, premissis seu quibuslibet aliis appellationibus, litteris seu processibus coram priore de Bellicadro et conjudicibus suis seu aliis quibuscunque judicibus vel auditoribus apud eandem sedem vel alibi super ipso archidiaconatu vel ejus pretextu habitis sive factis, nequaquam obstantibus, de novo apostolica tibi auctoritate conferimus tibique de ipso, de speciali gratia, ex certa scientia, providemus teque de eodem archidiaconatu et pertinentiis suis presentialiter per nostrum anulum investimus, decernentes irritum et inane si de ipso archidiaconatu, nostra vel alia quavis auctoritate, secus extiterit attemptatum. Nulli ergo nostre collationis, provisionis, investiture ac constitutionis etc —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas maii, anno tertio. »

**1588** Orvieto, 22 avril 1264.

Archiepiscopum Aquensem praedictae collationis constituit executorem. (Reg. 29, fol. 155 v°, n° 638.)

« *Archiepiscopo Aquensi.* In provisionibus ecclesiasticis —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas maii, anno tertio. »

**1589** Orvieto, 9 avril 1264.

Cantori ecclesiae Bituricensis concedit facultatem unam personam in ecclesia s. Petri Bituricensis, in qua collatio praebendarum ad ipsum pertinet, in canonicum recipi faciendi, cum assensu archiepiscopi Bituricensis. (Reg. 29, fol. 155 v°, n° 639.)

« *Cantori ecclesie Bituricensis.* Volentes tibi gratiam —. Datum apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno tertio. »

**1590** Orvieto, 2 avril 1264.

Decernit decanum capituli Ebroicensis, sine confirmatione electionis ab episcopo facta, administrationem suam exercere non valere. (Reg. 29, fol. 155 v°, n° 640.)

« *Episcopo Ebroicensi.* Petitionis tue series —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas aprilis, anno tertio. »

**1591** Orvieto, 12 avril 1264.

Praeposito et capitulo ecclesiae Januensis, obtentu Andreae de Lavania, capellani apostolici, archidiaconi Januensis, indulget ut Bonum Johannem presbyterum, capellanum, in eorum ecclesia, in canonicum recipere valeant. (Reg. 29, fol. 156, n° 641.)

« *Preposito et capitulo ecclesie Januensis.* Cum sicut dilectus —. Datum apud Urbemveterem, ii idus aprilis, anno tertio. »

**1592** Orvieto, 12 avril 1264.

Thedisio Sicco, canonico ecclesiae s. Mariae de Vineis Januensis, mandat ut magistri Henrici, canonici ecclesiae s. Donati Januensis, de canonicatu et praebenda resignatione recepta, eosdem canonicatum et praebendam, obtentu Andreae de Lavania, Anselmo presbytero, capellano in ecclesia Januensi, conferat (Reg. 29, fol. 156, n° 642.)

« *Thedisio Sicco, canonico ecclesie s. Marie de Vineis Januensis.* Cum sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, ii idus aprilis, anno tertio. »

**1593** Orvieto, 11 avril 1264.

Decano et capitulo ecclesiae b. Martini Turonensis indulget, obtentu Ancheri, tituli s. Praxedis presbyteri cardinalis, praepositi Chableyarum et concanonici eorum, ne archiepiscopus, archidiaconi, archipresbyter Turonenses vel eorum officiales in eos sententiam excommunicationis auctoritate apostolica promulgare valeant, nisi in ea de exemptione hujusmodi mentio fieri contingat. (Reg. 29, fol. 156, n° 643.)

« *Decano et capitulo ecclesie b. Martini Turonensis, ad Romanam ecclesiam nullo mediopertinentis,* Illum a sui —. Datum apud Urbemveterem, iii idus aprilis, anno tertio. »

**1594** Orvieto, 22 mars 1264.

Magistro Guillelmo de Lavania, subdiacono, rectori ruralis ecclesiae s. Mariae de Volna, Biterrensis diocesis, capellano O., s. Adriani diaconi cardinalis, obtentu ejusdem cardinalis et Andreae de Lavania, capellani apostolici, indulget ut, praedicti capellani, cujus socius existit, obsequiis insistendo, per triennium eamdem suam ecclesiam per vicarium deserviri faciat. (Reg. 29, fol. 156, n° 644.)

« *Magistro Guillelmo de Lavania subdiacono, rectori ruralis ecclesie s. Marie de Volna, Biterrensis diocesis, capellano dilecti filii nostri O., s. Adriani diaconi cardinalis.* Inducunt nos tue —. Datum apud Urbemveterem, xi kalendas aprilis, anno tertio. »

**1595** Orvieto, 22 mars 1264.

Johannen de Clavaro, canonicum Agathensem, praedictae indulgentiae deputat executorem. (Reg. 29, fol. 156 v°, n° 645.)

« *Johanni de Clavaro, canonico Agathensi.* Inducunt nos dilecti —. Datum apud Urbemveterem, xi kalendas aprilis, anno tertio. »

**1596** Orvieto, 5 avril 1264.

Heliae de Poylleyo, subdiacono Eduensis diocesis, obtentu magistri Augeli, advocati curiae apostolicae, ecclesiam de Guignum, vacantem per mortem magistri Guillelmi de Clameceio, canonici Eduensis, confert. (Reg. 29, fol. 156 v°, n° 646 [1].)

« *Helye de Poylleyo, subdiacono Eduensis diocesis.* Inducunt nos tue —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**1597** Orvieto, 5 avril 1264.

Abbatem s. Germani Autisiodorensis praedictae collationis deputat executorem. (Reg. 29, fol. 156 v°, n° 647.)

1. En marge : « *Ad instantiam magistri Angeli advocati fuit facta hec gratia.* »

« *Abbati s. Germani Autisiodorensis.* Inducunt nos dilecti —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**1598** Orvieto, 13 avril 1264.

Gaufrido Macelini, canonico Bituricensi, germano magistri Johannis de Novevico, archidiaconi Sigaleniae in ecclesia Bituricensi, capellano episcopi Tusculani, confert canonicatum et praebendam in ecclesia Bituricensi, obtentu Albanensis episcopi et A., tituli s. Praxedis presbyteri cardinalis. (Reg. 29, fol. 156 v°, n° 648.)

« *Gaufrido Macellini, canonico Bituricensi, germano dilecti filii magistri Johannis de Novovico, archidiaconi Segalenie in ecclesia Bituricensi, capellano venerabilis fratris nostri episcopi Tusculani.* Consideratione venerabilis fratris —. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno tertio. »

**1599** Orvieto, 13 avril 1264.

Abbatem Millebeceusem, Bituriceusis diocesis, praedictae collationis deputat executorem. (Reg. 29, fol. 157, n° 649.)

« *Abbati Millebecensi, Bituricensis diocesis.* Consideratione venerabilis fratris —. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno tertio. »

**1600** Orvieto, 23 mars 1564.

Episcopo Laudunensi mandat ut super negotio falsarum litterarum apostolicarum, hospitali de Altopassu concessarum, inquirat veritatem. (Reg. 29, fol. 157, n° 650.)

« *Episcopo Laudunensi.* Olim suggesto nobis quod Senebaldus presbiter super hospitali de Altopassu, pretextu quarumdam litterarum quas se asserebat a sede apostolica reportasse, nomine sancti Ascentii Anagnini et sancti Stephani de Rosario hospitalium, ad dictum hospitale de Altopassu spectantium, elemosinas per Remensem provinciam ac alia loca regni Francie colligebat, et de hujusmodi elemosinis per idem regnum collectis, duodecim milia librarum turonensium congregaverat, easque deposuerat penes Cante, mercatorem Florentinum, qui apud civitatem Trecensem tunc temporis morabatur, nos habentes litteras ipsas de falsitate suspectas, tibi nostris dedimus litteris in mandatis ut predictum Senebaldum capi faceres et sub custodia detineri ac exhiberi tibi litteras supradictas, quoslibet detentores ad exhibitionem earum, si necesse foret, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo, invocato ad hoc, si opus esset, auxilio brachii secularis, eas sub tuo sigillo inclusas, nobis fideliter transmissurus, mandans nichilominus, ex parte nostra, mercatori predicto ut prefatam pecuniam vel ejus partem alicui non persolveret, nisi mandatum super hoc a nobis reciperet speciale. Verum, quia de nominato Senebaldo, qui tam super diligenti cura circa executionem negotiorum dictorum hospitalium, que sollicite gessisse dicitur, quam etiam aliis ipsius meritis probitatis, de quibus nobis a pluribus fidedignis laudabile testimonium perhibetur, volumus super hoc taliter providere ut dictus Senebaldus sine culpa penam aliquam non reportet, fraternitati tue mandamus quatinus inquiras super premissis diligentius veritatem, et quod super hiis inveneris, nobis per tuas litteras fideliter intimare procures, ut, ipsarum tenore instructi, quid super hoc agendum fuerit, deliberare plenius valeamus. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**1601** Orvieto, 4 avril 1264.

Episcopo Bambergensi indulget ut duos clericos ejus obsequiis insistentes, unum in cathedrali et alterum in alia Bambergensis diocesis ecclesia, in canonicos recipi facere valeat. (Reg. 29, fol. 157, n° 651.)

« *Episcopo Bambergensi.* Tue merita sinceritatis —. Datum apud Urbemveterem, II nonas aprilis, anno tertio. »

**1602** Orvieto 8 décembre 1263.

Percivallo de Lavania, subdiacono et capellano apostolico, canonico Baiocensi, et Gaufrido de Vezano, canonico Leodiensi, mandat ut magistro Oliverio de Placentia, capellano apostolico, canonico Cameracensi, de aliquo officio et dignitate vel personatu in ecclesia Cameracensi provideant. (Reg. 29, fol. 157, n° 652.)

« *Percivallo de Lavania, subdiacono et capellano nostro, canonico Baiocensi, et Gaufrido de Vezano, canonico Leodiensi.* Pridem facientes dilecto magistro Oliverio de Placentia, capellano nostro, canonico Cameracensi,

gratiam specialem, dignitatem vel personatum sine cura in ecclesia predicta tunc proximo vacaturum, conferendum donationi apostolice duximus reservandum, decernentes irritum et inane si secus de eo apostolica vel quavis alia auctoritate contingeret attemptari, ac dantes vobis nichilominus per nostras litteras in mandatis, ut vos vel alter vestrum eidem capellano de predicta dignitate vel personatu curaretis, per vos vel per alium, providere. Contradictores etc. usque compescendo. Verum quia, sicut accepimus, in eadem ecclesia quedam officia existunt que non consuevere sub dignitatis vel personatus vocabulo comprehendi, nos, ut idem capellanus facte sibi gratie citius consequatur effectum, volumus ad hujusmodi officia collationem, provisionem, reservationem et decretum predicta extendi. Ideoque mandamus quatinus ad provisionem dicti magistri de aliquo officio et dignitate vel personatu ipsius ecclesie sine cura, juxta formam vobis traditam, procedatis. Datum apud Urbemveterem, vi idus decembris, anno tertio. »

**1603** Orvieto, 30 avril 1264.

Magistro Michaeli de Fara, canonico Suessionensi, mandat ut Guidonem de Fara clericum, nullum adhuc beneficium assecutum, obtentu Mariae, dominae de Fara, Laudunensis diocesis, in ecclesia Aurigniacensi, ejusdem diocesis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 157, n° 653.)

« *Magistro Michaeli de Fara, canonico Suessionensi.* Et si ad —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas maii, anno tertio. »

**1604** Orvieto, 9 avril 1264.

Archipresbytero de Langasco, Januensis diocesis, mandat ut Petro, nato Hugonis Blanchi, comitis Lavaniae, consanguinei O., s. Adriani diaconi cardinalis, obtentu Andreae de Lavania, capellani apostolici, archidiaconi Januensis, cujus idem existit clericus, de dignitate vel rectoria in ecclesia Januensi, cum cura vel sine cura, provideat. (Reg. 29, fol. 157 v°, n° 654.

« *Archipresbitero de Langasco, Januensis diocesis.* Illos benigno debemus —. Datum apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno tertio. »

**1605** Orvieto, 12 avril 1264.

Episcopo Abrincensi concedit facultatem cum uno de clericis ipsius dispensandi ut, non obstante constitutione concilii generalis, duo beneficia, curam habentia animarum, insimul retinere valeant. (Reg. 29, fol. 157 v°, n° 655.)

« *Episcopo Abrincensi.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem, ii idus aprilis, anno tertio. »

**1606** Orvieto, 2 avril 1264.

Episcopo Senensi mandat ut, si expedire viderit, rectorem ecclesiae de Cercano quasdam possessiones ejusdem ecclesiae commutare permittat. (Reg. 29, fol. 157 v°, n° 656.)

« *Episcopo Senensi.* Ex parte dilecti —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas aprilis, anno tertio. »

**1607** Orvieto, 30 avril 1264.

Johanni Cofferii, archipresbytero de Monte-Andronis, Xanctonensis diocesis, ecclesiam s. Medardi, Burdegalensis diocesis, a se collatam fuisse declarat. (Reg. 29, fol. 157 v°, n° 657.)

« *Johanni Cofferii, archipresbytero de Monte-Andronis, Xanctonensis diocesis.* Meritis laudabilis conversationis —. Sane, cum ecclesiam sancti Medardi, Burdegalensis diocesis, ad liberam resignationem quondam magistri Forconis de Talantia, capellani nostri, rectoris ejusdem ecclesie, ac postmodum, capellano ipso apud sedem apostolicam rebus humanis exempto, canonicatum et prebendam, quos idem capellanus in ecclesia sancti Severini Burdegalensis, obitus sui tempore, obtinebat, tibi ac dilecto filio magistro Johanni de Galliano dictam ecclesiam sancti Medardi, te ipsam per jus tibi acquisitum in ea sponte et libere resignante, dilectus filius noster O., sancti Adriani diaconus cardinalis, de speciali mandato nostro facto sibi oraculo vive vocis, contulisset, nos demum, quia idem magister Johannes in prefata sancti Severini ecclesia, litterarum nostrarum auctoritate, prius receptus fuerat in canonicum et in fratrem, volentes quod ipse prebendam haberet eandem, prefato cardinali ut a te predictorum canonicatus et prebende, ac a dicto magistro Johanne ipsius ecclesie sancti Medardi receptis resignationibus liberis, tibi eandem ecclesiam sancti Medardi, cum juribus et pertinentiis suis, et quicquid supradictus magister forte in ea vel ipsius occasione,

dum viveret, obtinebat, de novo conferret, ac tecum ut cum ecclesia ipsa, curam animarum habente, posses archipresbiteratum de Monte Andronis quem obtines, cuique cura similis est annexa, retinere licite dispensaret, decernendo irritum et inane si secus de ipsa ecclesia sancti Medardi et aliis predictis a quoquam contingeret attemptari, non obstante constitutione concilii generalis, viva voce duximus committendum.

Idem vero cardinalis, canonicatus, prebende ac ecclesie sancti Medardi predictarum liberis resignationibus, auctoritate commissionis hujusmodi, a te dictoque magistro Johanne receptis, ecclesiam ipsam sancti Medardi tibi, juxta formam commissionis ejusdem, contulit, et tecum etiam dispensavit, decernens irritum et inane si secus super hiis attemptari contingeret a quocunque, prout in litteris inde confectis ipsius cardinalis sigillo munitis, plenius dicitur contineri, nosque tandem quod ab eodem cardinali super hiis factum extitit, ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica duximus confirmandum, dilectis filiis . . de Manso, et . . de Naraco prioribus, Agennensis diocesis, per litteras nostras injuncto ut te in corporalem possessionem ipsius ecclesie sancti Medardi inducerent et tuerentur inductum, contradictores etc. usque compescendo. Et licet iidem priores te in corporalem possessionem ejusdem ecclesie sancti Medardi, juxta tenorem litterarum ipsarum sibi directarum, induxerint, tuque ipsam pacifice possideas et quiete, quia tamen, quibusdam asserentibus quod eadem ecclesia sancti Medardi fuit aliquando prioratus, dubitas ne per hoc, de quo in prefatis nostris et ipsius cardinalis litteris aliqua mentio non habetur, possit tibi in supradicta ecclesia sancti Medardi, processu temporis, obstaculum aliquod interponi, subvenire in hac parte tibi de benignitate apostolica curaremus. Nos itaque, obtentu prefati cardinalis qui propter hoc apostolicam gratiam imploravit, tuis supplicationibus inclinati, auctoritate presentium nostre intentionis fuisse quod hujusmodi collatio tibi per cardinalem facta predictum, ad prioratum, si aliquando in sepedicta ecclesia sancti Medardi extitit, se extendat, duximus declarandum. Nulli ergo nostre declarationis etc. Datum apud Urbemveterem, II kalendas maii, anno tertio. »

**1608** Orvieto, 3 avril 1264.

Abbati Campidonensi, Constantiensis diocesis, mandat irritum nuntiet quoddam statutum capituli ecclesiae Turicensis. (Reg. 29, fol. 158, n° 658.)

« *Abbati Campidonensi, Constantiensis diocesis.* Ad audientiam nostram, non sine admiratione, pervenit quod . . prepositus, et capitulum ecclesie Turicensis, Constantiensis diocesis, contra statutum de certo canonicorum numero ipsius ecclesie, juramento firmatum, temere venientes, in odium quorundam pauperum clericorum et aliorum ydoneorum provisiones suas in eadem ecclesia per litteras sedis apostolice prosequentium, motu proprio statuerunt quod quilibet canonicorum ipsius ecclesie, vocem in capitulo ejus habentium, unum pro sua voluntate nominare valeret, ac dicti prepositus et capitulum, ad quos canonicorum institutio et collatio prebendarum ibidem pertinet, nominatos hujusmodi tenerentur recipere in canonicos et in fratres, de hiis observandis prestito nichilominus juramento. Porro jamdicti prepositus et capitulum, hujus temerarii statuti pretextu, quamplures in canonicos receperunt, quorum quidam minus ydonei prorsus existunt. Iidem quoque prepositus et capitulum quosdam divites potentes ex eis, quos taliter receperunt in prebendis quas in ecclesia ipsa vacare contigit, pro eo instituere propria temeritate presumunt ut, divitibus et potentibus ipsis eas, propter impotentiam predictorum pauperum et ydoneorum clericorum, violenter detinentibus, recepti prefati, quorum quidam sunt consanguinei vel affines illis leviter in prebendarum ipsarum assecutione succedant, dictis pauperibus et ydoneis clericis remanentibus omni provisione fraudatis. Cum autem nostri appositione consilii super premissis deceat salubriter provideri, discretioni tue mandamus quatinus, si est ita, tam dictum statutum, quam receptiones talium ipsius occasione presumptas, et quicquid ex eis secutum est, auctoritate nostra per te vel per alium in irritum revocans et denuntians penitus non tenere, predictos de novo in ecclesia ipsa receptos, exinde penitus amoveas nec permittas, occasione ipsius statuti, de cetero aliquos ibidem in canonicos recipi et in fratres. Non obstante —. Contradictores etc., usque compescendo. Nos enim nichilominus decernimus irritum et inane si super premissis secus fuerit attemptatum. Datum apud Urbemveterem, III nonas aprilis, anno tertio. »

**1609** Orvieto, 11 avril 1264.

Abbati monasterii de Pomposa, Comaclensis diocesis, mandat ut Marco, plebano plebis de Concha, Ariminensis diocesis, in ecclesia Ariminensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 158, n° 659.)

« *Abbati monasterii de Pomposa, Comaclensis diocesis.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, III idus aprilis, anno tertio. »

**1610** Orvieto, 5 avril 1264.

Abbati monasterii s. Vincentii Metensis, ordinis s. Benedicti, mandat ut in eodem monasterio, defectum bonarum personarum patiente, de consilio prioris Praedicatorum et guardiani Minorum fratrum, quatuor personas in monachos recipiat. (Reg. 29, fol. 158, nº 660.)

« *Abbati monasterii s. Vincentii Metensis, ordinis s. Benedicti.* Cum, sicut auribus —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**1611** Orvieto, 11 avril 1264.

Episcopo Virdunensi et Theodorico de Blankehen, archidiacono Treverensi, mandat inducat capitula ecclesiarum in quibus Henricus de Hinsebergue beneficia obtinet, ut eumdem Henricum beneficiis privent et, si necesse erit, excommunicatum publice nuntient. (Reg. 29, fol. 158 vº, nº 661.)

« *Episcopo Virdunensi et dilecto filio Theodorico de Blankehen, archidiacono Treverensi* [1]. Nequaquam oblivioni mandavimus sed memorie retinemus quod nos vacantem preposituram Coloniensis ecclesie, per promotionem venerabilis fratris nostri . . Coloniensis archiepiscopi, tunc ejusdem ecclesie prepositi, dilecto filio Arnoldo de Los, capellano nostro, auctoritate apostolica contulimus sibique de illa providimus et ipsum per nostrum investivimus anulum de eadem, decernentes irritum et inane si secus de prepositura eadem, apostolica vel alia quavis auctoritate, a quoquam contingeret attemptari, non obstante quod nondum effluxerat tempus de consecrandis episcopis a canonibus diffinitum dictusque archiepiscopus, in nostra et quamplurium fratrum nostrorum presentia, ipsum in prepositura et ab eo tamquam a Coloniensi preposito consuetum homagium, pacis osculo interveniente, recepit. Sed capitulum predicte ecclesie, post collationem, provisionem et investituram hujusmodi, Henricum de Hinsebergue, ipsius ecclesie canonicum, in ejusdem ecclesie prepositum elegisse dicuntur et electionem hujusmodi presentatam sibi, . . vicarius ejusdem archiepiscopi, ut asseritur, confirmavit, sicque, cum predictus Henricus eundem Arnoldum preposituram predictam non permitteret pacifice possidere, ac predictum capitulum, priores, prepositi, decani et alii ecclesiarum prelati et clerici Coloniensis civitatis et diocesis, dicto A. tamquam preposito, ut tenentur, intendere indebite recusarent, idem A. provideri sibi super hoc a nobis suppliciter postulavit. Unde nos venerabili fratri nostro . . Leodiensi episcopo, et dilecto filio . . abbati sancti Trudonis, Leodiensis diocesis, per nostras litteras districte dedimus in virtute obedientie in preceptis ut ipsi vel eorum alter predictum Henricum quod prefatum Arnoldum memoratam preposituram, cum juribus et pertinentiis suis, permitteret pacifice possidere, capitulum vero, priores, prepositos, decanos, prelatos et clericos supradictos quod eidem Arnoldo, tanquam preposito Coloniensi, ut tenentur, intenderent, monitione premissa, per se vel alios seu alium, appellatione postposita, censura ecclesiastica coartarent. Si vero prefatus Henricus, postquam in eum, occasione hujusmodi, excommunicationis sententiam iidem episcopus et abbas vel eorum alter ducerent promulgandam, per unum mensem in sua contumacia perduraret, ipsum ex tunc omnibus beneficiis ecclesiasticis, pensionibus et dignitatibus que obtinet, auctoritate nostra privare curarent, illis ad quos ipsorum collatio pertinet, conferendi ea personis ydoneis concessa plena et libera potestate, ac nichilominus sepedictum Henricum inhabilem redderent ad alia obtinenda. Verum iidem episcopus et abbas deferentes in hoc dicto Henrico, quod ipsos non decuit, plus debito, licet dictus abbas in eundem Henricum, quia diligentius ab eo monitus, prefatum Arnoldum dictam preposituram possidere pacifice non sinebat, excommunicationis sententiam promulgaverit, justitia exigente, idemque Henricus dictam sententiam ultra mensem sustinuerit, sicut et adhuc sustinere dicitur, animo indurato, ad ipsius tamen privationem procedere non curarunt, propter quod idem Arnoldus coactus est iterum apostolicam super hoc providentiam implorare. Volentes igitur penitus quod facta eidem Arnoldo a nobis gratia in hac parte optatum sortiatur effectum, discretioni vestre, sub pena excommunicationis quam eo ipso, si preceptum nostrum adimplere neglexeritis, vos incurrere volumus, per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatinus Henricum, in aliqua ecclesiarum in qua est canonicus, quia forsan de facili copiam persone ipsius habere non possetis, capitulum, priores, prepositos, decanos, prelatos, clericos prelibatos moneatis, ex parte

1. En marge : « *de mandato domini nostri fuit expedita, non obstante multorum contradictione.* »

nostra, et inducatis ut Henricus ipse dictam preposituram, cum juribus et pertinentiis suis, liberam et expeditam, infra quindecim dies post monitionem vestram, eidem Arnoldo sine qualibet difficultate dimittat eumque illam permittat pacifice possidere; capitulum vero, priores, prepositi, decani, prelati et clerici dicto Arnoldo, tamquam ecclesie predicte preposito, ut tenentur, intendant. Alioquin ipsum Henricum, cum sit, ut premittitur, vinculo excommunicationis astrictus, ex tunc excommunicatum sollempniter nuntiantes et facientes, per vos vel alium seu alios, usque ad satisfactionem condignam, nuntiari, diebus dominicis et festivis, ipsum omnibus beneficiis ecclesiasticis, personatibus et dignitatibus que obtinet, auctoritate nostra privare curetis, illis ad quos ipsorum collatio pertinet, conferendi ea personis ydoneis concessa plena et libera potestate, ac nichilominus dictum H. reddatis inhabilem ad alia obtinenda, in singulos de capitulo ipso et priores et prepositos et alios supradictos excommunicationis sententiam prolaturi, ac processuri alias contra ipsos, prout pravitas exegerit eorundem. Quod si forsan hiis ad quos eorundem beneficiorum, personatuum et dignitatum spectat collatio, ea conferre distulerint, infra quindecim dies postquam eis Henricum privaveritis memoratum, extunc auctoritate nostra ea, per vos vel alios seu alium, personis ydoneis conferre et assignare curetis. Contradictores etc. usque compescendo. Non obstante si —. Datum apud Urbemveterem, III idus aprilis, anno tertio. »

**1612** Orvieto, 10 avril 1264.

Guillelmo Petri, canonico ecclesiae s. Frontonis Petragoricensis, mandat ut a magistro Helia Peleti, capellano apostolico, rectore ecclesiae de Javerlhac, Lemovicensis diocesis, resignatione recepta, eamdem ecclesiam alicui personae idoneae conferat. (Reg. 29, fol. 158 v°, n° 662.)

« *Guillelmo Petri, canonico ecclesie s. Frontonis Petragoricensis.* Cum dilectus filius —. Datum apud Urbemveterem, IIII idus aprilis, anno tertio. »

**1613** Orvieto, 5 mai 1264.

Magistro Petro, capellano apostolico, cantori Cenomanensi, adhuc in tenera aetate existenti, canonicatum ecclesiae b. Martini Turonensis et praebendam confert, non obstante quod alias beneficiatus existit. (Reg. 29, fol. 159, n° 663.)



« *Magistro Petro, capellano nostro, cantori Cenomanensi.* Honestatis debito suadente —. Datum apud Urbemveterem, III nonas maii, anno tertio. »

**1614** Orvieto, 5 mai 1264.

Abbatem s. Georgii de Nemore et cantorem ecclesiae b. Georgii Vindocinensis, Cenomanensis et Carnotensis diocesum, praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 159, n° 664.)

« *Abbati s. Georgii de Nemore et . . cantori ecclesie b. Georgii Vindocinensis, Cenomanensis et Carnotensis diocesum.* Honestatis debito suadente —. Datum apud Urbemveterem, III nonas maii, anno tertio. »

**1615** Orvieto, 4 février 1264.

Episcopo Zamorensi mandat denuo ut Alfonsum Mini, portionarium ecclesiae Zamorensis, in eadem ecclesia in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat, non obstante oppositione Petri Petri, Martini Vincentii et Petri Vincentii, ejusdem ecclesiae canonicorum. (Reg. 29, fol. 159, n° 665.)

« *Episcopo Zamorensi.* Sua nobis Alfonsus —. Datum apud Urbemveterem, II nonas februarii, anno tertio. »

**1616** Orvieto, 13 avril 1264.

Infrascriptis mandat ut magistro Petro de Maceriis clerico canonicatum et praebendam ecclesiae Constantiensis auctoritate apostolica conferant. (Reg. 29, fol. 159 v°, n° 666.)

« *Magistro Johanni de Gomericis Ebroicensis, et Garvera, dicto* Morochier, *Carnotensis ecclesiarum canonicis.* Significarunt nobis venerabilis frater noster . . episcopus, et dilecti filii capitulum ecclesie Constantiensis quod nos dilecto filio magistro Guidoni de Merula, archidiacono Constantiensi, qui tunc non erat ipsius ecclesie canonicus, canonicatum ejusdem ecclesie ac prebendam, si qua tunc vacabat ibidem, cum plenitudine juris canonici, duximus conferendos eique providimus de eisdem. Si vero tunc aliqua in ipsa ecclesia non vacabat, prebendam primo in dicta ecclesia vacaturam, conferendam eidem archidiacono, donationi apostolice reservantes, decrevimus irritum et inane si secus de prebenda hujusmodi apostolica vel alia quavis auctoritate a quoquam contingeret attemptari,

eidem archidiaco[no] certo super hoc executore concesso. Sane, post collationem, provisionem, reservationem et decretum hujusmodi, sed antequam ad eorundem episcopi et capituli notitiam perveniret, vacavit prebenda de Ingrovia in predicta ecclesia per mortem Johannis, archidiaconi Paganelli in ecclesia supradicta, quam idem episcopus, ad quem collatio prebendarum in ea pertinet, magistro Petro de Maceriis clerico duxit auctoritate propria conferendam, dictique capitulum eum, ad mandatum ipsius episcopi, ad illam canonice receperunt in canonicum et in fratrem, quam dictus magister Petrus aliquando possedit pacifice et quiete. Postmodum autem idem executor prebendam ipsam, amoto ab ea dicto magistro Petro, assignavit eidem. Quare idem magister Petrus dictumque capitulum nobis humiliter supplicarunt ut ipsi magistro Petro, ne spe sua quam de hujusmodi provisione conceperat, maneat totaliter defraudatus, providere super hoc misericorditer dignaremur. Quocirca mandamus quatinus, si est ita, vos vel alter vestrum, per vos vel alium seu alios, dictum magistrum Petrum vel procuratorem suum, ejus nomine, in prefata ecclesia recipi facientes in canonicum et in fratrem, ei de prebenda, si qua ibidem vacat ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, providere curetis, sibi stallo in choro et loco in capitulo assignatis, non obstante statuto de certo ipsius ecclesie canonicorum numero aut quod idem magister Petrus duo beneficia ecclesiastica cum cura ex dispensatione apostolica noscitur obtinere, vel si presens non fuerit —. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno tertio. »

**1617** Orvieto, 25 mars 1264.

Episcopo Halberstadensi mandat ut Lambertum, praepositum secularis ecclesiae Novi monasterii Herbipolensis, qui duos litterarum apostolicarum falsarios capi fecit, in praedicta ecclesia Novi monasterii in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 159 v°, n° 667.)

« *Episcopo Halberstadensi.* Quod dilectus filius —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas aprilis, anno tertio. »

**1618** Orvieto, 7 avril 1264.

Archipresbytero ecclesiae s. Michaelis de Silvacana, Vicentinae diocesis, obtentu Simonis, tituli s. Martini presbyteri cardinalis, indulget ut ecclesiam s. Clementis de Padua, curam habentem animarum, una cum suo archipresbyteratu, eamdem curam habente, recipere ac per triennium commendatam retinere valeat. (Reg. 29, fol. 160, n° 668.)

« *Archipresbitero ecclesie s. Michaelis de Silvacana, Vicentine diocesis.* Meritis dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, VII idus aprilis, anno tertio. »

**1619** Orvieto, 1er avril 1264.

Archiepiscopo Aquensi mandat ut Guillelmum Symeonis, canonicum ecclesiae Tholonensis, in possessionem inducat ecclesiae s. Pauli de Areis, Tholonensis diocesis. (Reg. 29, fol. 160, n° 669.)

« *Archiepiscopo Aquensi.* Petitio dilecti filii Guillelmi Symeonis, canonici ecclesie Tholonensis, nobis exhibita continebat quod, cum in causa que inter ipsum et Raolinum, clericum Tholonensis diocesis, super canonicatu et beneficio ipsius ecclesie, videlicet ecclesia sancti Pauli de Areis, ejusdem diocesis, vertebatur, ad sedem apostolicam per appellationem legitime devoluta, dilectos filios magistros Petrum, decanum ecclesie s. Ylarii Pictavensis, primo, et postmodum eo de nostra curia recedente, Raynerium, palatii nostri generalem auditorem causarum, capellanos nostros, dedimus auditores, idem magister Raynerius, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, canonicatum et ecclesiam hujusmodi, cum juribus et pertinentiis suis, eidem Guillelmo per sententiam diffinitivam adjudicans et ad ipsum pertinere declarans, dicto Raolino super ipsis duxit perpetuum silentium imponendum, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius magistri Raynerii, plenius dicitur contineri. Nos itaque, ipsius Guillelmi supplicationibus inclinati, sententiam hujusmodi, prout provide lata est, ratam et firmam habentes ac eam auctoritate apostolica confirmantes, fraternitati tue mandamus quatinus predictam sententiam per te vel per alium debite executioni demandans, dictum Guillelmum in possessionem vel quasi canonicatus et beneficii predictorum ac jurium et pertinentiarum ipsorum, amoto ab eis dicto Raolino et quolibet alio illicito detentore, inducas et defendas inductum, non obstante si —. Contradictores etc. usque compescendo. Invocato —. Datum apud Urbemveterem, kalendis aprilis, anno tertio. »

**1620** Orvieto, 4 mai 1264.

Petro de Belna, capellano apostolico, canonicatum ecclesiae Carnotensis confert. (Reg. 29, fol. 160, n° 670.)

« *Petro de Belna, capellano nostro.* Indecens et quodammodo alienum a caritatis officio videtur si nos, qui extraneis et ignotis in provisionis gratia liberales existimus, hiis qui, preter id quod nobis conjuncti consanguinitate dicuntur, obsequiis assidue immorantur, apostolice munificentie dexteram clauderemus. Cum igitur naturalis nexu necessitudinis nobis junctus esse dicaris nostrisque obsequiis laudabiliter immoreris, nos, consideratione hujusmodi, volentes erga statum tuum gratiose liberalitatis munificentia providere, canonicatum Carnotensis ecclesie ac prebendam, si qua in ea vacat ad presens, cum plenitudine juris canonici, tibi conferimus et providemus de ipsis teque per nostrum anulum investimus; si vero nulla ibi prebenda vacat ad presens, proximo vacaturam, conferendam tibi donationi apostolice, reservantes, decernimus ex tunc irritum et inane si secus de ipsa, apostolica vel alia quavis auctoritate, contigerit attemptari. Non obstante si —. Nulli ergo nostre collationis, provisionis, investiture, reservationis et constitutionis etc. —. Datum apud Urbemveterem, III nonas maii, anno tertio. »

**1621** Orvieto, 6 mai 1264.

Abbatem s. Dionysii in Francia, Parisiensis diocesis, et magistrum Odonem de s. Dionysio, canonicum Parisiensem, praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 160, n° 671.)

« *Abbati s. Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis, et magistro Odoni de s. Dionisio, canonico Parisiensi.* Indecens etc., ut —. Datum apud Urbemveterem, II nonas maii, anno tertio. »

**1622** Orvieto, 9 avril 1264.

Episcopo Abrincensi hac vice indulget ut personatus, dignitates et alia beneficia ecclesiastica quae in Abrincensi dioecesi tanto tempore vacaverint quod ad sedem apostolicam eorum collatio sit devoluta, conferre valeat. (Reg. 29, fol. 160 v°, n° 672.)

« *Episcopo Abrincensi.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem, V idus aprilis, anno tertio. »

**1623** Orvieto, 23 février 1264.

Johanni Stephani, priori secularis ecclesiae s. Salvatoris de Regia, Elboranae diocesis, mandat ut Petrum Alexandri, canonicum ecclesiae de Stampis, in ecclesia Burgensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 160 v°, n° 673.)

« *Joanni Stephani, priori secularis ecclesie sancti Salvatoris de Regia, Elborane diocesis, capellano dilecti filii nostri G., s. Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis.* Volentes dilectum filium Petrum Alexandri, canonicum ecclesie de Stampis et clericum chori ecclesie Burgensis, qui, sicut asserit, de civitate Burgensi traxit originem et diu disciplinis scolasticis insudavit, contemplatione clare memorie B., regine Francorum, cujus idem Petrus alumpnus dicitur extitisse, favore prosequi gratie specialis, discretioni tue mandamus quatenus prefatum B. in ecclesia Burgensi, per te vel per alium, auctoritate nostra recipi facias in canonicum et in fratrem et de prebenda, cum prestimoniis cedentis vel decedentis canonici, si vacat ad presens vel quam primum ad id se facultas obtulerit, provideas vel facias provideri, dummodo non nisi unus ibidem auctoritate nostra prebendam vacaturam expectet, cui nolumus auctoritate presentium prejudicium generari. Non obstante —. Contradictores etc. usque compescendo. Proviso quod — et quod, postquam in eadem Burgensi ecclesia obtinuerit prebendam, quam in dicta ecclesia de Stampis nunc obtinet et quam ex tunc vacare decernimus, omnino dimittat. Nos enim —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas martii, anno tertio. »

**1624** Orvieto, 1er mai 1264.

Priori s. Hilarii super Arnum, Bituricensis diocesis, mandat ut Theobaldum de Campofrigido in ecclesia s. Cirici de Exolduno, Bituricensis dioecesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 160 v°, n° 674.)

« *Priori s. Ylarii super Arnum, Bituricensis diocesis.* Volentes dilecto filio Theobaldo de Campo frigido, clerico dilecti filii nostri nobilis viri Guillelmi, domini de Lineriis, nullum adhuc ecclesiasticum beneficium assecuto, ipsius obtentu nobilis, gratiam facere specialem, mandamus quatenus eundem clericum, quem

per dilectum filium magistrum Petrum, archidiaconum Bruliensem in ecclesia Agennensi, socium dilecti filii magistri Michaelis, sacrosancte Romane ecclesie vicecancellarii, examinari fecimus diligenter quique inventus est, ut dicitur, in litteratura sufficienter ydoneus, in ecclesia s. Cirici de Exolduno, Bituricensis diocesis, auctoritate nostra recipi facias, per te vel per alium, in canonicum et in fratrem sibique de prebenda, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens vel quamcito ad id se facultas obtulerit, providere procures. Non obstante —. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, kalendis maii, anno tertio. »

**1625** Orvieto, 7 mai 1264.

Archiepiscopo Ispalensi concedit facultatem in Ispalensi ecclesia duas personas, cum consensu majoris partis capituli, in canonicos recipi faciendi. (Reg. 29, fol. 160 v°, n° 675.)

« *Archiepiscopo Ispalensi.* Ut tuas petitiones —. Datum apud Urbemveterem, nonis maii, anno tertio. »

**1626** Orvieto, 3 juillet 1264.

Abbati monasterii de Cancellata, Petragoricensis diocesis, mandat ut Guillelmo Petri, canonico ecclesiae s. Frontonis Petragoricensis aliquam ex obedientiariis ipsius ecclesiae assignari faciat. (Reg. 29, fol. 161, n° 676.)

« *Abbati monasterii de Cancellata, Petragoricensis diocesis.* Volentes dilecto filio Guillelmo Petri, canonici ecclesie s. Frontonis Petragoricensis, nobilitate morum et generis ac scientia litterarum quibus pollere dicitur, facere gratiam specialem, mandamus quatenus ei, quem per dilectum filium magistrum Petrum de Bardissen, Broliensem archidiaconum in ecclesia Agennensi, examinari fecimus et qui inventus fuisse dicitur in litteratura sufficiens et ydoneus [1], aliquam ex obedientiariis ipsius ecclesie per venerabilem fratrem nostrum . . Petragoricensem episcopum, qui in eadem ecclesia locum tenet abbatis, et dilectos filios capitulum ejusdem, consuetis ecclesie predicte canonicis assignari, si vacat ad presens vel quam cito ad id obtulerit se facultas, auctoritate nostra, per te vel per alium, conferas et assignes, sub onere quo consuevit assignari canonicis ab antiquo, non obstante si pro aliis in eadem ecclesia direximus scripta nostra, dummodo per nos alius similem gratiam non sit assecutus, ipsumque vel procuratorem ipsius in corporalem ejusdem obedientiarie possessionem inducens et defendens inductum, de redditibus et proventibus ipsius facias integre responderi. Contradictores etc. usque compescendo. Non obstante si —, vel quod idem G. in Petragoricensi ecclesia et alias beneficiatus existit. Datum apud Urbemveterem, v nonas julii, anno tertio. »

1. En marge : « *Sufficientissimus est.* »

**1627** Orvieto, 7 mai 1264.

Abbati monasterii de Carraria, Paduanae diocesis, et Thomasio de Guarnerinis, canonico Paduano, mandat ut Bartholomaeum, dictum *de Lingua-de-Vacca*, clericum, nepotem S., tituli s. Martini presbyteri cardinalis, in ecclesia plebis s. Martini de Sacco, Paduanae diocesis, in canonicum recipi faciant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 161, n° 677.)

« *Abbati monasterii de Carraria, Paduane diocesis, et Thomasio de Guarnerinis, canonico Paduano.* Dilectum filium Bartholomeum —. Datum apud Urbemveterem, nonis maii, anno tertio. »

**1628** Orvieto, 30 avril 1264.

Petro, priori secularis ecclesiae de Castra, Bituricensis diocesis, indulget ut Bartholomaeum clericum, fratrem magistri Donini, canonici Bituricensis, in eadem ecclesia in canonicum recipere valeat. (Reg. 29, fol. 161, n° 678.)

« *Petro, priori secularis ecclesie de Castra, Bituricensis diocesis.* Cum nobis per vestras patentes litteras duxeritis supplicandum ut recipiendi in ecclesia vestra, in qua ad vos communiter canonicorum receptio et prebendarum collatio pertinet, Bartholomeum clericum, fratrem dilecti filii magistri Donini, canonici Bituricensis, capellani nostri, qui per se et suos, sicut asseritis, eidem ecclesie potest multipliciter existere fructuosus, facultatem concedere dignaremur, nos, vestris supplicationibus inclinati, recipiendi ipsum in prefata ecclesia in canonicum et in fratrem ac providendi sibi de prebenda, si vacat ibidem ad presens vel quam primum ad id obtulerit se facultas, dummodo a nobis similem non fueritis gratiam assecuti, non obstante —, concedimus facultatem, eisdem statuto et indulgentiis, post receptionem predicti B., in suo nichilominus robore duraturis. Datum apud Urbemveterem, II kalendas maii, anno tertio. »

**1629** Orvieto, 30 avril 1264.

Praeposito ecclesiae Strigoniensis mandat ut Andream clericum, natum Andreae de Menus, laici Strigoniensis diocesis, in aetate tenera constitutum, in ecclesia Albensi, Vesprimiensis diocesis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 161, n° 679.)

« *Preposito ecclesie Strigoniensis.* De dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas maii, anno tertio. »

**1630** Orvieto, 5 mai 1264.

Statutum quoddam a capitulo Tullensi editum confirmat. (Reg. 29, fol. 161 v°, n. 680.)

« *Capitulo ecclesie Tullensis.* Hiis que ecclesiarum —. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod vos deliberatione provida statuistis ut proventus unius anni prebendarum canonicorum ecclesie vestre decedentium deputentur operi fabrice ipsius ecclesie dudum incepte opere sumptuoso. Nos itaque, vestris supplicat[i]onibus inclinati, statutum hujusmodi, prout provide factum est, ratum et firmum habentes, illud usque ad decennium auctoritate apostolica decernimus inviolabiliter observandum. Non obstantibus —. Nulli ergo nostre constitutionis etc. Datum apud Urbemveterem, iii nonas maii, anno tertio. »

**1631** Orvieto, 7 mai 1264.

Abbati et conventui monasterii s. Benedicti de Pado Lironis, ordinis s. Benedicti, Mantuanae diocesis, mandat ut abbati monasterii de Mezano, Placentinae diocesis, cum socio ac familia, vitae necessaria ministrent. (Reg. 29, fol. 161 v°, n° 681.)

« *Abbati et conventui monasterii s. Benedicti de Pado Lironis, ordinis s. Benedicti, Mantuane diocesis.* Ad provisionem illorum —. Cum igitur dilectus filius . . abbas monasterii de Mezano, ordinis s. Benedicti, Placentine diocesis, sicut asserit, propter tyrampnidem Uberti Pelavicini marchionis, Dei et ecclesie inimici, eum inhumaniter persequentis, secure non possit in ipso monasterio commorari, universitatem vestram attente rogandam duximus et hortandam per apostolica vobis scripta mandantes quatenus, ad ipsum habentes pie compassionis affectum, ob reverentiam apostolice sedis et nostram, eidem abbati, uni socio ac familie suis, in monasterio vestro, donec ipsi ad dictum eorum monasterium redire libere ac in eo secure morari valeant, vite necessaria congrue ministretis. Preces nostras et mandatum taliter impleturi quod iidem speratum in vobis vite subsidium se gaudea[n]t repperisse ac vos fraterne caritatis comprobemini zelatores, nosque devotionis vestre promptitudinem possimus merito commendare. Alioquin dilecto filio . . abbati s. Johannis Parmensis, nostris damus litteris in mandatis ut vos ad id, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellat. Datum apud Urbemveterem, nonis maii, anno tertio. »

**1632** Orvieto, 7 mai 1264.

Abbatem monasterii s. Johannis Parmensis praedicti mandati executorem deputat. (Reg. 29, fol. 161 v°, n° 682.)

« *Abbati monasterii s. Johannis Parmensis.* Ad provisionem illorum —. Datum apud Urbemveterem, nonis maii, anno tertio. »

**1633** Orvieto, 17 avril 1264.

Magistro Alberto, notario et nuntio apostolico, mandat ut in negotio cujusdam commutationis ecclesiarum procedere studeat. (Reg. 29, fol. 161, n° 683.)

« *Magistro Alberto, notario et nuntio nostro.* Insinuantibus olim nobis dilectis filiis magistris Johanne de Thorota, rectore ecclesie de Braio, Suessionensi officiali, et Adam, canonico ecclesie s. Clementis Compendiensis, capellano dilecti filii nostri G., tituli s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, Ambianensis et Suessionensis diocesum, quod idem J. dictam ecclesiam de Braio et prefatus A. canonicatum et prebendam prelibate s. Clementis ecclesie, quos habebant, inter se affectabant ad invicem commutare, nos, ipsorum votis ac venerabilium fratrum nostrorum . . Ambianensis, et . . Suessionensis episcoporum tuisque supplicationibus annuentes, tibi per nostras sub certa forma injunximus litteras ut, si utilitati earundem ecclesiarum expedire videres, ab eodem J. ecclesie predicte de Braio, a memorato vero Adam eorundem canonicatus et prebende libera resignatione recepta eandem ecclesiam de Braio nominato Ade, prefato autem J. canonicatum et prebendam eosdem, cum ple-

nitudine juris canonici, conferre et assignare curares, supradictum Adam in ipsius ecclesie de Braio, eundem quoque J. in predictorum canonicatus et prebende possessionem inducens, per te vel per alium, ac defendens inductum, ac faceres sepefatum J. in eadem ecclesia s. Clementis in canonicum et in fratrem admitti. Contradictores etc. usque compescendo. Sane postmodum, antequam tibi fuissent hujusmodi littere presentate, dilectis filiis . . abbate, et conventu monasterii s. Richarii in Pontivo ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, prefate diocesis, qui me[mo]rate de Braio ecclesie sunt patroni, suggerentibus nobis quod prefatus magister Johannes et quarumdam aliarum rectores ecclesiarum, in quibus iidem abbas et conventus jus patronatus habebant, rectorias suas ecclesiarum suarum commutare cum aliis absque ipsorum conabantur assensu, ipsis abbati et conventui per nostras duximus litteras indulgendum ut hujusmodi commutatio eis invitis fieri non valeret per litteras apostolicas non facientes de indulto hujusmodi mentionem, propter quod dicti magistri nobis humiliter supplicarunt ut providere ipsis ne, ejusdem indulti pretextu, gratiam hujusmodi deperire contingat, misericorditer dignaremur. Quia igitur intentionis nostre non extitit nec existit quod per indultum hujusmodi, prefatis litteris, ante illius impetrationem super eadem commutatione obtentis, aliquatenus derogetur, nos propter hoc, consideratione dilecti filii magistri Bartholomei, Ambianensis archidiaconi, litterarum nostrarum auditoris, apostolicam super hoc gratiam implorantis, per favoris nostri beneficium obstaculum submoveri volentes per quod predicte commutationis effectus valeat impediri, discretioni tue mandamus quatenus, indulgentia predicta nequaquam obstante, in commisso in hoc tibi negotio procedere studeas, juxta directarum tibi super hoc predictarum continentiam litterarum —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas maii, anno tertio. »

**1634** Orvieto, 15 mai 1264.

Abbatibus s. Johannis in Vineis Suessionensis et s. Dionysii Remensis, ordinis s. Augustini, visitationem monasterii s. Lupi Trecensis, ordinis ejusdem, committit. (Reg. 29, fol. 162, n° 684.)

« *S. Johannis in Vineis Suessionensis et . . s. Dionisii Remensis abbatibus, ordinis s. Augustini.* In desideriis apostolice —. Sane, significantibus olim nobis . . priore, ac aliis in hac parte sibi adherentibus, canonicis ecclesie s. Lupi Trecensis, ordinis s. Augustini, quod dilectus filius Milo, abbas ipsius ecclesie, multis desipiens insolentiis, bona ejusdem ecclesie dilapidabat enormiter et irreparabiliter consumebat quodque idem abbas, appellatione contempta, propter hoc ad eandem sedem interjecta, excommunicationis sententiam hac occasione promulgaverat in eosdem et privaverat ipsos administrationibus suis quas ab ipsa ecclesia obtinebant, quod etiam quibusdam equis et aliis bonis, que ratione administrationum ipsarum habebant, eos indebite spoliarat, nos, ad instantiam dicti prioris qui propter hoc pro se ac sibi adherentibus ad sedem accessit eandem, primo dilectum filium nostrum S., tituli s. Cecilie presbyterum cardinalem, concessimus partibus auditorem et postmodum inquisitionem contra dictum abbatem super hiis certis judicibus duximus delegandam, cui postmodum supersederi precepimus, donec super hoc aliud mandaremus. Eodem vero negotio per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluto, dilecti filii nostri A., tituli s. Praxedis presbyter, et J., sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinales, auctoritate nostra eis in hac parte commissa, et de speciali mandato nostro viva voce sibi facto, per certam ordinationem dictum negotium terminarunt, prout in instrumento publico inde confecto, dictorum cardinalium munito sigillis, plenius continetur. Nos itaque, cupientes quod eadem ecclesia s. Lupi et degentes in ipsa statum habeant, Deo propitio, pacificum et tranquillum ac ibidem locum virtutes sibi vendicent, destructa quarumlibet macerie pravitatum, de vestra quoque circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, discretioni vestre mandamus quatenus, ad ecclesiam ipsam personaliter accedentes et habentes pre oculis solum Deum ac inibi auctoritate nostra visitationis officium exercentes, corrigatis et reformetis in ipsa tam in capite quam in membris que correctionis et reformationis officio noveritis indigere. Si autem inveneritis aliqua gravia et enormia propter que aliqui subditi vel prelati ejusdem ecclesie sint a suis locis vel officiis merito amovendi, ad amotionem illorum, quicumque sint, persona dicti abbatis dumtaxat excepta, libere procedatis, prout bono ipsius ecclesie statui secundum Deum videritis expedire, non obstante cujuscunque frivole appellationis objectu. Contradictores etc. usque compescendo. Illa vero que abbatem ipsum seu statum ejus tangere videbuntur, nobis fideliter intimare curetis, ut ex relatione vestra instructi, procedamus ad amotionem hujusmodi vel alias provi-

deamus in hiis sicut viderimus faciendum. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno tertio. »

**1635** Orvieto, 11 avril 1264.

Privilegium de praebenda in ecclesia Rosetensi, Laudunensis diocesis, obtinenda Roberto de Floricort, canonico Rosetensi, familiari G., tituli s. Marci presbyteri cardinalis, conceditur. (Reg. 29, fol. 162, n° 685.)

« *Roberto de Floricort, canonico Rosetensi, clerico et familiari dilecti filii nostri G., tituli s. Marci presbyteri cardinalis.* Tue probitatis merita —. Exposuisti siquidem nobis quod in Rosetensi ecclesia, Laudunensis diocesis, in qua litterarum auctoritate nostrarum sub expectatione prebende vacature canonice receptus es in canonicum et in fratrem, statutum extitit firmatum ut quilibet ecclesie predicte canonicus prebendam quam in ea obtinet, si eam dimittere voluerit, alii conferre valeat, pro sue libito voluntatis. Ex hujusmodi ergo statuti pretextu, dilectus filius Guido de Dorceio, archidiaconus in Bria in ecclesia Suessionensi, quondam canonicus ipsius ecclesie Rosetensis, prebendam quam in ea obtinuit, post receptionem tuam in eadem Rosetensi ecclesia, Renaldo de Venderesse presbytero dinoscitur contulisse. Verum tu, qui statuta ejusdem Rosetensis ecclesie observare jurasti, dubitans ne tibi objiciatur in posterum quod prebendam tibi de jure debitam omiseris prosequi negligenter, nobis humiliter supplicasti ut providere tibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, dilecti filii nostri Guillelmi, tituli s. Marci presbyteri cardinalis, nobis super hoc supplicantis, et tuis supplicationibus inclinati, devotioni tue ut nullum per hoc quoad assecutionem alterius sequentis prebende possit tibi generari prejudicium vel obstaculum interponi nec etiam objici quod in petendo prebendam predictam, que fuit ejusdem archidiaconi, negligens seu remissus extiteris, auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis etc. —. Datum apud Urbemveterem, III idus aprilis, anno tertio. »

**1636** Orvieto, 12 mai 1264.

Primicerio ecclesiae s. Marci de Venetiis mandat ut Petro, plebano ecclesiae s. Antolini de Venetiis, nepoti Laurentii Theopoli, de aliquo pinguiori plebanatu in patriarchatu Gradensi provideat. (Reg. 29, fol. 162, n° 686.)

« *Primicerio ecclesie s. Marci de Venetiis.* Obtentu dilecti filii nobilis viri Laurentii Theopoli, ducis Venetorum, nostri et ecclesie Romane devoti, nobis super hoc humiliter supplicantis, volentes dilecto filio Petro, plebano ecclesie s. Antolini de Venetiis, nepoti suo, de quo laudabile nobis testimonium perhibetur, gratiam facere specialem, discretioni tue mandamus quatenus ei, cum, sicut asserit, redditus plebanatus sui ejusdem ecclesie sint adeo tenues et exiles quod ex eis nequit commode sustentari, de aliquo pinguiori plebanatu, si quis in patriarchatu Gradensi vacat ad presens vel quamcito ad id obtulerit se facultas, per te vel per alium, providere procures, ipsum vel ejus procuratorem aut alium, suo nomine, in hujusmodi plebanatus de quo sibi duxeris providendum, possessionem inducens per te vel per alium et defendens inductum. Non obstante si —. Contradictores etc. usque compescendo. Ita tamen quod dictus P., postquam hujusmodi pinguiorem pacifice plebanatum adeptus extiterit, predictum plebanatum s. Antolini, quem ex tunc eo ipso vacare decernimus, omnino dimittat. Datum apud Urbemveterem, IIII idus maii, anno tertio. »

**1637** Orvieto, 12 mai 1264.

Archipresbytero Castellano mandat ut Stephano, plebano ecclesiae s. Samuelis de Venetiis, consobrino Johannis Quirini, civis Veneti, obtentu Laurentii Theopoli, de aliquo pinguiori plebanatu in patriarchatu Gradensi provideat. (Reg. 29, fol. 162 v°, n° 687.)

« *Archipresbytero Castellano.* Volentes dilecto filio Stephano, plebano ecclesie s. Samuelis de Venetiis, consobrino dilecti filii nobilis viri Johannis Quirini, civis Veneti, obtentu dilecti filii nobilis viri Laurentii Theopoli, ducis Venetorem (*sic*), nostri et ecclesie Romane devoti, gratiam facere specialem, discretioni tue mandamus quatenus eidem S., cum, sicut asserit, redditus plebanatus sui ejusdem ecclesie sint adeo tenues et exiles quod ex eis nequeat commode sustentari, de alio pinguiori plebanatu, si quis in patriarchatu Gradensi vacat ad presens vel quam primum ad id se facultas obtulerit, per te vel per alium providere procures. Non obstante si —. Contradictores etc. usque compescendo. Ita tamen quod, postquam hujusmodi pinguiorem plebanatum pacifice fuerit assecutus, dictum plebanatum s. Samuelis, quem ex tunc eo ipso vacare decernimus, omnino dimittat. Datum apud Urbemveterem, IIII idus maii, anno tertio. »

**1638** Orvieto, 12 mai 1264.

Priori s. Justinae de Venetiis mandat ut, obtentu Laurentii Theopoli, civis Veneti, Gabrieli Basillo, plebano ecclesiae ss. Apostolorum de Venetiis, in ecclesia Concordiensi in canonicum recipi faciat, eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 162 v°, n° 688.)

« *Priori s. Justine de Venetiis.* Obtentu dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, IIII idus maii, anno tertio. »

**1639** Orvieto, 15 mai 1264.

De certa pensione centum librarum imperialium ab ecclesiis et monasteriis Jadrensis, Feltrensis ac Belunensis diocesum Laurentio Theopoli exhibenda. (Reg. 29, fol. 162 v°, n° 689.)

« *Archiepiscopo Jadrensi et dilecto filio . . archipresbytero Equilino.* Cupientes ut dilectus filius Laurentius, natus dilecti filii nobilis viri Jacobi Theopoli, nepotis quondam Jacobi Theopuli, ducis Venetorum, disciplinis scolasticis informetur, discretioni vestre mandamus quatenus vos vel alter vestrum eidem L. vel procuratori suo, ejus nomine, ab ecclesiis et monasteriis Jadrensis et Feltrensis ac Belunensis civitatum et diocesum, exemptis et non exemptis, faciatis, hac vice dumtaxat, in centum libras imperialium, pro emendis sibi libris in quibus studere valeat, per vos vel per alium seu alios provideri. Non obstante si —. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno tertio. »

**1640** Orvieto, 15 mai 1264.

Archiepiscopo Thebano, obtentu Laurentii Theopoli, ducis Veneti, indulget ut dignitatem seu personatum ad collationem capituli Thebani spectantes, alicui personae idoneae conferre valeat. (Reg. 29, fol. 162 v°, n° 690.)

« *Archiepiscopo Thebano.* Obtentu dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno tertio. »

**1641** Orvieto, 15 mai 1264.

Archiepiscopo Thebano, Laurentii Theopoli obtentu, indulget ut duos clericos ipsius unum in Thebana, alterum in alia cathedrali ecclesia imperii Romaniae, Patracensi et Coriuthiensi duntaxat exceptis, in canonicos recipi faciat, eisque de praebendis provideat. (Reg. 29, fol. 162 v°, n° 691.)

« *Archiepiscopo Thebano.* Obtentu etc. ut supra —. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno tertio. »

**1642** Orvieto, 12 avril 1264.

Magistro Roberto, subdiacono apostolico, archidiacono Quinqueecclesiensi, capellano episcopi Praenestini, canonicatum Strigoniensis ecclesiae et praebendam, quos quondam magister Gerardus de Parma obtinuit, necnon redditus et portiones quos idem magister in ecclesia s. Nicolai de Pispucki in Colluthuz, Strigoniensis diocesis, habuit, confert. (Reg. 29, fol. 63, n° 692; Potthast 18856.)

« *Magistro Roberto, subdiacono nostro, archidiacono Quinqueecclesiensi in Wlko, capellano venerabilis fratris nostri episcopi Prenestini.* Adjutos morum et —. Datum apud Urbemveterem, II idus aprilis, anno tertio. »

**1643** Orvieto, 12 avril 1264.

Priorem Ortanum, capellanum apostolicum, praefatae collationis deputat executorem. (Reg. 29, fol. 163, n° 693.)

« *Priori Ortano, capellano nostro.* Adjutos morum et —. Datum apud Urbemveterem, II idus aprilis, anno tertio. »

**1644** Orvieto, 5 mai 1264.

Episcopo Carnotensi indulget ut tres clerici ejus obsequiis insistentes, per triennium fructus beneficiorum, non obstante absentia, percipere valeant. (Reg. 29, fol. 163, n 694.)

« *Episcopo Carnotensi.* Volentes tibi gratiam —. Datum apud Urbemveterem, III nonas maii, anno tertio. »

**1645** Orvieto, 15 mai 1264.

Abbati s. Nicolai de Bosco, Laudunensis diocesis, mandat ut Renero de Basignies, clerico Lauduneusis diocesis, nullum adhuc beneficium assecuto, de beneficio non habente curam animarum, ad collationem abbatis monasterii s. Vincentii Laudunensis spectaute, si quod infra fines parrochialis ecclesiae de

Vendolio, Noviomensis diocesis, vacat, provideat. (Reg. 29, fol. 163, n° 695.)

« *Abbati s. Nicolai de Bosco, Laudunensis diocesis.* Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno tertio. »

**1646** Orvieto, 15 mai 1264.

Episcopo Legionensi mandat ut Raynerio de Messano a monasteriis et ecclesiis ipsius diocesis de necessariis faciat provideri. (Reg. 29, fol. 163 v°, n° 696.)

« *Episcopo Legionensi.* Pie matris ecclesie —. Hinc est quod nos dilecto filio Raynerio de Messano, pro eo quod extra solum proprium exulare dicitur, ecclesie Romane pretextu, benigno compatientes affectu, fraternitati tue mandamus quatenus eidem R. vel procurari suo, ejus nomine, pro se, uno serviente ac uno equo in victu et vestitu aliisque necessariis decenter per triennium a monasteriis et ecclesiis tue civitatis et diocesis, tam exemptis quam non exemptis, que non sint a nobis super consimili provisione gravata, facias auctoritate nostra per te vel per alium seu alios provideri. Non obstante si —. Contradictores etc., usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno tertio. »

**1647** Orvieto, 15 mai 1264.

Transigo, canonico Nigropontensi, mandat ut, obtentu Laurentii Theopoli, Alberto presbytero, Thebanae et Argolicensis ecclesiarum canonico, de personatu in ecclesia Argolicensi provideat. (Reg. 29, fol. 163 v°, n° 697.)

« *Transigo, canonico Nigropontensi.* Obtentu dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno tertio. »

**1648** Orvieto, 9 mai 1264.

Episcopo Equilino mandat ut, consideratione Laurentii Theopoli, nati quondam Jacobi Theopoli, ducis Venetorum, Andream, dictum *Gausin* [1], in ecclesia Ferrariensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 163 v°, n° 698.)

1. Pour cette orthographe douteuse ici cf. la lettre 1652, où elle ne l'est pas.

« *Episcopo Equilino.* Et si ad —. Datum apud Urbemveterem, vii idus maii, anno tertio. »

**1649** Orvieto, 12 avril 1264.

Orbacio, praeposito ecclesiae de Posega, s. Crucis in Susol et s. Mariae Magdalenae ecclesias, curam animarum non habentes, quas quondam magister Gerardus de Parma obtinuit, confert. (Reg. 29, fol. 163 v°, n° 699; Potthast, 18854.)

« *Orbacio, preposito ecclesie de Posega, Quinqueecclesiensis diocesis, nepoti venerabilis fratris nostri .. episcopi Prenestini.* Adjutos morum et —. Datum apud Urbemveterem, ii idus aprilis, anno tertio. »

**1650** Orvieto, 15 mai 1264.

Episcopo Briocensi indulget ut Rolandum, rectorem ecclesiae de Maion, capellanum et socium ejus, in ecclesia Briocensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 164, n° 700.)

« *Episcopo Brioeensi.* Cum, sicut exhibita —. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno tertio. »

**1651** Orvieto, 30 avril 1264.

Abbati monasterii Fiscanensis, ordinis s. Benedicti, Rothomagensis diocesis, concedit facultatem uni de clericis ejus de aliquo beneficio competenti consueto secularibus clericis assignari, ad collationem ejus spectante, providendi. (Reg. 29, fol. 164, n° 701.)

« *Abbati monasterii Fiscanensis, ordinis s. Benedicti, Rothomagensis diocesis.* Meritis tue devotionis —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas maii, anno tertio. »

**1652** Orvieto, 15 mai 1264.

Episcopo Cenetensi mandat ut, consideratione Laurentii Theopoli, Jacobum Gausin, clericum, nepotem ejusdem nobilis, in ecclesia Castellana in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 164, n° 702.)

« *Episcopo Cenetensi.* Obtentu dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno tertio. »

**1653** Orvieto, 12 mai 1264.

Andreae Cansono, canonico Paduano, mandat ut, consideratione Jacobi Theopoli, Nicolaum, ecclesiae s. Augustini de Venetiis clericum, in ecclesia s. Stephani de Rodigio, Adriensis diocesis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 164, n° 703.)

« *Andree Cansono, canonico Paduano.* Obtentu dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, IIII idus maii, anno tertio. »

**1654** Orvieto, 12 mai 1264.

Johanni de Summa, canonico Atheniensi, mandat ut, consideratione Laurentii Theopoli, Antonium, presbyterum ecclesiae s. Augustini de Venetiis, in ecclesia Nigripontensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 164, n° 704.)

« *Johanni de Summa, canonico Atheniensi.* Obtentu dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, IIII idus maii, anno tertio. »

**1655** Orvieto, 19 mai 1264.

De annua pensione centum librarum tur. Johanni de Tavellis, archidiacono Laticensi in ecclesia Lingonensi, a monasteriis et ecclesiis s. Benedicti et s. Augustini ordinum in Lingonensi diocesi persolvenda. (Reg. 29, fol. 164 v°, n° 705.)

« *Archidiacono s. Margarete in ecclesia Trecensi.* Ad faciendam dilecto filio Johanni de Tavellis, archidiacono Laticensi in ecclesia Lingonensi, gratiam specialem sincere devotionis affectus quem idem ad personam nostram gessit ab olim, dum in minori statu constituti essemus, sue quoque probitatis merita nos inducunt. Hinc est quod nos, volentes ut idem archidiaconus de apostolice liberalitatis munere condigna beneficientie suffragia consequatur, discretioni tue mandamus quatenus eidem archidiacono a monasteriis et ecclesiis s. Benedicti et s. Augustini ordinum in Lingonensi civitate ac diocesi constitutis, exemptis et non exemptis, monasterio s. Marie de Castellione, ipsius ordinis s. Augustini, dicte diocesis, dumtaxat excepto, in centum libris turonensium imponendis per te vel per alium seu alios facias per quinquennium provideri. Non obstante si —. Contradictores etc., usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, XIIII kalendas junii, anno tertio. »

**1656** Orvieto, 13 avril 1264.

Bajulo regni Cypri mandat ut Nicosiensi archiepiscopo adversus contemptores ecclesiae auxilium impendat. (Reg. 29, fol. 164 v°, n° 706.)

« *Dilecto filio nobili viro bajulo regni Cipri.* Accedens non absque multis periculis et laboribus ad apostolicam sedem, venerabilis frater noster .., Nicosiensis archiepiscopus, nobis exposuit oraculo vive vocis quod Greci regni Cypri non solum ordinationem salubrem, per quam discordiam, quam super diversis articulis longo tempore inter Latinorum et ipsorum Grecorum ecclesias duraverat, felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, de suorum fratrum consilio terminasse noscitur, non servabant, verum etiam contra ipsam ac dictas Latinorum ecclesias calcaneum erigentes, conventicula et conspirationes in ipsius et earumdem ecclesiarum jurium depressionem presumptione damnabili faciebant, quodque, licet plerumque nonnulli, tam clerici quam laici civitatis et diocesis Nicosiensis, Dei timore postposito, ad scelera laxantes habenas, publicis adulteriis fedarentur et alii Christum ejusque sanctos blasphemiis et sacrilegiis lacessarent, alii azardorum ludis, plerique diversis ac enormibus non dubitarent criminibus inquinari et, quod erat detestabilius, quidam in profundum malorum execrabiliter corruentes, perimi cum Sodoma non timebant, si quando tamen idem archiepiscopus, ad quem ex suo spectet officio de sua metropoli extirpare predicta et alia vitia et in agro Domini plantare virtutes, volebat ad correctionem talium, sui officii debitum exequendo, procedere, imponendo penas secundum personarum et excessuum qualitates, in quantum decet ecclesiasticum judicem et modestiam officii pastoralis, tu, non attendens quod ecclesiastica secularisque potestas mutuis suffragiis indigent et foventur et quod hoc solum bene agitur sive ignoscendo sive plectendo ut vita hominum corrigatur, ipsum non permittebas excessus hujusmodi corrigere ac punire, asserens hoc ad tuam curiam pertinere ac ipsum archiepiscopum non debere se intromittere de hujusmodi excessibus corrigendis, nisi forsan contra ejus clericos aut servos, sicque ipsius officium in tantum inutile reddebatur quod jam non archiepiscopus, sed simplex sacerdos potius videretur. Adjecit etiam idem archiepiscopus ad premissa quod quamplures alii de regno predicto, claves ecclesie dampnabiliter contempnentes et maledictionem bibentes ut aquam, excommunicationis sententiam in eosdem a personis ecclesiasticis promulgatam indurato sustinebant animo, redire ad

mandatum ecclesie non curantes, quorum aliqui ab hujusmodi sententia usque ad eorum obitum absolutionis postulare beneficium omittebant nec ab aliis vitabantur. Quare dictum archiepiscopum, cum ibidem ipsius prodesse presentia non valeret, ad apostolicam sedem oportuit personaliter laborare. Unde nos, ipsius in hac parte compatientes laboribus et malis occurrere hujusmodi cupientes, litteras nostras tibi direximus continentes ut, ob sedis ipsius ac nostram reverentiam, ab hujusmodi sceleratis manum tui patrocinii penitus retrahens, eidem archiepiscopo vel ejus vicariis in puniendis predictis excessibus ac aliis corrigendis ac manutenendis ecclesie sue juribus necnon et in tuis compellendis subditis ad parendum eidem in omnibus supradictis, que non est dubium ad ejus spectare officium, cum ab eo dictisque requirereris vicariis, presertim cum dicereris juramento teneri jura et honores ecclesiarum manutenere ac defendere, oportunum favorem ac efficax auxilium exhibere. Eidem quoque archiepiscopo aliis dedimus litteris in mandatis ut contra hujusmodi contemptores clavium, prout expedire cognosceret, manum suam aggravare curaret, invocato ad hoc, si opus existeret, auxilio brachii secularis.

Verum, cum postmodum, directis tibi litteris supradictis receptis, ut si super hiis que dicte continebant littere, nostris velles parere mandatis quodque contra militem quendam, qui excommunicationis sententiam in ipsum prolatam diu animo sustinuerat pertinaci, eidem archiepiscopo, qui adversus eundem militem aggravaverat manum suam, favorem et auxilium exhiberes, ab ipsius fuisses vicariis requisitus, asseruisti te non mittere manum in tuum hominem ligium vel in feudum ipsius absque curie tue sguardio sive consilio, juravisse. Super Grecorum quoque coercenda presumptione et criminibus corrigendis in ipsis et aliis, expresso quod ipsi archiepiscopo contra clericos assisteres rebellatos, respondendo innuisse videris prefatum archiepiscopum non posse in laicos tibi subditos, quantumcunque peccaverint, corrigere vel punire, propter quod dictus archiepiscopus iterum est coactus apostolicam super hoc providentiam implorare, asserens quod ab hujusmodi favoris et auxilii exhibitione salubri juramentum de non mittendo manum in tuum hominem ligium a te, ut asseritur, prestitum, excusare nequirat, cum per illud predicto juramento quod de juribus et honoribus ecclesiarum manutendis et defendendis prestitisse diceris, nequiverit derogari, nec servandum sit aliquatenus juramentum quod salutaribus institutis obviat et effectum impedit ecclesiastice discipline. Nec etiam dici potest quod super corrigendis et puniendis excessibus in laicis Latinis et Grecis assistere non debeas ipsi archiepiscopo, tanquam hujusmodi correctio et punitio ad suum pro eo non spectet officium quod in eos jurisdictionem obtines temporalem, cum Romanus pontifex, ex concesse sibi divinitus in beato Petro plenitudine potestatis in quemlibet christianum, cujuscumque dignitatis, preminentie vel conditionis existat, et ceteri prelati, in sollicitudinis ipsius partem assumpti, possint omnes et singulos de populo cure sue commisso ratione peccati disciplina ecclesiastica coercere, ut quos Dei timor a malo non revocat, saltim severitas ecclesiastice coherceat discipline.

Cum igitur proculdubio ad ipsius archiepiscopi, tanquam qui specialis in civitate ac diocesi et generalis in metropoli Nicosiensi animarum est pater et pastor, officium spectet ibidem in quolibet clerico et laico, Latino et Greco, cujuscumque dignitatis, preminentie, honoris seu conditionis vel jurisdictionis existat, predicta et alia quelibet vitia et peccata corrigere ac punire, imponendo penas, ut predicitur, juxta personarum et excessuum qualitates, nos, qui te, tanquam catholicum Dei et ejus ecclesie filium, dictumque regnum benivolentia prosequimur speciali, ad tuum cognoscentes honorem tuamque salutem spectare quod in hiis que ad divine justitie cultum, honorem ecclesie ac animarum salutem pertinent, paratus invenaris et promptus, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente mandantes quatenus, prudenter considerans quod ecclesiastica secularisque potestas mutuis suffragiis indigent et foventur, dicto archiepiscopo vel ejus vicariis, pro Christi nomine, cujus est idem archiepiscopus in hac parte minister, ac dicte sedis et nostra reverentia, in puniendis et corrigendis predictis et aliis hujusmodi excessibus in quocumque clerico et laico, Latino et Greco, civitatis, diocesis et metropolis predictarum, ac manutenendis ecclesie sue juribus et honoribus necnon et compellendis subditis suis ad sibi parendum et contemptores clavium ecclesie cohercendis sive puniendis assistens, oportunum favorem et efficax auxilium eisdem, cum ab ipsis fueris requisitus, impendas, ita quod idem archiepiscopus exinde sincerius te paterno prosequatur affectu et nos in tuis simus et sepedicti regni utilitatibus promptiores nec oporteat nos super hiis aliter providere. Alioquin, nolentes jus Nicosiensis ecclesie, quin divinum potius negligi vel presumptione aliqua occupari, cum deferendum non sit alicui contra Deum, eidem archiepiscopo, licet ipse ex officio suo hujusmodi auxilium in-

vocare ac in contradictores ecclesiasticam censuram exercere, si opus fuerit, valeat, ut tamen eo liberius id possit efficere quo majori per nos fuerit auctoritate munitus, nostris damus litteris in mandatis ut in mansuetudine spiritus et modestia, que requiritur in pastore, juxta datam sibi a Deo prudentiam, officii sui debitum exequens, in premissis auxilii tui brachium, quotiens oportunum fuerit, invocet, te ad impendendum illud sibi, monitione premissa, tam auctoritate nostra quam sua per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo. Non obstante si —. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno tertio. »

**1657** Orvieto, 16 mai 1264.

Archiepiscopo Turonensi indulget ut in ecclesia Turonensi Theobaldum de Poenccio, cantorem ecclesiae Dolensis, in canonicum recipere valeat. (Reg. 29, fol. 165, n° 707.)

«*Archiepiscopo Turonensi.* Tuam volentes honorare personam et per honorem tibi exhibitum alii gratiam facere specialem, fraternitati tue faciendi recipi in ecclesia Turonensi, in qua prebendarum collatio ad te pertinere dicitur, dilectum filium Theobaldum de Poencio, cantorem ecclesie Dolensis, de quo nobis laudabile testimonium perhibetur, in canonicum et in fratrem, eique de prebenda, si qua vacat ibidem ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, providendi necnon contradictores etc. usque compescendi, illarum personarum ad hoc, prout moris est, requisito et obtento consensu qui deberent super hoc et consueverunt requiri, auctoritate presentium concedimus facultatem. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, xvii kalendas junii, anno tertio. »

**1658** Orvieto, 7 mai 1264.

Decano et capitulo Warmaciensibus mandat ut Siffridum, canonicum ecclesiae Haselacensis, in canonicum cum praebenda recipiant. (Reg. 29, fol. 165, n° 708.)

« *Decano et capitulo Warmaciensibus.* Cum sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, nonis maii, anno tertio. »

**1659** Orvieto, 15 mai 1264.

Praeposito et capitulo ecclesiae s. Prosperi Regini mandat ut Bartholomaeum de Albriconibus, clericum ecclesiae de Valpudina, Reginae dioecesis, in canonicum cum praebenda recipiant. (Reg. 29, fol. 165, n° 709.)

« *Preposito et capitulo ecclesie s. Prosperi Regini.* Dilecti filii Bartholomei —. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno tertio. »

**1660** Orvieto, 14 mai 1264.

Nicolao, dicto *de Amancia*, scolastriam ecclesiae s. Deodati, Tullensis dioecesis, confert. (Reg. 29, fol. 164 v°, n° 710.)

« *Nicolao, dicto* de Amancia, *scolastico ecclesie s. Deodati, Tullensis diocesis.* Meritis tue devotionis —. Hinc est quod nos, hujusmodi meritorum tuorum obtentu, scolastriam ecclesie s. Deodati per mortem Juliani, ejusdem ecclesie scolastici, nuper apud sedem apostolicam decedentis, vacantem, quam utique statim post ipsius obitum donationi apostolice reservandam duximus, tibi, utpote ipsius ecclesie canonico, de manu nostra conferimus et te de ipsa per nostrum anulum investimus, decernentes irritum et inane si secus a quoquam, apostolica vel alia quavis auctoritate, post reservationem hujusmodi, est vel fuerit attemptatum, non obstante si generaliter in illis partibus vel specialiter in eadem ecclesia sunt apostolica scripta directa pro aliis, quibus quoad assecutionem aliorum personatuum seu dignitatum vel beneficiorum aut officiorum nullum volumus prejudicium generari, sive quod in ecclesia s. Gengulfi Tullensis certam tibi per litteras nostras mandavimus assignari prebendam vel quod alias beneficiatus existis. Nulli ergo nostre reservationis, collationis, investiture ac constitutionis etc. Datum apud Urbemveterem, ii idus maii, anno tertio. »

**1661** Orvieto, 14 mai 1264.

Decanum Metensem praedictae deputat executorem collationis. (Reg. 29, fol. 165 v°, n° 711.)

« *Decano Metensi.* Meritis devotionis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, ii idus maii, anno tertio. »

**1662** Orvieto, 25 avril 1264.

Magistro Berrnado de Littera, canonico Ambianensi, capel-

lano J., s. Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, trecensum de Syroucort, Tullensis diocesis, vacantem per mortem Juliani, archidiaconi Metensis, qui eum a monasterio Romaricensi tenebat, confert. (Reg. 29, fol. 165 v°, n° 712.)

« *Magistro Bernardo de Littera, canonico Ambianensi, capellano dilecti filii nostri J., s. Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis.* Tua quam ad —. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas maii, anno tertio. »

**1663** Orvieto, 28 avril 1264.

Episcopum Virdunensem et electum Metensem praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 165 v°, n° 713.)

« *Episcopo Virdunensi et dilecto filio . . electo Metensi.* Devotio quam ad —. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas maii, anno tertio. »

**1664** Orvieto, 13 février 1264.

Philippo de Florhenges episcopo thesaurariam ecclesiae Metensis restituit. (Reg. 29, fol. 166, n° 714.)

« *Venerabili fratri Philippo de Florhenges episcopo, thesaurario ecclesie Metensis.* Desideriis tuis in —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, electione dudum de te celebrata in Metensi ecclesia per Henricum, qui se gerit pro Treverensi electo, confirmata et tibi munere consecrationis impenso, quidam thesaurariam et prebendam quas, hujusmodi electionis tempore, in eadem ecclesia obtinebas, sibi per executores eis deputatos a sede apostolica et legatos ipsius procuravere conferri et apud sedem ipsam super eis inter ipsos questio ventilatur. Sane nos confirmationem hujusmodi et omnem memorati electi processum pro te habitum ex certis causis cassavimus et irritavimus et cassa et irrita nuntiavimus ac decrevimus nullius existere firmitatis, tuque jus quod tibi ex predicta electione fuerat acquisitum, libere in nostris manibus resignasti. Nos itaque, nolentes quod thesauraria et prebenda predictis remaneas destitutus, thesaurariam et prebendam easdem tibi restituimus de gratia speciali tibique de novo providemus de illis et de ipsis te per nostrum anulum investimus, decernentes irritum et inane si secus de thesauraria et prebenda prefatis apostolica vel quavis auctoritate a quoquam contigerit attemptari. Non obstante quod thesaurariam et prebendam resignasti easdem seu si thesauraria et prebenda prefate predictis qui super eis litigant, aut quibuscunque aliis sint quacunque auctoritate collate, quibus super ipsis perpetuum silentium duximus imponendum, seu si aliqui alii super provisione sua in dicta ecclesia sedis ejusdem vel legatorum ejus litteras impetrarunt, aut si in ea apostolica vel alia quavis auctoritate in canonicos aliqui sunt recepti vel ut recipiantur insistant, quibus per hoc quoad assecutionem aliorum personatuum, dignitatum vel prebendarum prejudicium nullum fiat, sive aliqua indulgentia sedis predicte de qua cujusque toto tenore de verbo ad verbum oporteat in presentibus plenam et expressam mentionem fieri et per quam effectus presentium impediri valeat vel differri. Nulli ergo nostre restitutionis, provisionis, investiture et constitutionis etc. —. Datum apud Urbemveterem, idus februarii, anno tertio. »

**1665** Orvieto, 13 février 1264.

Cantorem majoris et decanum s. Salvatoris ecclesiarum Metensium praedictae collationis executores deputat. (Reg. 29, fol. 166, n° 715.)

« *Cantori majoris et . . decano s. Salvatoris ecclesiarum Metensium.* Desideriis venerabilis fratris —. Datum apud Urbemveterem, idus februarii, anno tertio. »

**1666** Orvieto, 22 avril 1264.

Rolando de Ferentino, rectori ecclesiae s. Vallerici de Wallectis, Rothomagensis diocesis, capellano J., ss. Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, canonicatum ecclesiae Herlebecensis, Tornacensis diocesis, et praebendam confert. (Reg. 29, fol. 166, n° 716.)

« *Rolando de Ferentino, rectori ecclesie sancti Vallerici de Wallectis, Rothomagensis diocesis, capellano dilecti filii nostri J., sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis.* Suffragantibus tibi nobilitate generis, honestate morum, litterarum scientia et laudabilibus meritis, prout dignum testimonium perhibuit super hiis dilectus filius noster J., sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, qui pro te nobis humiliter supplicavit, personam tuam libenter apostolici favoris gratia prevenimus. Digne quidem benemeritos gratiose respicimus; nam et ipsi, dum se honorari perspexerint, et alii eorum exemplo ad querenda virtutum studia fortius animantur. Volentes itaque de-

votioni tue gratiam facere specialem, canonicatum ecclesie Herlebecensis, Tornacensis diocesis, cum plenitudine juris canonici, et nichilominus prebendam, si qua ibidem vacat ad presens, apostolica tibi auctoritate conferimus et te de hiis presentialiter investimus. Alioquin prebendam inibi proximo vacaturam, conferendam tibi donationi apostolice, reservantes, decernimus ex nunc irritum et inane si secus de hujusmodi prebenda, nostra vel alia quavis auctoritate, secus extiterit attemptatum. Non obstante statuto —. Volumus autem, ut postquam in eadem ecclesia prebendam fueris pacifice assecutus, dictam ecclesiam sancti Wallerici, quam extunc eo ipso vacare decernimus, omnino dimittas. Nulli ergo nostre collationis, investiture et constitutionis etc. —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas maii, anno tertio. »

**1667** Orvieto, 22 avril 1264.

Johannem de Salmineto, capellanum apostolicum, Parisiensis et Jordanum Signorili Jerboradensis Belvacensis ecclesiarum canonicos praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 166, n° 717.)

« *Johanni de Salmineto, capellano nostro, Parisiensis, et Jordano Signorili Jerboradensis Belvacensis ecclesiarum canonicis.* Suffragantibus dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas maii, anno tertio. »

**1668** Orvieto, 23 mars 1264.

Archipresbytero, magistro Eudoni de Templo, canonico majoris et cantori s. Maurilii ecclesiarum Andegavensium mandat ut ecclesiam s. Georgii de Restembaut, Redonensis diocesis, Petro, dicto *Heron*, conferat. (Reg. 29, fol. 166 v°, n° 718.)

« *Archipresbytero, magistro Eudoni de Templo, canonico majoris, et cantori s. Maurilii ecclesiarum Andegavensium.* Cum, sicut dilecto filio Petro dicto, *Heron*, clerico Abrincensis diocesis, referente, accepimus, venerabilis frater noster .. Redonensis episcopus, ecclesiam sancti Georgii de Restembaut, Redonensis diocesis, consuetam per secularem gubernari rectorem, in usus proprios auctoritate propria et per plures annos detinere presumpserit, propter quod ecclesia ipsa tanto tempore jam de jure vacavit quod ad nos est istius collatio, secundum Lateranensis statuta concilii, legitime devoluta, nos, volentes de ipsa eidem P., nullum adhuc, prout asserit, ecclesiasticum beneficium assecuto, gratiam facere specialem, obtentu venerabilis fratris nostri .. episcopi Albanensis, pro eo apostolice sedis gratiam implorantis, discretioni vestre mandamus quatenus, si vobis de plano et absque strepitu judicii constiterit ita esse, predictam ecclesiam eidem Petro, dummodo sit ydoneus scientia, moribus et etate, aliudque canonicum non obsistat, auctoritate nostra, per vos vel per alium aut alios, conferre et assignare curetis, illumque in ipsius corporalem possessionem inducatis, amoto —. Non obstante —. Contradictores —. Invocato —. Proviso quod —. Quod si non omnes —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**1669** Orvieto, 19 mai 1264.

S., tituli s. Ceciliae presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat ut magistro Guillelmo de Rempillione, rectori ecclesiae de Foissiaco, Senonensis diocesis, nepoti Guillelmi, archidiaconi in ecclesia Parisiensi, capellani apostolici et ejusdem cardinalis familiaris, de aliquo beneficio ejus legationis, cum assensu collatoris, provideat. (Reg. 29, fol. 166 v°, n° 719.)

« *S., tituli s. Cecilie presbitero cardinali, apostolice sedis legato.* Grandis affectus quem —. Datum apud Urbemveterem, xiiii kalendas junii, anno tertio. »

**1670** Orvieto, 9 mai 1264.

Archidiacono ecclesiae Spoletanae mandat ut Marcono, clerico, nato nobilis viri Venantii de Montefalcone, ecclesiae Romanae devoti, obtentu J., ss. Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, de aliquo beneficio ecclesiastico, in diocesi et civitate Spoletanis provideat. (Reg. 29, fol. 166 v°, n° 720.)

« *Archidiacono ecclesie Spoletane.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, vii idus maii, anno tertio. »

**1671** Orvieto, 30 avril 1264.

Johanni, archipresbytero de Rivarolio, Januensis diocesis, obtentu Andreae de Lavania, capellani apostolici, nepotis Innocentii papae IIII, indulget ut, ad triennium insistens obsequiis archiepiscopi Januensis, fructus praebendae quam in Astensi ecclesia se canonice proponit obtinere, non obstante absentia, percipere valeat. (Reg. 29, fol. 166 v°, n° 721.)

« *Johanni, archipresbitero de Rivarolio, Januensis diocesis.* Auditis laudabilibus meritis —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas maii, anno tertio. »

**1672** Orvieto, 30 avril 1264.

Idem privilegium praeposito ecclesiae s. Mariae in Vineis Januensis conceditur ad triennium. (Reg. 29, fol. 166 v°, n° 722.)

« *Preposito ecclesie s. Marie in Vineis Januensis.* Auditis etc. ut supra —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas maii, anno tertio. »

**1673** Orvieto, 14 mai 1264.

Archipresbytero de Lavania, Januensis diocesis, mandat ut, obtentu Andreae de Lavania, archidiaconi Januensis, Ugolinum, clericum, natum nobilis viri Thedisii de Cucurno, Januensis diocesis, in aliqua ecclesiarum civitatis vel diocesis Januensis in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 167, n° 723.)

« *Archipresbitero de Lavania, Januensis diocesis.* Ad faciendam dilecto —. Datum apud Urbemveterem, II idus maii, anno tertio. »

**1674** Orvieto, 4 mai 1264.

Officiali Aurelianensi mandat ut magistrum Egidium, dictum *Lepage*, in ecclesia s. Salvatoris Blesensis, Carnotensis diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 167, n° 724.)

« *Officiali Aurelianensi.* Illis precipue etc. —. Hinc est quod nos dilectum filium magistrum Egidium, dictum *Lepage*, clericum, de quo laudabile testimonium a fidedignis accepimus, volentes, obtentu dilecti filii nobilis viri Johannis comitis et Aylidis, uxoris ejus, comitisse Blesensium, nobis affectuose per suas litteras supplicantium pro eodem, prerogativa prosequi gratie specialis, mandamus quatinus ipsum auctoritate nostra, per te vel per alium, in ecclesia sancti Salvatoris Blesensis, Carnotensis diocesis, in qua non est, ut dicitur, certus canonicorum numerus nec distinctio prebendarum, si nullus in eadem ecclesia similem super receptione ac provisione sua gratiam per nostras litteras prosequatur et collatio beneficiorum in ea non pertineat ad venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Carnotensem, recipi facias in canonicum et in fratrem sibique de communibus ipsius ecclesie proventibus, sicut uni ex aliis ejusdem ecclesie canonicis, provideri seu facere provideri procures, contradictores etc. usque compescendo. Non obstante —. Ita tamen quod idem magister, sicut requiret onus beneficii de quo ei provideri contigerit, ad ordines statutis temporibus se promoveri faciat et personaliter resideat in eadem. Alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas maii, anno tertio. »

**1675** Orvieto, 17 avril 1264.

Episcopo Suessionensi notum facit se abbati monasterii Jaquincintensi indulsisse ut uni clerico de aliquo beneficio praebendali in aliqua ecclesia Suessionensis diocesis provideret. (Reg. 29, fol. 167, n° 725.)

« *Episcopo Suessionensi.* Grata sincere devotionis obsequia quibus dilectus filius abbas monasterii Jaquincintensis, ordinis sancti Benedicti, Atrebatensis diocesis, vigili diligentia et attenta sollicitudine nobis indefesse complacere studuit, suadent instanter ut ipsum apostolica benivolentia confoventes, ad inpendendam devotis ipsius gratiam reddamur ejus intuitu liberales. Hinc est quod nos, ejusdem consideratione abbatis, super hoc apostolicum favorem humiliter postulantis, providendi, si voluerit et viderit expedire, ad requisitionem ipsius abbatis, uni de clericis suis qui sit ydoneus, de aliquo ecclesiastico beneficio competenti, prebendali vel alio, ad collationem tuam spectante, cum cura vel sine cura, si quod in cathedrali vel alia ecclesia tue civitatis vel diocesis vacat ad presens sive quam primum ad id obtulerit se facultas, faciendi quoque recipi clericum ipsum in ecclesia in qua sibi elegeris provideri, si collegiata fuerit, in canonicum et in fratrem, necnon et contradictores super hoc per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, non obstante statuto —, sive si memoratus clericus alias beneficiatus existat, fraternitati tue auctoritate presentium licentiam elargimur, statuto et indulgentiis hujusmodi nichilominus in suo robore postmodum duraturis. Proviso quod prefatus clericus ad ordines, prout requiret onus beneficii, de quo sibi provisum extiterit, se faciat statutis temporibus promoveri et resideat personaliter in eodem, alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Volumus autem ut prefatus clericus, postquam hujusmodi beneficium de quo sibi provideris, fuerit

assecutus, beneficium ecclesiasticum si quod haberet et quod ex tunc vacare decernimus, omnino dimittat —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas maii, anno tertio. »

**1676** Orvieto, 15 avril 1264.

Praeposito et capitulo ecclesiae Novi-Castri, Lausanensis diocesis, ad eorum instantiam, mandat ut Petrum clericum, natum Petri dicti *de Vaulmartys*, in eorum concanonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 167, n° 726.)

« *Preposito et capitulo ecclesie Novi Castri, Lausanensis diocesis.* Per vestras nobis —. Datum apud Urbemveterem, xvii kalendas maii. anno tertio. »

**1677** Orvieto, 11 mai 1264.

Abbati s. Auberti Cameracensis mandat ut, ab Henrico de Los, canonico Leodiensi, canonicatus et praebendae resignatione recepta, eosdem canonicatum et praebendam Gerardo de Linea, capellano apostolico, conferat. (Reg. 29, fol. 167 v°, n° 727.)

« *Abbati s. Auberti Cameracensis.* Ad audientiam nostram —. Datum apud Urbemveterem, v idus maii, anno tertio. »

**1678** Orvieto, 16 mai 1264.

Priori de Bonarcanto, Arborensis diocesis, mandat ut, obtentu Andreae de Lavania, nepotis Innocentii papae IIII, capellani apostolici, Roceto, canonico ecclesiae Arborensis, ejusdem Andreae clerico, de aliquo beneficio, cum cura vel sine cura, ad cujuscumque collationem spectante, usque ad valorem annuum decem librarum Januensium, in civitate vel diocesi Gisaselensi, provideat. (Reg. 29, fol. 167 v°, n° 728.)

« *Priori de Bonarcanto, Arborensis diocesis.* Inducunt nos dilecti —. Datum apud Urbemveterem, xvii kalendas junii, anno tertio. »

**1679** Orvieto, 29 avril 1264.

Decano ecclesiae Xanctensis, Coloniensis diocesis, mandat ut Theodoricum, dictum *de Burse*, in ecclesia Aldenselensi, Trajectensis diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 167 v°, n° 729.)

« *Decano ecclesie Xanctensis, Coloniensis diocesis.* Dilectus filius Theodoricus, dictus *de Burse*, rector ecclesie de Suagesdorp, Osnaburgensis diocesis, in nostra proposuit presentia constitutus quod ipse eandem ecclesiam, pro eo quod personaliter in ea residere non potest et alias est ita tenuis in redditibus quod de ipsis commode sustentari non potest, intendit libere resignare. Quare predictus Th. nobis humiliter supplicavit ut, cum nullum sit aliud ecclesiasticum beneficium assecutus, sibi provideri de alio ecclesiastico beneficio in diocesi Trajectensi, de qua duxit originem, misericorditer mandaremus. Nos itaque, ipsius supplicationibus inclinati, discretioni tue mandamus, quatinus, si est ita, predictum Th., quem per dilectum filium magistrum P., archidiaconum Broliensem in ecclesia Agennensi, socium dilecti filii magistri Michaelis, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, examinari fecimus [1], quique dicitur in litteratura repertus competenter ydoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, in ecclesia Aldenselensi, ejusdem Trajectensis diocesis, dummodo in ea pro alio specialiter non direxerimus scripta nostra, per te vel per alium recipi faciens in canonicum et in fratrem, ei de prebenda, si qua ibidem vacat ad presens vel quam primum ad id se facultas obtulerit, providere procures. Non obstante. —. Contradictores etc. usque, compescendo. Volumus autem quod predictus Th. eandem ecclesiam in Suagesdorp, quam obtinet quamque, postquam prebendam in prefata ecclesia Aldenselensi fuerit assecutus, vacare volumus extunc, omnino dimittat. Datum apud Urbemveterem, iii kalendas maii, anno tertio. »

**1680** Orvieto, 12 juillet 1264.

Archiepiscopo Ispalensi mandat ut Martinum Dominici, cantorem Giennensem, clericum regis Castellae, in canonicum mansionarium Ispalensis ecclesiae recipi faciat. (Reg. 29, fol. 168, n° 730.)

« *Archiepiscopo Ispalensi.* Exposuit nobis dilectus filius Martinus Dominici, cantor Giennensis, clericus karissimi in Christo filii nostri . . illustris regis Castelle et Legionis, capellanus dilecti filii nostris J., sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, quod, eo supplicante nobis ut canonicatum et prebendam quos

1. En marge : *Bene cantat, bene legit, bene latinizat et construit competenter.* »

in Ispalensi ecclesia est canonice assecutus quique canonicis ipsius ecclesie qui dicuntur *extravagantes* dari solent, commutare sibi in alios canonicatus et prebendam ejusdem ecclesie, qui canonicis qui nominantur *mansionarii* conferuntur, de benignitate apostolica curaremus, nos eundem M., tam consideratione meritorum suorum, quam obtentu nuntiorum ipsius regis nobis super hoc instanter supplicantium, gratiose prosequi ac favorabiliter intendentes, Petro Martini, canonico Tholetano, nostris dedimus litteris in mandatis ut dicto M. canonicatum, quem tunc in prefata ecclesia obtinebat, libere dimittenti, de canonicatu qui, ut dicitur, canonicis mansionariis exhibetur, cum plenitudine juris canonici, ex tunc ac de prebenda etiam que ipsis mansionariis canonicis confertur, cum prestimoniis cedentis vel decedentis canonici, si tunc vacabant ibidem vel quamprimum ad id se facultas offerret, per se vel per alium providere curaret, faciens ipsum nichilominus in eadem ecclesia in mansionarium canonicum recipi et in fratrem. Contradictores etc., usque compescendo. Sane dictus P. eidem Martino, dimittenti canonicatum quem in dicta ecclesia obtinebat, de canonicatu qui canonicis mansionariis conferri consuevit, providit auctoritate hujusmodi litterarum, et postmodum magistro Petro, archidiacono Reginensi in dicta ecclesia commisit super hoc, non tamen totaliter, vices suas. Dictus vero subdelegatus tibi et capitulo predicte Ispalensis ecclesie demandavit ut dictum M. in canonicum mansionarium recipere curaretis ; ex parte vero tua et ipsius capituli fuit excipiendo propositum coram eo quod in eadem ecclesia est statutum de certo mansionariorum canonicorum numero, juramento firmatum et per sedem apostolicam confirmatum, de quo in litteris illis nulla mentio habebatur ; et propter hoc ad sedem apostolicam, quamquam non ad eam sed ad dictum executorem appellari debuerit, extitit appellatum. Quare nobis dictus capellanus humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, hujusmodi appellatione seu predicto statuto vel aliqua indulgentia sedis apostolice, per quam effectus presentium impediri valeat vel differri et de qua in nostris litteris mentio fieri debeat specialis, nequaquam obstantibus, ad receptionem et provisionem dicti M. procedas per te vel per alium, juxta predictarum ad eundem priorem directarum continentiam litterarum. Datum apud Urbemveterem, IIII idus julii, anno tertio. »

**1681** — Orvieto, 21 mai 1264.

Archiepiscopo Burdegalensi indulget ut unum de clericis ejus in ecclesia s. Severini Burdegalensis, in canonicum cum praebenda recipi faciat. (Reg. 29, fol. 168, nº 731.)

« *Archiepiscopo Burdegalensi.* Personam tuam honorare. — Datum apud Urbemveterem, XII kalendas junii, anno tertio. »

**1682** — Orvieto, 19 mai 1264.

Episcopo Gurgensi mandat ut Conradum, canonicum ecclesiae de Volchenmarchert, in possessionem inducat ecclesiae de Vrezince, Salzeburgensis diocesis. (Reg. 29, fol. 168, nº 732.)

« *Episcopo Gurgensi.* Sua nobis dilectus filius Conradus, canonicus ecclesie de Volchenmarchert, petitione monstravit quod, licet Ulricus, archiepiscopus Salzeburgensis, esset per nos excommunicationis sententia rationabiliter irretitus, nichilominus tamen idem ecclesiam de Vrezince, Salzeburgensis diocesis, tunc vacantem, ad collationem suam spectantem, cuidam clerico illarum partium de facto, dicitur contulisse. Quare dictus Conradus nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse nullum sit, ut asserit, beneficium ecclesiasticum assecutus, nisi canonicatum et beneficium que in prefata ecclesia de Volchenmarchert obtinet, de quibus etiam non potest commode sustentari, provideri de ecclesia de Vrežince, de benignitate sedis apostolice mandaremus. Cum igitur nos eundem Conradum per dilectum filium magistrum P., archidiaconum Broliensem [1] in ecclesia Agennensi, socium dilecti filii magistri Michaelis, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, examinari fecerimus diligenter et inventus fuisse dicatur ydoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, fraternitati tue mandamus quatinus, si quod de excommunicatione et collatione dicte ecclesie de Vrezince proponitur, veritate fulcitur, et idem C. est de legitimo matrimonio natus, et alias existit ad hoc ydoneus moribus et etate aliudque canonicum non obsistat, eidem C. prefatam ecclesiam de Vrezince, amoto ab ea predicto clerico et quolibet alio illicito detentore, auctoritate nostra, per te vel per alium conferas et assignes, ipsumque in corporalem ipsius ecclesie possessionem inducas et defendas inductum. Contradictores —. Non obstante —. Volumus autem quod idem C., postquam ejusdem ecclesie de Vrezince

1. En marge : « *Satis sufficiens est.* »



25194 3 2

pacificam possessionem habuerit, canonicatum et prebendam predicta, que ex tunc vacare decernimus, omnino dimittat et, prout ipsius ecclesie de Vrezince onus requirit, se faciat ad ordines, statutis temporibus, promoveri, et personaliter resideat in eadem. Alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Datum apud Urbemveterem, xiii kalendas junii, anno tertio. »

**1683** Orvieto, 30 mai 1264.

Praeposito et capitulo ecclesiae Augustensis indulget ut Petrum de Arvereyo clericum in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 168 v°, n° 733.)

« *Preposito et capitulo ecclesie Augustensis.* Ex parte vestra —. Datum apud Urbemveterem, iii kalendas junii, anno tertio. »

**1684** Orvieto, 21 mai 1264.

Plebano plebis de Piciano, Fesulanae diocesis, mandat ut ecclesiam s. Bartholomaei de Lectio, ejusdem diocesis, ad collationem sedis apostolicae, juxta Lateranensis statuta concilii, devolutam, Philippo, nato quondam Radulfi Rustici de Lectio, clerico ejusdem diocesis, nullum adhuc beneficium assecuto, conferat. (Reg. 29, fol. 168 v°, n° 734.)

« *Plebano plebis de Piciano, Fesulane diocesis.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas junii, anno tertio. »

**1685** Orvieto, 28 mars 1264.

Episcopo Briocensi mandat ut magistrum Alanum de Montecontor, rectorem ecclesiae de Plenuc, Briocensis diocesis, capellanum U., s. Eustachii diaconi cardinalis, obtentu ejusdem cardinalis, in ecclesia Briocensi in canonicum cum praebenda recipi faciat. (Reg. 29, fol. 168 v°, n° 735.)

« *Episcopo Briocensi.* Licet ecclesiarum onera —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas aprilis, anno tertio. »

**1686** Orvieto, 5 mai 1264.

Episcopo Carnotensi indulget ut duas personas in ecclesia Carnotensi in canonicos recipi faciat. (Reg. 29, fol. 168 v°, n° 736.)

« *Episcopo Carnotensi.* Porrectis nobis ex —. Datum apud Urbemveterem, iii nonas maii, anno tertio. »

**1687** Orvieto, 21 mai 1264.

Episcopo Abrincensi indulget ut magistrum Bartholomaeum de s. Jacobo super Beuram, ejus clericum, in ecclesia Abrincensi in canonicum cum praebenda recipi faciat. (Reg. 29, fol. 169, n° 737.)

« *Episcopo Abrincensi.* Nuper ad tue —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas junii, anno tertio. »

**1688** Orvieto, 31 mai 1264.

Magistro Gregorio de Neapoli, subdiacono et capellano apostolico, mandat ut Fortem, presbyterum capellanum in ecclesia Urbevetana, in eadem ecclesia in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 169, n° 738.)

« *Magistro Gregorio de Neapoli, subdiacono et capellano nostro.* Ad faciendam dilecti —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas junii, anno tertio. »

**1689** Orvieto, 23 mai 1264.

Archipresbytero et capitulo ecclesiae s. Mariae de Piperno, Terracinensis diocesis, mandat ut Petrum, clericum Pipernensem, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 169, n° 739.)

« *Archipresbitero et capitulo ecclesie s. Marie de Piperno, Terracinensis diocesis.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas junii, anno tertio. »

**1690** Orvieto, 23 mai 1264.

Gualtero de Gandavo, Tornacensis diocesis, jus quod Johanni dicto *Jude*, in ecclesia b. Mariae Trajectensis competebat, confert. (Reg. 29, fol. 169, n° 740.)

« *Gualtero de Gandavo, Tornacensis diocesis.* Meritis tue devotionis, —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum quedam vacans prebenda in ecclesia

beate Marie Trajectensis, Leodiensis diocesis, quondam Johanni, dicto *Jude*, canonico ipsius ecclesie, auctoritate litterarum sedis apostolice canonice collata fuisset dictusque Johannes ipsam aliquandiu possedisset pacifice et quiete, tandem Guillelmus, clericus Coloniensis, auctoritate quarumdam litterarum sedis ipsius, procuravit ab eadem prebenda dictum Johannem contra justitiam amoveri et se in illius corporalem possessionem induci, propter quod dictus Johannes ad eandem sedem appellans, dilectum filium magistrum Marcellinum, capellanum nostrum, a felicis recordationis Alexandro papa, predecessore nostro, in causa hujusmodi dari obtinuit auditorem. Idem vero capellanus, cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato, predictam prebendam eidem Johanni per sententiam diffinitivam adjudicans et ad eum pertinere declarans, super ea dicto Guillelmo duxit perpetuum silentium imponendum sicque dictus Johannes possessionem prebende recuperavit ejusdem. Processu vero temporis, idem G. ad predictam sedem ab eadem sententia se asserens appellasse, super appellatione sua dilectum filium nostrum G., sancti Georgii ad Velum Aureum diaconum cardinalem, sibi a nobis in causa hujusmodi dari obtinuit auditorem. Sane, coram eodem cardinale predicta causa pendente, dictus Johannes, qui prebendam possidebat eandem, viam est universe carnis ingressus. Nos itaque, volentes tibi gratiam facere specialem, jus quod predicto Johanni in canonicatu dicte ecclesie et in predicta prebenda competebat, tibi conferimus et providemus de illis teque de ipsis per nostrum anulum investimus. Ita tamen quod per hoc eidem Guillelmo in jure suo, si quod habet in eadem prebenda, nullum prejudicium generetur, non obstante quod alibi auctoritate litterarum nostrarum sub expectatione prebende vacature in canonicum es receptus. Nulli ergo nostre collationis, provisionis et investiture etc. —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas junii, anno tertio. »

**1691** Orvieto, 23 mai 1264.

Scolasticum ecclesiae s. Pauli Leodiensis praedictae collationis deputat executorem. (Reg. 29, fol. 169 v°, n° 741.)

« *Scolastico ecclesie s. Pauli Leodiensis.* Meritis devotionis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas junii, anno tertio. »

**1692** Orvieto, 16 mai 1264.

Magistro Campano, rectori ecclesiae de Saviano, Arelatensis diocesis, capellano apostolico, canonicatum ecclesiae Toletanae confert. (Reg. 29, fol. 169 v°, n° 742.)

« *Magistro Campano, rectori ecclesie de Saviano, Arelaensis diocesis, capellano nostro.* Fame suavis odor ex merito tue conversationis et vite, dono scientie ac multiplicis probitatis studioque laudabilium actionum hactenus resolutus nonnullas replere dinoscitur regiones, in quibus omnium liberalium artium et aliarum etiam facultatum plenitudinem tuo pectori de super fusam non modico tempore docuisse diceris et exempli doctrina non minus edifficasse quam verbi. Odor quoque hujusmodi usque ad apostolicam sedem expansus delectat plurimum sensus nostros, dum per familiarem tui presentiam te famam transcendere meritis experimur, et quodam juris debito sibi vendicat apud nos ut te congruis attollere gratiarum muneribus studeamus, quia licet virtus et probitas sui sint pretio multipliciter approbande, ut tamen ad se plures pertrahant amatores, condignis sunt beneficiis honorande. Hinc est quod nos, attendentes probitatis tue merita ac per hoc volentes te dono specialis gratie confovere, canonicatum ecclesie Tholetane, cum plenitudine juris canonici, ac prebendam cum prestimoniis ejus qui cessit vel decessit, si vacant ibidem ad presens, tibi conferimus, providemus tibi de illis teque de ipsis per nostrum anulum presentialiter investimus. Si vero nulla prebenda vacat ibidem ad presens, prebendam inibi proximo vacaturam et prestimonia cedentis vel decedentis, conferenda tibi, donationi apostolice reservamus ac decernimus irritum et inane si secus de illis a quoquam contigerit attemptari. Non obstante —, seu quod in sancte Nutricis Remensis et de Domo Oxole, Novariensis diocesum ecclesiis beneficiatus existis aut quod Tholetana sedes vacat ad presens. Nulli ergo nostre collationis, provisionis, investiture, reservationis et constitutionis etc. Datum apud Urbemveterem, xvii kalendas junii, anno tertio. »

**1693** Orvieto, 16 mai 1264.

Gondisalvum Fernandi de Azagra, archidiaconum de Alcaraz, et Petro Rolandi, canonicum Tholetanos, praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 169 v°, n° 743.)

« *Gondisalvo Fernandi de Azagra, archidiacono de Alcaraz, et Petro Rolandi, canonico Tholetanis.* Fame suavis

odor —. Datum apud Urbemveterem, xvii kalendas junii, anno tertio. »

**1694** Orvieto, 11 avril 1264.[1]

Privilegium de praebenda in ecclesia Rosetensi, Laudunensis diocesis, obtinenda Roberto de Floricort, canonico Rosetensi, familiari G., tituli s. Marci presbyteri cardinalis, conceditur. (Reg. 29, fol. 170, n° 744.)

« *Roberto de Floricort, canonico Rosetensi, clerico et familiari dilecti filii nostri G., tituli sancti Marci presbiteri cardinalis.* Tue probitatis merita —. Datum apud Urbemveterem, iii idus aprilis, anno tertio. »

**1695** Orvieto, 26 mai 1264.

Episcopo Ferentinati denuo mandat ut Egidio clerico, nato Johannis de Frusinone, militis, de aliquo beneficio, cum cura vel sine cura, in regno Siciliae, juxta litteras Innocentii papae IIII[i], provideat. (Reg. 29, fol. 170, n° 745.)

« *Episcopo Ferentinati.* Significavit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas junii, anno tertio. »

**1696** Orvieto, 23 mai 1264.

Episcopo Nannectensi mandat ut Eudoni de Monte, pauperi diacono Venetensis diocesis, de aliquo beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii S. Gildasii de Nemore, ordinis s. Benedicti, Nannectensis diocesis, provideat. (Reg 29, anni III, fol. 170, n° 746.)

« *Episcopo Nannectensi.* Constitutus in presentia nostra dilectus filius Eudo de Monte, pauper diaconus Venetensis diocesis, humiliter supplicavit ut, cum ipse, qui in tua diocesi perpetuam, ut asserit, mansionem elegit, nullum sit ecclesiasticum beneficium assecutus, provideri sibi de benignitate apostolica mandaremus. Licet autem diaconus, ipse quem per dilectum filium magistrum Petrum, archidiaconum Broliensem in ecclesia Agennensi, socium dilecti filii magistri Michaelis, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, examinari fecimus, inventus fuerit in litteratura competenter[1] ydoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, quia tamen nobis non constitit de vita et conversatione ipsius, fraternitati tue mandamus quatenus circa vitam et conversationem ejusdem diaconi inquisitione diligenti premissa, si eum vite laudabilis et honeste conversationis esse reppereris et alias non sit beneficiatus aliudque canonicum non obsistat, ei de aliquo ecclesiastico beneficio, cum cura vel sine cura, consueto clericis secularibus assignari, ad collationem vel presentationem dilectorum filiorum.. abbatis, et conventus monasterii sancti Gildasii de Nemore, ordinis sancti Benedicti, Nannectensis diocesis, pertinente, si vacat ad presens in tua seu aliena civitate vel diocesi, si de aliquo ex beneficiis ad eorumdem abbatis et conventus collationem seu presentationem spectantibus, non mandavimus alicui provideri, vel quam cito se facultas obtulerit, dummodo velit in illo personaliter residere, auctoritate nostra per te vel per alium providere procures, inducens eum in ipsius corporalem possessionem et defendens inductum. ac faciens ipsum ad illud, si in collegiata fuerit, postquam de ipso vacante sibi provisum extiterit, in canonicum recipi et in fratrem. Non obstante —. Contradictores —. Ita tamen etc. —. Nos enim decernimus —. Volumus autem —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas junii, anno tertio. »

**1697** Orvieto, 26 mai 1264.

Priori de Tassignaco, Lucanae diocesis, mandat ut Ubaldo, plebano plebis de Lamanri, Lucanae diocesis, camerario magistri Gualae, notarii apostolici, jam in ecclesia Lucana in canonicum recepto, de aliqua praebenda in eadem ecclesia provideat. (Reg. 29, fol. 170, n° 747.)

« *Priori de Tassignaco, Lucane diocesis.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas junii, anno tertio. »

**1698** Orvieto, 23 mai 1264.

Magistro Petro, dicto *Hornoi*, canonico Dolensi, mandat ut magistrum Gaufridum de s. Nicolao, clericum comitis Britanniae, in ecclesia Cenomanensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 170 v°, n° 748.)

1. C'est un double de la lettre déjà enregistrée plus haut au n° 1636.

1. En marge: « *Satis competentér latinizat et cantat, debiliter tamen legit et construit.* »

« *Magistro Petro, dicto* Hornoi, *canonico Dolensi.* Adjutos morum et —. Sane dilecto filio magistro Gaufrido de sancto Nicolao, clerico dilecti filii nobilis viri.. comitis Britannie, sic propria dicuntur suffragari merita ut dignum sit quod ipsum prosequamur benivolentia gratiosa. Ipse siquidem, prout accepimus, qui nullum est ecclesiasticum beneficium assecutus, diu juris canonici et civilis insistens studio, profecit adeo laudabiliter in eodem quod in ipso jure canonico meruit alios edocere. Nos itaque, consideratione meritorum hujusmodi, volentes eidem magistro Gaufrido gratiam facere specialem, discretioni tue mandamus quatenus ipsum in ecclesia Cenomanensi auctoritate nostra recipi faciens per te vel per alium in canonicum et in fratrem, ei de prebenda, si qua ibidem vacat ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, providere procures. Non obstante etc. —. Contradictores —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas junii, anno tertio. »

**1699** Orvieto, 13 avril 1264.

Episcopo Eduensi indulget ut magistrum Nicolaum de Luxovio, officialem ejus, in ecclesia Avalonensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 170 v°, n° 749.)

« *Episcopo Eduensi.* Per tuas nobis —. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno tertio. »

**1700** Orvieto, 14 mai 1264.

Decano ecclesiae s. Aredii, Lemovicensis diocesis, capellano apostolico, mandat ut Stephanum, dictum *Chauchaglaz*, presbyterum rectorem ecclesiae s. Martialis de Valeta, Lemovicensis diocesis, obtentu Margaretae, natae ducis Burgundiae, relictae quondam vicecomitis Lemovicensis, cujus M. obsequiis idem Stephanus diu institit, in ecclesia s. Aredii in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 170 v°, n° 750.)

« *Decano ecclesie s. Aredii, Lemovicensis diocesis, capellano nostro.* Obtentu dilecte in —. Datum apud Urbemveterem, II idus maii, anno tertio. »

**1701** Orvieto, 20 mai 1264.

Magistro Dionysio, canonico ecclesiae s Vedasti Suessionensis, mandat compellat episcopum et capitulum Massilienses ut Raymundo, capellano apostolico, praeposito ecclesiae Massiliensis, praepositurae administrationem liberam dimittant. (Reg. 29, fol. 170 v°, n° 751.)[1]

« *Magistro Dionisio, canonico ecclesie sancti Vedasti Suessionensis.* Dilectus filius magister Raymundus, capellanus noster, prepositus Massiliensis ecclesie, nobis exposuit quod, cum nos in causa que inter ipsum et dilectum filium Peregrinum, capellanum nostrum, super prepositura predicte ecclesie, in qua uterque ipsorum se dicebat jus habere, vertebatur, venerabilem fratrem nostrum .. Sabinensem episcopum, dedimus partibus auditorem, idem episcopus, lite coram eo legitime contestata factisque positionibus et responsionibus ad easdem, audivit que partes voluerunt proponere coram eo et nobis fideliter recitavit. Quia vero, juribus partium ipsarum intellectis et plene discussis, nobis constitit quod idem magister Raymundus jus in prepositura obtinebat eadem, ipsam pertinere ad eum duximus de fratrum nostrorum consilio declarandum et sibi sententialiter adjudicantes eandem, dicto Peregrino perpetuum silentium imposuimus super ea, et nichilominus ad cautelam predicto magistro Raymundo preposituram prefatam contulimus et de illa providimus ipsumque investivimus per nostrum anulum de eadem, decernentes irritum et inane, si secus de prepositura ipsa apostolica vel quavis auctoritate a quoquam contingeret attemptari, ac venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Aquensi, et dilecto filio .. decano Meldensi, nostris dantes litteris in mandatis ut memoratum magistrum Raymundum vel procuratorem suum, ejus nomine, in corporalem possessionem ipsius prepositure per se vel per alium inducerent et tuerentur inductum, facientes eum vel dictum procuratorem pro ipso in prepositum ecclesie prefate a venerabilibus fratribus nostris .. episcopo, et capitulo Massiliensibus admitti, sibique de ipsius prepositure proventibus responderi. Contradictores etc. usque compescendo. Et licet idem episcopus et capitulum procuratorem ipsius magistri Raymundi pro eo admiserint in prepositum ecclesie supradicte, ipsi tamen magistrum Raymundum administrare bona et jura predicte ecclesie, prout ad ipsum pertinet et prout ea administraverunt predecessores ipsius, prepositi ejusdem ecclesie, non permittunt in ejus prejudicium et gravamen. Quare idem magister Raymundus nobis humiliter supplicavit ut providere super hoc paterna

1. Cf. sur le même sujet la lettre du 5 février 1264, publiée plus haut n° 1305.

sollicitudine curaremus. Quocirca mandamus quatinus predictos episcopum et capitulum quod eundem magistrum Raymundum, personaliter in prelibata ecclesia residentem, bona et jura predicte ecclesie libere, prout ad ipsum pertinet et prout predecessor suus administrabat, tempore mortis sue, ac usque ad festum Purificationis beate Virginis proximo venturum etiam per procuratorem suum administrare permittant, nec super hoc ei aliquod impedimentum prestent sed ei de juribus et redditibus predicte prepositure plene respondeant, monitione premissa, per te vel per alium auctoritate nostra, sublato cujuslibet appellationis impedimento, compellas. Non obstante etc. —. Invocato ad hoc —. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas junii, anno tertio. »

**1702** Orvieto, 28 mai 1264.

Abbati et priori Cluniacensibus mandat ut Florio de Perusio, capellano episcopi Portuensis, canonicatum ecclesiae Matisconensis assignent. (Reg. 29, fol. 171, n° 752.)

« *Abbati et .. priori Cluniacensibus, Matisconensis diocesis.* Dilectus filius Florius de Perusio, capellanus venerabilis fratris nostri .. episcopi Portuensis, canonicus Matisconensis ecclesie, nobis significare curavit quod, quondam Guillelmo, camerario ipsius episcopi, dudum apud sedem apostolicam nature debitum persolvente, idem episcopus prebendam et canonicatum, quos dictus Guillelmus in ecclesia eadem, dum viveret, obtinebat, tunc per mortem ejus vacantes, eidem Florio de speciali mandato nostro, facto sibi oraculo vive vocis, contulit et eum de ipsis per suum anulum investivit. Nos quoque postmodum quod super hoc ab eodem episcopo factum fuerat, ratum habentes et firmum, id auctoritate apostolica duximus confirmandum, injuncto nichilominus vobis per alias nostras litteras, inter cetera continentes ut per vos vel per alium seu alios eundem F. vel alium, loco ejus, ad prebendam ipsam in eadem ecclesia recipi facientes in canonicum et in fratrem ac pro canonico ipsius haberi, eum in possessionem eorundem canonicatus et prebende induceretis et defenderetis inductum. Contradictores etc. usque compescendo. Sed licet frater Johannes, archidiaconus et monachus Cluniacensis, cui vos commiseratis super hoc totaliter vices vestras, dilectum filium G., cursorem nostrum, procuratorem ipsius Florii, ejus nomine, in possessionem canonicatus et prebende predictorum induxerit, in contradictores excommunicationis sententia promulgata, quia tamen quedam pars capituli ejusdem ecclesie propter hoc ad sedem apostolicam dicitur appellasse, idem archidiaconus in hujusmodi negotio amplius non processit. Factam igitur eidem Florio gratiam ad debitum perduci volentes effectum, mandamus quatinus in eodem negotio procedatis, juxta directarum vobis earundem continentiam litterarum. Si vero super hoc aliqui se duxerint opponendos, vos eos ex parte nostra, per vos vel per alium seu alios, peremptorie citare curetis. Diem vero citationis et formam et quicquid inde feceritis, nobis per vestras litteras harum seriem continentes fideliter intimetis —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas junii, anno tertio. »

**1703** Orvieto, 4 juin 1264.

Abbati de Alba, Cisterciensis ordinis, Spirensis dioecesis, mandat ut Henricum clericum, natum comitis Geminipontis, in ecclesia Maguntina in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 171, n° 753.)

« *Abbati de Alba, Cisterciensis ordinis, Spirensis diocesis.* Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, II nonas junii, anno tertio. »

**1704** Orvieto, 5 juin 1264.

Magistro Navarro, capellano apostolico, mandat ut Mathaeo de dignitate vel personatu in ecclesia Lucensi, ad collationem episcopi et capituli spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 171, n° 754.)

« *Magistro Navarro, capellano nostro, abbati secularis ecclesie sancti Quirici in ecclesia Burgensi.* Probitatis merita quibus —. Cum itaque, sicut idem Matheus proposuit coram nobis, fructus et proventus judicatus sui ejusdem ecclesie, qui dignitas in ipsa ecclesia fore dinoscitur, adeo sint tenues et exiles quod ipse nequit ex illis, secundum sue statum persone, comode sustentari, nos, obtentu dilecti filii nobilis viri Johannis Pironti, nepotis nepotis dilecti filii nostri J., sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis, volentes dicto Matheo, qui pro negotiis prefate ecclesie procurandis apud sedem apostolicam per biennium et amplius, ut asseritur, moram traxit, gratiam facere specialem, discretioni tue mandamus quatinus eidem Matheo de alia dignitate seu personatu, ad collationem ipsius episcopi et capituli Lucensium communiter vel divisim

spectante, cum prestimoniis cedentis vel decedentis, archidiaconatu de Buval et thesauraria ejusdem ecclesie dumtaxat exceptis, si in ecclesia ipsa vacant ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, dummodo de personatu vel dignitate in eadem ecclesia nos non mandaverimus alicui alii provideri, auctoritate nostra per te vel per alium providere procures, inducens eum vel procuratorem suum, ejus nomine, in eorundem dignitatis seu personatus ac prestimoniorum corporalem possessionem et defendens inductum, ac faciens eum ad hujusmodi dignitatem seu personatum, ut est moris, admitti. Non obstante —. Contradictores etc. usque compescendo. Proviso quod dictus Matheus, postquam dignitatem sive personatum ac prestimonia predicta pacifice fuerit assecutus, prefatum judicatum, quem extunc vacare decernimus, omnino dimittat et quod, prout requiret onus dignitatis vel personatus de qua vel de quo sibi duxeris providendum, se faciat statutis temporibus ad ordines promoveri et personaliter resideat in eodem. Alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**1705** Orvieto, 31 mai 1264.

Decernit magistrum Adenulfum capellanum apostolicum, jure praeposituram ecclesiae s. Audomari, Morinensis diocesis, tenere, quamvis in litteris apostolicis nulla de aliis quae obtinet beneficiis mentio facta sit. (Reg. 29, fol. 171 v°, n° 755.)

« *Magistro Adenulfo, capellano nostro, preposito ecclesie sancti Audomari, Morinensis diocesis.* Precipuis a nobis —. Sane in nostra proposuisti presentia constitutus, quod felicis recordationis A. papa, predecessor noster, personam tuam tam propriis quam antecessorum tuorum meritis sedi gratiosam eidem, cupiens honorare, venerabili fratri nostro.. episcopo Abrincensi, et dilecto filio . . priori sancti Eligii Parisiensis, suas direxit litteras, inter cetera continentes ut ipsi vel eorum alter, per se vel per alium seu alios, tibi in regno Francie de prepositura vel archidiaconatu seu thesauraria vel alia ecclesiastica dignitate, si tunc vacabat vel quamprimum ad id se facultas offerret, ad cujuscumque collationem, electionem vel presentationem spectaret, cum cura vel sine cura, providere curarent, reservans idem predecessor hujusmodi prepposituram vel archidiaconatum seu thesaurariam sive aliam ecclesiasticam dignitatem apostolice donationi, tibi per dictos executores vel eorum alterum conferendam, ac decernens irritum et inane quicquid contra reservationem vel inhibitionem que pro te fieret super hiis, a quoquam contingeret attemptari. Cujus auctoritate mandati dictus episcopus . . decano, et capitulo ecclesie sancti Audomari hujusmodi mandatum notificans, auctoritate sedis ejusdem inhiberi et denuntiari fecit eisdem ne, si prepositura ipsius ecclesie tunc vacaret vel quamprimum vacare contingeret, ad electionem seu postulationem vel quamlibet aliam nominationem procederent sive aliquem reciperent ad eandem, donec tibi fuisset, juxta mandatum apostolicum, de hujusmodi dignitate provisum. Idem quoque predecessor quod ab eodem episcopo vel subdelegato ipsius factum erat super hoc, ratum habens et gratum idque apostolica auctoritate confirmans, et supplens omnem defectum si quis in premissis habitus fuerat, de plenitudine potestatis, dilectis filiis . . abbati sancti Dyonisii in Francia, et magistro Nicolao de Caprivilla, tunc archidiacono de Gazeio in ecclesia Lexoviensi, suis dedit postmodum litteris in mandatis ut, si hujusmodi prepositura vel alia dignitas ecclesiastica tunc vacaret, vel quamprimum eam vacare contingeret, tibi vel tuo procuratori, tuo nomine, ipsi vel alter eorum, per se vel per alium, conferre curarent, teque in ipsius possessionem corporalem inducerent et tuerentur inductum, juxta priorum continentiam litterarum. Contradictores —, ac decernendo nichilominus irritum et inane si secus de dignitate hujusmodi a quoquam contingeret attemptari. Demum vero, cum in Baiocensi ecclesia cui similis inhibitio facta fuerat, decanatus ipsius ecclesie vacavisset, dicti abbas et archidiaconus decanatum ipsum procuratori tuo, tuo nomine, assignarunt et, quamquam tu ipsum decanatum salvo mandato apostolico acceptasses, idem predecessor in hoc tibi provisum non reputans, ac te volens in alia dignitate decentius honorari, eisdem abbati et archidiacono suas litteras sub ea forma direxit, ut dignitatem vel personatum, si in aliqua illarum ecclesiarum in quibus inhibitiones et reservationes pro te facte fuerant, quas idem predecessor ita voluit in suo vigore manere ac si decanatum non acceptasses eundem vel si tibi decanatus ipse non fuisset collatus, tunc vacaret vel quamprimum vacare contingeret, tibi vel alii, tuo nomine, conferentes, te in hujusmodi dignitatis possessionem inducerent et inductum per se vel per alium defensarent, juxta directarum predictis episcopo et priori continentiam litterarum, non obstantibus acceptatione et collatione decanatus ejusdem seu quibuslibet litteris apostolicis, post acceptationem et collationem hujusmodi impetra-

tis vel etiam impetrandis, que de proprio tuo nomine ac de hujusmodi gratia tibi facta plenam et expressam non facerent mentionem.

Porro dicto predecessore viam universe carnis ingresso, quia tibi adhuc debita provisio non provenerat ex litteris supradictis, nos te, quem non minori affectione quam idem A. predecessor diligebamus, prosequi favorabiliter intendentes, ac per hoc tam processum ipsius episcopi Abrincensis super hiis habitum, quam reservationem, decretum, approbationem et suppletionem ejusdem predecessoris rata habentes et firma eaque auctoritate apostolica confirmantes, eisdem abbati et archidiacono per litteras nostras mandavimus ut super hoc auctoritate nostra procederent juxta directarum eis ipsius predecessoris continentiam litterarum, volentes tamdiu a te decanatum retineri predictum, donec tibi foret, juxta tenorem mandati apostolici, de hujusmodi prepositura vel dignitate provisum et haberes liberam, expeditam et pacificam possessionem ipsius. Cumque postmodum prepositura ipsius ecclesie sancti Audomari per mortem Johannis de Blesis, prepositi ejusdem ecclesie, vacavisset, memoratus abbas solus, prout ei competebat ex beneficio hujusmodi litterarum, preposituram ipsam vacantem Matheo de Firmo, canonico ecclesie sancti Martini de Campellis in Bria, procuratori tuo, vice ac nomine tuo, auctoritate litterarum ipsarum contulit, assignavit et eundem M. de ipsa, tuo nomine, per suum anulum investivit. Nosque quod ab eodem abbate super hoc factum extitit, ratum habentes et gratum, tibi preposituram eandem auctoritate apostolica, de speciali gratia, ex certa scientia per nostras litteras duximus confirmandam, decernentes irritum et inane quicquid de prepositura eadem, post hujusmodi collationem tibi factam de ipsa, per quoscumque nostra vel alia quavis auctoritate est vel fuerit attemptatum. Quia vero in litteris tam ipsius predecessoris quam nostris, super hiis habitis, de canoniis et prebendis, quas in Parisiensi, Baiocensi, Eboracensi, Saresbiriensi, Lincolniensi et quibusdam aliis ecclesiis obtines, mentio non extitit habita specialis, dubitans ne id tibi quomodolibet obesse valeat, supplicasti tibi super hoc per sedis apostolice sollicitudinem provideri. Nos autem, personam tuam precipua benivolentia prosequentes, presentium tibi auctoritate gratiose concedimus ut, hoc non obstante, prefate littere dicti predecessoris et nostre illam efficaciam habeant eundemque vigorem ac si plenam et expressam [1] fecissent de singulis tuis beneficiis mentionem. Decernimus insuper, de nostre plenitudine potestatis, quod hoc etiam si objiciatur in judicio vel extra judicium ad impediendum te quominus provisionis tibi facte de dicta prepositura consequi possis effectum, tibi in aliquo non obsistat. Nulli ergo nostre concessionis et constitutionis —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas junii, anno tertio. »

1. Ces deux mots sont répétés par erreur dans le registre.

**1706** Orvieto, 11 mai 1264.

Abbati monasterii s. Nicolai in Bosco, Laudunensis diocesis, mandat compellat decanum et capitulum ecclesiae s. Johannis in Burgo Laudunensi ut Petro, nato Johannis Concergii, clerico Laudunensi, de quodam beneficio provideant. (Reg. 29, fol. 172, n° 756.)

« *Abbati monasterii sancti Nicholai in Bosco, Laudunensis diocesis.* Exposuit nobis dilectus filius Petrus, natus Johannis Concergii, clericus Laudunensis, quod dilecti filii . . decanus, et capitulum ecclesie sancti Johannis in Burgo Laudunensi promiserunt sibi de aliquo ex octo beneficiis ad collationem eorum comuniter pertinentibus, quamprimum ad id se offerret oportunitas, providere, se ad id per suas patentes litteras obligando. Nos igitur, clericum ipsum, propter probitatis sue merita super quibus ei laudabile testimonium perhibetur, gratiose prosequi ac favorabiliter intendentes, discretioni tue mandamus quatinus, si est ydoneus scientia, moribus et etate aliudque canonicum non obsistat, dictos decanum et capitulum diligenter moneas et inducas ut eidem clerico de hujusmodi beneficio, quamprimum ad id se facultas obtulerit, juxta promissionem et obligationem suam, providere procurent. Quod si monitis tuis parere contempserint in hac parte, tu ex tunc ei de hujusmodi beneficio, si vacat ad presens vel quamcito obtulerit se facultas, auctoritate nostra per te vel alium studeas providere. Contradictores etc. usque compescendo. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, v idus maii, anno tertio. »

**1707** Orvieto, 16 mai 1264.

Abbati de Langonio, Corisopitensis diocesis, mandat ut, obtentu episcopi Corisopitensis, magistrum Droconem, rectorem ecclesiae de Medle, in Corisopitensi ecclesia in canonicum cum praebenda recipi faciat. (Reg. 29, fol. 172, n° 757.)

« *Abbati de Langonio, Corisopitensis*[1] *diocesis*. Per suas patentes —. Datum apud Urbemveterem, XVII kalendas junii, anno tertio. »

**1708** Orvieto, 3 juin 1264.

Archidiacono et capitulo Reginis mandat ut Hugolinum, dictum *Mussum*, canonicum plebis s. Faustini de Herberia, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 172, n° 758.)[2]

« *Archidiacono et capitulo Reginis*. Non debetis reputare —. Datum apud Urbemveterem, III nonas junii, anno tertio. »

**1709** Orvieto, 25 mai 1264.

Episcopo Anteradensi indulget ne fratres Hospitalis Jerosolimitani quidquam sibi vendicent in ecclesia Anteradensi, ratione donationis et compositionis initarum, antequam sedes apostolica locum, ecclesiam et diocesim Raffanienses Anteradensi ecclesiae uniret. (Reg. 29, fol. 172 v° 759; Potthast 18927.)

« *Episcopo Anteradensi*. Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas junii, anno tertio. »

**1710** Orvieto, 25 mai 1264.

Episcopo Anteradensi indulget ne fratres Militiae Templi Jerosolimitani quidquam sibi vendicent in ecclesia Anteradensi, ratione donationis et compositionis initarum, antequam sedes apostolica locum, ecclesiam et diocesim Raffanienses Anteradensi ecclesiae uniret. (Reg. 29, fol. 172 v°, n° 760.)

« *Episcopo Anteradensi*. Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas junii, anno tertio. »

**1711** Orvieto, 23 mai 1264.

Decano et capitulo Buccensis ecclesiae, Bremensis diocesis, indulget ut Johannem, clericum, natum quondam Cononis de Weyge militis, nullum adhuc beneficium assecutum, in canonicum recipiant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 172 v°, n° 761.)

1. Le manuscrit porte par erreur sur l'adresse *Erisopitensis*, tandis que dans le corps de la lettre il y a *Corisopitensis*.

2. En marge : « *Obtentu domini cardinalis fuit concessa.* »



« *Decano et capitulo Buccensis ecclesie, Bremensis diocesis*. Supplicastis nobis per —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas junii, anno tertio. »

**1712** Orvieto, 25 mai 1264.

Abbati de Wernewilre, ordinis Cisterciensis, Metensis diocesis, mandat ut Eberardum clericum, natum comitis Geminipontis, in ecclesia Spirensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 172 v°, n° 762.)

« *Abbati de Wernewilre, ordinis Cisterciensis, Metensis diocesis*. Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas junii, anno tertio. »

**1713** Orvieto, 5 juin 1264.

Dispensatio de residentia personali non fienda Stephano, canonico ecclesiae s. Eucharii Liberdunensis, Tullensis diocesis, conceditur. (Reg. 29, fol 172 v°, n° 763.)

« *Stephano, canonico ecclesie s. Eucharii Liberdunensis, Tullensis diocesis*. Eo tibi libentius —. Lecta siquidem coram nobis tua petitio continebat quod bone memorie Tullensis episcopus duxit auctoritate propria statuendum ut quicumque canonicus ecclesie s. Eucharii Liberdunensis, Tullensis diocesis, in anno quo in eadem ecclesia residentiam non faceret personalem, proventus prebende sue dicte ecclesie perciperet, excommunicationis sententiam incurreret ipso facto. Cum igitur, sicut asseris, pro prosequenda causa que inter te et Nicolaum de Metis clericum super prebenda ecclesie s. Salvatoris Metensis, cujus existis canonicus, apud sedem apostolicam vertitur, ad sedem accedens eandem, studio juris canonici inibi duxeris insistendum, nos, tuis supplicationibus inclinati, volentes tibi facere specialem gratiam in hac parte, ut tempus quo apud predictam sedem hujusmodi studio institisti et insistes deinceps, usque ad biennium, nisi interim causam ipsam terminari contingat, in residentia quam in eadem ecclesia s. Eutharii (*sic*) teneris facere, computetur ac proventus prebende tue ipsius ecclesie S. Eucharii cum ea integritate percipere valeas, cotidianis distributionibus duntaxat exceptis, cum qua illos perciperes si in eadem ecclesia personaliter resideres, statuto hujusmodi et qualibet alia aut contraria dicte ecclesie consuetudine nequaquam obstantibus, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli ergo

nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**1714** Orvieto, 5 juin 1264.

Praepositum ecclesiae s. Mariae Rotundae Metensis praedictae indulgentiae deputat executorem. (Reg. 29, fol. 173, n° 764.)

« *Preposito ecclesie s. Marie Rotunde Metensis.* Eo dilecto filio. — Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**1715** Orvieto, 10 mai 1264.

De Almazano et de Molina archidiaconis in ecclesia Seguntina mandat ut Pascasium Petri, clericum chori ecclesiae Zamorensis, cui a pueritia servivit, in portionarium recipi faciant in eadem ecclesia. (Reg. 29, fol. 173, n° 765 [1].)

« . . *de Almazano et . . de Molina archidiaconis in ecclesia Seguntina.* Constitutus in presentia. — Datum apud Urbemveterem, vi idus maii, anno tertio. »

**1716** Orvieto 18 mai 1264.

Priori S. Arnulfi Metensis mandat ut magistrum Terricum, quondam officialem Warmaciensem, canonicum ecclesiae Neusensis extra muros Warmacienses, episcopi obtentu Warmaciensis cujus idem magister clericus existit, in ecclesia Warmaciensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 173, n° 766.)

« *Priori s. Arnulfi Metensis.* Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas junii, anno tertio. »

**1717** Orvieto, 18 mai 1264.

Landulfo, abbati secularis ecclesiae s. Herasmi Verulani, concedit facultatem de communibus adhuc bonis ecclesiae, quatuordecim praebendas distinctas instituendi, aliqua de bonis hujusmodi pro communitatibus ejusdem ecclesiae reservatis. (Reg. 29, fol. 173, n° 767.)

« *Landulfo, abbati secularis ecclesie s. Herasmi Verulani.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas maii, anno tertio. »

1. En marge : « *Al quod petit. Bene cantat ; latinizat, construit et legit debiliter.* »

**1718** Orvieto, 11 mai 1264.

Th., episcopo Senensi, indulget ut quatuor clericis de beneficiis, videlicet singulis de singulis, in dioecesi Senensi providere valeat. (Reg. 29, fol. 173, n° 768.)

« *Th., episcopo Senensi.* Dum sicut in —. Datum apud Urbemveterem, v idus maii, anno tertio. »

**1719** Orvieto, 21 mai 1264.

Th., episcopo Senensi mandat ut ecclesiam s. Georgii Senensis personae idoneae conferat. (Reg. 29, fol. 173 v°, n° 769.)

« *Th., episcopo Senensi.* Sicut est nostris auribus intimatum, Rainerius, rector ecclesie s. Georgii Senensis, qui nondum in sacris ordinibus constitutus, ad laicatum, relicta militia clericali aspirat, labe symoniace pravitatis pollui non formidans, disponit ipsam ecclesiam resignare ut ab alio clerico, qui super conferenda sibi ad resignationem liberam ejusdem rectoris prefata ecclesia quasdam ad executorem sibi propitium executorias apostolicas litteras impetrasse dicitur, quique ipsi rectori sperat in eadem ecclesia succedere, quandam non modicam recipiat pecunie quantitatem. Quia vero dignum et conveniens esse cernitur quod rectoris et clerici eorumdem prava et iniqua intentio elidatur, fraternitati tue, de qua obtinemus fiduciam pleniorem in Domino, per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, et ecclesiam ipsam per cessionem vel resignationem prefati rectoris seu aliquo quovis modo vacare contigerit, illam persone ydonee auctoritate nostra per te vel per alium conferas et assignes —. Non obstantibus —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas junii, anno tertio. »

**1720** Orvieto, 18 mai 1264.

Cantori ecclesiae Lugdunensis mandat ut, Johannis Girodi, canonici ecclesiae s. Pauli Lugdunensis, rectoris ecclesiae de Quiriaco, ejusdem diocesis, resignatione recepta, eandem ecclesiam ad collationem prioris s. Albani, ordinis s. Benedicti, ejusdem dioecesis, spectantem, Johanni de Quiriaco, pauperi presbytero, conferat. (Reg. 29, fol. 173 v°, n° 770.)

« *Cantori ecclesie Lugdunensis.* Cum, sicut dilectus —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas junii, anno tertio. »

**1721** Orvieto, 30 mai 1264.

Abbati s. Dionysii in Francia, Parisiensis diocesis, mandat ut Petro de Baugiaco, clerico reginae Franciae, in ecclesia s. Audomari, Morinensis diocesis, jam canonico recepto, de aliqua praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 172 v°, n° 771.)

« *Abbati s. Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis.* Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, iii kalendas junii, anno tertio. »

**1722** Orvieto, 26 mai 1264.

Philippo de Florenhges, episcopo, thesaurario Metensi, indulget ut tempus quo ejus tres socii apud sedem apostolicam cum eo remanserunt, in residentia quam eorum duo in majori, tertius in s. Theobaldi ecclesiis Metensibus facere tenetur, computetur. (Reg. 29, fol. 174, n° 772.)

« *Philippo de Florenhges, episcopo, thesaurario Metensi.* Devotionis tue precibus —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas junii, anno tertio. »

**1723** Orvieto, 1^er^ juillet 1264.

Magistro Petro de Vindocino, capellano apostolico, cantori ecclesiae Cenomanensis, indulget ut praeter cantoriam et alia quae obtinet beneficia, personatum vel dignitatem, cum cura vel sine cura, licite recipere et retinere valeat. (Reg. 27, fol. 174, n° 773.)

« *Magistro Petro de Vindocino, capellano nostro, cantori ecclesie Cenomanensis.* Licet ne quis —. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**1724** Orvieto, 5 juin 1264.

Wolrado, episcopo Alberstadensi, mandat ut apostolicae sedi exponat quid utilitati Albertadensis ecclesiae expedire viderit. (Reg. 29, fol. 174, n° 774.)

« *Wolrado, episcopo Alberstadensi.* Pervenit ad audientiam nostram quod Alberstadensis ecclesia, que inter alias ecclesias Maguntine provincie florere in spiritualibus et habundare in temporalibus consuerit, occasione questionis dudum inter te ac Ludulfum, quondam Alberstadensem episcopum, super episcopatu Alberstadensi exorte, ad extremam inopiam est redacta. Nam baronibus et nobilibus illarum partium insurgentibus contra eam, tu, cum non habeas in partibus illis aliquos consanguineos vel propinquos, eis non potes resistere seu predictam ecclesiam a talium incursibus defensare. Plebis quoque ipsius ecclesie tanta malitia esse dinoscitur ut sit prorsus impossibile quod eadem ecclesia per te salubriter gubernetur, sicque potest non immerito formidari quod ipsa in spiritualibus et temporalibus irreparabile detrimentum incurrat, nisi per celerem providentiam sedis apostolice succurratur eidem. Quia vero firmiter in quorumdam opinione geritur quod tu, propter premissa, cupias corde humili cedere regimini pastorali, nos fraternitati tue presentium tenore digne duximus suadendum quatinus predicta et alia discrimina ecclesie memorate, ac etiam si hujusmodi cessio in tua voluntate persistat, nobis diligenter exponas per tuas litteras speciales, ut de premissis per tuam relationem sufficienter instructi, super hiis tandem, auctore Domino, providere possimus, prout tue saluti ac utilitati ejusdem ecclesie viderimus expedire. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**1725** Orvieto, 11 mai 1264.

Archiepiscopo Aquensi mandat ut, a Stephano rectore ecclesiae de Pellisava, ejusdem diocesis, resignatione recepta, eamdem ecclesiam, obtentu R., s. Angeli diaconi cardinalis, Bertrando Escrivani, clerico Aquensi, conferat. (Reg. 29, fol. 174, n° 775.)

« *Archiepiscopo Aquensi.* Cum sicut audivimus —. Datum apud Urbemveterem, v idus maii, anno tertio. »

**1726** Orvieto, 5 juin 1264.

Johanni de Curtiniaco, capellano apostolico, capicerio ecclesiae Aurelianensis, indulget ut per triennium in theologicae facultatis studio immorans, beneficiorum suorum in absentia fructus percipere valeat. (Reg. 29, fol. 174 v°, n° 776.)

« *Johanni de Curtiniaco, capellano nostro, capicerio ecclesie Aurelianensis.* Cum, sicut ex —. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**1727** Orvieto, 5 juin 1264.

Abbatem monasterii s. Germani de Pratis Parisiensis praedicti indulti executorem deputat. (Reg. 29, fol. 174 v°, n° 777.)

« *Abbati monasterii s. Germani de Pratis Parisiensis.* Cum sicut ex —. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**1728** Orvieto, 5 juin 1264.

Magistro Guillelmo de Castro Nantonis, clerico et familiari Johannis de Curtiniaco, capellani apostolici, capicerii ecclesiae Aurelianensis, canonicatum et jus praebendae assequendae in ecclesia s. Audomari, Morinensis diocesis, a praedicto capellano resignata, confert. (Reg. 29, fol. 147 v°, n° 778.)

« *Magistro Guillelmo de Castro Nantonis, clerico et familiari dilecti filii Johannis de Curtiniaco, capellani nostri, capicerii ecclesie Aurelianensis.* Tue probitatis merita —. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**1729** Orvieto, 5 juin 1264.

Abbatem monasterii s. Victoris Parisiensis praedictae collationis deputat executorem. (Reg. 29, fol. 174 v°, n° 779.)

« *Abbati monasterii s. Victoris Parisiensis.* Probitatis merita dilecti —. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**1730** Orvieto, 13 juin 1264.

Priori s. Juliani Pauperis Parisiensis mandat ut Pascasio de Montibus clerico, qui ecclesiae b. Verani de Jargolio, Aurelianensis diocesis, diu deservivit, obtentu Johannis de Curtiniaco, de aliquo beneficio, ad decani et capituli ejusdem ecclesiae spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 174 v°, n° 780.)

« *Priori s. Juliani Pauperis Parisiensis.* De dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**1731** Orvieto, 7 juin 1264.

Johanni de Curtiniaco, capellano apostolico, capicerio ecclesiae Aurelianensis, indulget ut unum clericum idoneum in ecclesia Aurelianensi in matricularium recipi faciat. (Reg. 29, fol. 175, n° 781.)

« *Johanni de Curtiniaco, capellano nostro, capicerio ecclesie Aurelianensis.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem, vii idus junii, anno tertio. »

**1732** Orvieto, 5 juin 1264.

Martino Johannis indulget ut una cum ecclesia s. Johannis de Figeyra, Lamecensis diocesis, ecclesiam s. Petri de Cecia, Visensis diocesis, retinere valeat. (Reg. 29, fol. 175, n° 782.)

« *Martino Johannis, rectori ecclesie sancti Johannis de Figeyra, Lamecensis diocesis.* Meritis laudabilis conversationis —. Cum itaque tu, sicut in nostra presentia retulisti, de proventibus ecclesie tue sancti Johannis de Figeyra, curam animarum habentis, utpote non excedentibus valorem annuum trium marcarum argenti, commode sustentari non possis, et ecclesia sancti Petri de Cecia, Visensis diocesis, cum simili cura, quam te commendatam obtinere proponis, cujus proventus valorem annuum duarum marcarum argenti et dimidie vix attingunt, per viginti miliaria non distet ab ecclesia supradicta, sicque predicte ecclesie per te possint commode gubernari, nos, obtentu dilecti filii nostri R., sancti Angeli diaconi cardinalis, qui pro te apostolicam gratiam imploravit, tuis supplicationibus annuentes, ut, veris existentibus supradictis, eandem ecclesiam sancti Petri cum prefata ecclesia sancti Johannis licite ac libere valeas retinere, non obstante constitutione — tecum auctoritate apostolica dispensamus, ita tamen quod ecclesie ipse debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis nullatenus negligatur. Nulli ergo nostre dispensationis etc. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**1733** Orvieto, 4 juin 1264.

Mathaeo de Guebeifay, canonico Ambianensi, praebendam in eadem ecclesia confert. (Reg. 29, fol. 175, n° 783.)

« *Matheo de Guebeifay, canonico Ambianensi.* Ex parte tua fuit nobis expositum quod, cum quedam prebenda in ecclesia beati Firmini confessoris Ambianensis, per mortem Philippi, ejusdem ecclesie canonici, vacavisset, venerabilis frater noster . . Ambianensis episcopus, ad quem in ipsa ecclesia collatio pertinet prebendarum, tibi duxit prebendam ipsam sic vacan-

tem et nulli alii de jure debitam, auctoritate propria conferendam. Verum, quia episcopus ipse, hujus collationis tempore, erat, ut asseris, vinculo excommunicationis astrictus, apostolice super hoc provisionis remedium implorasti. Nos itaque, in hac parte tibi, obtentu dilecti filii nostri J., sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, gratificari volentes, prebendam predictam, si, facte tibi de ipsa collationis predicte tempore, alii, ut premittitur, non debebatur de jure, tibi conferimus et tibi de ipsa liberaliter providemus, decernentes irritum et inane si secus a quoquam de prebenda eadem apostolica vel alia quavis auctoritate contigerit attemptari. Nulli ergo nostre collationis, provisionis et constitutionis etc. Datum apud Urbemveterem, II nonas junii, anno tertio. »

**1734** Orvieto, 4 juin 1264.

Abbatem monasterii Corbeiensis praedicti indulti executorem deputat. (Reg. 29, fol. 175, n° 784.)

« *Abbati monasterii Corbeiensis.* Ex parte dilecti —. Datum apud Urbemveterem, II nonas junii, anno tertio. »

**1735** Orvieto, 4 juin 1264.

Odoni de Verziliaco, canonico Autisiodorensi, mandat ut Margaritam cantricem et ejus adhaerentes moniales s. Juliani Autisiodorensis, ordinis s. Benedicti, in causa electionis abbatissae ad apostolicam audentiam citent. (Reg. 29, fol. 175, n° 785.)

« *Odoni de Verziliaco, canonico Autisiodorensi.* Dilecta in Christo filia Margarita cantrix, et alie sibi adherentes moniales monasterii sancti Juliani Autissiodorensis, ordinis sancti Benedicti, sua nobis petitione monstrarunt quod, monasterio ipso abbatisse regimine destituto, eedem Eustachiam de sancto Verano, monialem ejusdem monasterii, . . suppriorissa vero ejusque super hoc consortes moniales predicti monasterii Reginam, thesaurariam dicti monasterii, ad regimen abbatie ipsius in discordia elegerunt. Sane hujusmodi electionibus venerabili fratri nostro . . Autisiodorensi episcopo, presentatis, ac exorta inter partes, occasione ipsarum electionum, materia questionis, Margarita et adherentes predicte ab . . abbate sancti Mariani Autisiodorensis, cui dictus episcopus hujusmodi commiserat negotium, ex sufficienti gravamine ad sedem apostolicum appellarunt, nosque venerabilem fratrem nostrum . . Albanensem, episcopum, dedimus in hujusmodi appellationis causa et super principali partibus auditorem. Verum, quia de appellatione ipsa et quod ea pervenisset ad partis adverse notitiam, eidem Albanensi episcopo non potuit fieri plena fides, et pro parte altera coram eo nullus comparuit legitimus procurator, in eadem causa nullus habitus est processus. Quocirca mandamus quatinus, si tibi constiterit quod Margarita et adherentes prefate ab eodem abbate ex sufficienti gravamine ad nostram audientiam appellarint, et quod hujusmodi appellatio pervenerit ad notitiam ejusdem partis adverse, prefigas utrique parti terminum peremptorium competentem, quo per procuratores ydoneos, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis, hujusmodi negotium contingentibus, apostolico se conspectui representent, facture et recepture super hoc quod ordo dictaverit rationis. Testes etc. usque perhibere. Diem vero prefixionis hujusmodi et quicquid inde feceris, studeas nobis, tuis litteris harum tenorem continentibus, fideliter intimare. Datum apud Urbemveterem, II nonas junii, anno tertio. »

**1736** Orvieto, 28 mai 1264.

Episcopo Petragoricensi mandat ut Gerardum Filioli, pauperem clericum, ydoneum repertum, nullum adhuc beneficium assecutum, in seculari ecclesia s. Frontonis Petragoricensis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 175 v°, n° 786.)

« *Episcopo Petragoricensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, V kalendas junii, anno tertio. »

**1737** Orvieto, 25 mai 1264.

Adae de Cantuaria, presbytero anglico, capellano apostolico, rectoriam ecclesiae de Brychenham, Norwicensis diocesis, vacantem per mortem in partibus Campaniae prope Urbem Landulfi de Supino, ad collationem abbatis, prioris et conventus s. Eadmundi, ordinis s. Benedicti, ejusdem diocesis, spectantem, confert. (Reg. 29, fol. 175 v°, n° 787.)

« *Ade de Cantuaria, presbitero anglico, capellano nostro, rectori ecclesie de Brychenham.* Dignum et congruum —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas junii, anno tertio. »

**1738** Orvieto, 25 mai 1264.

Archidiaconum Mildelsexiae in ecclesia Londoniensi et magistrum Philippum de Cancellis, subdiaconum et capellanum apostolicum, praedictae collationis executores deputat. (Reg. 29, fol. 175 v°, n° 788.)

« *Archidiacono Mildelsexie in ecclesia Londoniensi et magistro Phylippo de Cancellis, subdiacono et capellano nostro.* Dignum et congruum —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas junii, anno tertio. »

**1739** Orvieto, 12 juin 1264.

Priori et capitulo Fuliginatibus mandat ut Jacobum, clericum ecclesiae s. Angeli de Criptis, quondam Fuliginatis diocesis, in canonicum recipiant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 176, n° 789.)

« *Priori et capitulo Fuliginatibus.* Sinceritas vestra benivola —. Datum apud Urbemveterem, II idus junii, anno tertio. »

**1740** Orvieto, 5 juin 1264.

Decano ecclesiae Cameracensis mandat ut Henricum de Braxella, clericum Cameracensis diocesis, in ecclesia Hugardensi, Leodiensis diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 176, n° 790.)

« .. *decano ecclesie Cameracensis.* Affectionis paterne studium —. Sane dilectus filius Henricus de Braxella, clericus Cameracensis diocesis, humiliter retulit coram nobis quod, licet ecclesia de Erpse, predicte diocesis, sibi olim apostolica fuerit auctoritate collata, pro ipsa tamen litigando diutius, sub gravibus laboribus et expensis contrariam sibi super illa sententiam reportavit, et ita non sine multis gemitibus omni ecclesiastico beneficio remanet denudatus. Quia vero dilecta in Christo filia . . abbatissa de Monasteriolo, Cisterciensis ordinis, eundem clericum nobis dudum commendavit per suas litteras speciales, et dilectus filius, abbas monasterii de Dunis, pro ipso apostolicam gratiam imploravit, nos, eorum obtentu ac etiam intuitu laudabilium meritorum de quibus prefato clerico a fidedignis testimonium perhibetur, dignum esse providimus ut ipsum gratiosa benivolentia foveamus. Unde fit quod nos, devotis ejusdem clerici precibus inclinati, discretioni tue mandamus quatinus ipsum, dummodo sit ydoneus scientia et moribus aliudque canonicum non obsistat, in ecclesia Hugardensi, Leodiensis diocesis, in qua prebendarum collatio ad dilectum filium . . prepositum ipsius, dicitur pertinere, si nonnisi duobus aliis in ea mandaverimus provideri, auctoritate nostra, per te vel per alium, facias in canonicum et in fratrem recipi, ac sibi de prebenda si qua in ecclesia ipsa vacat ad presens, vel quamcito se facultas obtulerit, providere procures. Non obstante statuto —, seu quod idem clericus quandam pensionem se alibi asserit obtinere. Contradictores etc. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**1741** Orvieto, 31 mai 1264.

Abbati s. Pauli Bisuntini mandat ut Johannem de s. Ursicino in ecclesia s. Ursicini, Basiliensis diocesis, obtentu Basiliensis episcopi, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 176, n° 791.)

« *Abbati s. Pauli Bisuntini.* Cum sicut dilectus —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas junii, anno tertio. »

**1742** Orvieto, 3 juin 1264.

Cantori ecclesiae Bituricensis mandat ut Odoni de Prulliaco clerico in ecclesia s. Petri Puellarum de canonicatu et praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 176 v°, n° 792.)

« . . *cantori ecclesie Bituricensis.* Exposuit nobis dilectus filius Odo de Prulliaco, clericus nullum adhuc ecclesiasticum beneficium assecutus, quod nos quondam G., cantori ecclesie Bituricensis, predecessori tuo, expresso proprio nomine, faciendi eundem clericum in ecclesia beati Petri Puellarum, in qua prebendarum collatio tunc ad ipsum cantorem spectabat, in canonicum et in fratrem recipi, et providendi sibi de prebenda, si qua tunc vacabat ibidem vel quamprimum ad id oportunitas se offerret, et contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, non obstante certo ipsius ecclesie canonicorum numero concessimus per nostras litteras liberam facultatem. Verum eodem cantore viam universe carnis ingresso, predictus clericus nullum est ex hoc commodum assecutus. Ne igitur idem clericus, pretextu expressionis nominis cantoris predicti, facte sibi a nobis gratie in hac parte frustretur effectu, presentium tibi auctoritate concedimus ut, si est ita, expres-

sione hujusmodi non obstante, super receptione ac provisione ipsius clerici procedere valeas, juxta predictarum continentiam litterarum. Datum apud Urbemveterem, III nonas junii, anno tertio. »

**1743** Orvieto, 12 juin 1264.

Magistro Johanni de Senonis, generali auditori causarum camerae apostolicae, canonico ecclesiae Curtracensis, Tornacensis diocesis, indulget ut proventus praebendae Curtracensis, quamdiu Romanae curiae obsequiis immorabitur, in absentia percipere valeat. (Reg. 29, fol. 176 v°, n° 793.)

« *Magistro Johanni de Senonis, generali auditori causarum camere apostolice, canonico ecclesie Curtracensis, Tornacensis diocesis.* Nostris et apostolice —. Datum apud Urbemveterem, II idus junii, anno tertio. »

**1744** Orvieto, 13 juin 1264.

Praepositum ecclesiae Ambianensis et magistrum Nicolaum, dictum *Limirilier*, canonicum Tornacensem, praedicti indulti deputat executores. (Reg. 29, fol. 176 v°, n° 794.)

« *Preposito ecclesie Ambianensis et magistro Nicolao, dicto* Limirilier, *canonico Tornacensi.* Dilectus filius magister —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**1745** Orvieto, 12 juin 1264.

Simoni de Insula, Virdunensis diocesis, clerico, germano Philippini, servientis apostolici, canonicatum et praebendam vacantem seu vacaturam in ecclesia Virdunensi confert. (Reg. 29, fol. 176 v°, n° 795.)

« *Symoni de Insula, Virdunensis diocesis, clerico, germano dilecti filii.. Philippini, servientis nostri.* Volentes tibi gratiam —. Datum apud Urbemveterem, II idus junii, anno tertio. »

**1746** Orvieto, 12 juin 1264.

Abbatem s. Michaelis, ordinis s. Benedicti, Virdunensis diocesis, et decanum ecclesiae s. Gengulfi Tullensis praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 177, n° 796.)

« *Abbati s. Michaelis, ordinis s. Benedicti, Virdunensis diocesis.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, II idus junii, anno tertio. »

**1747** Orvieto, 13 juin 1264.

Episcopo Laudunensi, obtentu A., tituli s. Praxedis presbyteri cardinalis, indulget ut Guillelmum clericum, nepotem ipsius, in ecclesia Laudunensi, in qua ad ipsum pertinet collatio praebendarum, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 177, n° 797.)

« *Episcopo Laudunensi.* Dilecti filii nostri —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**1748** Orvieto, 28 mai 1264.)

Episcopo, decano et capitulo Lucensibus mandat ut Nuno Roderici [1], portionarium ecclesiae Salamantinae, in eorum ecclesia cujus chori est clericus et in qua diu servivit, in canonicum recipiant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 177, n° 798.)

« .. *episcopo, et dilectis filiis .. decano et capitulo Lucensibus.* Dilectus filius Nuno —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas junii, anno tertio.

**1749** Orvieto, 13 juin 1264.

Decano Carnotensi mandat ut Johanni de Parisius, nullum adhuc beneficium assecuto, consideratione Johannis de Curtiniaco, capicerii Aurelianensis, de aliquo beneficio spectante ad collationem archidiaconi Sigaleniae in ecclesia Aurelianensi, provideat. (Reg. 29, fol. 177, n° 799.)

« *Decano Carnotensi.* Dilectum filium Johannem —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**1750** Orvieto, 5 juin 1264.

Episcopo Leodiensi mandat ut Arnoldum de Okieres, canonicum ecclesiae s. Bartholomaei Leodiensis, obtentu fratris Lamberti, hostiarii apostolici, in ecclesia s. Dionysii Leodiensis in canonicum cum praebenda recipi faciat, canonicatu s. Bartholomaei prius dimisso. (Reg. 29, fol. 177, n° 800.)

« *Episcopo Leodiensi.* Dilecto filio Arnoldo —. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

1. En marge : « *Satis est sufficiens.* »

**1751** Orvieto, 16 juin 1264.

Archiepiscopo Bremensi mandat ut Lubertum, decanum ecclesiae Buccensis, ejus diocesis, qui ob graves inimicitias, sine ipsius culpa, in ecclesia Buccensi residere non potest, et Sifridum, rectorem ecclesiae s. Martini Bremensis, rectoriam et canonicatum cum praebenda commutare adinvicem permittat. (Reg. 29, fol. 177 v°, n° 801.)

« *Archiepiscopo Bremensi.* Ex parte dilecti —. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas junii, anno tertio. »

**1752** Orvieto, 5 juin 1264.

Episcopo Aquilensi mandat ut Johannem de Podio clericum, obtentu R., s. Angeli diaconi cardinalis, in ecclesia s. Mariae ad Furfonam, Valvensis diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 177 v°, n° 802.)

« *Episcopo Aquilensi.* Ut dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**1753** Orvieto, 18 mai 1264.

Decano ecclesiae Brunnensis, Coloniensis diocesis, mandat ut Engelbertum, thesaurarium ecclesiae s. Florini in Confluentia, Treverensis diocesis, obtentu Petri dicti *de Eyho*, ejus germani, in ecclesia Monasteriensi in Meneivilt in canonicum cum praebenda recipi faciat. (Reg. 29, fol. 177 v°, n° 803.)

« *Decano ecclesie Brunnensis, Coloniensis diocesis.* Sincere dilectionis affectu —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas junii, anno tertio. »

**1754** Orvieto, 21 mai 1264.

Magistro Petro de s. Mario, archidiacono Surreyae, Wintoniensis diocesis, indulget ut prioratum de Narciaco, Engolismensis diocesis, retinere valeat, etiamsi archidiaconatus pacificam possessionem recuperaverit. (Reg. 29, fol. 177 v°, n° 804.)

« *Magistro Petro de sancto Mario, capellano nostro, archidiacono Surreye, Wintoniensis diocesis.* Petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, bone memorie Ademaro, Wintoniensi episcopo, providendi per se vel alium quatuor clericis suis, de quibus expedire videret, de totidem beneficiis ecclesiasticis, personatibus vel dignitatibus, cum cura vel sine cura, que in Burdegalensi provincia tanto tempore vacavissent, quod ad sedem apostolicam esset ipsorum collatio, secundum Lateranensis statuta concilii, legitime devoluta, vel de prioratibus consuetis per seculares clericos gubernari, ita quod uni clerico de uno beneficio, personatu, dignitate vel prioratu tantummodo provideret, contradictores etc. usque compescendo, non obstante si dicti clerici alias beneficiati existerent, concessisset per suas litteras liberam facultatem, idem episcopus, attendens quod archidiaconatu Surreye ac aliis beneficiis tuis que in regno Anglie obtines, insistendo servitiis ipsius, fueras spoliatus, ac volens te, clericum suum, fore unum ex hujusmodi quatuor clericos, ad hoc specialiter te elegit, et super hujusmodi provisione tibi facienda commisit . . priori de Leziniaco, Pictavensis diocesis, vices suas. Dictus vero prior prioratum de Narciaco, Engolismensis diocesis, ejusdem provincie, qui tanto tempore vacaverat quod ad eandem sedem erat ejus collatio, secundum ipsius statuta concilii, legitime devoluta, tibi contulit auctoritate hujusmodi litterarum, ac te in illius corporalem possessionem induxit. Sane abbate et conventu monasterii sancti Eparchii Engolismensis, ad quos dicti prioratus de Narciaco collatio pertinere dicitur, propter hoc ad eandem sedem appellantibus, nos dilectum filium nostrum O., sancti Adriani diaconum cardinalem, dedimus in causa hujusmodi partibus auditorem.

Porro pro parte predictorum abbatis et conventus proponitur quod tibi, qui archidiaconatum predictum et alia beneficia ecclesiastica, curam animarum annexam habentia et non habentia, obtinebas, de prioratu ipso, auctoritate predictarum litterarum, pro eo quod in ipsis litteris de dictis archidiaconatu et beneficiis mentio non fiebat, non potuit provideri. Quare nobis humiliter supplicasti ut, cum hujusmodi gratia non tibi sed eidem episcopo facta fuerit, qui, tempore impetrationis litterarum, de te forsitan minime cogitarat, propter quod in eisdem litteris de dictis archidiaconatu et aliis beneficiis tuis mentio fieri non valebat, providere tibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, ut predictis que pro parte predictorum abbatis et conventus proponuntur, nequaquam obstantibus, prioratum ipsum cum juribus et pertinentiis suis, etiam si possessionem pacificam archidiaconatus et beneficiorum predictorum recuperaveris, una cum ipsis archidiaconatu et beneficiis licite valeas retinere, auctoritate tibi presentium indulgemus, non obstante constitutione concilii generalis, ita tamen quod soli-

tus servitorum ejusdem prioratus numerus nullatenus minuatur, et memoratis abbati et conventui cum integritate persolvas quicquid eis de dicto prioratu solvi annis singulis consuevit. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas junii, anno tertio. »

**1755** Orvieto, 23 mai 1264.

Praeposito ecclesiae s. Martini Mindensis mandat ut Bertrammum rectorem ecclesiae in Lerbike, Mindensis diocesis, consanguineum fratris Hermanni, ordinis Praedicatorum, pœnitentiarii et capellani apostolici, ecclesiam cujus proventus insufficientes existunt, resignare paratum, in ecclesia Wildeshusensi, Osnaburgensis diocesis, in canonicum cum praebenda vacanti seu vacatura recipi faciat. (Reg. 29, fol. 170, n° 805 [1].)

« *Preposito ecclesie s. Martini Mindensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas junii, anno tertio. »

**1756** Orvieto, 17 juin 1264.

Magistro Helyae, capellano apostolico, canonico Belvacensi, cantoriam ecclesiae s. Hilarii Pictavensis, vacantem per mortem magistri Ugonis de s. Amancio, capellani apostolici, adjudicat. (Reg. 29, fol. 178, n° 806.)

« *Magistro Helye, capellano nostro, canonico Belvacensi, cantori ecclesie sancti Ylarii Pictavensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis.* Laudabilis conversationis et —. Proinde siquidem cantoriam ecclesie sancti Ylarii Pictavensis, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, vacantem per mortem magistri Ugonis de sancto Amancio, capellani[2] nostri, . . . . cantoris ipsius ecclesie, qui apud sedem apostolicam debitum nature persolvit, et canonicatum ejusdem ecclesie, cum plenitudine juris canonici, tibi, licet absenti, apostolica auctoritate contulimus et de illis providimus, dilectum filium fratrem Adam capellanum nostrum investientes tuo nomine de eisdem ac statuentes ut tibi de omnibus proventibus dicte ecclesie, in qua non est, ut dicitur, canonicorum numerus nec distinctio prebendarum, sicut uni ex aliis ipsius ecclesie canonicis, provideri deberet. Decernimus quoque ex tunc irritum et inane quicquid de cantoria, canonicatu, juribus et pertinentiis predictis per quemcunque, contra collationis, provisionis et investiture hujusmodi tenorem, contingeret attemptari, certis tibi super hoc executoribus deputatis. Sane capitulum predicte ecclesie, post collationem, provisionem, investituram et decretum hujusmodi, magistrum Petrum Merle, canonicum dicte ecclesie, de facto, cum de jure nequiverant, elegisse in cantorem ipsius ecclesie ac in possessionem cantorie, jurium et pertinentiarum predictarum induxisse dicuntur; sicque capitulum et magister Petrus predicti tibi super hoc indebite se opposuerunt. Quare nobis humiliter supplicasti ut providere tibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, attendentes quod post collationem, provisionem et investituram predictas ac post dictum decretum a nobis interpositum, predicti capitulum non potuerunt de jure procedere ad electionem cantoris nec in cantoria, juribus et pertinentiis predictis alicui potuit in tuum et collationis, provisionis et investiture ac decreti hujusmodi prejudicium, jus acquiri, hujusmodi electionem et quicquid ex ea vel ob ipsam secutum ac de canonia, juribus et pertinentiis memoratis per quoscunque factum vel attemptatum extitit, post collationem, provisionem et investituram ac decretum hujusmodi, que, non obstantibus hiis que a dicto P. contra te objecta fuere, aut quibuscunque appellationibus a capitulo vel magistro P. predictis aut quibuslibet aliis ad sedem apostolicam interjectis, volumus in pleno robore perdurare, cassamus et irritamus et cassa et irrita nuntiamus ac nullius existere firmitatis; ac eundem magistrum P. et quoscunque alios a cantoria, juribus et pertinentiis prefatis penitus amovemus, ac dicto magistro Petro et dicto capitulo super contradictione ac oppositione quibuslibet tam super cantoria, juribus et pertinentiis suis, quam canonicatu et proventibus, tibi ipsius ratione debitis, perpetuum silentium imponentes, appellationes quascunque ex parte ipsorum vel aliorum interpositas, nullas et frivolas reputamus, ac defectum si quis ex quacunque causa in eis aut in collatione, provisione et investitura prelibatis fuit, supplentes de apostolice plenitudine potestatis, ad te pertinere pleno jure cantoriam ipsam cum suis juribus et pertinentiis declaramus. Nulli ergo nostre cassationis, irritationis, nuntiationis, amotionis, suppletionis et declarationis etc. —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas julii, anno tertio. »

**1757** Orvieto, 17 juin 1264.

Cantorem ecclesiae s. Frontonis Petragoricensis et priorem

1. En marge : « *sufficiens est.* »
2. Deux mots illisibles.

s. Hilarii de Metulo, Pictavensis dioecsis, praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 178 v°, n° 807.)

« *Cantori ecclesie s. Frontonis Petragoricensis.* Laudabilis conversationis etc. —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas julii, anno tertio. »

**1758** Orvieto, 13 juin 1264.

Episcopo Lemovicensi mandat ut Iterium de Prunho [1], pauperem clericum, in ecclesia Itaentensi in canonicum cum praebenda vacante vel vacatura recipi faciat. (Reg. 29, fol. 178 v°, n° 808.)

« *Episcopo Lemovicensi.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**1759** Orvieto, 11 juin 1264.

Archiepiscopo Senonensi mandat ut, si de ejus processerit voluntate, magistrum Robertum de Creciaco, ipsius clericum, in canonicum cum praebenda vacante seu vacatura, in ecclesia Senonensi recipi faciat. (Reg. 29, fol. 178 v°, n° 809.)

« *Archiepiscopo Senonensi.* Attollere bonos honoribus —. Datum apud Urbemveterem, III idus junii, anno tertio. »

**1760** Orvieto, 11 juin 1264.

Priori Heremi nove, Ravennatis diocesis, mandat ut, obtentu marchionis Estensis, Guidonis Guerrae, comitis Tusciae palatini, et Malatestae de Veruculo, magistrum Robertum, priorem s. Huberti de Trappula, capellanum S., tituli s. Martini presbyteri cardinalis, apostolicae sedis legati, ejusque consanguineum, ab archidiacono et canonicis dictis *cardinalibus* ecclesiae Ravennatis in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 178 v°, n° 810.)

« *Priori Heremi nove, Ravennatis diocesis.* Cupientes [2] invenire qui —. Datum apud Urbemveterem, III idus junii, anno tertio. »

**1761** Orvieto, 16 juin 1264.

Magistro Johanni de Aquilegia, canonico Andegavensis ecclesiae, capellano M., s. Mariae in Porticu diaconi cardinalis, indulget ut, ejusdem cardinalis obsequiis insistendo, in absentia proventus praebendae Andegavensis percipere valeat. (Reg. 29, fol. 179, n° 811.)

« *Magistro Johanni de Aquilegia, canonico Andegavensis ecclesie, capellano dilecti filii nostri M., s. Marie in Porticu diaconi cardinalis.* Dignum est ut —. Datum apud Urbemveterem, XVI kalendas julii, anno tertio. »

**1762** Orvieto, 16 juin, 1264.

Priorem s. Genovefae Parisiensis et magistrum Philippum, canonicum Cenomanensem, capellanum apostolicum, praedicti indulti deputat executores. (Reg. 29, fol. 179, n° 812.)

« *Priori s. Genovefe Parisiensis et magistro Phylippo, canonico Cenomanensi, capellano nostro.* Dignum est ut —. Datum apud Urbemveterem, XVI kalendas julii, anno tertio. »

**1763** Orvieto, 13 juin 1264.

Infrascriptis mandat inducant archiepiscopos, episcopos, capitula et monasteria regni Galliae ut de pecuniis ab ipsis Notio Dulci, Boldro de Burgo, Hugoni Munaldi, Castrae Galfredi et aliis eorum sociis, mercatoribus Florentinis, respondere minime praesumant quousque ab ipsis mercatoribus O., sancti Adriani et J., ss. Cosmae et Damiani diaconis cardinalibus, de pecuniis debitis satisfactum erit. (Reg. 29, fol. 179, n° 813.)

« *Magistris Homodeo de Crema, subdiacono nostro, et Bartholomeo de Turano, canonico ecclesie sancti Timothei Remensis.* Cum Dulcis Notius et Boldrus de Burgo, Hugo Munaldi, Castra Galfredi et alii eorum socii, cives et mercatores Florentini, in magnis pecuniarum summis dilectis filiis nostris O., sancti Adriani, et J., sanctorum Cosme et Damiani diaconis cardinalibus, et quibusdam eorum familiaribus teneantur, prout in instrumentis publicis et litteris inde confectis plenius dicitur contineri, iidemque mercatores hujusmodi pecunias eisdem cardinalibus et familiaribus solvere se non posse proponant, ac nonnulli archiepiscopi et episcopi, abbates, priores, capitula, collegia et conventus regni Francie in certis pecuniarum summis, sicut accepimus, mercatoribus teneantur eisdem, nos, volentes eorundem cardinalium et familiarium indempnitatibus apostolica sollicitudine precavere, discretioni vestre mandamus quatinus vos vel alter ves-

1. En marge : « *Competenter latinizat, construit et legit, sed debiliter cantat.* »
2. Le registre met par erreur *Supientes.*

trum eisdem archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, capitulis, collegiis et conventibus et aliis quibuslibet eorundem mercatorum debitoribus, cujuscunque status, conditionis vel dignitatis aut ordinis, etiam si Cisterciensis vel Cluniacensis aut Militie Templi vel hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani aut quorumcunque aliorum ordinum fuerint, auctoritate nostra, per vos vel per alium seu alios, firmiter inhibere curetis ne predictis mercatoribus eorumve sociis et factoribus seu procuratoribus, aut hiis quibus jus suum dederint aut concesserint suasque cesserint actiones, de pecuniis in quibus mercatoribus ipsis eorumve societati tenentur, in toto vel in parte quomodolibet respondere presumant, sed archiepiscopos et episcopos aliosque predictos, ex parte nostra, diligenter moneatis et efficaciter inducatis ut tantum de hujusmodi debitis, si solutionis eorum termini sunt elapsi, infra duos menses post inhibitionem vestram, vel si nondum elapsi sunt termini, infra totidem menses postquam iidem effluxerint termini, vobis vel hiis quibus vos mandaveritis, predictorum cardinalium et familiarium nomine, sublato cujuslibet obstaculo difficultatis, exolvant quod dictis cardinalibus et familiaribus de hujusmodi pecuniis, juxta predictorum instrumentorum et litterarum tenores, plenarie satisfiat, archiepiscopos, episcopos, abbates, priores aliosque predictos ad id, si necesse fuerit, auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstante si eis vel eorum alicui vel aliquibus a sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari, et quod extra suas dioceses vel alia certa loca in causam trahi vel ad judicium evocari non possint per litteras apostolicas in quibus de indulto hujusmodi plena et expressa et de verbo ad verbum mentio non habeatur, et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Archiepiscopos autem et episcopos aliosque predictos et ecclesias ac monasteria et prioratus ac successores eorum ab hujusmodi debitis, pro quantitatibus quas vobis pro eisdem cardinalibus et familiaribus duxerint persolvendas, perpetuo absolvere, auctoritate nostra curetis ita quod ad aliam restitutionem memoratis mercatoribus aut eorum heredibus vel successoribus seu aliis quibus jus suum dederint et concesserint et suas actiones cesserint, faciendam, nullo unquam tempore teneantur, nec propter hoc valeant aliquatenus conveniri, sed iidem archiepiscopi, episcopi aliique predicti ac successores, ecclesie, monasteria et prioratus eorum remaneant exinde penitus absoluti, non obstantibus quibuslibet instrumentis vel litteris super eisdem debitis, sub quacunque verborum forma, confectis, seu juramentis interpositis a quibus archiepiscopos, episcopos aliosque predictos, necnon successores, ecclesias, monasteria et prioratus ipsorum eadem auctoritate quoad dictas quantitates, absolvere procuretis, et quibuscunque penis, obligationibus, renuntiationibus, pactis et conventionibus interjectis etiam si hec omnia sunt auctoritate sedis apostolice confirmata, que predictis mercatoribus eorumque societati quoad easdem quantitates nolumus in aliquo suffragari. Nos enim omnes interdicti, suspensionis et excommunicationis sententias, latas occasione hujusmodi debitorum in favorem eorundem mercatorum, et quaslibet apostolicas litteras ad quoscunque judices super hujusmodi debitis impetratas ab eisdem mercatoribus, necnon et quoslibet processus per eas habitos, de potestatis apostolice plenitudine revocamus, decernentes nichilominus exnunc omnes hujusmodi sententias, eadem occasione ferendas, et quoslibet processus per apostolicas litteras super eisdem debitis impetratas et impetrandas, habendos, sine speciali mandato nostro faciente plenam et expressam de presentibus mentionem, irritos penitus et inanes et nullius existere firmitatis. Taliter igitur —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**1764** Orvieto, 12 juin 1264.

Ludovicum, regem Franciae, hortatur ut magistris Homodeo et Bartholomaeo, in negotio eis commisso de mercatoribus Florentinis, auxilium et favorem impendat. (Reg. 29, fol. 179 v°, n° 814.)

« *Ludovico, illustri regi Francorum.* Cum Dulcius Noctius —. Datum apud Urbemveterem, II idus junii, anno tertio. »

**1765** Orvieto, 13 juin 1264.

R., s. Angeli diacono cardinali, et priori s. Lupi Trecensis, ordinis s. Augustini, mandat ut Arinnadum de Trecis, clericum, in ecclesia s. Mariae in Valle de Pruvino, Senonensis diocesis, obtentu Petri de Alatro, militis apostolici, in canonicum recipi faciant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 179 v°, n° 815.)

« *R., s. Angeli diacono cardinali, et .. priori s. Lupi*

*Trecensis, ordinis s. Augustini.* Viris ecclesiasticis qui —. Datum apud Urbemveterem idus junii, anno tertio. »

**1766** Orvieto, 17 juin 1264.

Infrascriptis canonicatus regulares in ecclesia Eugubina ab O., s. Adriani diacono cardinali, collatos, confirmat. (Reg. 29, fol. 179 v°, n° 816.)

« *Thome Munaldi, Marganto Bonaventure, Gervasio Christofori, et Taniolo Hugolini de Branca, canonicis Eugubinis, ordinis sancti Augustini.* Cum a nobis —. Sane, sicut exhibita nobis vestra petitio continebat, nos olim, intellecto quod in ecclesia Eugubina certus erat canonicorum numerus institutus, jurejurando firmatus, quodque plures de numero ipso dederant, et attendentes quod divini nominis cultus non debet minui sed augeri, dilecto filio nostro O., sancti Adriani diacono cardinali, oraculo vive vocis commisimus ut hujusmodi numerum integrare ac ipsi ecclesie in hac parte providere salubriter et utiliter procuraret. Idem vero cardinalis venerabili fratri nostro . . episcopo Aversano, coadjutori venerabilis fratris nostri . . episcopi Eugubini, commisit ut de quibusdam certis personis que ad id asserebantur ydonee, diligenter inquirens, quicquid de ydoneitate personarum reperiret ipsarum, eidem cardinali per suas litteras plenius intimaret. Dictus autem Aversanus episcopus inter cetera per litteras suas cardinali predicto rescripsit vos ecclesie Romane devotos existere ac sufficientes et ydoneos ad canonicatum ejusdem ecclesie Eugubine necnon quod vos eidem ecclesie utiles reputabat; sicque prefatus cardinalis vos et vestrum quemlibet cupientes in jamdicta ecclesia Eugubina sub regulari habitu Domino famulari, auctoritate sibi a nobis in hac parte commissa, instituit in canonicos ecclesie supradicte, prout in publico instrumento inde confecto, sigillato sigillo ipsius cardinalis, plenius dicitur contineri. Postmodum autem, supradictus cardinalis eidem Aversano episcopo per suas commisit litteras et mandavit ut vos indueret habitum regularem, qui dari canonicis ipsius ecclesie consuevit, vobisque stallum in choro et locum in capitulo, mensa et dormitorio assignaret, faciens vos a capitulo ipsius ecclesie in canonicos recipi et in fratres et sincera in Domino caritate tractari. Et licet nonnulli de dicto capitulo, ad mandatum ejusdem episcopi Aversani, vos in fratres et canonicos duxerint admittendos, aliqui tamen de capitulo ipso vos recipere, pro sue voluntatis libito, denegantes, ad sedem apostolicam appellarunt. Quare humiliter petebatis a nobis ut, cum non sit conveniens quod vos super hiis diutius litigetis, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinali super premissis factum est in hac parte, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas julii, anno tertio. »

**1767** Orvieto, 17 juin 1264.

Episcopo Aversano, coadjutori episcopi Eugubini, mandat ut Thomam, Margantum, Gervasium et Taniolum, a canonicis Eugubinis, qui eos recipere recusarunt, in canonicos recipi faciat. (Reg. 29, fol. 180, n° 817.)

« . . *episcopo Aversano, coadjutori venerabilis fratris nostri . . episcopi Eugubini.* Exhibita nobis dilectorum —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas julii, anno tertio. »

**1768** Orvieto, 2 juin 1264.

Episcopo Constantiensi mandat ut Henrico de Rossebert [1], canonico ecclesiae Turicensis, Constantiensis diocesis, qui diu institit studio utriusque juris et laudabiliter in utroque profecit, de aliquo beneficio ad collationem abbatissae et conventus monasterii Turicensis spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 180, n° 818.)

« *Episcopo Constantiensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas junii, anno tertio. »

**1769** Orvieto, 4 janvier 1264.

Praeposito et capitulo Turicensibus, Constantiensis diocesis, indulget ut Henricum, dictum *Marcium*, clericum in canonicum recipiant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 180, n° 819.)

« *Preposito et capitulo Turicensibus.* Per vestras pa-

1. En marge : « *Bene sufficiens est.* »

tentes —. Datum apud Urbemveterem, II nonas januarii, anno tertio. »

**1770** Orvieto, 9 juin 1264.

Episcopo Moronensi mandat ut Egidio, clerico ecclesiae s. Mariae de Frusinone, nato Johannis, militis ejusdem loci, obtentu G., s. Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis, in aliqua Patracensis provinciae ecclesia cathedrali in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 180 v°, n° 820.)

« *Episcopo Moronensi.* Affectionis paterne studium —. Datum apud Urbemveterem, v idus junii, anno tertio. »

**1771** Orvieto, 6 juin 1264.

Abbati s. Asterii, Petragoricensis diocesis, et Rampnulfo de Marolio, archidiacono Petragoricensi, mandat ut Heliam de Laborderia [1], Petragoricensis diocesis, nullum adhuc beneficium assecutum, in ecclesia seculari Albaterrensi in fratrem recipi faciant. (Reg. 29, fol. 180 v°, n° 821.)

« *Abbati s. Asterii, Petragoricensis diocesis, et Rampnulfo de Marolio, archidiacono Petragoricensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, VIII idus junii, anno tertio. »

**1772** Orvieto, 31 mai 1264.

Cantori, thesaurario et Ariae, canonico Legionensibus, mandat ut Fernandum Sugerii, clericum chori ecclesiae Ovetensis, a canonicis ejusdem ecclesiae qui eum recipere noluerunt, in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 180 v°, n° 822.)

« *. . cantori, . . thesaurario, et Arie, canonico Legionensibus.* Sua nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas junii, anno tertio. »

**1773** Orvieto, 12 juin 1264.

Cantori Morinensi et Henrico, dicto *Tuebues*, canonico Parisiensi, mandat ut magistrum Gaufridum de Bellomonte, canonicum Belvacensem, qui ab archiepiscopo Senonensi canonicatum et praebendam quibus Petrus, dictus *Lombardus*, quondam canonicus ejusdem ecclesiae, privatus fuerat, acceperat, a canonicis ejusdem ecclesiae qui eum recipere recusaverant, recipi faciant. (Reg. 29, fol. 181, n° 823.)

« *Cantori Morinensi et Henrico, dicto* Tuebues, *canonico Parisiensi.* Sicut ex parte —. Datum apud Urbemveterem, II idus junii, anno tertio. »

**1774** Orvieto, 11 juin 1264.

Magistro Gaufrido de Bellomonte, canonico Belvacensi, canonicatum et praebendam, ipsi ab archiepiscopo Senonensi collatos, confirmat. (Reg. 29, fol. 181, n° 824.)

« *Magistro Gaufrido de Bellomonte, canonico Belvacensi.* Sicut ex parte —. Datum apud Urbemveterem, III idus junii, anno tertio. »

**1775** Orvieto, 17 juin 1264.

G., tituli s. Laurentii in Lucina presbytero cardinali, mandat ut Johanni Alberti pauperi clerico [1], subdiacono, nepoti magistri Gerardi de Quarteriis, capellani apostolici, ad ecclesiam de Veyrinis, Xanctonensis diocesis, a vero patre praesentato neque ab episcopo, utpote defectum natalium patiente, admisso, de eadem ecclesia provideat. (Reg. 29, fol. 181, n° 825.)

« *G., tituli s. Laurentii in Lucina presbitero cardinali.* Dilectus filius Johannes —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas julii, anno tertio. »

**1776** Orvieto, 30 mai 1264.

Episcopo Constantiensi mandat ut Johanni Ardoin [2], clerico pauperi Constantiensis diocesis, de aliquo beneficio consueto secularibus clericis assignari, ad collationem prioris et conventus monasterii s. Frommodi spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 181, n° 826.)

« *Episcopo Constantiensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas junii, anno tertio. »

1. En marge : « *Satis competenter legit, cantat et latinizat.* »

1. En marge : « *Satis sufficiens est.* »
2. En marge : « *Bene cantat, bene latinizat, competenter legit sed debiliter construit.* »

**1777** Orvieto, 13 juin 1264.

Archiepiscopo Compostellano mandat ut Petro Didaci seculari presbytero, alumno monasterii s. Vereximi de Cona, ejus diocesis, qui nondum nisi unicum ecclesiasticum beneficium tenue, cujus proventus valorem non excedunt annuum quadraginta solidorum tur. est adeptus, de aliquo beneficio ad praesentationem abbatissae et conventus de Cona spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 181 v°, n° 827.)

« *Archiepiscopo Compostellano.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**1778** Orvieto, 9 juin 1264.

Infrascriptis mandat ut Radulfo de Clameti, canonico monasterii s. Crispini in Cavea Suessionensi, ordinis s. Augustini, ipsius Radulfi cum abbate ejusdem monasterii lite pendente, de bonis ejusdem monasterii providere faciant. (Reg. 29, fol. 181 v°, n° 828.) [1]

« . . *abbati sancti Dionisii, ordinis sancti Augustini,* . . *decano, et . . officiali . . majoris archidiaconi Remensis.* Petitio dilecti filii Radulfi de Clameti, canonici monasterii sancti Crispini in Cavea Suessionensi, ordinis sancti Augustini, nobis exhibita continebat quod . . abbas ipsius monasterii, habens canonicum ipsum sine rationabili causa exosum, eum, non sine injectione manuum in ipsum, Dei timore postposito, temeritate violenta ejecit a monasterio memorato. Cumque idem canonicus, asserens se ad monasterium ipsum a quo taliter ejectus fuerat, velle cum humilitate redire, a nobis humiliter petiisset ut ipsum ibidem recipi faceremus, nos tandem presidentibus generali capitulo abbatum et priorum predicti ordinis provincie Remensis dedimus sub certa forma per nostras litteras in mandatis ut, circa prefatum R., statutum felicis recordationis Gregorii pape, predecessoris nostri, circa regulares fugientes et ejectos de ordine suo editum, facerent observari, contradictores etc. usque compescendo. Sane dilectus filius . . abbas Arroasie, cui reliqui presidentes eidem capitulo commiserunt in hac parte totaliter vices suas, supradictum abbatem ipsius monasterii sancti Crispini monuit, auctoritate hujusmodi litterarum, ut eundem R. resumeret in dicto monasterio, salva ordinis disciplina, et tandem in ipsum abbatem, quia hoc facere vel causam rationabilem proponeret quare id fieri non deberet, contumaciter non curavit, excommunicationis promulgavit sententiam, justitia exigente, quam idem abbas sancti Crispini dampnabiliter vilipendens, non solum divina officia celebrare, quin potius quantum in eo est, prophanare presumit, verum etiam exinde insolescens prefatum R. per se ac alios manu armatos persequens quendam presbiterum temere capi et supradictis litteris nostris, quarum auctoritate abbas ipse denuntiabatur excommunicatus, spoliari nequiter procuravit, in proprie salutis dispendium, plurimorum scandalum ejusque Radulfi prejudicium et ecclesiastice discipline contemptum. Unde tandem Radulfo humiliter petente a nobis ut eandem excommunicationis sententiam robur firmitatis debitum obtinere, dictumque abbatem pro presumptione hujusmodi pena puniri canonice, dictasque litteras sibi restitui faceremus, vobis litteras nostras direximus ut, si esset ita, sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, faceretis auctoritate nostra, usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari; super eo vero quod idem abbas sancti Crispini taliter divina prophanare dicitur, quod canonicum foret, appellatione postposita statueretis, facientes quod decerneretis per censuram ecclesiasticam fieri observari; eundem quoque abbatem sancti Crispini quod litteras ipsas, quibus eundem presbiterum spoliari procuravit, predicto Radulfo restitueret, ut tenetur, monitione premissa, per censuram eandem, appellatione postposita, cogeretis.

Porro prefatus Radulfus, cum proprium non habeat, nobis humiliter supplicavit ut, ad prosecutionem hujusmodi negotii, ministrari sibi de bonis prefati monasterii expensas necessarias faceremus, ne propter ipsarum defectum a prosecutione ipsius negotii compellatur desistere, ac per consequens per seculum miserabiliter evagari. Quocirca mandamus quatinus, si vobis constiterit predictam excommunicationis sententiam in eundem abbatem sancti Crispini fore rationabiliter promulgatam, dictusque abbas sancti Crispini in receptione dicti Radulfi pertinax fuerit, predicto Radulfo, donec hujusmodi causa duraverit, faciatis, ad prosecutionem dicti negotii, de bonis prelibati monasterii expensas necessarias ministrari, ac in hujusmodi negotio procedatis, juxta predictarum ad vos nostrarum directarum continentiam litterarum. Contradictores etc. usque compescendo. Non obstante si —. Datum apud Urbemveterem, v idus junii, anno tertio. »

1. En marge : « *Collatione habita in cancellaria, fuit expedita.* »

**1779** Orvieto, 14 juin 1264.

Petro presbytero, rectori ecclesiae de Briançono, Ebredunensis diocesis, obtentu H., Ostiensis et Velletrensis episcopi, cujus capellanus existit, sacristiam in Ebredunensi ecclesia per mortem quondam Hugonis de Marculfo vacantem, cum canonia ejusdem ecclesiae, non obstante quod rector de Briançono existit, confert. (Reg. 29, fol. 182, n° 829.)

« *Petro presbitero, rectori ecclesie de Briançono, Ebredunensis diocesis.* Obtentu venerabilis fratris —. Datum apud Urbemveterem, xviii kalendas julii, anno tertio. »

**1780** Orvieto, 14 juin 1264.

Episcopo Gratianopolitano mandat ut Petrum praedictum in sacristiae et canoniae Ebredunensium possessionem inducat. (Reg. 29, fol. 182, n° 830.)

« *Episcopo Gratianopolitano.* Obtentu venerabilis fratris —. Datum apud Urbemveterem, xviii kalendas julii, anno tertio. »

**1781** Orvieto, 9 juin 1264.

Praeposito ecclesiae s. Johannis Osnaburgensis mandat ut Guillelmo, pauperi clerico de Trajecto [1], de aliquo beneficio, ad collationem praepositi, decani et capituli s. Johannis Trajectensis spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 182 n° 831.)

« *Preposito ecclesie s. Johannis Osnaburgensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, v idus junii, anno tertio. »

**1782** Orvieto, 9 juin 1264.

Sacristae Monasteriensi mandat ut Alberto de Trajecto, pauperi clerico, de aliquo beneficio ad collationem praepositi, decani et capituli ecclesiae s. Salvatoris Trajectensis spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 182 v°, n° 832.)

« *Sacriste Monasteriensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, v idus junii, anno tertio. »

1. En marge : « *Satis competenter cantat, legit et construit* »

**1783** Orvieto, 13 avril 1264.

Archiepiscopo Compostellano indulget ut Laurentium Munionis, portionarium ecclesiae Compostellanae, commensalem ejus, in eadem ecclesia in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 182, v°, n° 833.)

« *Archiepiscopo Compostellano.* Ex parte tua —. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno tertio. »

**1784** Orvieto, 12 avril 1264.

Infrascriptis mandat ut Petro, dicto *Monetario*, canonico ecclesiae s. Martini de Pinchonio, Ambianensis diocesis, de praebenda provideant, si episcopus Ambianensis id exequi neglexerit. (Reg. 29, fol. 182 v°, n° 834.)

« *Decano, magistris Matheo de Savegnies et Philippo de Gornayo canonicis Suessionensibus.* Sua nobis dilectus filius Petrus, dictus *Monetarius*, canonicus ecclesie sancti Martini de Pinchonio, Ambianensis diocesis, petitione monstravit, quod felicis recordationis Innocentius papa, predecessor noster, bone memorie Thome, Remensi archiepiscopo, faciendi recipi in qualibet ecclesiarum sue provincie, in quibus prebendarum collatio ad personas ecclesiasticas pertineret, exceptis cathedralibus, unum de clericis suis quem mallet et ad hoc ydoneum esse cognosceret, in canonicum et in fratrem, et providendi eis de prebendis, si tunc vacarent vel quamprimum ad id se facultas offerret, dummodo illorum ad quos in eisdem ecclesiis prebendarum collatio pertinebat, ad id assensus accederet, et contradictores super hoc per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi plenam et liberam concessit per suas litteras facultatem; et postmodum, pie memorie Alexander papa, predecessor noster, eidem archiepiscopo ut ad receptionem et provisionem predictorum clericorum, juxta sibi concessam in eisdem litteris facultatem, procedere posset per suas duxit litteras concedendum. Hujusmodi autem litterarum auctoritate, dictus archiepiscopus eundem Petrum in ecclesia sancti Nicolai Ambianensis, ejusdem provincie, de consensu venerabilis fratris nostri . . Ambianensis episcopi, ad quem collatio prebendarum in ipsa ecclesia pertinet, recipi fecit in canonicum et in fratrem. Sed dictus Petrus nondum est in ea prebendam aliquam assecutus. Quare nobis humiliter supplicavit ut provideri de prebenda in dicta ecclesia sancti Nicolai mandaremus eidem. Quocirca mandamus quatinus, si est ita, et

dictus episcopus ei de prebenda in prefata ecclesia, cum facultatem habuerit, neglexerit providere, dicto Petro de prebenda nulli alii de jure debita, si in prelibata ecclesia vacat ad presens vel quam primum ad id obtulerit se facultas, per vos vel per alios providere curetis. Contradictores —. Non obstante —. Quod si non omnes —. Datum apud Urbemveterem, II idus aprilis, anno tertio. »

**1785** Orvieto, 23 mai 1264.

Archidiacono Mensae in ecclesia Pampilonensi mandat ut Eximinum Eximini, portionarium ecclesiarum unitarum Calaguritanae et Calciacensis, in eisdem ecclesiis, dummodo personaliter residere velit, obtentu archidiaconi Calaguritani, in canonicum, cum praebenda vacante seu vacatura, recipi faciat, (Reg. 29, fol. 182 v°, n° 835.)

« *Archidiacono Mense in ecclesia Pampilonensi.* Dilectum filium Eximinum —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas junii, anno tertio. »

**1786** Orvieto, 22 juin 1264.

Episcopo et capitulo Lodovensibus mandat ut Guillelmum de Pereto, clericum fratris Roncellini de Fos, magistri domorum Militiae Templi in Provincia, consideratione ejusdem Roncellini et obtentu fratris Gaufridi, marescalli apostolici, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 183, n° 836.)

« *Episcopo et dilectis filiis capitulo Lodovensibus.* Dilecto filio Guillelmo —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**1787** Orvieto, 22 juin 1264.

Bonifacio de Coconato, clerico Verzellensi, nepoti U., s Eustachii diaconi cardinalis, canonicatum, praebendam et omnia praestimonia vacantia per mortem Alberti, ejusdem cardinalis nepotis, confert. (Reg. 29, fol. 183, n° 837.)

« *Bonifacio de Coconato, clerico Verzellensi, nepoti dilecti filii nostri U., sancti Eustachii diaconi cardinalis.* Grandis affectus quem ad personam dilecti filii nostri U., sancti Eustachii diaconi cardinalis, gerimus, nos inducit ut ad suos, ejus intuitu, apostolice provisionis gratiam extendamus. Sane vacantibus olim in ecclesia Toletana per promotionem venerabilis fratris nostri Viviani, Calaguritani et Calciacensis episcopi tunc electi, archidiaconatu Gualdafagerensi, canonicatu, prebenda et prestimoniis que idem episcopus in ipsa ecclesia, promotionis sue tempore, obtinebat, dilectus filius noster A., tituli sancte Praxedis presbiter cardinalis, auctoritate nostra sibi a nobis oraculo vive vocis in hac parte commissa, canonicatum, prebendam et omnia prestimonia predicta, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, quondam Alberto nepoti ejusdem U. cardinalis, preposito Walteri Papiensis, super cujus receptione ac provisione in eadem ecclesia ad certos executores direxeramus scripta nostra, contulit sibique providit de illis et dilectum filium Jacobum de Tonengo, capellanum nostrum, de ipsis, ejusdem Alberti nomine, per suum anulum investivit, decernendo irritum et inane si secus de illis contingeret attemptari, nosque quod super hoc ab eodem A. cardinali factum extitit, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica duximus confirmandum, eidem Alberto certis super hoc executoribus deputatis. Sane, sicut accepimus, idem Albertus qui, procuratorio nomine suo, ad predictam prebendam in dicta ecclesia receptus erat in canonicum et in fratrem, nuper apud civitatem Astensem diem clausit extremum. Nos itaque, gratiam quam predicto U., cardinali in persona ipsius Alberti fecimus, ne dictus cardinalis hujus gratie frustretur effectu, in te transferre volentes, canonicatum, prebendam et omnia prestimonia predicta, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, vacantia per dicti Alberti obitum, tibi conferimus et providemus de illis, dilectum filium Jacobum, archipresbiterum Vulteranum, investientes tuo nomine per nostrum anulum de eisdem, ac decernentes irritum et inane si secus de illis, quacunque auctoritate, contigerit attemptari, non obstante si pro aliis, seu quod alias beneficiatus existis —. Nulli ergo nostre collationis, provisionis, investiture et decreti —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**1788** Orvieto, 22 juin 1264.

Martinum Johannis, archidiaconum de Ceya, capellanum apostolicum et cantorem ecclesiae Legionensis, praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 183, n° 838.)

« *Martino Johannis, archidiacono de Ceya, capellano nostro et . . cantori ecclesie Legionensis.* Grandes affectus etc. —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**1789** Orvieto, 11 juin 1264.

Archidiacono de Ripasili in ecclesia Astoricensi mandat ut magistrum Navarrum, juris civilis professorem, capellanum apostolicum, in ecclesia Toletana portionarium, in eadem ecclesia in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 183 v°, n° 839.)

« *Archidiacono de Ripasili in ecclesia Astoricensi.* Non onus set —. Datum apud Urbemveterem, III idus junii, anno tertio. »

**1790** Orvieto, 2 juin 1264.

Archidiacono de Ripasili in ecclesia Astoricensi mandat ut Alfonso Alvari, canonico ecclesiae Ovetensis, de aliqua dignitate, ad collationem episcopi Ovetensis spectante, obtentu ejusdem episcopi, provideat. (Reg. 29, fol. 183 v°, n° 840.)

« *Eidem.* Venerabilis fratris nostri —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas junii, anno tertio. »

**1791** Orvieto, 31 mai 1264.

Philippo de Florenhges episcopo, thesaurario Metensi, indulget ut proventus praebendae Metensis in absentia percipere valeat, usque ad beneplacitum apostolicum. (Reg. 29, fol. 183 v°, n° 841.)

« *Phylippo de Florenhges episcopo, thesaurario Metensi.* Inducunt nos tua —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas junii, anno tertio. »

**1792** Orvieto, 13 juin 1264.

Episcopo Caturcensi qui diocesim visitans a Gallardo de Rocha et quibusdam aliis iniquitatis filiis captus et per plures dies detentus est, indulget ut, usque ad annum, ecclesias per aliquos discretos viros visitari faciat. (Reg. 29, fol. 183 v°, n° 842.)

« . . *episcopo Caturcensi.* Tue merita sinceritatis exposcunt ut in hiis que digne fieri possunt, nos tibi simus oportuno tempore gratiosi. Lecta siquidem nobis tua petitio continebat quod, cum nuper tuam diocesim visitares, nobilis vir Gallardus de Rocha, tue diocesis, adjunctis sibi quibusdam iniquitatis filiis, suis complicibus, hereticorum procurante perfidia, que in illis partibus inolevit, te ausu sacrilego personaliter capere ac per plures dies per silvas et nemora presumpsit detinere captivum. Verum cum, sicut asseris, propter metum et insidias quas tibi parant heretici de illis partibus et fautores eorum, non audeas predictam diocesim visitare, nos, dignum arbitrantes et congruum, ut super hoc in nobis remedium invenisse gaudeas oportunum, tuis devotis supplicationibus inclinati, ut, veris existentibus supradictis, usque ad annum ecclesias et clericos predicte diocesis possis per discretos aliquos facere visitari, nisi forte impedimentum hujusmodi interim tolleretur, et medio tempore, procurationes que tibi ratione visitationis debentur, maxime cum proventus tui episcopales tenues et exiles esse dicantur, recipere ab eisdem auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**1793** Orvieto, 13 juin 1264.

Archidiaconum Marchiae in ecclesia Lemovicensi praedicti indulti executorem deputat. (Reg. 29, fol. 183 v°, n° 843.)

« *Archidiacono Marchie in ecclesia Lemovicensi.* Meritis sinceritatis venerabilis —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**1794** Orvieto, 3 juin 1264.

Abbati monasterii s. Michaelis, Virdunensis diocesis, mandat ut canonicos qui G., Metensem electum, tanquam insufficientem et indignum recipere recusarunt, compescat et, si necesse sit, ad apostolicam curiam citet. (Reg. 29, fol. 183 v°, n° 844.)

« *Abbati monasterii s. Michaelis, Virdunensis diocesis.* Ex parte dilecti —. Datum apud Urbemveterem, III nonas junii, anno tertio. »

**1795** Orvieto, 12 juin 1264.

Abbati de Puzeolis, Lucanae diocesis, mandat ut Henrico [1], filio Sardi de Empoli Veteri, qui pro eo quod Guelfis adhaesit, per hostes ecclesiae de civitate Florentina pulsus est, de aliquo beneficio in diocesi Lucana, cum cura vel sine cura, provideat. (Reg. 29, fol. 184, n° 845.)

1. En marge : « *Latinizat competenter et legit et cantat.* »

« *Abbati de Puzeolis, Lucane diocesis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, II idus junii, anno tertio. »

**1796** Orvieto, 5 juin 1264.

Archiepiscopo Bituricensi mandat ut Stephano Lariphe [1], pauperi clerico, de beneficio ecclesiastico secularibus clericis assignari solito, ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Sulpicii Bituricensis spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 184, n° 846.)

« *Archiepiscopo Bituricensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**1797** Orvieto, 4 juin 1264.

Magistro Petro, canonico Pragensi, notario regis Boemiae, indulget ut praedicti regis obsequiis insistens per triennium, proventus praebendae in absentia percipere valeat. (Reg. 29, fol. 184, n° 847.)

« *Magistro Petro, canonico Pragensi, notario carissimi in Christo filii nostri, regis Boemie illustris.* Meritis tue devotionis —. Datum apud Urbemveterem, II nonas junii, anno tertio. »

**1798** Orvieto, 4 juin 1264.

Praepositum ecclesiae Nyemburgensis, Pataviensis diocesis, praedicti indulti deputat executorem. (Reg. fol. 29, fol. 184 v°, n° 848.)

« *Preposito ecclesie Nyemburgensis, Pataviensis diocesis.* Meritis devotionis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, II nonas junii, anno tertio. »

**1799** Orvieto, 22 juin 1264.

Episcopo Garcensi mandat ut, cassata provisione de ecclesia in Petauwe, Salzeburgensis diocesis, ab archiepiscopo Salzeburgensi excommunicato Conrado, rectori ecclesiae de Walcherstorf, facta, eamdem ecclesiam Johanni presbytero, rectori ecclesiae s. Petri in Bischzolfdorf, conferat. (Reg. 29, fol. 184 v°, n° 849.)

« *Episcopo Garcensi* (sans doute pour *Gurcensi*). Dilectus filius Johannes —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**1800** Orvieto, 4 juin 1264.

Regem Boemiae hortatur ut contra Ruthenos scismaticos et Lituanos protenti manu procedat, eique concedit ut terrae Ruthenorum et Lituanorum quas per ministerium suum ad christianam fidem converti vel expugnari contigerit, dummodo fratribus hospitalis s. Mariae Teutonicorum jus in terris eisdem non competat, in suo et haeredum suorum dominio perpetuo debeant permanere. (Reg. 29, fol. 184 v°, n° 850; Potthast, 18937.)

« *Carissimo in Christo filio . . regi Boemie illustri.* Agimus Deo laudes —. Datum apud Urbemveterem, II nonas junii, anno tertio. »

**1801** Orvieto, 5 juin 1264.

Episcopo Uticensi mandat ut Raymundo Marcani, pauperi clerico, de aliquo ecclesiastico beneficio, ad ejusdem episcopi collationem spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 184 v°, n° 851.)

« *Episcopo Uticensi.* Firmam spem securamque —. Datum apud Urbemveteren, nonis junii, anno tertio. »

**1802** Orvieto, 11 juin 1264.

Archiepiscopo Turonensi mandat moneat episcopos Turonensis provinciae ut constitutionem generalis concilii de pluribus beneficiis cum cura retinendis, faciant observari. (Reg. 29, fol. 185, n° 852.)

« *Archiepiscopo Turonensi.* Ad audientiam nostram pervenit quod in Turonensi provincia sunt nonnulli clerici seculares, quorum quilibet obtinet prioratum, habentem ecclesiam parrochialem annexam, ac praebendam, cui est annexa parrochialis ecclesia, et etiam aliam ecclesiam, curam animarum habentem; sunt et alii quorum singuli personatum vel dignitatem obtinent habentem ecclesiam cum cura simili, et etiam prebendam, cui ecclesia cum cura hujusmodi est annexa, et nichilominus aliam ecclesiam detinent cui similiter cura imminet animarum. Alii quoque clerici habentur in eadem provincia quorum quilibet habet duas ecclesias curam animarum habentes, unam videlicet institutam et aliam commendatam quamvis a tempore

1. En marge : « *Bene sufficiens.* »

hujus commende annus et amplius sit elapsus. Quidam etiam alias plura beneficia ecclesiastica curam animarum habentia obtinere noscuntur. Quia vero super detentione prioratuum, personatuum, dignitatum, prebendarum, ecclesiarum et beneficiorum hujusmodi cum eisdem clericis, prout accepimus, non est auctoritate sedis apostolice dispensatum, fraternitati tue mandamus quatenus, si est ita, venerabiles fratres nostros episcopos diocesanos talium clericorum ex parte nostra moneas et inducas ut circa eos observari faciant constitutionem concilii generalis, alioquin circa dictos clericos constitutionem hujusmodi facias observari, contradictores, auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, presentibus post triennium minime valituris. Datum apud Urbemveterem, III idus junii, anno tertio. »

**1803** Orvieto, 27 mai 1264.

Jacobum de Briis, clericum consanguineum comitis Warenniae, Cicestrensis diocesis, obtentu G., s. Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis, collegio capellanorum apostolicorum aggregat. (Reg. 29, fol. 185, n° 853.)

« *Jacobum de Briis, clericum consanguineum nobilis viri comitis Warennie, Cicestrensis diocesis.* Scientia mores et —. Datum apud Urbemveterem, VI kalendas junii, anno tertio. »

**1804** Orvieto, 22 juin 1264.

Archidiacono Camerae in ecclesia Pampilonensi mandat ut Petrum Eximini [1], nullum adhuc beneficium assecutum, in ecclesia Albaydensi, Calaguritanae diocesis, in canonicum recipi faciat cum praebenda. (Reg. 29, fol. 185, n° 854.)

« *Archidiacono Camere in ecclesia Pampilonensi.* Constitus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas julii, anno tertio. »

**1805** Orvieto, 13 juin 1264.

Abbati monasterii s. Satiri, Bituricensis diocesis, et priori s. Amatoris Autissiodorensis mandat ut magistrum Michaelem, capellanum Autissiodorensis episcopi, in ecclesia Autissiodorensi in canonicum cum praebenda recipi faciant. (Reg. 29, fol. 185, n° 855.)

« *Abbati monasterii s. Satiri, Bituricensis diocesis, et .. priori s. Amatoris Autissiodorensis.* Ad faciendam dilecto —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**1806** Orvieto, 6 juin 1264.

Priori et capitulo secularis ecclesiae s. Mariae supra Pontem Florentinae mandat ut, si voluerint, Bendum, natum Andraeci, civis Florentini, dummodo originem traxerit de devotis ecclesiae, in canonicum recipiant cum praebenda. (Reg. 29, fol. 185, n° 856.)

« *Priori et capitulo secularis ecclesie s. Marie supra Pontem Florentine.* Illam gerimus de —. Datum apud Urbemveterem, VIII idus junii, anno tertio. »

**1807** Orvieto, 30 juin 1264.

Landoni, episcopo Anagnino, indulget ut duos clericos in totidem ecclesiis Anagninae civitatis, cathedrali duntaxat excepta, in clericos et in fratres recipi faciat eisque de beneficiis provideat. (Reg. 29, fol. 185 v°, n° 857.)

« *Landoni, episcopo Anagnino.* Devotionis tue probata —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

**1808** Orvieto, 3 juin 1264.

Archiepiscopo Bremensi indulget ut beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, quae tanto tempore in Bremensi diocesi vacare contigerit quod ad sedem apostolicam sit eorum collatio devoluta, praeter dignitates, conferre valeat. (Reg. 29, fol. 185 v°, n° 858.)

« *Archiepiscopo Bremensi.* Exigentibus tue devotionis —. Datum apud Urbemveterem, III nonas junii, anno tertio. »

**1809** Orvieto, 22 juin 1264.

Episcopo et capitulo Conchensi mandat ut Rodericum Garsiae, portionarium Conchensis ecclesiae, cui per viginti annos et

1. En marge : « *Competenter cantat et construit et latinizat, legit tamen debiliter.* »

amplius servivit in canonicum, cum praebenda recipiant. (Reg. 29, fol. 185 v°, n° 859.)

« *Episcopo et dilectis filiis capitulo Conchensibus.* Firmam spem fiduciamque —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**1810** Orvieto, 22 juin 1264.

Abbati monasterii s. Petri in Colorio, Papiensis diocesis, mandat ut Bellono, dicto *Cacatossico*, clerico ecclesiae Madociensis, Mediolanensis diocesis, claris atavis edito, qui diu in eadem ecclesia servivit et in qua nullum beneficium assecutus est, nisi quoddam tenue ac exile valoris trium librarum parvorum Mediolanensium, de aliqua capella vel aliquo beneficio ecclesiastico ad eamdem ecclesiam spectantibus, provideat. (Reg. 29, fol. 186, n° 860.) [1]

« *Abbati monasterii s. Petri in Colorio, Papiensis diocesis.* Affectionis paterne studium —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**1811** Orvieto, 5 juin 1264.

Episcopo Anteradensi mandat ut magistrum Henricum, Anteradensem canonicum, vicarium archiepiscopi Januensis, qui non obstante mandato quondam episcopi Anteradensis, in eadem ecclesia per decem annos post competentem terminum assignatum, residere non curavit, praebenda privet. (Reg. 29, fol. 186, n° 861.)

« *Episcopo Anteradensi.* Exposuit nobis tua —. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**1812** Orvieto, 13 juin 1264.

Magistro et fratribus hospitalis b. Mariae Majoris Urbevetane concessionem eis factam ad usum infirmorum ecclesiae s. Lazari de Pantamone districtus castri s. Laurentii de Vallelacus, Urbevetanae diocesis, confirmat. (Reg. 29, fol. 186, n° 862.) [2]

« *Magistro et fratribus hospitalis b. Marie Majoris Urbevetane.* Cum a nobis —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

1. En marge : « *Obtentu domine Trate, uxoris domini Columbi de Petra Sancta.* »

2. En marge : « *Obtentu domini Tusculani facta fuit.* »

**1813** Orvieto, 20 juin 1264.

Borchardo, comiti Vindocinensi crucesignato, Carnotensis diocesis, qui proponit cum decenti bellatorum comitiva in Terrae sanctae subsidium proficisci, de centesima in regno Franciae percepta, tria milia librarum tur., si regis Franciae assensus accedat, concedit. (Reg. 29, fol. 186, n° 863.)

« *Nobili viro Borchardo, comiti Vindocinensi crucesignato, Carnotensis diocesis.* Ad liberationem Terre —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas julii, anno tertio. »

**1814** Orvieto, 22 juin 1264.

Borchardo, comiti Vindocinensi crucesignato, Carnotensis diocesis, indulget ut, dum institerit Terrae sanctae subsidio, nullus legatus seu delegatus aut executor terras ipsius interdicto supponere ecclesiastico minime valeat. (Reg. 29, fol. 186, n° 864.)

« *Nobili viro Borchardo, comiti Vindocinensi crucesignato, Carnotensis diocesis.* Dignum est ut —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**1815** Orvieto, 22 juin 1264.

Episcopo Cenomanensi mandat ne permittat comitem Vindocinensem, dum Terrae sanctae subsidio institerit, ejusque in hoc negotio comites ab aliquibus molestari. (Reg. 29, fol. 186, n° 865.)

« *Episcopo Cenomanensi.* Cum dilectus filius —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**1816** Orvieto, 22 juin 1264.

Priori et capitulo secularis ecclesiae s. Cirici Exoldunensis, Bituricensis diocesis, indulget ut Johannem de Uriaco clericum, de nobilibus ortum, in canonicum cum praebenda recipere valeant. (Reg. 29, fol. 186 v°, n° 866.)

« *Priori et capitulo secularis ecclesie s. Cirici Exoldunensis, Bituricenis diocesis.* Decrevit nostri censura —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**1817** Orvieto, 13 janvier 1264.

Decano ecclesiae Metensis mandat ut Petro de Nouroi, nullum

adhuc beneficium assecuto, de aliquo beneficio consueto clericis secularibus assignari, ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Vincentii Metensis, ordinis s. Benedicti, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 186 v°, n° 867.)

« *Decano ecclesie Metensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, idus januarii, anno tertio. »

**1818** Orvieto, 17 juin 1264.

Episcopo Abrincensi mandat ut Guillelmo, dicto *Fabro*[1], pauperi clerico, de aliquo beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii de Lucerna, Praemonstratensis ordinis, Abrincensis diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 186 v°, n° 868.)

« *Episcopo Abrincensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas julii, anno tertio. »

**1819** Orvieto, 20 juin 1264.

Archiepiscopo, decano et capitulo Magdeburgensibus mandat ut Ericum, canonicum Alberstadensem, natum J., marchionis Brandeburgensis, in canonicum cum praebenda recipiant. (Reg. 29, fol. 186 v°, n° 869.)

« *Archiepiscopo et dilectis filiis . . decano et capitulo Magdeburgensibus.* Apostolice benignitatis affectum —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas julii, anno tertio. »

**1820** Orvieto, 20 juin 1264.

Episcopum Verdensem praedictae collationis executorem deputat. (Reg. 29, fol. 187, n° 870.)

« *Episcopo Verdensi.* Apostolice begnignitatis affectum —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas julii, anno tertio. »

**1821** Orvieto, 25 juin 1264.

R., episcopo Nemausensi, concedit ut de bonis episcopalibus et suis ipsius duas capellanias in ecclesia Nemausensi pro animae ejus remedio de novo creare valeat. (Reg. 29, fol. 187, n° 871.)

« *R., episcopo Nemausensi.* Felicitatis eterne gloria —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas julii, anno tertio. »

**1822** Orvieto, 25 juin 1264.

Archiepiscopum Narbonensem praedictae concessionis deputat conservatorem. (Reg. 29, fol. 187, n° 872.)

« *Archiepiscopo Narbonensi.* Felicitatis eterne gloria —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas julii, anno tertio. »

**1823** Orvieto, 19 juin 1264.

Priori et capitulo secularis ecclesiae s. Andreae Urbevetani indulget ut ipsi et eorum successores priorem sibi libere eligere valeant. (Reg. 29, fol. 187, n° 873.)

« *Priori et capitulo secularis ecclesie sancti Andree Urbevetani.* Post cathedralem Urbevetane civitatis ecclesiam inter alias vestra dignior esse dicitur et famosior existere perhibetur. Ipsa quidem, sicut asseritis, honorabilem habet canonicorum numerum cum dignitate prioris, cujus electio ad vos, filii capitulum, pertinet quique sub ordine sacerdotii constitutus et ibi semper residentiam faciens personalem, canonicos ejusdem ecclesie per se ipsum corrigit et multorum parochianorum ipsius, quorum nonnulli sunt potentes aut nobiles, curam gerit. Propter has etenim causas rationabiles et solempnes, in vestro ferventer affectu geri dicitis ut talis in priorem ipsius ecclesie, processu temporis, assumatur qui canonicis et parochianis eisdem verbo proficere valeat et exemplo. Inde fit quod vos, filii capitulum, a nobis humiliter petivistis ut, cum per litteras que super provisionibus plurium ab apostolica sede frequenter emanant, timeatis in electione prioris, cum prioratum ipsius ecclesie vestre vacare contigerit, impediri, super hoc vobis et eidem ecclesie curaremus paterna diligentia subvenire. Cum itaque omnium quorum interesse vota debeant esse libera in electionibus prelatorum ac etiam quando de regimine ecclesiarum agitur, eis magis provideri deceat quam personis, nos tum propter hoc, tum etiam illa de causa quia dilectus filius noster R., sancti Angeli diaconus cardinalis, affectuose vos nobis et

1. En marge : « *Competenter latinizat, inepte cantat et legit.* »

predictam ecclesiam commendavit, vestris supplicationibus annuentes, auctoritate vobis presentium indulgemus ut, veris existentibus supradictis, vos, predicti capitulum, prout ad vos pertinet, possitis vobis et ipsi ecclesie, cum eam priore vacare contigerit, per electionem canonicam de priore ydoneo providere, non obstantibus aliquibus litteris nostris super quorumcunque provisione tam de prioratibus quam dignitatibus et aliis beneficiis, ad cujuscunque collationem vel presentationem seu electionem spectantibus, in civitate et diocesi Urbevetanis specialiter seu in partibus istis generaliter impetratis, etiam si contineatur in eis quod prioratus, dignitates et beneficia hujusmodi nostre donationi reservavimus ac decrevimus irritum et inane si secus de illis contingeret attemptari, necnon si ab executoribus deputatis per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum aliquod in ecclesia ipsa specialiter vel alias generaliter sit processum. Nos enim nichilominus sententias si que in vos propter hoc late sunt vel si quas ferri contigerit, exnunc decernimus non tenere et nullius existere firmitatis. Nulli ergo nostre concessionis —. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas julii, anno tertio. »

**1824** Orvieto, 22 juin 1264.

Archipresbytero et capitulo ecclesiae Veronensis mandat ut Guidonem, natum quondam Jacobini de Lonardino, clericum ecclesiae s. Thomae Veronensis, consideratione episcopi Penestrini, in canonicum cum praebenda recipiant. (REG. 29, fol. 187 v°, n° 874.)

« *Archipresbytero et capitulo ecclesie Veronensis.* Inducunt nos dilecti —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas julii, anno tertio. »

**1825** Orvieto, 22 juin 1264.

Episcopo Bononiensi mandat compellat capitulum ecclesiae Veronensis ut Carulum, canonicum Strigoniensem, in canonicum recipiant. (REG. 29, fol. 187 v°, n° 875.)

« *Episcopo Bononiensi.* Grandis affectus quem ad personam venerabilis fratris nostri . . episcopi Penestrini, gerimus, nos inducit ut ad suos, ejus intuitu, apostolice provisionis gratiam extendamus. Proinde siquidem dilecto filio Carulo, canonico Strigoniensi, nepoti ejusdem episcopi, canonicatum ecclesie Veronensis, cum plenitudine juris canonici, ac prebendam nulli alii de jure debitam, si qua tunc vacabat ibidem, sibi contulimus et providimus de illis ac eum investivimus per nostrum annulum de eisdem. Si vero tunc aliqua prebenda in dicta ecclesia non vacabat, prebendamque de jure nulli alii debeatur, primo inibi vacaturam, conferendam sibi donationi apostolice duximus reservandam, decernentes irritum et inane si secus de prebenda hujusmodi, apostolica vel alia quavis auctoritate, contingeret attemptari, te sibi super hoc, sub certa forma, per litteras nostras executore concesso. Sane in civitate Veronensi, prout asseritur, quoddam horribile et pernitiosum statutum existit ut quicunque in eadem civitate litteris apostolicis usus fuerit, debeat non levi pena puniri, sicque dictus Carolus hujusmodi litteris ad te directis, obstante statuto predicto, uti non potuit et ex eis nullum est commodum assecutus. Quare nobis humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, volentes eidem Carulo super hoc salubriter providere, fraternitati tue mandamus quatinus in aliquibus tutis locis publicis et eidem civitati vicinis, clero et populo convocatis publice ac ipsis clero et populo astantibus ac audientibus, predictum capitulum per te vel per alium moneas ut infra quindecim dies post monitionem hujusmodi, procuratorem ydoneum, habentem ab eis plenum et sufficiens mandatum ad recipiendum eundem Carulum vel procuratorem suum aut alium, ejus nomine, ad presentiam tuam peremptorie studeant destinare, ac per eundem procuratorem ipsorum dictum Carulum vel alium pro eo in dicta Veronensi ecclesia recipiant in canonicum et in fratrem, juxta predictarum directarum ad te continentiam litterarum. Alioquin contra dictum capitulum, tamquam contra contumaces, procedas, secundum litterarum continentiam earundem. Provisurus eidem Carulo de prebenda in dicta ecclesia, cum ad id obtulerit se facultas —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas julii, anno tertio. »

**1826** Orvieto, 7 février 1264.

Archiepiscopo Coloniensi mandat ut magistrum Gerardum, canonicum ecclesiae s. Severini Coloniensis, in ecclesia Brunnensi, Coloniensis diocesis, in canonicum cum praebenda recipi faciat. (REG. 29, fol. 187 v°, n° 876.)

« *Archiepiscopo Coloniensi.* Dilectum filium magistrum —. Datum apud Urbemveterem, VII idus februarii, anno tertio. »

**1827** Orvieto, 30 juin 1264.

De proventibus Veronensis electi exigendis et recipiendis ipsius nomine. (Reg. 29, fol. 187 v°, n° 877.)

« *Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.* Noverit universitas vestra quod, cum dilectus filius Manfredus, Veronensis electus, detineatur ab hostibus ecclesie captivatus, nos, de fidelitate dilecti filii magistri Egidii, camerarii sui, firmam in Domino fiduciam obtinentes, damus sibi plenam licentiam et liberam potestatem exigendi et recipiendi, nomine ipsius electi, universos redditus et proventus, ad ipsum electum quocunque jure spectantes, et quecunque alia ejusdem electi debita computandique seu ponendi computum cum vicariis, judicibus, notariis aliisque officialibus, quos idem electus olim, dum Anconitane Marchie et ducatus Spoletani preesset regimini, in hujusmodi provinciis habuit, recipiendi insuper a vicariis aliisque predictis ea que ipsos per hujusmodi computa eidem electo debere constiterit, et refutationem de hiis que receperit faciendi, has eidem magistro Egidio in hujusmodi rei testimonium concedentes —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

**1828** Orvieto, 1er juillet 1264.

Abbati monasterii Claravallensis, Cisterciensis ordinis, Mediolanensis diocesis, mandat ut nobili mulieri Pomae, relictae quondam Wiscardi de Petrasancta, civis Mediolanensis, in monasterio sive domo Sororum Casaenovae ultra Ticinum, Papiensis diocesis, Humiliatorum ordinis, cameram et a magistro generali ac domibus ejusdem ordinis provisionem annuam triginta librarum imperialium pro victu et vestitu assignari faciat. (Reg. 29, fol. 187 v°, n° 878.)

« *Abbati monasterii Claravallensis, Cisterciensis ordinis, Mediolanensis diocesis.* Nuper tibi nostris —. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**1829** Orvieto, 20 juin 1264.

Archiepiscopo Compostellano mandat, ad supplicationem capituli, ut Martinum Martini, Compostellanae ecclesiae majorem portionarium, in eadem ecclesia in canonicum cum praebenda recipi faciat. (Reg. 29, fol. 188, n° 879.)

« *Archiepiscopo Compostellano.* Licet nos intenderemus —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas julii, anno tertio. »

**1830** Orvieto, 20 juin 1264.

Magistro Symoni de Rupecavardi, decano ecclesiae b. Austregisilii de castro Bituricensi, ad instantiam capituli ejusdem ecclesiae concedit ut in eadem ecclesia unam personam recipi faciat in canonicum eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 188, n° 880.)

« *Magistro Symoni de Rupecavardi, decano ecclesie b. Austregisilii de Castro Bituricensi.* Decrevit nostra censura —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas julii, anno tertio. »

**1831** Orvieto, 9 juin 1264.

Abbati s. Isidori Legionensis mandat ut Petro, magistro scolarum Zamorensi, subdiacono et capellano apostolico, nepoti magistri Stephani, capellani apostolici, nepotis bonae memoriae E., ss. Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, jam in ecclesia Palentina, auctoritate litterarum Alexandri papae IIIIi, canonico recepto, in eadem ecclesia quam cito de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 188, n° 881.)

« *Abbati s. Ysidori Legionensis.* Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, V idus junii, anno tertio. »

**1832** Orvieto, 21 juin 1264.

Praeposito et capitulo ecclesiae Arelatensis, ordinis s. Augustini, concedit facultatem personae idoneae conferendi ecclesiam s. Vincentii, Arelatensis diocesis, quae tanto tempore jam vacavit quod ad sedem apostolicam ejus collatio est devoluta. (Reg. 29, fol. 188 v°, n° 882.)

« *Preposito et capitulo ecclesie Arelatensis.* Vestra nobis devotio —. Datum apud Urbemveterem, XI kalendas julii, anno tertio. »

**1833** Orvieto, 22 juin 1264.

Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae de Cerco Plano juxta civitatem Massanensem, ordinis s. Clarae, ad quas nonnulla de bonis quondam Dulcebenae, civis Massanensis, quandoque usurarii, ex successione Danielae, natae ipsius et dicti mo-

nasterii monialis, legitime pervenerant, concedit ut illa libere retinere possint. (Reg. 29, fol. 188 v°, n° 883; Potthast 18952.)

« *Dilectis in Christo filiabus . . abbatisse, et conventui monialium inclusarum monasterii s. Marie de Cerco plano, juxta civitatem Massanensem, ordinis s. Clare*. Meritis vestre religionis —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**1834** Orvieto, 22 juin 1264.

Quaestionem de magistro Petro Russel solvit, pro honore Parisiensis ecclesiae, ad quam, ratione universitatis, diversarum nationum gentes confluunt. (Reg. 29, fol. 188 v°, n° 884.)

« *Decano et archidiacono Silvanectensibus*. Ex parte dilectorum —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. » [1]

**1835** Orvieto, 4 juillet 1264.

Decano s. Martini Turonensis notum facit se praeposituram de Loriaco, vacantem per resignationem A., tituli s. Praxedis presbyteri cardinalis, ad opus Guillelmi, thesaurarii Senonensis, germani Th., illustris regis Navarrae, reservavisse. (Reg. 29, fol. 188 v°, n° 885.)

« *Decano s. Martini Turonensis*. Olim dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas julii, anno tertio. »

**1836** Orvieto, 4 juillet 1264.

Abbati Majoris Monasterii Turonensis mandat ut proventus praepositurae de Loriaco exigat, donec eam thesaurarius Senonensis acceptaverit. (Reg. 29, fol. 189, n° 886.)

« *Abbati Majoris Monasterii Turonensis*. Olim dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas julii, anno tertio. »

**1837** Orvieto, 29 février 1264.

Georgiensi et s. Martini de Ultra-Mosellam abbatibus mandat ut Henrico de Sancto-Naboro, curatore Metensi, custodiae Metensis ecclesiae pacificam possessionem adepto, curatoriam ipsam R., decano ecclesiae s. Salvatoris Metensis, praedictae ecclesiae Metensis canonico, capellano J., ss. Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, assignare curent. (Reg. 29, fol. 189, n° 887.)

« . . *Georgiensi, et s. Martini de Ultramosellam abbatibus*. Dispensationis industriam vigilem —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas martii, anno tertio. »

**1838** Orvieto, 28 juin 1264.

Johanni de Curtiniano, capellano apostolico, capicerio Aurelianensi, indulget ut, pro tempore quo pro negotio electionis de ipso in Remensi ecclesia celebratae, fuit apud sedem apostolicam commoratus, studendo ibidem in theologica facultate, fructus beneficiorum suorum cum ea integritate percipere valeat cum qua illos percepisset si Parisius juri canonico studuisset. (Reg. 29, fol. 189, n° 188.)

« *Johanni de Curtiniaco, capellano nostro, capicerio Aurelianensi*. Apostolice sedis benignitas —. Datum apud Urbemveterem, iiii kalendas julii, anno tertio. »

**1839** Orvieto, 28 juin 1264.

Abbatem s. Germani de Pratis Parisiensis praedicti indulti deputat executorem. (Reg. 29, fol. 189, n° 839.)

« *Abbati s. Germani de Pratis Parisiensis*. Apostolice sedis benignitas —. Datum apud Urbemveterem, iiii kalendas julii, anno tertio. »

**1840** Orvieto, 26 juin 1264.

Decano ecclesiae de Abbatisvilla inquisitionem querelae magistrorum theologicae facultatis Parisiensis committit quod Stephanus cancellarius sibi nomen et officium decani assumpsisset. (Reg. 29, fol. 189, n° 890.)

« *Decano ecclesie de Abbatisvilla, Ambianensis diocesis*. Ex parte dilectorum —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas junii, anno tertio. » [1]

1. Cette bulle est publiée par Denifle et Chatelain. *Chartularium universitatis Parisiensis*, n° 398.

1. Cette bulle est publiée par Denifle et Chatelain. *Chartular. univ. Paris*. n° 399.

**1841** Orvieto, 26 juin 1264.

Decano ecclesiae de Abbatisvilla inquisitionem querelae magistrorum theologicae facultatis Parisiensis committit quod Stephanus cancellarius Ivoni Britoni et Johanni de Aurelianis propria voluntate regendi licentiam concessisset. (Reg. 29, fol. 189 v°, n° 891.)

« *Decano ecclesie de Abbatisvilla, Ambianensis diocesis.* Perlato ad audientiam —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas julii, anno tertio. » [1]

**1842** Orvieto, 2 juin 1264.

Magistro Henrico, canonico ecclesiae in Monstermenevelt, Treverensis diocesis, capellano O., s. Adriani diaconi cardinalis, indulget ut, quamdiu praedicti cardinalis extiterit in ipsius hospicio domesticus commensalis, fructus praebendarum quas in s. Andreae Wormaciensis et de Monstermenevelt ecclesiis possidet, cum integritate percipere valeat. (Reg. 29, fol. 189 v°, n° 892.)

« *Magistro Henrico, canonico ecclesie in Monstermenevelt, Treverensis diocesis, capellano dilecti filii O., s. Adriani diaconi cardinalis.* Inducunt nos tue —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas junii, anno tertio. »

**1843** Orvieto, 2 juin 1264.

Cantorem ecclesiae s. Petri Maguntini praedicti indulti conservatorem deputat. (Reg. 29, fol. 189 v°, n° 893.)

« *Cantori ecclesie s. Petri Maguntini.* Inducunt nos dilecti —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas junii, anno tertio. »

**1844** Orvieto, 18 mai 1264.

Archidiacono de Valencenis in ecclesia Cameracensi mandat ut Johanni dicto Rauvins, presbitero, a sua ecclesia de Bellancort pulso, in quadam pensione annua septem librarum parisiensium a monasteriis diocesis Atrebatensis provideri faciat. (Reg. 29, fol. 189, v°, n° 894.)

« *Archidiacono de Valencenis in ecclesia Cameracensi.* Significavit nobis dilectus filius Johannes, dictus *Rauvins*, presbiter, quod quidam perditionis filii in eum, tunc rectorem ecclesie de Bellancort, Morinensis diocesis, sine causa rationabili, ausu sacrilego facientes insultum, omnes digitos manu[s] dextere amputarunt ei et nichilominus alia vulnera intulerunt eidem, reddendo eum inhabilem ad sacerdotale officium exercendum. Et licet idem Johannes, dato sibi postmodum coadjutore, predictam ecclesiam per septem annos et amplius gubernavit, tamen abbas ecclesie de Monte sancti Eligii, ordinis sancti Augustini, Atrebatensis diocesis, patronus ipsius ecclesie, asserens quod idem Johannes, dum gravi laboraret infirmitate, dictam ecclesiam resignarat, ad eam, tanquam ad vacantem, magistrum Robertum de Husdinio presbiterum, bone memorie . . Morinensi episcopo, presentavit, quem dictus episcopus instituit in eadem. Orta itaque inter Johannem et magistrum Robertum predictos super eadem ecclesia coram officiali dicti episcopi, non ex delegatione apostolica, materia questionis, idem officialis perperam in causa ipsa procedens, contra dictum Johannem diffinitivam sententiam promulgavit, a qua dictus Johannes ad Remensem curiam vocem appellationis emisit. Sane coram officialibus ipsius curie hujusmodi causa pendente, Johannes et magister Robertus predicti in eundem abbatem, tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem super hoc, juramento hinc inde prestito, compromittere curaverunt. Idem vero abbas ordinavit quod magister Robertus ecclesiam obtineret eandem ac predictus Johannes septem libras Parisiensis monete, de proventibus predicte ecclesie, quamdiu viveret, perciperet annuatim, prout in litteris inde confectis et ipsius abbatis sigillo munitis, plenius dicitur contineri. Hujusmodi autem septem libras predictus magister Robertus, donec ecclesiam ipsam tenuit, annis singulis dicto Johanni, juxta hujusmodi ordinationem, persolvit. Verum, eodem magistro Roberto occulto Dei judicio morbo lepre percusso et ecclesiam resignante predictam, Nicolaus, rector predicte ecclesie, successor ipsius R., pretendens quod predicta ordinatio, in qua non intervenit consensus ejusdem episcopi, personalis erat et non realis, predictas septem libras eidem Johanni solvere contradicit ; sicque dictus Johannes, subtractis sibi hujusmodi septem libris, non habet unde valeat sustentari, super quo apostolice sedis remedium imploravit. Nos igitur, paupertati ejus paterno compatientes affectu, discretioni tue mandamus quatinus, si est ita, eidem presbitero ab aliquibus monasteriis diocesis Atrebatensis, de qua idem J. traxit originem, per nos super consimili beneficio

1. Cette bulle a été publiée par Denifle et Chatelain. *Chart. univ. Paris*, n° 400.

non gravatis, quoad vixerit, in pensione annua septem librarum Parisiensium per te vel per alium facias provideri. Non obstante si —. Contradictores —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas junii, anno tertio. »

**1845** Orvieto, 13 juin 1264.

Officiali Noviomensi et magistro Dudoni, canonico ecclesiae s. Gaugerici, mandat ut magistro Guidoni de Luegnes, clerico Laudunensis diocesis, qui, ad preces apostolicas, jam ab episcopo Leodiensi canonicatum in ecclesia s. Dionysii de Leodio accepit, de praebenda in eadem ecclesia provideant. (Reg. 29, fol. 190, n° 895.)

« *Officiali Noviomensi et magistro Dudoni, canonico ecclesie s. Gaugerici.* Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**1846** Orvieto, 20 juin 1264.

Praeposito ecclesiae Ariensis, Morinensis diocesis, indulget ut P., decano ecclesiae Lileriensis, Morinensis diocesis, de aliqua ex quatuordecim pinguioribus praebendis ecclesiae Ariensis providere valeat. (Reg. 29, fol. 190 n° 896.)

« *Preposito ecclesie Ariensis, Morinensis diocesis.* Decrevit nostri censura propositi a provisionibus per nostras litteras, nisi ex evidenti causa fierent, faciendis in cunctis ad presens orbis ecclesiis et precipue regni Francie abstinendum. Sed hujus censure nostre rigorem ex eo petitionis tue multiplex instantia inclinavit quod dilectum filium P., decanum ecclesie Lileriensis, Morinensis diocesis, per tuas patentes litteras de vita laudabili et honesta conversatione commendans, humiliter supplicasti ut, cum idem decanus in ecclesia Ariensi, cujus existit canonicus et in qua prebende inequales esse dicuntur, unam non tamen de pinguioribus prebendam obtineat, et tam tibi quam eidem ecclesie Ariensi possit esse multipliciter fructuosus, tibi facultatem providendi eidem, dictam prebendam resignare parato, de aliqua ex prebendis que *quatuordecim* vulgariter in eadem Ariensi ecclesia nuncupantur, necnon de personatu ejusdem ecclesie, ad tuam collationem spectantibus, si vacant ad presens vel quamcito ad id se facultas obtulerit, non obstante si pro aliis in eadem ecclesia Ariensi dreximus scripta nostra, quibus nullum prejudicium generetur, tibi licentiam concedere dignaremur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, volentes hoc ad gratiam potius per tuarum importunitatem precum a nobis extortam, quam ad onus eidem Ariensi ecclesie impositum imputari, licentiam tibi auctoritate presentium concedimus postulatam. Volumus autem quod prefatus decanus, postquam aliquam prebendam ex dictis quatuordecim pacifice fuerit assecutus, prebendam quam in eadem ecclesia nunc obtinet quamque ex tunc vacare decernimus, omnino dimittat. Datum apud Urbemveterem, xiii kalendas julii, anno tertio. »

**1847** Orvieto, 6 juillet 1264.

Gifredo, dicto *Busse*, archidiacono [Tudertino], socio magistri Adenulfi, capellani apostolici, praepositi ecclesiae s. Audomari, consideratione ejusdem capellani, canonicatum seu jus canoniae sub exspectatione praebendae in ecclesia Anagnina confert. (Reg. 29, fol. 190, n° 897.)

« *Gifredo, dicto* Busse, *archidiacono [Tudertino], socio magistri Adenulfi, capellani nostri, prepositi ecclesie s. Audomari.* Ad faciendam tibi —. Datum apud Urbemveterem, ii nonas julii, anno tertio. »

**1848** Orvieto, 7 juillet 1264.

Johannem de Amatonis, canonicum ecclesiae s. Angeli Anagnini, praedictae collationis deputat executorem. (Reg. 29, fol. 190, n° 898.)

« *Johanni de Amatonis, canonico ecclesie s. Angeli Anagnini.* Ad faciendam dilecto —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**1849** Orvieto, 30 juin 1264.

Episcopo Aniciensi indulget ut Geraldum, natum domini Montis-Acuti, in canonicum recipi faciat, cum exspectatione praebendae, in ecclesia Aniciensi. (Reg. 29, fol. 190, n° 899.)

« *Episcopo Aniciensi.* Ecclesiarum commoda tunc —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas julii, anno tertio. »

**1850** Orvieto, 4 juillet 1264.

Abbati et conventui monasterii Pontiniacensis, Cisterciensis

ordinis, Autissiodorensis diocesis, indulget ut ad solutionem debitorum a praedecessoribus contractorum non teneantur, nisi ea in utilitatem monasterii conversa fuisse legitime probaverint creditores. (Reg. 29, fol. 190 v°, n° 900 [1].)

« *Abbati et conventui monasterii Pontiniacensis, Cisterciensis ordinis, Autissiodorensis diocesis.* Indempnitati monasterii vestri —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas julii, anno tertio. »

**1851** Orvieto, 4 juillet 1264.

Episcopum Autissiodorensem praedicti indulti conservatorem deputat. (Reg. 29, fol. 190 v°, n° 901 [2].)

« *Episcopo Autissiodorensi.* Indempnitati dilectorum filiorum —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas julii, anno tertio. »

**1852** Orvieto, 1er juillet 1264.

Episcopo Briocensi mandat ut magistrum Petrum, dictum *Bili*, canonicum Andegavensem, professorem juris civilis, in Briocensi ecclesia in canonicum sub exspectatione praebendae recipi faciat. (Reg. 29, fol. 190 v°, n° 902.)

« *Episcopo Briocensi.* Dilectum filium magistrum —. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**1853** Orvieto, 27 juin 1264.

Priori et capitulo secularis ecclesiae Colimbriensis indulget ut Laurentium Suerii, pauperem clericum, in portionarium sub exspectatione portionis recipiant. (Reg. 29, fol. 190 v°, n° 903.)

« *Priori et capitulo secularis ecclesie Colimbriensis.* Per vestras nobis —. Datum Urbemveterem, V kalendas julii, anno tertio. »

**1854** Orvieto, 3 juillet 1264.

Evergerio de Midach in Frisia diacono, Monasteriensis diocesis, parrochialem ecclesiam de Linwerthera-Walda in Frisia quam Reindo salva conscientia pro eo retinere non potuit quia in ipsa quondam patri suo, rectori ejusdem, nullo medio succedebat et in apostolicis manibus resignavit, confert, ea tamen conditione ut se in presbyterum promoveri faciat et resideat in eadem. (Reg. 29, fol. 190 v°, n° 904.)

« *Evergerio de Midach in Frisia diacono, Monasteriensis diocesis.* Affectione paterna te —. Datum apud Urbemveterem, V nonas julii, anno tertio. »

**1855** Orvieto, 3 juillet 1264.

Abbatem s. Bernardi in Frisia, Cisterciensis ordinis, Monasteriensis diocesis, praedictae collationis deputat executorem. (Reg. 29, fol. 191, n° 905.)

« *Abbati s. Bernardi in Frisia, Cisterciensis ordinis, Monasteriensis diocesis.* Affectione paterna dilectum —. Datum apud Urbemveterem, V nonas julii, anno tertio. »

**1856** Orvieto, 11 juillet 1264.

Infrascriptis mandat ut Arcionem, filium Jacobi, civis Romani, in possessionem canonicatus et praebendae ecclesiae Leodiensis mittant. (Reg. 29, fol. 191, n° 906.)

« *Johanni Pantaleonis, capellano nostro, Atrebatensis, Matheo de Columpna Belvacensis, et Jordano Siniorilis Gerboradensis, Belvacensis diocesis, ecclesiarum canonicis* [1]. Sua nobis dilectus filius Archio, canonicus Leodiensis, natus nobilis viri Jacobi, civis Romani, petitione monstravit quod, cum dilectus filius Johannes Arcionis, tunc canonicus ecclesie Leodiensis, germanus suus, canonicatum et prebendam, quos obtinebat in eadem ecclesia, intenderet resignare, dilectus filius noster J., sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, de speciali mandato nostro viva voce sibi facto, ab eodem Johanne predictorum canonicatus et prebende libera resignatione recepta, ipsos canonicatum et prebendam, cum juribus et pertinentiis suis et plenitudine juris canonici, dilecto filio Jacobo Arcionis, canonico Leodiensi, nomine dicti Archionis, et per eundem Jacobum ipsi Archioni contulit, ac ipsum Jacobum de predictis, pro eodem Archione, per suum anulum investivit, prout in instrumento publico, dicti cardinalis sigillo munito, plenius dicitur contineri. Nosque postmodum

1. En marge : « *Concessa est obtentu domini Guidonis, Cistercii cardinalis, non obstante contradictores.* »

2. En marge : « *Concessa est obtentu ejusdem.* »

1. En marge : « *Obtentu domini Jacobi cardinalis fuit concessa.* »

quod super hiis ab eodem cardinali factum extitit, ratum et firmum habentes, illud auctoritate apostolica duximus confirmandum, dilectis filiis Nicolao Andreocte, capellano nostro, majoris, et Nicolao Johannis Andreocte, sancti Simphoriani ecclesiarum Remensium canonicis, nostris dantes sub certa forma litteris in mandatis ut eundem Arcionem vel ejus procuratorem aut alium, suo nomine, in eorundem canonicatus et prebende possessionem inducerent et inductum nichilominus tuerentur, ac eum in dicta ecclesia recipi facerent in canonicum et in fratrem. Contradictores etc. Verum, prefatis executoribus ad partes transferentibus se remotas, nullus per predictas eis directas habitus est processus, super quo dictus Archio ad nostram duxit providentiam recurrendum. Nos itaque, nolentes ut executio hujusmodi ulterius retardetur, discretioni tue (*sic*) mandamus quatinus vos vel alter vestrum in hujusmodi negotio, per vos vel alium seu alios, procedatis, juxta earundem directarum ad eosdem executores continentiam litterarum. Datum apud Urbemveterem, v idus julii, anno tertio. »

**1857** Orvieto, 27 juin 1264.

Subdecano ecclesiae s. Stephani Trecensis et camerario monasterii Cellae, Trecensis diocesis, mandat ut Felicem, capellanum apostolicum, priorem s. Egidii Acconensis, in possessionem canonicatus et praebendae ecclesiae Trecensis inducant. (Reg. 29, fol. 191, n° 907.)

« *Subdecano ecclesie sancti Stephani Trecensis et camerario monasterii Celle, Trecensis diocesis.* Ex parte dilecti filii Felicis, capellani nostri, prioris sancti Egidii Acconensis, fuit propositum coram nobis quod, cum olim venerabili fratri nostro . . Trecensi episcopo, providendi duobus clericis suis ydoneis de totidem prebendis Trecensis ecclesie, in qua spectat ad eum collatio prebendarum, si tunc vacabant vel quamprimum ad id se facultas offerret, et faciendi eos ad illas, postquam de ipsis vacantibus providisset eisdem, in canonicos recipi et in fratres, necnon preferendi eos omnibus qui tunc essent ibi apostolica vel alia quacunque auctoritate recepti vel ut reciperentur insisterent, seu ad jus restituti (*sic*) quo per constitutionem felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, contra receptos in ecclesiis editam, privati fuissent, necnon contradictores etc. uque compescendi, plenam concessissemus per nostras litteras facultatem, decernendo irritum et inane si de hujusmodi prebendis secus contingeret attemptari, tandem dilecti filii . . decanus, et capitulum ejusdem ecclesie, ad mandatum ipsius episcopi, auctoritate litterarum hujusmodi sibi factum, dilectum filium magistrum Dionisium de Campo Guidonis, officialem Trecensem, nulla in eadem ecclesia prebenda vacante, receperunt in canonicum et in fratrem. Postmodum vero, eidem F. facientes gratiam specialem, canonicatum predicte Trecensis ecclesie, cum plenitudine juris canonici, et prebendam si qua in ecclesia ipsa tunc vacabat, apostolica sibi auctoritate contulimus eumque per anulum nostrum investivimus de eisdem, alioquin prebendam tunc ibidem proximo vacaturam, conferendam ei, donationi apostolice reservantes, decrevimus irritum et inane, si secus attemptari contingeret in premissis, certis sibi super hoc per nostras litteras executoribus deputatis. Cumque idem F. earundem auctoritate litterarum receptus fuisset in predicta Trecensi ecclesia in canonicum et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo assignatis, demum inter ipsum et prefatum magistrum D. super quadam prebenda que per mortem Phylippi de Planceis, ejusdem ecclesie Trecensis canonici, vacavit ibidem, et in qua uterque ipsorum se jus habere dicebat, orta materia questionis, contigit negotium hujusmodi ad sedem apostolicam per prefati magistri Dionisii appellationem devolvi. Nos autem, nolentes ut ipsi quos benivolentia paterna prosequimur hac occasione litigiis implicentur, sed intendentes potius ut quilibet eorum gratie sibi facte sortiatur effectum, prefato episcopo dedimus nostris litteris in mandatis ut eandem prebendam eidem magistro D. auctoritate nostra conferens et assignans, faciat eum, premissis nequaquam obstantibus, pacifica ejusdem prebende possessione gaudere. Quocirca mandamus quatinus memorato F. de prebenda proximo in prefata Trecensi ecclesia vacatura, per vos vel per alium seu alios, providere curetis. Contradictores etc. usque compescendo. Nos enim prebendam hujusmodi, conferendam eidem F., donationi apostolice reservamus, decernentes ex nunc irritum et inane si de hujusmodi prebenda, nostra vel alia quavis auctoritate, secus extiterit attemptatum. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas julii, anno tertio. »

**1858** Orvieto, 30 juin 1264.

Episcopo Noviomensi indulget ut magistrum Robertum de Monte-Acuto, ipsius officialem, in canonicum sub exspecta-

tione praebendae in ecclesia Noviomensi recipi faciat. (Reg. 29, fol. 191 v°, n° 908.)

« *Episcopo Noviomensi.* Personam tuam honorare —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

**1859** Orvieto, 30 juin 1264.

Eidem eadem indulgentia conceditur pro Mathaeo de Buisseria clerico. (Reg. 29, fol. 191 v°, n° 909.)

« *Eidem.* Personam tuam honorare —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

**1860** Orvieto, 6 juillet 1264.

Magistro Theobaldo, cantori ecclesiae Aurelianensis, nepoti Johannis de Curtiniaco, capellani apostolici, ejusdem ecclesiae capicerii, indulget ut praeter cantoriam unicum aliud beneficium, etiam cum cura animarum, licite recipere et retinere valeat. (Reg. 29, fol. 191 v°, n° 910.)

« *Magistro Theobaldo, cantori ecclesie Aurelianensis, nepoti dilecti filii Johannis de Curtinaco* (sic), *capellani nostri, ejusdem ecclesie capicerii.* Quia claritate meritorum —. Datum apud Urbemveterem, II nonas julii, anno tertio. »

**1861** Orvieto, 9 juillet 1264.

Priori fratrum Praedicatorum in Confluentia, Treverensis diocesis, committit ut Hermannum de Willemsdorp militem seniorem, Hermannum juniorem et Conradum, ejusdem loci, fratres, Eccheardum de Bicken laicos ab excommunicationis sententia quam pro eo quod papam, quum archidiaconatus officio fungeretur, captivatum detinuerunt, prorsus absolvat. (Reg. 29, fol. 191 v°, n° 911; Potthast 8969.)

« *Priori fratrum Predicatorum in Confluentia, Treverensis diocesis.* Gemma nulla splendidior —. Datum apud Urbemveterem, VII idus julii, anno tertio. »

**1862** Orvieto, 15 mai 1264.

Abbati et conventui monasterii de Alchodorf, ordinis s. Benedicti, confirmat concessionem ipsis factam ab electo Argentinensi monasterii s. Trinitatis extra muros Argentinenses, tunc ordinis s. Augustini, propter guerrarum discrimina non modicum deformati. (Reg. 29, fol. 191 v°, n° 912.)

« *Abbati et conventui de Alchodorf, ordinis s. Benedicti.* Religionis vestre meretur —. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno tertio. »

**1863** Orvieto, 29 juin 1264.

Stephano Jocellini, clerico in minoribus ordinibus constituto, Engolismensis diocesis, tabellionatus officium confert. (Reg. 29, fol. 191 v°, n° 913.)

« *Stephano Jocellini, clerico in minoribus ordinibus constituto, Engolismensis diocesis.* Ne contractuum memoria —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas julii, anno tertio. »

**1864** Orvieto, 11 juillet 1264.

Magistro Remigio, capellano apostolico, archidiaconatum Constantiensem, vacantem per resignationem magistri Gregorii de Neapoli, decani Baiocensis, capellani apostolici, sub exspectatione canonicatus et praebendae confert. (Reg. 29, fol. 192, n° 914.)

« *Magistro Remigio, capellano nostro, archidiacono Constantiensi.* Volentes tibi tue —. Datum apud Urbemveterem, V idus julii, anno tertio. »

**1865** Orvieto, 12 juillet 1264.

Officialem et Thomam de Moritorio, canonicum Lexovienses, praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 191, n° 915.)

« *Officiali et Thome de Moritorio, canonico Lexoviensibus.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, IIII idus julii, anno tertio. »

**1866** Orvieto, 7 juillet 1264.

Episcopo Lexoviensi indulget ut magistrum Rogerum, dictum *Faucon*, in ecclesia Lexoviensi in canonicum cum praebenda recipi faciat. (Reg. 29, fol. 192, n° 916.)

« *Episcopo Lexoviensi.* Inductus probitatis meritis —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**1867** Orvieto, 2 juillet 1264.

Priori de Powhele, Saresbiriensis diocesis, mandat ut Rogero, rectori ecclesiae de Werplesgrave [1], Lincolniensis diocesis, capellano nobilis mulieris Alienoris, uxoris Edwardi primogeniti regis Anglorum, praeter eamdem ecclesiam, cujus proventus unius marcae argenti valorem annuum non excedunt, de aliquo beneficio praebendali vel alio, cum cura vel sine cura, ad collationem episcopi Lincolniensis spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 192, n° 917.)

« *Priori de Powhele, Saresbiriensis diocesis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, vi nonas julii, anno tertio. »

**1868** Orvieto, 29 mai 1264.

Priori de Wavera, ordinis s. Benedicti, Leodiensis diocesis, mandat ut Godescalcum de Wineghem clericum, nepotem magistri Egidii de Wineghem, capellani apostolici, canonici Leodiensis, auctoritate litterarum Alexandri IIII et etiam ipsius, in ecclesia Antwerpiensi, Cameracensis diocesis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 192 v°, n° 918.)

« *Priori de Wavera, ordinis s. Benedicti, Leodiensis diocesis.* Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas junii, anno tertio. »

**1869** Orvieto, 28 juin 1264.

Archiepiscopo Ebredunensi mandat ut magistro Johanni de Secusia, canonico ecclesiae Carnotensis, nepoti Ostiensis et Velletrensis episcopi, jam in ecclesia Ebredunensi auctoritate litterarum Alexandri papae IIII canonico recepto, de praebenda in eadem ecclesia quam cito provideat. (Reg. 29, fol. 192 v°, n° 919.)

« *Archiepiscopo Ebredunensi.* Dilectus filius magister —. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas julii, anno tertio. »

**1870** Orvieto, 1er juillet 1264.

Abbati s. Bernardi in Frisia, Cisterciensis ordinis, Monasteriensis diocesis, mandat ut, a Reindone rectoriae quam obtinet resignatione recepta, ipsum in possessionem ecclesiae de Rotherawalde, Trajectensis diocesis, inducat. (Reg. 29, fol. 192 v°, n° 920.)

« *Abbati sancti Bernardi in Frisia, Cisterciensis ordinis, Monasteriensis diocesis.* Pia benignitas apostolice —. Sane dilectus filius Reindo de Linweiterawalda in Frisia, presbyter Monasteriensis diocesis, salubriter cogitans et humiliter recognoscens quod parrochialem ecclesiam de Linweitherawalda, Monasteriensis diocesis, in qua vacante, ad patronorum ipsius presentationem, auctoritate venerabilis fratris nostri . . Monasteriensis episcopi, sicut asserit, institutus fuit, pro eo salva conscientia retinere non poterat quia in ipsa quondam presbytero patri suo, rectori ejusdem, nullo medio succedebat, accessit ad nostram presentiam et ecclesiam ipsam quam obtinebat pacifice, studuit cum reverentia debita libere in nostris manibus resignare. Quare nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse nullum aliud beneficium ecclesiasticum sit adeptus, quodque cum eo super defectu natalium quem patitur, de dicto presbitero genitus et soluta, ut, eo non obstante, possit obtinere beneficium ecclesiasticum curam habens animarum, auctoritate apostolica dispensatum existat, ecclesiam de Rotherawalda, Trajectensis diocesis, que tanto tempore de jure vacavit quod ejus collatio ad nos est, secundum statuta Lateranensis concilii, legitime devoluta, quamquam Helbernus, presbiter ipsius diocesis, eam in qua . . quondam patri suo, rectori ejusdem, immediate successit, de facto detineat occupatam, sibi conferri de benignitate apostolica mandaremus. Nos itaque, ipsum pia benivolentia prosequentes, discretioni tue mandamus quatinus, si quod de vacatione ipsius ecclesie de Rotherawalda proponitur, veritate fulcitur, amoto exinde dicto Elberino (*sic*) et quolibet alio illicito detentore, ipsam, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, prefato Reindoni, auctoritate nostra, per te vel alios, conferas et assignes ac eum in possessionem ipsorum inducas et defendas inductum. Non obstante si aliquibus —, ita quod in eadem ecclesia de Rotherawalda residentiam faciat personalem, alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**1871** Orvieto, 22 juin 1264.

Magistro Petro, capellano apostolico, canonico Cenomanensi, indulget ut tempus quo apud sedem apostolicam permanserit pro certis negotiis, in residentia quam ecclesiis Turonensi, Carnotensi et Andegavensi, cujus est canonicus, debet, computetur. (Reg. 29, fol. 192 v°, n° 921.)

1. En note : « *Satis sufficiens est ad beneficium obtinendum.* »

« *Magistro Petro, capellano nostro, canonico Cenomanensi.* Dignum fore conspicimus —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**1872** Orvieto, 3 juillet 1264.

Archiepiscopo Compostellano concedit facultatem conferendi ecclesiastica beneficia, personatus et dignitates, in civitate ac diocesi ipsius, quorum collatio ad sedem apostolicam est devoluta constitutione Lateranensis concilii. (Reg. 29, fol. 192 v°, n° 922.)

« *Archiepiscopo Compostellano.* Ex tue devotionis —. Datum apud Urbemveterem, v nonas julii, anno tertio. »

**1873** Orvieto, 4 juillet 1264.

Episcopo Briocensi indulget ut Riccardum, rectorem ecclesiae de Plocrinou, in ecclesia Briocensi in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 193, n° 923.)

« *Episcopo Briocensi.* Decrevit nostri censura —. Datum apud Urbemveterem, iii nonas julii, anno tertio. »

**1874** Orvieto, 9 juillet 1264.

Abbati Maurimontis, ordinis s. Benedicti, Cathalaunensis diocesis, mandat ut ecclesiam parrochialem s. Laurentii de Montefalconis conferat alicui personae a capitulo ecclesiae s. Germani de Montefalconis, Remensis diocesis, praesentandae, eidemque personae in praedicta s. Germani ecclesia de canonicatu et praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 193, n° 924.)

« *Abbati Maurimontis, ordinis sancti Benedicti, Cathalaunensis diocesis.* Dilecti filii . . decanus, et capitulum ecclesie sancti Germani de Montefalconis, Remensis diocesis, transmissa nobis petitione monstrarunt quod, licet ipsi in parrochiali ecclesia sancti Laurentii, loci ejusdem, ad ipsos eorumque collationem spectante, per aliquem de canonicis ipsius ecclesie sancti Germani dumtaxat consueverunt a tempore, cujus memoria non existit, facere deserviri, quia tamen proventus ipsius parrochialis ecclesie sunt nimis tenues et exiles, canonici quibus pro tempore illius cura committitur, in eadem residentiam facere pretermittunt, propter quod predicta parrochialis ecclesia debitis defraudatur obsequiis et in ea cura negligitur animarum. Quare pro parte dictorum decani et capituli humiliter petebatur a nobis ut eidem parrochiali ecclesie unam de prebendis ipsius ecclesie sancti Germani, de nostre potestatis plenitudine, annectentes, eandem ecclesiam parrochialem, que vacat ad presens, ac hujusmodi prebendam sibi annexam conferri uni persone ad hoc ydonee faceremus. Nos itaque, ipsorum justis in hac parte desideriis annuentes, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, prefatam ecclesiam parrochialem, per te vel per alium, auctoritate nostra conferas et assignes alicui persone tibi a dictis decano et capitulo presentande, que sit ydonea moribus, scientia et etate ac divini pabulum eloquii sciat parrochianis suis oportuno tempore impertiri, necnon que velit et possit in eadem ecclesia continue residere, ac sit etiam in sacerdotali ordine constituta, vel apta et parata sine difficultatis objectu in presbiterum promoveri. Hujusmodi vero personam, de assensu dictorum decani et capituli, in eadem ecclesia sancti Germani, in qua prebendarum collatio ad eos pertinere dicitur, recipi faciens in canonicum et in fratrem, sibi de prebenda nulli alii de jure debita, si qua ibidem vacat ad presens vel quamcito se facultas obtulerit, providere, ac hujusmodi prebendam dicte parrochiali ecclesie annectere eadem auctoritate procures. Non obstante statuto —. Datum apud Urbemveterem, vii idus julii, anno tertio [1]. »

**1875** Orvieto, 2 juillet 1264.

Episcopo Andegavensi mandat ut, si expedire viderit, prioratus s. Nicolai de Ofardo villae Salmurensis et s. Vincentii extra villam ipsam prioratui s. Mariae de Salmuro, ad petitionem abbatis et conventus monasterii s. Florentii Salmurensis, ordinis s. Benedicti, Andegavensis diocesis, uniat. (Reg. 29, fol. 193, n° 925.)

« *Episcopo Andegavensi.* Ex parte dilectorum —. Datum apud Urbemveterem, vi nonas julii, anno tertio. »

**1876** Orvieto, 2 juillet 1264.

Episcopo Atrebatensi mandat ut monachos monasterii de Monte s. Eligii, ordinis s. Augustini, Atrebatensis diocesis,

1. En marge : « *Dominus voluit quod ostenderetur domino Guillelmo cardinali et, si placeret sibi, quod expediretur ; dominus Willelmus remisit eam expediendam.* »

inducat ut, juxta mandatum apostolicum jam ipsis factum, Judocum, clericum, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 193 v°, n° 926.)

« *Episcopo Atrebatensi.* Accedens ad apostolicam —. Datum apud Urbemveterem, vi nonas julii, anno tertio. »

**1877** Orvieto, 14 juillet 1624.

Stephano, decano Tullensi, familiari apostolico, indulget ut praeter decanatum et canonias ac praebendas quas in Metensi, Tullensi et Virdunensi ecclesiis obtinet, unicum aliud beneficium recipere et retinere valeat. (Reg. 29, fol. 193 v°, n° 927.)

« *Stephano, decano Tullensi, familiari nostro.* Personam tuam meritorum —. Datum apud Urbemveterem, ii idus julii, anno tertio. »

**1878** Orvieto, 18 juillet 1264.

Episcopo Tullensi mandat ut ab Aubrico, rectore ecclesiae de Aroi, Tullensis diocesis, morbo paralytico percusso, resignatione recepta, eamdem rectoriam magistro Guerrico de Saxofonte, Lingonensis diocesis, conferat. (Reg. 29, fol. 193 v°, n° 928.)

« *Episcopo Tullensi.* Dei misericordiam in —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno tertio. »

**1879** Orvieto, 7 juillet 1264.

Decano et magistro Jacobo, dicto *de Flekieros*, canonico ecclesiae s. Petri Duacensis, Atrebatensis diocesis, mandat ut magistrum Johannem, filium quondam Walteri, dicti *de Goy senioris*, clericum, qui in artibus Parisius doctoris gessit officium necnon in jure canonico et civili diu studuit et nullum adhuc est beneficium assecutus, in ecclesia Sicliniensi, Tornacensis diocesis, si ad id praepositi ejusdem ecclesiae, capellani apostolici, ad quem collatio praebendarum in eadem ecclesia pertinet, accesserit assensus, in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciant. (Reg. 29, fol. 193 v°, n° 929.)

« *Decano et magistro Jacobo, dicto* de Flekieros, *canonico ecclesie s. Petri Duacensis, Atrebatensis diocesis.* Manum apostolice provisionis —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**1880** Orvieto, 25 juin 1264.

Episcopo Tholosano mandat ut Bernardo, dicto *Laborda*, rectori capellae s. Juliani Tholosani, cujus proventus annui quatuor librarum tur. ad sustentationem ipsius non sufficiunt, de aliquo ecclesiastico beneficio, ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Saturnini Tholosani spectante, in civitate et diocesi Tholosana, ita tamen quod capellam dimittat, conferat et assignet. (Reg. 29, fol. 194, n° 930.)

« *Episcopo Tholosano.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas julii, anno tertio. »

**1881** Orvieto, 18 juillet 1264.

Jacobo Pictavini, nepoti magistri Michaelis, sanctae Romanae ecclesiae vicecancellarii, obtentu ejusdem Michaelis, canonicatum secularis ecclesiae s. Pauli Narbonensis confert. (Reg. 29, fol. 194, n° 931.)

« *Jacobo Pictavini, nepoti dilecti filii magistri Michaelis, sancte Romane ecclesie vicecancellarii.* Volentes tibi intuitu —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno tertio. »

**1882** Orvieto, 18 juillet 1264.

Episcopum Carcassonensem et abbatem s. Papuli, Tholosanae diocesis, praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 194, n° 932.)

« *Episcopo Carcassonensi et dilecto filio . . abbati s. Papuli, Tholosane diocesis.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno tertio. »

**1883** Orvieto, 7 mars 1264.

Abbati s. Mariae, ordinis s. Benedicti, et . . priori ss. Apostolorum Florentinorum mandat ut Jacobo, nato nobilis viri Abbatis Rustici, militis Florentini, de aliquo plebanatu vel prioratu secularis ecclesiae vel alio beneficio, ad cujuscumque collationem spectante, in diocesi Florentina provideant. (Reg. 29, fol. 194, n° 933.)

« *. . abbati s. Marie, ordinis s. Benedicti, et . . priori ss. Apostolorum Florentinorum.* Inducunt nos dilecti —. Datum apud Urbemveterem, nonis martii, anno tertio. »

**1884** Orvieto, 3 juillet 1264.

Episcopo Barchinonensi, in Terrae Sanctae subsidium profecturo, indulget ut faciat recipi duos ex suis ipsius clericis in canonicos Barchinonensis ecclesiae necnon et tertio clerico de uno ex duodecim ejusdem ecclesiae officiis, quae *praeposilurae* vulgariter appellantur, provideat. (Reg. 29, fol. 194 v°, n° 934.)

« *Episcopo Barchinonensi.* Cum sicut tua —. Datum apud Urbemveterem, v nonas julii, anno tertio. »

**1885** Orvieto, 20 juin 1264.

Ministro provinciali ordinis fratrum Minorum administrationis Coloniae committit ut sorores Pœnitentes loci s. Spiritus de Luxemburgo, si sub clausura consistunt et facultates habent de quibus possint commode sustentari, ordini s. Clarae incorporet. (Reg. 29, fol. 194 v°, n° 935; Potthast, 18950.)

« *Ministro provinciali ordinis fratrum Minorum administrationis Colonie.* Pia vota personarum —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas julii, anno tertio. »

**1886** Orvieto, 1<sup></sup>er juillet 1264.

Johanni de Vinaumont ecclesiam de Cutuen, Leodiensis diocesis, confirmat. (Reg. 29, fol. 194 v°, n° 936.)

« *Johanni de Vinaumont, rectori ecclesie de Cutuney* (sic), *Leodiensis diocesis.* Ea que judicio, etc. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod nos, in causa que inter te ac Johannem de Hollegnole, canonicum ecclesie sancti Dionisii Leodiensis, super ecclesia du Cutuen (*sic*) in qua uterque vestrum se dicebat habere jus, vertebatur, ad sedem apostolicam per appellationem legitime devoluta, dilectum filium magistrum Bernardum Ispanum, capellanum nostrum, dedimus partibus auditorem. Verum quia, lite coram eo legitime contestata factisque positionibus et responsionibus ad easdem et formatis articulis, utraque pars ad probandum intentionem suam intendebat producere quosdam testes ac etiam publica instrumenta, nos, de utriusque partis assensu, dilectis filiis . . decano sancti Petri, magistro Egidio de Lageri, et Nicolao de Porieres ecclesiarum Leodiensium canonicis, nostris dedimus litteris in mandatis ut testes et instrumenta, que utraque pars super articulis, quos idem capellanus una cum interrogatoriis partium eis sub sigillo suo transmisit inclusos, vellet producere coram ipsis, infra certum terminum prudenter recipere, ac eosdem testes, secundum eadem interrogatoria, diligentius examinare curarent, ac nichilominus causam hujusmodi infra eundem terminum judicio vel, si de partium voluntate procederet, concordia terminarent, facientes quod decernerent per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Iidem vero judices, juribus partium plene discussis, causam eandem, de consensu partium ipsarum et patroni dicte ecclesie de Cutuen, concordia terminarunt, ordinantes quod tu eandem ecclesiam de Cutuen, cum juribus et pertinentiis suis, habeas, teneas et possideas, tamquam rector, prout in litteris inde confectis, sigillatis sigillo eorundem judicum, plenius dicitur contineri. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eisdem judicibus provide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus etc. Nulli ergo —. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**1887** Orvieto, 1er juillet 1264.

Johanni de Hollegnole, canonico ecclesiae s. Dionysii Leodiensis mandat se praefatam concordiam confirmasse. (Reg. 29, fol. 194 v°, n° 937.)

« *Johanni de Hollegnole, canonico ecclesie s. Dionisii Leodiensis.* Ea que judicio —. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**1888** Orvieto, 11 mars 1264.

Servatio de Okieres, canonico ecclesie Ceunacensis, praebendam in eadem ecclesia ipsi adjudicatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 194 v°, n° 938.)

« *Servatio de Okieres, canonico ecclesie Ceunacensis, Leodiensis diocesis.* Ea que etc., usque continebat quod, cum felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, in causa que inter te et Amelium de Fies, canonicum ecclesie Ceunacensis, Leodiensis diocesis, super prebenda, tunc vacante in ecclesia ipsa per liberam resignationem Hermani de Salmis, ejusdem ecclesie canonici, orta extitit, ad sedem apostolicam legitime devoluta, dilectum filium magistrum Nicolaum Crescentii, capellanum nostrum, dedisset partibus auditorem, idem capellanus, cognitis cause meritis et juris ordine observato, diffinitivam pro te sententiam promulgavit, a qua fuit ex parte ipsius Amelii ad ejusdem

predecessoris nostri audientiam appellatum. Cumque idem predecessor noster dilectum filium nostrum O., sancte Marie in Via lata diaconum cardinalem, in causa hujusmodi tam principali videlicet quam appellationis dedisset dictis partibus auditorem, et demum fuisset in eum, post litem in causa ipsa legitime contestatam, ab utraque parte, in causa eadem, sponte et concorditer compromissum, potestate sibi judiciaria reservata, idem cardinalis, de mandato nostro hujusmodi compromisso recepto, et visis ac auditis juribus et rationibus utriusque partis eisque diligenter discussis, habitoque peritorum consilio et secum deliberatione habita jurisque ordine observato, te quoque et procuratore adverse partis presentibus, supradictam prebendam cum juribus et pertinentiis suis tibi, per diffinitivam sententiam, adjudicavit, decernens et declarans eam ad te spectare de jure, teque in possessionem ipsius induci debere ac inductum defendi, prefato Amelio super ea perpetuum silentium imponendo eumque tibi condempnando in medietate fructuum ipsius prebende perceptorum exinde a tempore vacationis ejusdem, prout in publico instrumento confecto exinde, signato sigillo cardinalis predicti, dicitur contineri. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, sententiam, decretum, declarationem et condempnationem pro te per cardinalem eundem provide edita, rata habentes et firma, ea auctoritate apostolica confirmamus etc. Nulli ergo etc. —. Datum apud Urbemveterem, v idus martii, anno tertio. »

**1889** Orvieto, 11 mars 1264.

S. Simeonis Treverensis et ss. Apostolorum Coloniensium ecclesiarum scolasticos praedictae sententiae executores deputat. (Reg. 29, fol. 195, n° 939.)

« *S. Symeonis Treverensis et ss. Apostolorum Coloniensium ecclesiarum scolasticis.* Exhibita nobis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, v idus martii, anno tertio. »

**1890** Orvieto, 23 mai 1264.

Episcopo Atrebatensi indulget ut magistrum Petrum[1], canonicum ecclesiae Nigellensis, clericum et procuratorem ejusdem episcopi, in ecclesia Atrebatensi in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 195, n° 940.)

1. En marge : « *Sufficientissimus est.* »

« *Episcopo Atrebatensi.* Tuam prosequimur honore —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas junii, anno tertio. »

**1891** Orvieto, 30 juin 1264.

Guidoni de Collemedio, capellano apostolico, mandat ut Petrum dictum *de Turrice*, in ecclesia ss. Cosmae et Damiani Anagninorum in canonicum recipi faciat, sub exspectatione praebendae. (Reg. 29, fol. 195, n° 941.)

« *Guidoni de Collemedio, capellano nostro.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

**1892** Orvieto, 27 juin 1264.

Priori de Lustriaco, Lausanensis diocesis, mandat ut Petro de Rillens, canonico ecclesiae Lausanensis, de quadam praebenda in Lausanensi ecclesia vacante per mortem Petri de Stanaie, provideat. (Reg. 29, fol. 195, n° 942.)

« *Priori de Lustriaco, Lausanensis diocesis.* Sua nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas julii, anno tertio. »

**1893** Orvieto, 24 juillet 1264.

Concordiam initam ab episcopo Leodiensi inter Johannem de Almonzeis, canonicum ecclesiae s. Dionysii Leodiensis, et Theobaldum, decanum, super decanatu ejusdem ecclesiae, confirmat ita ut, Theobaldo decanatu assignato, certam pensionem annuam Johannes percipiat. (Reg. 29, fol. 195, n° 943.)

« *Johanni de Almonzeis, canonico ecclesie s. Dionisii Leodiensis.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas augusti, anno tertio. »

**1894** Orvieto, 15 juillet 1264.

Magistro Riccardo de Pofis, canonico Verulano, mandat ut magistrum Mathaeum de Pontecurvo, capellanum et physicum G., s. Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis, in ecclesia s. Bartholomaei de Pontecurvo in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 195 v°, n° 944.)

« *Magistro Riccardo de Pofis, canonico Verulano.* Fra-

trum nostrorum insistentes —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**1895** Orvieto, 1er juillet 1264.

De certa pecuniarum summa monasterio s. Anastasii de Urbe exhibenda. (Reg. 29, fol. 195 v°, n° 945 [1].)

« *Priori et conventui Lateranensibus.* Cum olim dilecti filii.. abbas, et conventus monasterii s. Anastasii de Urbe quandam pecunie summam, quam receperant a Nicolao Ranucii Peponis, pro pretio quarumdam possessionum quam sibi vendiderunt, apud ecclesiam vestram, de mandato nostro, duxerint deponendam, custodiendam per vos usque ad nostre beneplacitum voluntatis, universitati vestre per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus quatenus eisdem abbati et conventui vel eorum certo nuntio seu procuratori, nomine ipsorum, sine mora et difficultate qualibet, restituatis integraliter pecuniam memoratam. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**1896** Orvieto, 14 juillet 1264.

Priori s. Mariae de Maydenebindebee, Saresbiriensis diocesis, mandat ut magistrum de Lalade [2], clericum Bathoniensis diocesis, nullum adhuc beneficium assecutum, in ecclesia Wellensi in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 195 v°, n° 946.)

« *Priori s. Marie de Maydenebindebee, Saresbiriensis diocesis.* Adjutos morum et —. Datum apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio. »

**1897** Orvieto, 18 juillet 1264.

Magistro Henrico dicto *Phanin*, clerico Ossoriensis diocesis, indulget ut praeter quatuor beneficia, quorum proventus valorem annum triginta marcarum sterlingorum non excedunt, unicum aliud recipere et retinere valeat. (Reg. 29, fol. 195 v°, n° 947.)

« *Magistro Henrico dicto* Phanin, *clerico Ossoriensis diocesis.* Meritis laudabilis conversationis —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas augusti, anno tertio. »

1. En marge : « *Dominus Jacobus cardinalis impetravit eam.* »
2. En marge : « *Vicecancellarius mandavit ipsum pro examinato.* »

**1898** Orvieto, 1er juillet 1264.

Praeposito ecclesiae de Herlebecce, Tornacensis diocesis, indulget ut Gualterum, dictum *Tregier*, clericum Laudunensem, nullum beneficium adhuc assecutum, in ecclesia eadem in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 195 v°, n° 948.)

« *Preposito ecclesie de Herlebecce, Tornacensis diocesis.* Exhibita nobis tua. — Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**1899** Orvieto, 1er juillet 1264.

Stephano, dicto *Sardo*, canonico ecclesiae Ariensis, Morinensis diocesis, mandat ut, obtentu R., s. Angeli diaconi cardinalis, Petrum Mathaei, canonicum ecclesiae s. Victoriae Sabinensis, in ecclesia s. Marcelli de Urbe, praesertim cum ad id accedat assensus Prenestini episcopi cui dicta ecclesia commendata existit et ad quem collatio in ea pertinet praebendarum, in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 196, n° 949.)

« *Stephano, dicto* Sardo, *canonico ecclesie Ariensis, Morinensis diocesis.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**1900** Orvieto, 7 juillet 1264.

Episcopo et capitulo Ovetensibus mandat ut Adrianum Martini clericum [1], qui nullum beneficium obtinet nisi quoddam adeo tenue quod ejus proventus valorem annuum quatuor librarum tur. non excedunt, in canonicum recipiant, sub exspectatione praebendae, beneficio, postquam praebendam assecutus fuerit, dimisso. (Reg. 29, fol. 196, n° 950.)

« *Episcopo et dilectis filiis capitulo Ovetensibus.* Cum, sicut dilectus —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**1901** Orvieto, 22 mai 1264.

Episcopo Constantiensi iterum mandat ut Nicolaum de Turego, pauperem subdiaconum, in ecclesia Turicensi in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 196, n° 951.)

« *Episcopo Constantiensi.* Sua nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, XI kalendas junii, anno tertio. »

1. En marge : « *Bene sufficiens est.* »

**1902** Orvieto, 7 juillet 1264.

Archipresbytero de Traverseculo, Parmensis diocesis, mandat ut ad provisionem Guidolini clerici in ecclesia s. Mariae de Sorannia, Parmensis diocesis, procedat, juxta litterarum Alexandri papae IIII tenorem. (Reg. 29, fol. 196, n° 952.)

« *Archipresbytero de Traverseculo, Parmensis diocesis.* Exposuit nobis Guidolinus clericus, natus Roglerii de Grilla, civis Parmensis, nepos dilecti filii magistri Alberti Azarii Parmensis, juris civilis professoris, quod, fratre Antonio de ordine Predicatorum, nepote ipsius magistri, ordinem eundem ingresso, et tandem ibidem voto professionis emisso, dilectus filius noster J., sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, tunc vicecancellarius et notarius Romane ecclesie, auctoritate felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, quam sibi concesserat oraculo vive vocis, jus canonicatus et fraternitatis quod idem frater, ingressus hujusmodi tempore, in ecclesia sancte Marie de Sorannia, diocesis Parmensis, habebat, eidem Godolino canonice contulit sibique providit de illo ipsumque investivit per suum anulum de eodem, decernendo irritum et inane si secus de predicto canonicatu a quoquam contingeret attemptari, dictusque predecessor quod ab eodem vicecancellario factum extitit, ratum habens et gratum, id auctoritate apostolica confirmavit, ac tibi suis dedit litteris in mandatis ut eundem Godolinum ad predictum jus canonicatus a capitulo ejusdem ecclesie per te vel per alium recipi faceres, sibique de prebenda que in ipsa ecclesia predicto fratri fuisset debita, si remansisset in seculo, provideres, si tunc vacabat ibidem vel quamprimum ad id oportunitas se offerret, contradictores etc. usque compescendo. Verum, eodem predecessore morte prevento, per hujusmodi litteras nullus habitus est processus. Unde nobis predictus Guidolinus humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, intendentes predictum Guidolinum speciali prosequi gratia et favore, discretioni tue mandamus quatinus ad receptionem et provisionem ipsius G. in predicta ecclesia, si non direximus in ea scripta nostra pro alio, per te vel alium procedas, juxta predictarum continentiam litterarum. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**1903** Orvieto, 15 juillet 1264.

Dispensatio super irregularitate matrimonii. (Reg. 29, fol. 196, n° 953.)

« *Egidio, dicto* Crassins *de Blandain, laico, Tornacensis diocesis.* Obtentu dilecti filii Arnoldi, capellani nostri, canonici ecclesie s. Martini Yprensis, meritorum suorum exigentia cari nobis plurimum et accepti, cujus familiaris existis, volentes tibi gratiam facere specialem, ut in contracto matrimonio inter te ac Sartam, uxorem tuam, possitis tu et ipsa licite remanere, non obstante quod cum quondam Aelydi, eidem Sarte secundo consanguinitatis gradu conjuncta, priusquam ipsam S. tibi matrimonialiter copulasses, sponsalia, ut asseris, contraxisti, nulla carnali copula subsecuta, tibi auctoritate presentium de benignitate apostolica indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**1904** Orvieto, 7 juillet 1264.

Privilegium de beneficiis ad collationem monasterii b. Mariae de Bolonia-supra-mare, ordinis s. Augustini, Morinensis diocesis, spectantibus. (Reg. 29, fol. 196, n° 954.)

« *Abbati et conventui monasterii b. Marie de Bolonia supra mare, ordinis s. Augustini, Morinensis diocesis.* Cum, sicut petitio nobis exhibita continebat, super provisione facienda pluribus clericis de beneficiis ecclesiasticis ad collationem vestram spectantibus, licet pauca habeatis, vobis direxerimus scripta nostra, nos, vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut, postquam uni ex ipsis clericis de aliquo beneficiorum hujusmodi vacante seu primo vacaturo duxeritis, juxta mandatum apostolicum, providendum, ad provisionem alterius seu aliorum non teneamini per litteras apostolicas non facientes de hac indulgentia mentionem. Nos enim sententias, si quas in vos vel vestrum aliquem, occasione hujusmodi, contra concessionis hujusmodi tenorem, ferri contigerit, irritas decernimus et inanes. Nulli ergo —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**1905** Orvieto, 6 juillet 1264.

Archiepiscopo Coloniensi inhibet ne Hermannum diaconum, decanum ecclesiae in Offla, Coloniensis diocesis, ad suscipiendum sacerdotium, prout officium ipsius requirit, donec pristinae sospitati restituatur, cogat. (Reg. 29, fol. 196 v°, n° 955.)

« *Archiepiscopo Coloniensi.* Ex parte dilecti —. Datum apud Urbemveterem, II nonas julii, anno tertio. »

**1906** Orvieto, 5 juillet 1264.

Ministro, fratribus ac sororibus de Pœnitentia conjugatorum castri s. Geminiani, Vulteranae diocesis, indulget ut, tempore interdicti occasione Manfredi in Tusciae civitates adhaerentes eidem Manfredo, suppositi, divinis officiis interesse possint. (Reg. 29, fol. 196 v°, n° 956; Potthast 18964.)

« *Ministro et fratribus ac sororibus de Penitentia conjugatorum castri sancti Geminiani, Vulterane diocesis.* Pium arbitrantes et —. Datum apud Urbemveterem, III nonas julii, anno tertio. »

**1907** Orvieto, 14 juillet 1264.

Simoni, decano Metensi, capellano apostolico, capellaniam Metensis ecclesiae confirmat. (Reg. 29, fol. 196 v°, n° 957.)

« *Symoni, decano Metensi, capellano nostro.* Desideriis tuis in —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, vacante capellania Metensis ecclesie per mortem Theobaldi, ejusdem ecclesie cantoris, qui capellaniam obtinebat predictam, nos capellaniam ipsam tibi contulimus et providimus de illa, dilectum filium magistrum Laurentium, notarium nostrum, investiendo, tuo nomine, per nostrum anulum de eadem. Verum, quia postmodum collationes et investituras canonice factas per venerabilem fratrem nostrum Philippum episcopum, qui tunc pro Metensi episcopo se gerebat, aut delegatos ab eo, non obstante si hujusmodi beneficia essent postmodum aliquibus personis collata, auctoritate apostolica duximus confirmandas, dubitas ne per hoc possit tibi super dicta capellania prejudicium aliquod generari. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, auctoritate presentium declaramus quod nostre intentionis non extitit nec existit ut hujusmodi provisioni nostre facte tibi de dicta capellania per dictam constitutionem nostram in aliquo derogetur. Nulli ergo nostre declarationis etc. Datum apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio [1]. »

**1908** Orvieto, 4 juillet 1264.

Episcopo Cameracensi mandat permittat, si expedire viderit, ut episcopus Virdunensis curiam de Suppilia, Leodiensis diocesis, decano et capitulo Leodiensis ecclesiae ad perpetuum censum locet. (Reg. 29, fol. 196 v°, n° 958.)

1. En marge : « *Obtentu magistri Laurentii notarii et Stephani, decani Tullensis, fuit concessa.* »

« *Episcopo Cameracensi.* Significavit nobis venerabilis frater noster . . episcopus Virdunensis, quod de curia et roveria de Suppilia, Leodiensis diocesis, earumque juribus et pertinentiis omnibus ad episcopatum Virdunensem spectantibus, propter nimiam locorum ipsorum distantiam et malitiam quorundam nobilium de partibus illis, frequenter et libenter occupantium jura et pertinentias ipsius, modicam utilitatem consequitur ecclesia Virdunensis. Quare nobis idem episcopus humiliter supplicavit ut, cum dilecti filii . . prepositus, . . decanus, et capitulum Leodiensis ecclesie, pro hiis locandis sibi perpetuo, centum marcas Leodiensis monete, singulis annis, eidem episcopo et successoribus suis, sub certis obligationibus, dare promittant, ac distributiones cotidanas sicut uni ex canonicis residentibus in ipsa Leodiensi ecclesia, quotiens eundem episcopum vel alium qui fuerit pro tempore apud Leodium morari contigerit, exhibere, locandi eis prefatas curiam et roveriam, cum omnibus juribus et pertinentiis predictis, ad hujusmodi perpetuum censum, ipsi episcopo licentiam largiremur, non obstante juramento quod idem episcopus prestitit de non alienandis bonis ejusdem ecclesie Virdunensis, aut quod capitulum ipsius Virdunensis ecclesie hujusmodi locationi seu concessioni perpetue non prestant assensum. Nos itaque, profectibus ejusdem ecclesie, quam speciali affectione diligimus, intendere cupientes, ac gerentes de circumspectione tua fiduciam pleniorem, fraternitati tue mandamus quatinus, inquisita de valore reddituum predictorum locorum et de omnibus circumstantiis plenius veritate, si tibi constiterit hoc cedere in utilitatem ecclesie Virdunensis, nisi dictum capitulum Virdunense quare hoc fieri non debeat rationabilem causam ostendant, tu eidem episcopo locandi et concedendi prefatas curiam et roveriam earumque pertinentias omnes dictis preposito, decano et capitulo, pro hujusmodi perpetuo censu, sicut superius dicitur, premissis nequaquam obstantibus, plenam et liberam facultatem auctoritate nostra concedas. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas julii, anno tertio. »

**1909** Orvieto, 12 juin 1264.

Priori Praedicatorum Warmacensium mandat ut Henricum, rectorem ecclesiae in Gundhencin, Spirensis diocesis, notarium comitis Gemini-Pontis, in ecclesia s. Germani extra muros Spirenses recipi faciat in canonicum. (Reg. 29, fol. 196 v°, n° 959; Potthast, 18944.)

« . . *priori Predicatorum Warmacensium.* Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, II idus junii, anno tertio. »

**1910** Orvieto, 21 mai 1264.

Philippo, thesaurario Corinthiensi, mandat ut Johannem, archidiaconum Corinthiensem, germanum Beraldi de Trebis, familiaris apostolici, in Argolicensi ecclesia in canonicum sub exspectatione praebendae recipi faciat. (Reg. 29, fol. 197, n° 960.)

« *Phylippo, thesaurario Corinthiensi.* Dilectum filium Johannem —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas junii, anno tertio. »

**1911** Orvieto, 7 juillet 1264.

Abbati s. Vincentii Mediolanensis mandat ut Jacobo, nato Pavioli Canioli, civis Mediolanensis, canonico ecclesiae de Decimo, Mediolanensis diocesis, in eadem ecclesia quamcito de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 197, n° 961.)

« *Abbati s. Vincentii Mediolanensis.* Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**1912** Orvieto, 7 juillet 1264.

Decano et capitulo ecclesiae Nigellensis, Noviomensis diocesis, indulget ut magistrum Gerardum de Betencourt, custodem ecclesiae Peronensis, Noviomensis diocesis, qui, postquam custodiam ipsam est assecutus, canonicatum et praebendam Nigellenses libere ad instantiam regis Franciae resignavit, in canonicum recipiant, sub exspectatione praebendae, dummodo ad id ejusdem regis assensus accedat. (Reg. 29, fol. 197, n° 962.)

« *Decano et capitulo ecclesie Nigellensis, Noviomensis diocesis.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**1913** Orvieto, 7 juillet 1264.

Decano ecclesiae s. Audomari, Morinensis diocesis, mandat ut magistro Petro, dicto *Medico*, de Perona, clerico Noviomensis diocesis, qui diu Parisius in artibus studens, ibidem cathedram meruit ascendere magistralem, de aliquo beneficio parrochiali ad collationem abbatis monasterii de Monte s. Quintini juxta Peronam, ordinis s. Benedicti, ejusdem diocesis, pertinente, provideat. (Reg. 29, fol. 197, n° 963.)

« *Decano ecclesie s. Audomari, Morinensis diocesis.* Probitatis et scientie —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**1914** Orvieto, 11 juillet 1264.

Fratri Raymundo, dicto *Maro*, ordinis Militiae Templi, indulget ut ad aliam religionem s. Augustini vel alterius ordinis transire valeat. (Reg. 29, fol. 197, n° 964.)

« *Fratri Raymundo, dicto* Maro, *ordinis Militie Templi.* Credentes te illius —. Datum apud Urbemveterem, V idus julii, anno tertio. »

**1915** Orvieto, 2 juillet 1264.

Legionensi et Conchensi episcopis mandat ut Fernando Velasci, scolastico ecclesiae Tholetanae, regis Castellae ac Legionis clerico, consideratione ejusdem regis per magistrum Radulfum notarium et nuncium suum et O., s. Adriani diaconi cardinalis viva voce pro ipso supplicantium, de praestimoniis usque ad illam reddituum quantitatem quam ibi obtinent ecclesiae praedictae archidiaconi, provideant. (Reg. 29, fol. 197 v°, n° 965.)

« . . *Legionensi, et . . Conchensi episcopis.* Dum conditiones et —. Datum apud Urbemveterem, VI nonas julii, anno tertio. »

**1916** Orvieto, 25 juillet 1264.

Scolastico ecclesiae Osnaburgensis mandat ut Wigandum, rectorem ecclesiae in Frondental, ecclesiam resignare paratum, in ecclesia Frislariensi, Maguntinae diocesis, in canonicum recipi faciat, sub exspectatione praebendae. (Reg. 29, fol. 197 v°, n° 966.)

« *Scolastico ecclesie Osnaburgensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas augusti, anno tertio. »

**1917** Orvieto, 18 juillet 1264.

Magistro Guillelmo Rolandi de Aureliaco, capellano apostolico, priori de Dausac, juris civilis professori, Claromontensis

diocesis, canonicatum et praebendam non sacerdotalem in ecclesia Claromontensi confert. (Reg. 29, fol. 197 v°, n° 967.)

« *Magistro Guillelmo Rolandi de Aureliaco, capellano nostro, priori de Dausac, juris civilis professori, Claromontensis diocesis.* Viros litterarum scientia —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno tertio. »

**1918** Orvieto, 18 juillet 1264.

S. Amantii Burgi Ruthenensis et Portus Dei, Lemovicensis diocesum, priores praedictae collationis executores deputat. (Reg. 29, fol. 198, n° 968.)

« *. . s. Amantii Burgi Ruthenensis et . . Portus Dei, Lemovicensis diocesum.* Viros litterarum etc. —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno tertio. »

**1919** Orvieto, 6 juillet 1264.

Praeposito et capitulo ecclesiae s. Antonini Placentini mandat ut Johannem clericum, natum quondam Rainaldi Blanci, civis Placentini, nullum adhuc beneficium assecutum, in canonicum recipiant, sub exspectatione praebendae sacerdotalis, cum ad sacerdotium promoveri sit paratus. (Reg. 29, fol. 198, n° 969.)

« *Preposito et capitulo ecclesie s. Antonini Placentini.* Firmam spem fiduciamque —. Datum apud Urbemveterem, II nonas julii, anno tertio. »

**1920** Orvieto, 14 juillet 1264.

Episcopo Metensi mandat ut, Symonis, dicti *Clopels*, canonici ecclesiae s. Theobaldi Metensis, resignatione recepta, eosdem canonicatum et praebendam sic vacantes, Hugoni clerico, nato Werrici de s. Arnulfo, civis Metensis, nullum adhuc beneficium assecuto, obtentu Philippi de Florenges episcopi, thesaurarii Metensis, assignet. (Reg. 29, fol. 198, n° 970.)

« *Episcopo Metensi.* Cum, sicut intelleximus —. Datum apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio. »

**1921** Orvieto, 18 juillet 1264.

Archidiacono ecclesiae Mensae Pampilonensis mandat ut Petrum Garsiae, Stellensem clericum [1], alumnum magistri Johannis Garsiae, capellani apostolici, canonici Trecensis, in ecclesia Tyrasonensi in portionarium recipi faciat. (Reg. 29, fol. 198, n° 971.)

« *Archidiacono ecclesie Mense Pampilonensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno tertio. »

**1922** Orvieto, 25 juillet 1264.

Abbati et conventui monasterii Novi-Castri, Cisterciensis ordinis, Argentinensis diocesis, indulget ut, non obstante constitutione contraria, Wigandum et Burkardum de Brugge, quondam ordinis fratrum Minorum professos, in eorum monasterio retinere valeant. (Reg. 29, fol. 198, v°, n° 972).

« *. . abbati, et conventui monasterii Novi-Castri, Cisterciensis ordinis, Argentinensis diocesis.* Petitio vestra nobis exhibita continebat quod fratres Wigandus et Burkardus de Brugge, quondam ordinis fratrum Minorum, de ordine ipso in quo professionem emiserant, se ad vestrum monasterium transtulerunt, affectantes ibidem sub observantia Cisterciensis ordinis perpetuo Domino famulari. Verum, felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, universis abbatibus et conventibus ejusdem ordinis Cisterciensis, in virtute obedientie suis dedisse dicitur litteris districtius in preceptis ut, si quos fratres ipsius ordinis Minorum, absque suorum ministrorum petita et obtenta licentia, receperant, eidem ordini Minorum, sine dilatione ac difficultate qualibet, restituere procurarent, ac nichilominus abbatibus et conventibus predictis inhibuit ne, pretextu quarumcunque litterarum a sede apostolica generaliter vel specialiter obtentarum vel obtinendarum, que de hujusmodi litteris ipsius predecessoris plenam et expressam non facerent mentionem, dicti ordinis Minorum fratres professos, sine prefata licentia, admitterent in Cisterciensi ordine supradicto, decernens irritum et inane quicquid contra preceptum et inhibitionem hujusmodi super hoc contingeret attemptari. Eadem auctoritate statuit ut presumentes scienter contra inhibitionem et preceptum predicta propria temeritate venire, ipso facto sententiam excommunicationis incurrerent, a qua non possent absolvi, nisi apostolice sedis conspectui se personaliter presentarent, ab ea, juxta ipsius providentiam, absolvendi. Unde

1. En marge : « *Bene transire potest.* »

nobis humiliter supplicastis ut vobis retinendi predictos fratres Wigandum et Burkardum ac eis remanendi in eodem monasterio vestro, non obstantibus precepto, inhibitione et constitutione predictis aut indulgentia sedis ejusdem qua fratribus ipsius ordinis Minorum dicitur esse concessum ut nullus in ordine ipso professus possit ad alium ordinem se transferre, per litteras sedis ejusdem in quibus de indulto hujusmodi facta non fuerit mentio specialis, sive qualibet alia indulgentia dicte sedis, de qua cujusque toto tenore de verbo ad verbum oporteat in nostris litteris plenam et expressam fieri mentionem, licentiam concedere dignaremur. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, vobis et eisdem fratribus Wigando et Burkardo, non obstantibus premissis, auctoritate presentium, licentiam concedimus postulatam. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas augusti, anno tertio. »

**1923** Orvieto, 25 juillet 1264.

Decano ecclesiae s. Trinitatis Spirensis mandat ut fratres Wigandum et Burkardum ab excommunicationum sententiis absolvat. (Reg. 29, fol. 198 v°, n° 973.)

« *Decano ecclesie s. Trinitatis Spirensis.* Petitio dilectorum filiorum —. Datum ut supra. »

**1924** Orvieto, 24 juillet 1264.

Abbati Cistercii et capitulo generali Cisterciensis ordinis mandat ut absentiam Gottefridi, abbatis monasterii Novi Castri, habeant excusatam. (Reg. 29, fol. 198 v°, n° 974.)

« *Abbati Cistercii et capitulo generali Cisterciensis ordinis.* Cum dilectum filium Gottefridum, abbatem monasterii Novi Castri, vestri ordinis, Argentinensis diocesis, pro quibusdam nostris et ecclesie Romane negotiis, apud sedem apostolicam duxerimus retinendum, universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus eundem abbatem, ob reverentiam apostolice sedis et nostram, habeatis hac vice a necessitate veniendi ad vestrum generale capitulum excusatum. Datum apud Urbemveterem, VIIII kalendas augusti, anno tertio. »

**1925** Orvieto, 26 juillet 1264.

Patriarchae Jerosolimitano mandat ut Sarracenos et Judaeos pauperes ad unitatem ecclesiae converti volentes, per dies in quibus catechizari valeant, ab ecclesiis vel monasteriis Acconensis civitatis et dioecesis in vitae necessariis faciat provideri. (Reg. 29, fol. 198 v°, n° 975.)

« . . *patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis nuntio.* Nonnulli, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas augusti, anno tertio. »

**1926** Orvieto, 17 juin 1264.

De Faverneio, s. Benedicti, et de Clarofonte, Cisterciensis ordinum, abbatibus, Bisuntinae dioecesis, mandat ut Guillelmum de Faverneio, thesaurarium ecclesiae Coronensis, G., s. Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis, capellanum, ejusdem cardinalis obtentu, in ecclesia s. Mariae Magdalenae Bisuntinae in canonicum et in fratrem, sub exspectatione praebendae, recipi faciant. (Reg. 29, fol. 198 v°, n° 976.)

« . . *de Faverneio, s. Benedicti, et . . de Clarofonte, Cisterciensis ordinum, abbatibus, Bisuntine diocesis.* Circa illos in —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas julii, anno tertio. »

**1927** Orvieto, 18 juillet 1264.

Episcopo Paduano mandat ut Balzanellum de Valegio, clericum, natum nobilis viri Piscatoris, civis Mantuani, in ecclesia Mantuana in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 199, n° 977.)

« *Episcopo Paduano.* Apostolice sedis benignitas —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas augusti, anno tertio. »

**1928** Orvieto, 18 juillet 1264.

Episcopo Mantuano mandat ut Ortonellum clericum, natum quondam Rizardi de Marzelengo, in ecclesia Brixiensi in canonicum recipi faciat, sub exspectatione praebendae. (Reg. 29, fol. 199, n° 978.)

« *Episcopo Mantuano.* Attendentes sincere devotionis —. Datum ut supra. »

**1929** Orvieto, 24 juin 1264.

Officiali Parisiensi mandat ut, ad preces Corisopitensis episcopi, magistrum Jacobum, rectorem ecclesiae de Ploechinet, in ecclesia s. Tudini, Corisopitensis diocesis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 199, n° 979.)

« *Officiali Parisiensi.* Per suas patentes —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas julii, anno tertio. »

**1930** Orvieto, 15 juillet 1264.

Episcopo Claromontensi mandat ut praebendam in ecclesia Brivatensi per mortem quondam Guillelmi de Gebagiaco vacantem, cujus collatio ad sedem apostolicam, juxta Lateranensis concilii statuta, est devoluta, alicui personae idoneae conferat. (Reg. 29, fol. 199, n° 980.)

« *Episcopo Claromontensi.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**1931** Orvieto, 11 juillet 1264.

Johanni de Bugnees, canonico ecclesiae s. Germani Montensis, Cameracensis diocesis, indulget ut in eadem ecclesia praebendam assequi valeat, post Guirardi, capellani A., tituli s. Praxedis presbyteri cardinalis, de praebenda provisionem. (Reg. 29, fol. 199, n° 981.)

« *Johanni de Bugnees, canonico ecclesie sancti Germani Montensis, Cameracensis diocesis.* Exhibita nobis tua petitio continebat quod in ecclesia sancti Germani Montensis, in qua tu et Guirardus, capellanus dilecti filii nostri A., tituli sancte Praxedis presbiteri cardinalis, sub exspectatione vacaturarum prebendarum in canonicos estis auctoritate nostra recepti, vacante quadam sacerdotali prebenda, eidem Guirardo, qui te in receptione prebende precedit de jure debita, idem G. prebendam ipsam recipere noluit, que alii est collata, sicque nos eidem G. per nostras litteras ut per hoc quo ad assecutionem alterius prebende nullum possit ei generari prejudicium, dicimur concessisse. Quare nobis humiliter supplicasti ut, ne per hoc possit tua provisio retardari, providere tibi super hoc misericorditer curaremus. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, ut per hujusmodi concessionem factam eidem G. super assecutione prebende in dicta ecclesia nullum possit tibi generari prejudicium vel obstaculum interponi, quominus post dictum G. prebendam libere, sicut alias assequi poteras, assequaris in ecclesia supradicta, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, V idus julii, anno tertio. »

**1932** Orvieto, 13 juillet 1264.

Abbatissae et conventui monasterii s. Petri ad Moniales Remensis, ordinis s. Benedicti, mandat ut Mariam puellam litteratam, natam Remigii, civis Remensis, obtentu H., decani Remensis, capellani apostolici, in monacham recipiant. (Reg. 29, fol. 199, n° 982.)

« *Abbatisse et conventui monasterii s. Petri ad Moniales Remensis, ordinis s. Benedicti.* Cum dilecta in —. Datum apud Urbemveterem, III idus julii, anno tertio. »

**1933** Orvieto, 13 juillet 1264.

Archidiaconum Silvanectensem praedicti mandati executorem deputat. (Reg. 29, fol. 199 v°, n° 983.)

« *Archidiacono Silvanectensi.* Cum dilecta in —. Datum ut supra. »

**1934** Orvieto, 9 juillet 1264.

Simoni, tituli s. Martini presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat ut de pensione Romano, ipsius cardinalis familiari, in redditibus ecclesiae Vicentinae concessa et deinde revocata, quod expedire viderit decernat. (Reg. 29, fol. 199 v°, n° 984.)

« *Symoni, tituli sancti Martini presbitero cardinali, apostolice sedis legato.* Meritis devotionis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, VII idus julii, anno tertio. »

**1935** Orvieto, 18 juillet 1264.

Confirmat statutum ab Ambianensi capitulo editum ut capellani perpetui juramentum praestent quod bona fide in ecclesia ipsa servient et statuta fideliter observabunt. (Reg. 29, fol. 199 v°, n° 985.)

« *Decano et capitulo Ambianensibus.* Hiis que ab —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas augusti, anno tertio. »

**1936** Orvieto, 14 juillet 1264.

Episcopo, decano et capitulo Palentinis indulget ut Johannem, portionarium Palentinae ecclesiae, in eadem ecclesia in canonicum recipiant, sub exspectatione praebendae. (Reg. 29, fol. 199 v°, n° 986.)

« *Episcopo et dilectis filiis decano et capitulo Palentinis.* Per vestras nobis —. Datum apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio. »

**1937** Orvieto, 1er juillet 1264.

Archidiacono Majeriti in ecclesia Tholetana mandat ut Garsiae Petri, pauperi clerico Tholetanae diocesis [1], de aliquo beneficio ad suam ipsius collationem spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 199 v°, n° 987.)

« *Archidiacono Majeriti in ecclesia Tholetana.* Sinceritas tua benivola —. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**1938** Orvieto, 14 juillet 1264.

Episcopo Legionensi indulget ut ex ipsius clericis tres in canonicos ac totidem in portionarios in Legionensi ecclesia recipi faciat. (Reg. 29, fol. 199 v°, n° 988.)

« *Episcopo Legionensi.* Exigentibus tue devotionis —. Datum apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio. »

**1939** Orvieto, 14 juillet 1264.

Eidem indulget ut quinque portionarios Legionensis ecclesiae in eadem ecclesia in canonicos recipi faciat, sub exspectatione praebendarum. (Reg. 29, fol. 200, n° 989.)

« *Eidem.* Quia digni sunt —. Datum ut supra in proxima. »

**1940** Orvieto, 11 juillet 1264.

Fratri Odoni, cancellario s. Genovefae Parisiensis, mandat ut ecclesiam de Donno-Medardo in Pontivo, vacantem per resignationem magistri Johannis, magistro Evrardo, rectori ecclesie de Betembois, Ambianensis diocesis, qui per quinquennium Parisius in artibus rexit et in theologia studuit, conferat. (Reg. 29, fol. 200, n° 990.)

« *Fratri Odoni, cancellario sancte Genovefe Parisiensis.* Cum, sicut accepimus, dilectus filius magister Johannes, rector ecclesie de Donno Medardo in Pontivo, de sua salute sollicitus, eidem ecclesie renuntiare disponat, nos, volentes dilecto filio magistro Evrardo, rectori ecclesie de Betembois, Ambianensis diocesis, qui per quinquennium et amplius in artibus rexisse Parisius et in theologia dicitur studuisse ibidem, obtentu dilecti filii B., Ambianensis archidiaconi ac litterarum nostrarum contradictarum auditoris, nobis pro ipso cum instantia supplicantis, providere de ecclesia supradicta, discretioni tue mandamus quatenus, si est ita, libera a dicto Johanne prefate ecclesie resignatione recepta, illam prenominato magistro Evrardo, dummodo sit ydoneus aliudque contrarium non obsistat, vel procuratori suo, ejus nomine, auctoritate nostra per te vel per alium conferas et assignes, inducens ipsum in ipsius corporalem possessionem et defendens inductum, non obstante si —. Contradictores etc. usque compescendo. Verum, quia non est verisimile quod quis beneficio multis forte laboribus acquisito, de quo debet sustentari, absque causa renuntiet, provideas attentius ne ex parte resignantis vel dicti magistri Evrardi se alias quomodolibet pravitas aliqua intercedat. Volumus autem quod, postquam magister Evrardus predictam ecclesiam de Donno Medardo fuerit pacifice assecutus, nominatam ecclesiam de Betembois, quam exnunc vacare decernimus, omnino dimittat. Proviso nichilominus quod, prout requiret onus predicte ecclesie de Donno Medardo, idem magister E. se faciat statutis temporibus ad ordines promoveri et personaliter resideat in eadem. Alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Datum apud Urbemveterem, V idus julii, anno tertio. »

**1941** Orvieto, 2 juillet 1264.

Capitulo Engolismensi liberam confirmat decani electionem. (Reg. 29, fol. 200, n° 991.)

« *Capitulo Engolismensi.* Oblata coram nobis ex parte vestra petitio continebat quod tam felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, quam nos super provisione facienda certis personis de personatu vel dignitate in ecclesia Engolismensi, in qua duo

1. En marge : « *Examinatus est.* »

nostra et duo ejusdem predecessoris auctoritate, sub exspectatione prebendarum vacaturarum, in fratres et canonicos sunt recepti, ad certos executores direximus scripta nostra. Cum autem electio decani ejusdem ecclesie ad vos, ut asseritis, pertineat et nullum jus habeatis in collatione aliorum personatuum vel dignitatum ecclesie supradicte, ac predicte ecclesie noscatur plurimum expedire ut persona ydonea, que in sacerdotem se promoveri et residentiam continuam faciat in eadem ac curam gerat capituli, ut tenetur, in decanum preficiatur eidem, nobis humiliter supplicastis ut super hoc providere paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut per aliquas litteras a sede apostolica impetratas, sub quacunque forma vel expressione verborum, etsi per eas sit ad inhibitionem sive reservationem aut decretum processum, vel etiam impetrandas, que de indulto hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem, idem decanatus, cum vacaverit, cuivis persone conferri non possit, et vobis super electione decani nullum valeat generari prejudicium vel obstaculum interponi, quominus vos ad decanatum ipsum, cum illum vacare contigerit, prout ad vos pertinet, possitis personam ydoneam eligere in decanum. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, vi nonas julii, anno tertio. »

**1942** Orvieto, 19 juillet 1264.

Episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, mandat ut personam idoneam monasterio Generensi, Tarviensis diocesis, praeficiat. (Reg. 29, fol. 200, nº 992.)

« . . *episcopo Sabinensi, apostolice sedis legato.* Significantibus nobis dudum dilectis filiis Arnaldo de Bisanos, et Augerio de Mota, monachis monasterii Generensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Tarviensis diocesis, quod Guillelmus, quondam abbas ejusdem monasterii, diversis criminibus irretitus, bona ipsius monasterii dilapidabat enormiter ac etiam consumebat, quodque nonnulle monasterii prefati persone multa committebant enormia que offendebant divine majestatis oculos et hominibus scandalum pariebant, nos venerabili fratri nostro . . Lectorensi episcopo, et dilecto filio . . abbati Condomensi, Agennensis diocesis, nostris dedisse dicimur litteris in mandatis ut, ad monasterium ipsum personaliter accedentes et habentes pre oculis solum Deum, si super premissis famam ejusdem abbatis Generensis invenirent esse lesam, contra eum et alias personas predictas super illis super quibus eos apud bonos et graves fore diffamatos cognoscerent, inquirerent sollicite veritatem, et que invenirent, redacta in scripturam autenticam, nobis per suas litteras continentes hujusmodi litterarum nostrarum tenores, fideliter intimarent, prefixo abbati Generensi et personis eisdem, si invenirentur culpabiles, termino peremptorio competenti quo idem abbas personaliter, dicte vero persone per procuratores ydoneos nostro se conspectui presentarent, super premissis nostro beneplacito parituri; et si forte idem abbas Generensis inveniretur de dilapidatione suspectus, ei omne genus alienationis penitus interdicerent et duobus vel tribus monachis ejusdem monasterii, hujusmodi negotium prosequentibus, de bonis ejus ad prosecutionem hujusmodi facerent necessaria ministrari. Contradictores etc. usque compescendo. Porro dicti episcopus et abbas Condomensis, ad sepedictum monasterium accedentes, et litterarum ipsarum sibi directarum forma servata, inquisiverunt super predictis diligentius veritatem ac eidem Guillelmo, quem invenerunt de dilapidatione suspectum, omni alienationis genere interdicto, que invenerunt in scripturam redacta hujusmodi, ad nostram presentiam transmiserunt, prefixo ei certo termino peremptorio, quo propter hoc se personaliter conspectui apostolico presentaret. Verum, licet supradictus Augerius pro parte sua coram dilecto filio nostro J., sancte Marie in Cosmedin diacono cardinali, cui hujusmodi negotium duximus committendum, personaliter comparuerit, dictus tamen Guillelmus per se vel aliquem responsalem non comparuit coram eo, quamquam fuisset expectatus diutius et in audientia publica citatus pluries et peremptorie, ut est moris. Idem vero cardinalis, ad instantiam ipsius Augerii, non obstante tali contumacia ipsius Guillelmi, examinavit predictum negotium diligenter et, postquam tantum in ipso processerat quod non restabat nisi relatio facienda, dilectus filius magister Petrus Mison, canonicus Lectorensis, procurator predicti Guillelmi, habens ab eo ad cedendum speciale mandatum, coram nobis comparuit et, ipsius Guillelmi nomine, occasione malitie plebis ac senectutis et debilitatis sui proprii corporis necnon quamplurium aliarum causarum ad cedendum sufficientium, in manibus nostris cessit libere sepedicti monasterii abbatie, humiliter postulans eidem Guillelmo de bonis ejusdem monasterii, pro sustentatione sua, per sedem apostolicam misericorditer provideri. Nos itaque, more pii patris,

qui circa delinquentes filios ad eum cum reverentia redeuntes libentius utitur venia quam aspera disciplina, ipsius Guillelmi fame volentes parcere in hac parte, processum contra eum super omnibus supradictis habitum, omisimus prosequi et hujusmodi recepimus cessionem. Ne itaque prelibatum monasterium, ex cessione vacans eadem, in spiritualibus et temporalibus, propter vacationem diutinam, incurrat gravia detrimenta, nos, de tua probata circumspectione confisi, fraternitati tue mandamus quatenus eidem monasterio aliquem de ipsius gremio, si ibidem inveniatur ydoneus, alioquin aliunde auctoritate nostra per te vel per alium preficias in abbatem, et faciens sibi a suis subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi, munus ei benedictionis impendas, recepturus ab eo postmodum pro nobis et ecclesia Romana fidelitatis solite juramentum, juxta formam quam tibi sub bulla nostra mittimus interclusam. Contradictores etc. usque compescendo. Formam autem juramenti quod ipse prestabit, de verbo ad verbum nobis per ejus patentes litteras, suo sigillo signatas, per proprium nuntium quantocius destinare procures. Datum apud Urbemveterem, XIIII kalendas augusti, anno tertio. »

**1943** Orvieto, 26 juillet 1264.

Privilegium super receptione quatuor canonicorum praeposito et capitulo ecclesiae Ferrariensis confirmatur. (Reg. 29, fol. 200 v°, n° 993.)

« . . *preposito, et capitulo ecclesie Ferrariensis.* Desideriis vestris —. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, intellecto quod ecclesia ipsa, pro defectu sacerdotum et canonicorum habentium sacros ordines, detrimentum patiebatur sepius in divinis, vobis recipiendi duos presbyteros, unum diaconum et unum subdiaconum in fratres et canonicos, qui continuam residentiam facerent in eadem, in qua receptio canonicorum et collatio prebendarum ad vos pertinet, et providendi eorum cuilibet de prebenda, quamcito facultas occurreret, ac preferendi eos in assecutione prebendarum omnibus in dicta ecclesia sedis apostolice ac legatorum ipsius et cujuscunque auctoritate receptis, qui ad recipiendos sacros ordines tunc non erant habiles et ydonei, non obstantibus statuto predicte ecclesie de certo canonicorum numero, juramento, confirmatione sedis ipsius sive quacunque firmitate vallato, sive quibuslibet litteris super receptione ac provisione quorumlibet seu indulgentiis, sub quovis tenore a sede impetratis eadem vel in posterum impetrandis, que de hujusmodi eisdem predictis litteris specialem non facerent mentionem, concessit per suas litteras plenam et liberam facultatem, et decrevit irritum et inane quidquid contra hujusmodi concessionis tenorem, apostolica vel alia quavis auctoritate a quoquam contingeret attemptari. Sicque vos quatuor personas ydoneas, auctoritate litterarum hujusmodi, canonice recepistis in canonicos et in fratres et duabus ex ipsis providistis de prebendis in ecclesia supradicta.

Postmodum vero, significante nobis dilecto filio Johanne, canonico plebano de Dezenzano, quod ipse olim in eadem ecclesia, auctoritate litterarum dilecti filii nostri O., sancte Marie in Via lata diaconi cardinalis, tunc in illis partibus predicte sedis legati, cui super conferendis beneficiis erat ab eadem sede concessa potestas, canonice receptus fuerat in canonicum et in fratrem, et quod ipsius receptio per constitutionem ipsius predecessoris per quam receptiones prebendas expectantium vacaturas, factas in ecclesiis, quatuor dumtaxat exceptis, decrevit irritas et inanes, cassata erat, nos, jus quod eidem Johanni in predicta Ferrariensi ecclesia, ex receptione hujusmodi, competebat, constitutione non obstante predicta, in statum pristinum suscitantes, ac nolentes quod per constitutionem eandem super receptione sua in predicta ecclesia, jure ipsius et assecutione prebende in ea sibi aliquod generaretur prejudicium, decernentes quoque ex receptione predicta prebendam in prefata ecclesia predicto Johanni competere ac deberi, . . archipresbytero de Campitello, Mantuane diocesis, nostris dedimus litteris in mandatis ut eundem Johannem haberi faciens pro canonico et tractari ut canonicus ecclesie sepefate, sibi vel procuratori suo, ejus nomine, de prebenda, si qua in memorata ecclesia tunc vacabat vel quam primum ad id se facultas offerret, per se vel per alium provideret, ipsum omnibus qui super receptione ac provisione sua in prelibata ecclesia sedis ejusdem vel legatorum ejus litteras impetrarant, et receptis in ea post presentationem hujusmodi litterarum ipsius cardinalis, et ut reciperentur insistentibus et restitutis ad jus pristinum, quod erat per eandem constitutionem extinctum, preferendo in assecutione prebende, et contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Decrevimus quoque irritum et inane si secus de prebenda hujusmodi contingeret attemptari.

Sane vos, dubitantes ne per hujusmodi litteras nostras eidem Johanni concessas, hujusmodi gratia, vobis et ecclesie prefate facta per predecessorem eundem, valeat impediri, nobis humiliter supplicastis ut, cum in eisdem litteris predicti Johannis de prefata concessione facta vobis per dominum predictum super receptione hujusmodi quatuor canonicorum, et quod vos ipsos aliis preferre possitis in assecutionibus prebendarum, et de decreto in concessione ipsa contento, nulla penitus mentio habeatur, propter quod asseritis quod per dictas litteras ipsius Johannis predicte concessioni non debeat in aliquo derogari, providere vobis et dicte ecclesie super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, auctoritate presentium indulgemus ut, premissis veris existentibus, predicta concessio, non obstantibus predictis litteris prefato Johanni concessis a nobis, in sua firmitate perduret et ei derogari non possit in aliquo per litteras ipsas vel aliquas alias a sede impetrandas eadem, que de concessione ipsa et indulgentia hujusmodi specialem non fecerint mentionem. Nulli ergo nostre concessionis etc. —. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas augusti, anno tertio. »

**1944** Orvieto, 27 juillet 1264.

Priori et fratribus Heremitis de Alexandria, ordinis s. Augustini, ecclesiam s. Martini de Gamundio de Alexandria confirmat. (Reg. 29, fol. 201, nº 994.)

« . . *priori et fratribus Heremitis de Alexandria, ordinis sancti Augustini.* Meritis vestre religionis. — Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod nos, intellecto quod dilecti filii . . prepositus, et canonici ecclesie sancti Martini de Gamundio de Alexandria, ob causas varias, in ipsa ecclesia non poterant residere nec de animabus parrochianorum suorum curam gerere oportunam, ex quo inter parrochianos ipsos non leve generabatur scandalum, quod etiam ipsi prepositus et canonici nobis per suas litteras intimarunt, cupientes ut eadem ecclesia vobis, cum libris, calicibus, ornamentis, possessionibus et pertinentiis suis omnibus, conferretur, sibi dicte ecclesie redditibus, pro sustentatione sua, quamdiu vixerint, reservatis, quodque, quantum in eis erat, vobis predictam ecclesiam duxerant conferendam, nos, vestris ac dilecti filii fratris Guillelmi, vestri ordinis, penitentiarii nostri, supplicationibus inclinati, cum non habetis in civitate Alexandrina locum vestre habitationi accomodum, vobis super hoc, quantum cum Deo possumus, providere volentes, venerabili fratri nostro . . Aquensi episcopo, dedimus nostris litteris in mandatis ut de causis et scandalo hujusmodi ac statu et facultatibus ejusdem ecclesie, et utrum in hac parte vestris esset supplicationibus annuendum universis etiam circumstantiis inquireret, per se vel per alium, diligentius veritatem, et eam sub sigillo suo nobis quantocius destinaret, ut ordinaremus super hoc quod expediens videremus. Porro idem episcopus per dilectum filium fratrem Rufinum, priorem sancti Syri de Alexandria, fecit super premissis diligenter inquiri et inquisitionem hujusmodi sub sigillo suo ad nostram presentiam destinavit. Quia vero per inquisitionem ipsam manifeste apparet quod dicti prepositus et canonici, propter tenuitatem reddituum et facultatum dicte ecclesie, in ea non poterant residere, propter quod animarum inibi cura negligitur et inter ipsos et parrochianos eosdem grave scandalum est exortum, et quod predicta ecclesia, domibus ipsius ruinam minantibus, est omnino servitoribus destituta, quodque vos in civitate ipsa locum vobis accomodum non habetis, nos, vestris supplicationibus annuentes, prefatam ecclesiam, cum juribus et pertinentiis suis, auctoritate vobis presentium conferimus de gratia speciali, ejus redditibus predictis preposito et canonicis, quamdiu vixerint, reservatis. Ita tamen quod aliquem presbyterum ydoneum vestri ordinis vel alium dicto episcopo et ejus successoribus presentetis perpetuo ad curam parrochie ecclesie supradicte. Nulli ergo nostre collationis etc. Datum apud Urbemveterem, VI kalendas augusti, anno tertio. »

**1945** Orvieto, 27 juillet 1264.

Episcopum Aquensem praedicti decreti deputat executorem. (Reg. 29, fol. 201, nº 995.)

« *Episcopo Aquensi.* Meritis religionis dilectorum —. Datum ut supra. »

**1946** Orvieto, 14 juillet 1264.

Episcopo Legionensi indulget ut duabus personis de duabus personatibus vel dignitatibus, decanatu excepto, singulis de singulis, cum praestimoniis, in Legionensi ecclesia, in qua archidiaconatuum ad ipsum solum et ad ipsum ac ipsius ecclesiae capitulum communiter aliorum personatuum et dignitatum collatio pertinet, providere valeat. (Reg. 29, fol. 201, nº 996.)

« *Episcopo Legionensi.* Tue fraternitatis obtentu —. Datum apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio. »

**1947** Orvieto, 23 juillet 1264.

Petro, dicto *Romano*, de Ferentino, facultatem concedit praebendam non sacerdotalem quam maluerit, sibi eligendi in ecclesia Furnensi, Morinensis diocesis. (Reg. 29, fol. 201 v°, n° 997.)

« *Petro, dicto* Romano, *de Ferentino, capellano nostro, canonico ecclesie Furnensis, Morinensis diocesis.* Inducunt nos tue —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod tu in Furnensi ecclesia, in qua litterarum auctoritate nostrarum canonice receptus es in canonicum et in fratrem, nondum es prebendam aliquam assecutus. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus ut illi quos dilecti filii . . prepositus, et capitulum ipsius ecclesie, pretextu litterarum sedis ipsius per quas recipiendi eos sibi concedebatur facultas, aut auctoritate legatorum sedis ejusdem vel motu proprio in canonicos receperunt, recipiendi quoque per litteras dicte sedis in quibus de te ac de receptione tua in predicta ecclesia facta non fuerit mentio specialis, etiam si per litteras ipsas in assecutione prebende aliis preferri mandentur, in assecutione prebende tibi minime preferantur; et si aliquam prebendam minorem vel cui sit onus sacerdotale annexum que tibi debeatur de jure, in predicta ecclesia vacare contigerit, tuque ipsam forsitan nolueris acceptare, per hoc quo ad assecutionem alterius prebende majoris et non sacerdotalis nullum possit tibi generari prejudicium vel obstaculum interponi quominus hujusmodi prebendam majorem et non sacerdotalem libere assequaris, quam primo ad id obtulerit se facultas. Nulli ergo nostre concessionis etc. —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio. »

**1948** Orvieto, 23 juillet 1264.

Magistrum Milonem Prenestinae et Jordanum Seniorilem Gerboradensis, Belvacensis diocesis, ecclesiarum canonicos, Parisius commorantes, praedictae indulgentiae conservatores deputat. (Reg. 29, fol. 201 v°, n° 998.)

« *Magistro Miloni Prenestine et Jordano Seniorili Gerboradensis, Belvacensis diocesis, ecclesiarum canonicis, Parisius comorantibus.* Inducunt nos dilecti —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio. »

**1949** Orvieto, 11 juillet 1264.

Magistro Petro, dicto *Romano*, capellano apostolico, canonico ecclesiae de Andelio, Rothomagensis diocesis, indulget ut fructus canonicatus de Andelio in absentia cum integritate percipere valeat, Romanae curiae servitiis insistendo. (Reg. 29, fol. 201 v°, n° 999.)

« *Magistro Petro, dicto* Romano, *capellano nostro, canonico ecclesie de Andelio, Rothomagensis diocesis.* Probitatis tue merita —. Datum apud Urbemveterem, v idus julii, anno tertio. »

**1950** Orvieto, 11 juillet 1264.

Magistros Nicolaum de Tarracina, capellanum apostolicum, Brugensis, et Jordanum Signorilem, Gerboradensis, Tornacensis et Belvacensis diocesium, ecclesiarum canonicos praedictae indulgentiae conservatores deputat. (Reg. 29, fol. 201 v°, n° 1000.)

« *Magistro Nicolao de Tarracina, capellano nostro, Brugensis et Jordano Signorili Gerboradensis, Tornacensis et Belvacensis diocesum.* Merita probitatis dilecti —. Datum ut supra. »

**1951** Orvieto, 8 juillet 1264.

Archidiacono Agennensi in ecclesia Leonensi mandat ut Johannem Hugonis de Monte-Relaxo, Trecorensis diocesis, nullum adhuc beneficium assecutum, in ecclesia Trecorensi in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 201 v°, n° 1001.)

« *Archidiacono Agennensi in ecclesia Leonensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, VIII idus julii, anno tertio. »

**1952** Orvieto, 10 juillet 1264.

Episcopo Regensi mandat ut Rubaudo presbytero, clerico ecclesiae Regensis, de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem cujuscumque personae ecclesiasticae spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 201 v°, n° 1002.)

« *Episcopo Regensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, VI idus julii, anno tertio. »

**1953** Orvieto, 9 avril 1264.

Decano ecclesiae Omnium Sanctorum de Morethaura, Sagiensis dioecesis, mandat ut Bertrando, dicto *Monaco*, clerico Sagiensis dioecesis, de aliquo beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Petri super Divam, ordinis s. Benedicti, Sagiensis dioecesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 202, n° 1003.)

« *Decano ecclesie Omnium Sanctorum de Morethaura, Sagiensis diocesis.* Digne agere credimus —. Datum apud Urbemveterem, V idus aprilis, anno tertio. »

**1954** Orvieto, 18 juillet 1264.

Decano ecclesiae de Abbatisvilla, Ambianensis dioecesis, mandat ut cancellarium Parisiensem ad perhibendum juramentum compellat. (Reg. 29, fol. 202, n° 1004 [1].)

« .. *decano ecclesie de Abbatisvilla, Ambianensis diocesis.* Dilecti filii magistri regentes Parisienses in theologica facultate nobis significare curarunt quod per sedem apostolicam est statutum ut magistri, postquam licentiati fuerint in hujusmodi facultate, antequam in ipsa regere incipiant, prestent corporaliter juramentum de perhibendo fidele testimonium de bachalariis in facultate licentiandis eadem. Sane dilecto filio magistro Stephano, cancellario Parisiensi, incipiente regere in facultate predicta, dicti magistri attente monuerunt eundem ut hujusmodi juramentum, ab aliis prestari consuetum, exhibere curaret, ita tamen quod ipse, dum esset cancellarius Parisiensis ad perhibendum hujusmodi testimonium minime teneretur. Verum predictus cancellarius in sua inceptione dictum prestare noluit juramentum, pretendens quod licentiare bachalarios pertinet ad eundem, propter quod tale juramentum prestare minime tenebatur. Ceterum ipsis magistris asserentibus eum pro magistro, donec hujusmodi juramentum prestaret, in eorum consortium et ad tractatum sui collegii nullatenus admittendum ipsoque cancellario se ad hoc nichilominus ingerente, quia theologie studium impediebatur multipliciter in civitate Parisiensi, in qua exortum grave scandalum erat certum, nos, qui ejusdem ampliationem studii plurimum affectamus, volentes super hoc illud adhibere remedium per quod, hujusmodi scandalo et impedimento summotis, in plane quietis atque vigoris statu idem studium posset, divina favente clementia, conservari, voluimus et auctoritate apostolica duximus declarandum quod prelibatus cancellarius et successores sui, cancellarii Parisienses, qui regere in facultate inceperint supradicta, juxta predictum statutum, prestare teneantur hujusmodi juramentum. Ita tamen quod ad perhibendum tale testimonium, quandiu cancellarii Parisienses fuerint, minime teneantur. Ideoque discretioni tue mandamus quatenus prefatum cancellarium ut, juxta idem statutum, dictum exhibeat juramentum motu proprio per censuram ecclesiasticam, appellatione potposita, compellas. Non obstante si ei a predicta sit sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possit per litteras apostolicas plenam et expressam non facientes de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia prefate sedis indulgentia, per quam effectus presentium impediri valeat vel differri, et de qua in litteris mentio fieri debeat specialis. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas augusti, anno tertio. »

**1955** Orvieto, 7 juillet 1264.

Archiepiscopo Turonensi mandat ut Johanni de Kaynone et uxori, e judaica caecitate conversis, provisionem annuam centum solidorum turonensium exhibeat. (Reg. 29, fol. 202, n° 1005.)

« .. *archiepiscopo Turonensi.* Lecta nobis dilecti filii Johannis de Kaynone et Johanne, uxoris ejus, tue diocesis, petitio continebat quod, licet nos pro eis qui de judaice cecitatis errore ad fidem catholicam sunt conversi, tibi dederimus sub certa forma per nostras litteras in mandatis ut eis ab aliquibus monasteriis vel ecclesiis tue civitatis seu diocesis, super provisione simili de mandato apostolico non gravatis, faceres, prout expedire videres, in vite necessariis, quoad viverent, provideri, tu tamen ipsis non nisi in quinquaginta solidis turonensium annuatim providisti seu provideri fecisti auctoritate hujusmodi litterarum, propter quod dicti vir et uxor, ad benignitatem sedis apostolice recurrentes, humiliter petebant a nobis ut eis pro se ac unica ipsorum filia de sacro fonte renata, provisionem congruam de qua sustentari valeant, fieri mandaremus. Nos itaque, circa ipsos paterne ducti benignitatis affectu, fraternitati tue mandamus quatenus, si est ita, eis

1. Cette lettre a été publiée par Denifle et Chatelain. *Chart. univ. Paris.* n° 404.

a predictis monasteriis vel ecclesiis, qui super ipsorum vel aliorum conversorum non sint simili provisione gravata, facias auctoritate nostra, per te vel per alium, in aliis quinquaginta solidis turonensium, supradicta provisione tua in suo duratura robore, provideri. Contradictores etc. usque compescendo. Non obstante si —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**1956** Orvieto, 15 juillet 1264.

Episcopo Arusiensi, mandat ut Tholomeum presbyterum, rectorem ecclesiae de Hunsely [1], Othoniensis dioecesis, cujus proventus annui trium scilicet marcarum argenti ad sustentationem ipsius non sufficiunt, in ecclesia Haufnensi, Roskildensis dioecesis, in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 202, n° 1006.)

« *Episcopo Arusiensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**1957** Orvieto, 16 juillet 1264.

Episcopo Carnotensi mandat ut canonicatum et praebendam ecclesiae s. Aniani Aurelianensis, vacantes per resignationem Henrici de Tornoel, personae idoneae conferat. (Reg. 29, fol. 202 v°, n° 1007.)

« . . *episcopo Carnotensi.* Innotuit nobis, dilecto filio Henrico de Tornoel, canonico ecclesie sancti Aniani Aurelianensis, que ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinet, intimante, quod ipse paratus est canonicatum et prebendam, quos in ecclesia ipsa obtinet, libere resignare. Nos itaque, de circumspectione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus quatenus, si est ita, per te vel alium auctoritate nostra, libera ipsorum canonicatus et prebende ab eodem canonico resignatione recepta, canonicatum et prebendam eosdem persone ydonee conferas et assignes, inducens eam in corporalem possessionem ipsius et defendens inductam, ac faciens eam ad prebendam ipsam in canonicum recipi et in fratrem, non obstante si —. Datum apud Urbemveterem, xvii kalendas augusti, anno tertio. »

**1958** Orvieto, 7 juillet 1264.

Priori s. Benigni Tullensis mandat ut, obtentu Garini, capellani apostolici, archidiaconi in ecclesia Cathalaunensi, magistrum Parisium, nepotem ipsius, rectorem ecclesiae de Pontione, in ecclesia Cathalaunensi recipi faciat in canonicum eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 302 v°, n° 1008.)

« . . *priori s. Benigni, Tullensis diocesis.* Sincere devotionis affectum —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**1959** Orvieto, 9 juillet 1264.

Episcopo Dumblanensi et Petro Leti, canonico basilicae principis Apostolorum de Urbe, mandat ut Petro de Curia, capellano J., s. Mariae in Cosmidin diaconi cardinalis, in ecclesia Glasguensi de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 202 v°, n° 1009.)

« . . *episcopo Du[m]blanensi, et dilecto filio Petro Leti, canonico basilice principis Apostolorum de Urbe, in Anglia commoranti.* Dilectus filius Petrus de Curia, capellanus dilecti filii nostri J., sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, exposuit coram nobis quod, cum felicis recordationis G. papa, predecessor noster, mandasset ipsum in ecclesia Glasguensi recipi per suas litteras in canonicum et in fratrem, ac sibi de prebenda, siqua tunc in ea vacaret, vel quamprimum ad id se offerret opportunitas, provideri, tandem idem P. in ecclesia ipsa receptus fuit canonice auctoritate hujusmodi litterarum. Postmodum autem, vacantem quandam prebendam inibi per mortem Riccardi de Brado, canonici ejusdem ecclesie, dicto P. de jure debitam, bone memorie Glasguensis episcopus, ad quem in ipsius ecclesia prebendarum collatio pertinebat, venerabili fratri nostro G., episcopo Sancti-Andree, tunc canonico predicte ecclesie, pro sua contulit voluntate, ac ipsi Petro ecclesiam de Kastelter, Glasguensis diocesis, tunc vacantem et ad collationem ipsius episcopi pertinentem, loco prebende, contulit, quamvis prebendalis antea non fuisset; sicque prefatus P. non est adhuc in dicta ecclesia prebendam assecutus, licet post receptionem suam plures prebende inibi vacavissent. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, eidem P. dictam ecclesiam de Kastelter, quam loco prebende obtinet, libere resignare parato, cum prebendam in ipsa Glasguensi ecclesia fuerit assecutus, de aliqua prebendarum antiquarum ejusdem ecclesie, si qua vacat ibidem ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, dummodo non nisi uni alii mandaverimus de prebenda in eadem ecclesia provideri, vos vel alter vestrum, per vos vel per alios aut alium, providere curetis, juxta earumdem ipsius predecessoris continentiam

1. En marge : « *Satis bene potest transire.* »

litterarum. Non obstante quod prebenda eidem Petro de jure debita vacavit in ecclesia supradicta, que alii est collata, per quod super assecutione alterius prebende nullum ipsi Petro valeat prejudicium generari, aut quacunque indulgentia dicte sedis per quam, non expressam presentibus vel totaliter non insertam, id impediri valeat vel differri, et de qua cujusque toto tenore deberet in nostris litteris fieri mentio specialis. Contradictores etc. usque compescendo. Volumus autem quod idem prefatam ecclesiam de Kastelter, quam, postquam prebendam in ipsa Glasguensi ecclesia assecutus fuerit, vacare decernimus, ex tunc omnino dimittat. Datum apud Urbemveterem, VII idus julii, anno tertio. »

**1960** Orvieto, 1er juillet 1264.

Abbati et conventui monasterii Fontis Johannis, Cisterciensis ordinis, Senonensis diocesis, indulget ut non teneantur ad solutionem aliquorum debitorum, a praedecessoribus eorum contractorum, nomine monasterii, nisi ea de consensu conventus mutuata ac in utilitatem monasterii ejusdem conversa fuisse legitime probaverint creditores. (Reg. 29, fol. 203, n° 1010.)

« . . *abbati, et conventui monasterii Fontis Johannis, Cisterciensis ordinis, Senonensis diocesis.* Indempnitati vestri monasterii —. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio[1]. »

**1961** Orvieto, 25 juillet 1264.

Magistro Thadeo, canonico ecclesiae Grassensis, mandat ut ecclesiam de Marsillano prope flumen Gardonis Bernardo de Cevena, clerico perito in jure canonico et civili, conferat. (Reg. 29, fol. 203, n° 1011.)

« *Magistro Thadeo, canonico ecclesie Grassensis.* Cum, sicut accepimus, ruralis ecclesia de Marsillano prope flumen Gardonis, cui cura non imminet animarum, Uticensis diocesis, consueta clericis secularibus in beneficium assignari, de jure vacet ad presens, nos, de ipsa dilecto filio magistro Bernardo de Cevena, clerico perito in jure canonico et civili et nullum, prout asseritur, ecclesiasticum beneficium assecuto, nisi quoddam adeo tenue quod de ipsius proventibus non potest commode sustentari, gratiam facere intendentes, mandamus quatenus, si est ita, ecclesiam ipsam eidem clerico, quem per dilectum filium magistrum P., archidiaconum Agennensem, socium dilecti filii magistri Michaelis de Tholosa, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, examinari fecimus diligenter quique inventus esse dicitur in litteratura competenter ydoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, dummodo alias sit ydoneus et nichil sibi obviet de canonicis institutis, auctoritate nostra, per te vel per alium, conferas et assignes, ipsumque vel procuratorem suum, ejus nomine, in ejusdem ecclesie corporalem possessionem inducas et defendas inductum, amoto ab ea quolibet illicito detentore. Non obstante si —. Contradictores etc. usque compescendo. Proviso quod idem clericus, prout requiret onus ipsius ecclesie, faciat se ad ordines statutis temporibus promoveri et personaliter resideat in eadem. Alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas augusti, anno tertio. »

**1962** Orvieto, 26 juillet 1264.

Episcopo et capitulo Palentinis mandat ut Pelagium Garsiae, portionem in ecclesia Palentina resignare paratum, in canonicum recipiant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 203, n° 1012.)

« . . *episcopo, et dilectis filiis capitulo Palentinis.* Firmam spem fiduciamque —. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas augusti, anno tertio. »

**1963** Orvieto, 15 juillet 1264.

Archiepiscopo Bituricensi mandat ut a magistro Johanne de Ursione, canonico ecclesiae b. Mariae Graciacensis, resignatione recepta, canonicatum et praebendam sic vacantes, quorum proventus valorem annuum viginti quinque librarum parisiensium non excedunt, alicui personae idoneae conferat. (Reg. 29, fol. 203, n° 1013.)

« *Archiepiscopo Bituricensi.* Ex parte dilecti —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**1964** Orvieto, 7 juillet 1264.

Episcopo Olomucensi mandat ut Chunrado, rectori ecclesiae s. Martini in Hartperch, Salzeburgensis diocesis, notario regis Boemiae, adsit auxilio ad obtinendum aliquod beneficium ab abbate monasterii Metlicensis, ordinis s. Benedicti, Pataviensis diocesis, de quo olim Alexander papa IIII eidem Chunrado

1. En marge : « *Ad instantiam camerarii transiit sine audientia.* »

providerat, abbate vero id implere non curante. (Reg. 29, fol. 203, n° 1014. Potthast, 18968.)

« *Episcopo Olomucensi.* Dilectus filius Chumradus —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**1965** Orvieto, 9 juillet 1264.

Archidiacono Castrilidi in ecclesia Cenomanensi mandat ut magistrum Gervasium de Villa, clericum, procuratorem Cenomanensis episcopi, qui diu studuit tam in artibus quam in utroque jure, in ecclesia s. Petri Puellarum Turonensis in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 203 v°, n° 1015.)

« *Archidiacono Castrilidi in ecclesia Cenomanensi.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, vii idus julii, anno tertio. »

**1966** Orvieto, 6 juillet 1264.

Subdecano ecclesiae b. Mariae de Staffordia, Conventrensis diocesis, mandat ut officialem Norwicensem compellat ad rectori ecclesiae de Stamfort satisfactionem exhibendam et, si noluerit, ad audientiam citet apostolicam. (Reg. 29, fol. 203 v°, n° 1016.)

« . . *subdecano ecclesie beate Marie de Staffordia, Conventrensis diocesis.* Dilectus filius Robertus, rector ecclesie de Stamford, in nostra proposuit presentia constitutus quod, cum ipse Johannem, dictum *Lebray*, laicum, Norwicensis diocesis, coram dilecto filio . . precentore monasterii Humtingdonie, Lincolniensis diocesis, cui . . prior ipsius monasterii et magister Willelmus, dictus *Waleby*, capellanus noster, canonicus Eboracensis, judices a sede apostolica delegati, commiserunt super hoc, non tamen totaliter, vices suas, super quibusdam decimis traxisset in causam, procurator dicti laici, ejus nomine, coram eodem subdelegato excipiendo proposuit quod, cum crucesignatis regni Anglie a sede apostolica sit indultum ut, quamdiu parati fuerint coram suis ordinariis de se conquerentibus respondere, coram judicibus delegatis ab eadem sede per ipsius litteras nequeant conveniri, nisi littere ipse de indulto hujusmodi fecerint mentionem, dictus laicus, qui crucesignatus erat et paratus coram venerabili fratre nostro . . Norwicensi episcopo, dicto rectori in judicio respondere, coram eodem subdelegato conveniri de jure non poterat nec debebat. Sane, dicto procuratore in sibi ad hoc prefixo termino non probante quod dictus laicus crucesignatus existeret, dictus delegatus interloquendo pronuntiavit quod in causa ipsa procedendum erat, exceptione hujusmodi non obstante, propter quod dictus procurator, ipsius laici nomine, ad delegatos appellavit eosdem. Postmodum autem prefatus laicus, coram subdelegato predicto comparens et hujusmodi appellationi renuntians, in eadem causa litem extitit contestatus et de calumpnia seu de veritate dicenda prestitit juramentum. Demum vero prefatus laicus se crucesignatum asserens et ad magistrum Nicolaum de Bagindensi, officialem Norwicensem, recursum habens, eundem rectorem propter hoc fecit ad ipsius officialis presentiam evocari. Dictus autem officialis prefato rectori ex arrupto inhibuit ne coram subdelegato vel delegatis predictis causam prosequeretur eandem. Porro dictus rector coram officiali predicto proposuit quod, licet dictus procurator predictam exceptionem coram subdelegato proposuisset eodem, tamen, tum quia non probavit quod dictus laicus crucesignatus esset, propter quod subdelegatus memoratus interloquendo pronuntiaverat quod exceptione hujusmodi non obstante in dicta causa debebat procedi, tum quia dictus laicus appellationi sue super hoc emisse ab eodem procuratore renuntians, litem contestatus fuerat et prestiterat hujusmodi juramentum, prout superius est expressum, et erat idem rector legitime probare paratus, prelibatus laicus non erat super hiis aliquatenus audiendus, immo ad examen ipsius subdelegati erant partes potius remittende. Et quia predictus officialis eundem rectorem super hoc audire contra justitiam denegavit, ipse, sentiens ex hoc indebite se gravari, ad nostram duxit audientiam appellandum. At predictus officialis contra eundem rectorem, pro eo quod ausus fuit ab ipsius audientia appellare, motus indebite, ipsum, post eandem appellationem, capi fecit et aliquandiu detineri captivum, in ipsius sedis injuriam et contemptum. Quare dictus rector nobis humiliter supplicavit ut providere super hoc sibi oportuno remedio curaremus. Ne igitur excessus hujusmodi, si remaneat impunitus, transeat alii in exemplum, mandamus quatenus si, inquisita super premissis diligentius veritate, rem inveneris ita esse, prefatum officialem ex parte nostra moneas diligenter ut, infra competentem terminum a te prefigendum eidem, nobis et Romane ecclesie de contemptu, ac prefato rectori de injuriis, dampnis et expensis hujusmodi plenam et debitam satisfactionem impendat. Quod si forte predictus officialis monitis tuis super hiis, infra prefatum terminum, pa-

rere contempserit, tu ex tunc ipsum peremptorie citare procures ut, infra tres menses post citationem tuam, personaliter compareat coram nobis, facturus super hiis quod ordo dictaverit rationis et penam pro meritis recepturus Non obstante indulgentia sedis apostolice qua illis de regno Anglie dicitur esse concessum ut extra regnum ipsum vel citra mare Anglicanum trahi non possint in causam per litteras apostolicas, que de indulto hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem. Diem vero citationis et formam et quicquid super premissis duxeris faciendum, nobis tuis litteris harum seriem continentibus, studeas fideliter intimare. Datum apud Urbemveterem, II nonas julii, anno tertio [1]. »

**1967** Orvieto, 17 mai 1264.

Priori s. Portiani, Claromontensis diocesis, mandat ut Stephano Mies, canonico ecclesiae s. Ursini Bituricensis, in dicta ecclesia, auctoritate litterarum Alexandri papae IIII, recepto, de aliqua praebenda in eadem quamcito provideat. (Reg. 29, fol. 203 v°, n° 1017.)

« *Priori s. Portiani, Claromontensis diocesis.* Dilectus filius Stephanus —. Datum apud Urbemveterem, XVI kalendas junii, anno tertio. »

**1968** Orvieto, 9 juillet 1264.

Episcopo Lemovicensi mandat ut Petrum de Javarzat, pauperem subdiaconum, per G., tituli s. Laurentii in Lucina examinatum, in ecclesia seculari Dauratensi in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 204, n° 1018.)

« *Episcopo Lemovicensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, VII idus julii, anno tertio. »

**1969** Orvieto, 17 juillet 1264.

Episcopo Olomucensi mandat ut Johanni de Ponte [2], clerico Treverensis diocesis, qui in diocesi Olomucensi mansionem elegit, de aliquo ecclesiastico beneficio, ad collationem abbatissae et conventus monasterii de Tusnewitz pertinente, provideat. (Reg. 29, fol, 204, n° 1019; Potthast 18989.)

1. En marge : « *Dominus noster tenuit eam per triduum et postea, deliberatione habita cum domino Ostiensi episcopo et postea cum domino Johanne Caietano, mandavit eam expediri.* »

2. En marge : « *Satis potest transire.* »

« *Episcopo Olomucensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, XVI kalendas augusti, anno tertio. »

**1970** Orvieto, 29 mai 1264.

Episcopo Petragoricensi mandat ut Petro de Mazeriis, clerico, de aliquo beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii Turtuniacensis, ordinis s. Benedicti, Petragoricensis diocesis, provideat. (Reg. 29, fol. 204, n° 1020.)

« *Episcopo Petragoricensi.* Dilectus filius Petrus —. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas junii, anno tertio. »

**1971** Orvieto, 20 juin 1264.

Thesaurario Saresbiriensi mandat ut ecclesiam de Niweton, Exoniensis diocesis, sequestrans, ipsius ecclesiae proventus colligat conferendos illi qui in causa de eadem ecclesia inter magistros Walterum de Bratone, Willelmum de Capella et Rogerum Barat, clericos Exoniensis diocesis, vertente obtinebit. (Reg. 29, fol. 204 v°, n° 1021.)

« . . *thesaurario Saresbiriensi* [1]. In causa que —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas julii, anno tertio. »

**1972** Orvieto, 7 juillet 1264.

Episcopo Venetensi indulget ut unum clericum in ecclesia Venetensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 204 v°, n° 1022.)

« *Episcopo Venetensi.* Tue devotionis merita —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**1973** Orvieto, 5 juillet 1264.

Priori s. Mathiae Treverensis mandat ut Nicolaum clericum, natum Henrici Scabini Treverensis, in ecclesia s. Simeonis Treverensis in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 204 v°, n° 1023.)

« . . *priori sancti Mathie Treverensis.* Sua nobis dilectus filius Nicolaus, clericus, natus Henrici Scabini Treverensis, petitione monstravit quod nos dudum,

1. En marge : « *Inter fratres fuit posita et, audita causa a domino Guillelmo quare hec fiebat, fuit expedita.* »

obtentu dilecti filii magistri Laurentii, notarii nostri, decano et capitulo sancti Symeonis Treverensis preces direximus et mandatum per nostras litteras ut, recipientes ipsum in canonicum et in fratrem, sibi de prebenda, si qua tunc vacabat in eadem ecclesia vel quamprimum ad id se offerret oportunitas, providerent. Decrevimus quod irritum et inane si secus a quoquam contingeret attemptari. Sane, cum dicti decanus et capellanus, propter quosdam canonicos ipsius ecclesie qui erant excommunicationis vinculo innodati, nollent ob hoc congregare capitulum, ad quod sine ipsis excommunicatis non poterant commode convenire, prefatus decanus et due partes canonicorum ejusdem ecclesie ipsum N. receperunt in canonicum et in fratrem auctoritate hujusmodi litterarum. Quocirca mandamus quatinus, si est ita, a dictis decano et canonicis qui eundem clericum receperunt, haberi et tractari facias pro canonico ipsius ecclesie, ac recipi ab illis canonicis qui non receperunt eundem, nisi causam ostendant rationabilem quare hoc fieri non debeat vel non possit, et nichilominus ei de prebenda, si qua in predicta ecclesia vacat ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, per te vel per alium providere procures, juxta priorum continentiam litterarum, non obstante si —, contradictores etc. usque compescendo —. Datum apud Urbemveterem, III nonas julii, anno tertio. »

**1974** Orvieto, 19 juillet 1264.

Eldici, canonico Ferentinati, capellano apostolico, mandat ut magistro Delaturre, clerico ss. Apostolorum Veronensium, vicario Veronensis electi, archipresbyteratum plebis de Ronchis, Veronensis diocesis, conferat. (Reg. 29, fol. 204 v°, n° 1024.)

« *Eldici, canonico Ferentinati, capellano nostro.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, XIIII kalendas augusti, anno tertio. »

**1975** Orvieto, 17 juin 1264.

Episcopo Cameracensi mandat ut Hugoni dicto *Bec de fer* [1], pauperi clerico de Pissiaco, de aliquo beneficio ad collationem spectante capituli s. Stephani de Drocis provideat. (Reg. 29, fol. 204 v°, n° 1025.)

1. En marge : « *Bene potest transire.* »

« *Episcopo Cameracensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas julii, anno tertio. »

**1976** Orvieto, 5 juillet 1264.

Episcopo Biterrensi mandat ut Ermengaudo Nigri de Lautrico [1], pauperi clerico Albiensis diocesis, de aliquo beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii Villae Magnae, ordinis s. Benedicti, Biterrensis diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 205, n° 1026.)

« *Episcopo Biterrensi* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, III nonas julii, anno tertio. »

**1977** Orvieto, 11 juillet 1264.

Priori de Hunfund, Burgulanensis diocesis, mandat ut Mathaeo de Robiergh [2], subdiacono, ecclesiam de Thorse, ejusdem diocesis, conferat. (Reg. 29, fol 205, n° 1027.)

« *Priori de Hunfund, Burgulanensis diocesis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, V idus julii, anno tertio. »

**1978** Orvieto, 28 juin 1264.

Priori et capitulo ecclesiae b. Mariae Graciacensis, Bituricensis diocesis, mandat ut, a magistro Johanne de Ursione canonicatus et praebendae sacerdotalis resignatione recepta, canonicatum et praebendam eosdem personae idoneae conferant. (Reg. 29, fol. 205, n° 1028.)

« *Priori et capitulo ecclesie b. Marie Graciacensis, Bituricensis diocesis.* Cum, sicut dilectus —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas julii, anno tertio. »

**1979** Orvieto, 11 juillet 1264.

Abbati s. Dionysii Mediolanensis mandat ut Ardigetum de Belasto, pauperem clericum Mediolanensem, familiarem U., s. Eustachii diaconi cardinalis, in ecclesia de Corbecca, Mediolanensis diocesis, in canonicum sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 205, n° 1029.)

1. En marge : « *Satis potest transire.* »
2. En marge : « *Bene potest transire.* »

« *Abbati s. Dionisii Mediolanensis*. Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, v idus julii, anno tertio. »

**1980** Orvieto, 14 juillet 1264.

Permutationem quamdam praebendarum in ecclesia Dignensi factam confirmat. (Reg. 29, fol. 205, n° 1030.)

« *Hugoni de Toardo, canonico Dignensi*. Oblata nobis ex parte tua petitio continebat quod, vacante dudum quadam prebenda in ecclesia Dignensi per mortem Guillelmi Raymundi, canonici ejusdem ecclesie, venerabilis frater noster . . episcopus, et capitulum Dignenses, ad quos in eadem ecclesia pertinet collatio prebendarum, tibi prebendam contulerunt. Postmodum vero iidem a te ipsius prebende, ac ab Hugone de Marculfo, ejusdem ecclesie canonico, prebende quam tunc obtinebat ibidem, libera resignatione recepta, prebendam tuam que fuerat Guillelmi predicti, Hugoni, prebendam vero ejusdem Hugonis tibi, ex justa et utili ac necessaria causa, canonice contulerunt, sicut in litteris inde confectis dicitur plenius contineri. Nos itaque, tuis et dilecti filii nostri R., sancti Angeli diaconi cardinalis, cujus capellanus existis. et nobilis viri . . vicarii Urbis, pro te supplicantium, precibus inclinati, quod super hoc ab eisdem episcopo et capitulo provide factum est, ratum habentes et gratum, illud apostolica auctoritate confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Non obstante quod, tempore permutationis hujusmodi, quidam erant in ipsa ecclesia, sicut asseritur, sub exspectatione prebendarum recepti, quibus quoad assecutionem aliarum prebendarum nullum ex hoc prejudicium fiat —, seu contrario ecclesie ipsius statuto, juramento —. Nulli ergo etc. Datum apud Urbemveterem, ii idus julii, anno tertio. »

**1981** Orvieto, 6 juillet 1264.

Archiepiscopo Narbonensi et episcopo Carcassonensi, executoribus testamenti quondam Beatricis de Tureyo, indulget ut per fratres hospitalis pauperum de Cabesaco, ordinis s. Augustini, Narbonensis diocesis, adimpleri faciant ejusdem Beatricis voluntates de divinis officiis pro ipsius et parentum salute celebrandis. (Reg. 29, fol. 205 v°, n° 1031.)

« . . *archiepiscopo Narbonensi, et . . episcopo Carcassonensi*. Dilectus filius . . rector hospitalis pauperum de Cabesaco, ordinis sancti Augustini, Narbonensis diocesis, sua nobis petitione monstravit quod quondam Beatrix de Tureyo, vidua ejusdem diocesis, in extremis agens, nobilibus viris L. et S., filiis suis, quos in bonis suis heredes reliquerat, in ultima voluntate mandavit ut duobus sacerdotibus qui pro sue ac parentum suorum animarum remedio, in capella hospitalis ejusdem divina officia perpetuo celebrarent, certam annis singulis solverent pecunie quantitatem, vobis super testamento hujusmodi executoribus deputatis. Unde, cum propter incommoditatem ipsius loci, et quia dicta pecunia tarde solvitur, presbiteri ad hujusmodi pia obsequia deputati injunctum eis hujusmodi ministerium exequi, ut asseritur, nequeunt sicut debent, idque possit per fratres hospitalis ejusdem commodius adimpleri, supplicavit nobis predictus rector ut hoc per duos fratres presbiteros, de novo ponendos ibidem, fieri mandaremus, predicta pecunia eidem hospitali pro sustentatione ipsorum suis temporibus assignanda. In hoc igitur vobis deferre volentes, fraternitati vestre mandamus quatinus, consideratis diligentius circumstantiis universis, faciatis super hoc prout secundum Deum videritis animarum saluti et predicte testatricis voluntati melius expedire. Datum apud Urbemveterem, ii nonas julii, anno tertio. »

**1982** Orvieto, 31 mai 1264.

Silvestro, canonico Interamnensi mandat ut Philippum de Interamne nullum adhuc beneficium assecutum, in ecclesia s. Valentini in Campis, Narniensis diocesis, in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 205 v°, n° 1032.)

« *Silvestro, canonico Interampnensi*. Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas junii, anno tertio. »

**1983** Orvieto, 19 mai 1264.

Priori s. Sepulcri Jerosolimitani et archidiacono Tyberiadensi mandat ut Jacobum de Sancto-Quintino, canonicum Liddensem, qui papae, ante et post assumptionem ad pontificatus apicem, servitiis institit, in ecclesia Beritensi in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 205 v°, n° 1033.)

« *Priori s. Sepulcri Jerosolimitani, et . . archidiacono Tyberiadensi*. Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, xiiii kalendas junii, anno tertio. »

**1984** Orvieto, 14 juillet 1264.

Archiepiscopo Bituricensi mandat ut Mathaeum, dictum *Bloin*, pauperem clericum ipsius diocesis, in ecclesia b. Dionysii Exoldunensis in canonicum sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 205 v°, n° 1034.)

« *Archiepiscopo Bituricensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio. »

**1985** Orvieto, 11 juillet 1264.

Cantori et cancellario ecclesiae Tullensis mandat ut Petrum, dictum *Grin*, in possessionem praebendae in ecclesia s. Paulini Treverensis inducant. (Reg. 29, fol. 205 v°, n° 1035.)

« . . *cantori, et . . cancellario ecclesie Tullensis.* Sua nobis dilectus filius Petrus, dictus *Grin*, canonicus ecclesie sancti Paulini Treverensis, petitione monstravit quod, cum venerabili fratri nostro . . Coloniensi archiepiscopo, providendi per se vel per alium aut alios tribus clericis ydoneis de totidem beneficiis ecclesiasticis, cuilibet eorum de uno beneficio, ad cujuscunque collationem seu presentationem spectante, etiam si curam haberent animarum et tunc vacabant in Treverensi civitate vel diocesi, vel quamprimum ad id se facultas offerret, et faciendi eos in ecclesiis in quibus eis providendum duceret, si collegiate forent, in canonicos recipi et in fratres, et contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, plenam concessissemus per nostas litteras facultatem, . . decanus Metensis, cui dictus archiepiscopus commiserat super hoc vices suas, eundem Petrum in dicta ecclesia sancti Paulini canonice recipi fecit in canonicum et in fratrem, auctoritate hujusmodi litterarum, et tandem sibi vacantem in ecclesia ipsa prebendam per mortem Ludowici, ejusdem ecclesie cantoris, duxit canonice conferendam. Orta itaque inter ipsum et Matheum de Sarburch, presbiterum canonicum ejusdem ecclesie, super eadem prebenda in qua uterque ipsorum se jus habere dicebat, materia questionis, et questione hujusmodi per appellationem ad sedem apostolicam legitime devoluta, nominatus Petrus et idem presbiter, volentes vitare litigiorum anfractus, in dilectum filium magistrum Laurentium, scolasticum Treverensem, notarium nostrum, super eadem prebenda et ejus fructibus, tanquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem compromittere ac super hoc ordinationi ipsius notarii se summittere curaverunt, de observanda ordinatione ipsius notarii prestito a dictis Petro et presbitero corporaliter juramento. Idem autem notarius, recepto hujusmodi compromisso et a nobis statuendi, ordinandi, providendi et diffiniendi super hoc, prout sibi expediens videretur, auctoritate ac plena et libera potestate oraculo vive vocis obtentis, audivit que partes voluerunt proponere coram eo, et quia, visis et plene discussis juribus utriusque partis, ei plene constitit quod predicta prebenda dicto Petro collata fuerat, auctoritate litterarum predictarum, per quas etiam debebat preferri omnibus receptis in dicta ecclesia, auctoritate legatorum ipsius sedis et motu proprio capituli dicte ecclesie in assecutione prebende, et quod dictus presbiter in prefata ecclesia receptus erat motu proprio ipsius capituli, quamvis ejus receptio esset per sedem apostolicam confirmata, ordinavit, statuit et providit, auctoritate ac potestate sibi a nobis in hac parte commissis, quod idem Petrus predictam prebendam, cum juribus et pertinentiis suis, haberet, et obtineret ac possideret pacifice et quiete, super ea dicto presbitero perpetuum silentium imponendo, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo dicti notarii, plenius dicitur contineri, nosque quod super hoc ab eodem notario factum extitit, ratum et firmum habentes ac id auctoritate apostolica confirmantes, vobis nostris dedimus litteris in mandatis ut vos vel alter vestrum, per vos vel per alium aut alios, illud executioni debite demandantes, predictum Petrum vel procuratorem suum, ejus nomine, in corporalem possessionem dicte prebende, amoto ab ea prefato presbitero et quolibet alio illicito detentore, induceretis et defenderetis inductum. Contradictores etc. Et licet vos, in executione mandati hujusmodi procedentes, dictum Petrum in corporalem possessionem prebende induxissetis ejusdem, quia tamen nondum ipsius prebende potuit pacificam possessionem habere, ad nos recurrere denuo est coactus. Quocirca mandamus quatinus, si est ita, eundem Petrum in ejusdem prebende possessionem, juxta tenorem mandati nostri ad vos directi, inducatis et defendatis inductum, facientes ipsum prefate prebende pacifica possessione gaudere. Contradictores etc., non obstante quod —. Datum apud Urbemveterem, v idus julii, anno tertio. »

**1986** Orvieto, 6 juillet 1264.

Episcopo Barchinonensi indulget ut ipse et clerici ipsius per triennum, dum Terrae Sanctae subsidio institerint, beneficio-

rum proventus cum integritate, non obstante absentia, percipere valeant. (Reg. 29, fol. 206, n° 1036.)

« *Episcopo Barchinonensi.* Zelo devotionis accensus —. Datum apud Urbemveterem, II nonas julii, anno tertio. »

**1987** Orvieto, 7 juillet 1264.

Episcopum et archidiaconum Vicenses praedictae indulgentiae conservatores deputat. (Reg. 29, fol. 206, n° 1037.)

« *Episcopo et dilecto filio archidiacono Vicensibus.* Venerabilis frater noster —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**1988** Orvieto, 13 juillet 1264.

Guillelmo, thesaurario Senonensi, germano Th., regis Navarrae, canonicatum Parisiensis ecclesiae, sub exspectatione praebendae, confert. (Reg. 29, fol. 206, n° 1038.)

« *Guillelmo, thesaurario Senonensi, germano carissimi in Christo filii nostri Th., illustris regis Navarre.* Et si altitudo —. Datum apud Urbemveterem, III idus julii, anno tertio. »

**1989** Orvieto, 15 juillet 1264.

Cellae Trecensis et Aremanensis, Trecensis diocesis, monasteriorum abbates praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 206 v°, n° 1039.)

« . . *Celle Trecensis et Aremanensis, Trecensis diocesis, monasteriorum abbatibus.* Cupientes [1] ut dilectus —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**1990** Orvieto, 14 juillet 1264.

Episcopo Parisiensi mandat ut Guillelmum, thesaurarium Senonensem, in ecclesia Parisiensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 206 v°, n° 1040.)

« *Episcopo Parisiensi.* A memoria nostra —. Datum apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio. »

1. Le manuscrit porte *Supientes.*

**1991** Orvieto, 9 juillet 1264.

Episcopo Basiliensi mandat ut ab Ulrico, canonico Littenbacensi, Basiliensis diocesis, resignatione recepta, canonicatum et praebendam sic vacantes personae idoneae conferat. (Reg. 29, fol. 206 v°, n° 1041.)

« *Episcopo Basiliensi.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, VII idus julii, anno tertio. »

**1992** Orvieto, 15 juillet 1264.

Episcopo Cameracensi mandat ut Maynero, dicto *Priori de Vernolio*, pauperi clerico, de quodam ecclesiastico beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii Lyesiensis, Cameracensis diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 207, n° 1042.)

« *Episcopo Cameracensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**1993** Orvieto, 8 août 1264.

Praeposito ecclesiae s. Dionysii Remensis executionem committit concordiae inter Johannem de Almonseis et magistrum Theobaldum, decanum ecclesiae s. Dionysii Leodiensis, initae, quatenus dictum Johannem contingit. (Reg. 29, fol. 207, n° 1043.)

« *Preposito ecclesie s. Dionisii Remensis.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, VI idus augusti, anno tertio. »

**1994** Orvieto, 8 août 1264.

Episcopo Parisiensi mandat decernat abbatem et conventum monasterii Fontis Johannis, Cisterciensis ordinis, Senonensis diocesis, de debitis certis mercatoribus Senensibus non teneri, nisi iidem mercatores, coram eodem episcopo comparentes, probaverint easdem summas in utilitatem ejusdem monasterii conversas fuisse. (Reg. 29, fol. 207, n° 1044.)

« . . *episcopo Parisiensi.* Sua nobis dilecti filii . . abbas, et conventus monasterii Fontis Johannis, Cisterciensis ordinis, Senonensis diocesis, petitione monstrarunt quod Gerardus, monachus, quondam abbas monasterii predicti, monasterium ipsum, irrequisito consensu conventus ejusdem, in viginti octo milibus librarum Turonensium et amplius diversis creditoribus, personis videlicet secularibus, obligavit, ex quo

prefatum monasterium ad illam desolationem devenerat quod in eo, in quo consueverant septuaginta monachi in divinis officiis deservire, vix poterant tantum duodecim sub paupertatis etiam onere residere. Verum, quia prefati creditores dictos abbatem et conventum coram diversis judicibus a sede apostolica delegatis adeo molestabant quod, nisi monasterio predicto sedes ipsa suo presidio celeriter succurrisset, non esset ei possibilitas resurgendi, nos, ad supplicationem abbatis et conventus predictorum, tibi per nostras litteras sub certa forma dedimus in mandatis ut, partibus convocatis, tam litteras super hoc ad judices memoratos obtentas, quam processus earum auctoritate habitos tibi faceres in judicio exhiberi, detentores ad exhibitionem eorum, si necesse foret, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo; et si nominati creditores probare non possent predictam pecuniam prefato Gerardo de consensu conventus mutuatam ac in utilitatem predicti monasterii conversam fuisse, licet super hoc littere dicti Gerardi in judicium deducerentur, predictis creditoribus super hujusmodi pecuniarum summis perpetuum imponeres silentium, dictosque abbatem et conventum ab impetitione creditorum ipsorum absolutos nuntiare curares.

Sane memorati abbas et conventus Bartholomeum Manchii, et Raynerium Bartholomei ac eorum socios, cives et mercatores Senenses, qui quandam summam pecunie dicto Gerardo se mutuasse dicebant, coram te super hoc traxerunt in causam et, oblato ex parte dictorum abbatis et conventus libello dictisque mercatoribus quasdam exceptiones proponentibus coram officiali tuo, cui super hoc commiseras totaliter vices tuas, ac eodem officiali proferente interlocutoriam super eis que etiam alias, juxta formam predictarum litterarum tibi directarum, aliquandiu in hujusmodi negotio duxerat procedendum, dicti mercatores ab ipsius officialis presentia recesserunt, in assignato partibus termino postmodum coram eo minime comparentes; in quos demum, quia pluries citati legitime, in prefixo eis termino peremptorio competenti coram ipso comparere contumaciter non curarunt, dictus officialis excommunicationis sententiam, exigente justitia, promulgavit, nec ulterius in causa processit eadem, non valens pro eo causam ipsam sententie calculo terminare, quod non est facta litis contestatio in eadem. Quare predicti abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt ut prefati monasterii super hoc obviare periculis eorumque providere quieti paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur, attendentes quod prefatum monasterium, occasione obligationis hujusmodi, nisi per nos ei oportuno remedio succurratur, irreparabile posset incurrere detrimentum, cum per hoc predictis abbati et conventui multiplex vexatio immineret, foretque verendum ne ipsius monasterii absorberet substantiam vorago excrescentium usurarum, ac volentes indempnitati ejusdem monasterii paterna in hac parte diligentia precavere, fraternitati tue mandamus quatinus, nisi predicti mercatores coram te comparuerint, infra certum terminum a te assignandum eisdem, et legitime probaverint prefatam pecuniam nominato Gerardo de consensu conventus mutuatam ac in utilitatem dicti monasterii conversam fuisse, licet littere ipsius G. in judicium deducantur, eisdem mercatoribus perpetuum super hoc imponens silentium, dictos abbatem et conventum ab impetitione mercatorum ipsorum absolvas, contradictores etc., non obstante quod in dicta causa non est ad litis contestationem processum, seu si aliquibus quod excommunicari, suspendi vel interdici non possint a sede apostolica sit indultum. Datum apud Urbemveterem, vi idus augusti, anno tertio. »

**1995** Orvieto, 4 août 1264.

Episcopo Suessionensi mandat ut Johannem presbyterum, rectorem ecclesiae de Fara, Suessionensis diocesis, in Suessionensi ecclesia in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 207 v°, n° 1015.)

« *Episcopo Suessionensi.* Per tuas nobis —. Datum apud Urbemveterem, ii nonas augusti, anno tertio. »

**1996** Orvieto, 11 juillet 1264.

Paulo Romani, principis Apostolorum, et Bartholomaeo Pedagnolo, duodecim Apostolorum basilicarum de Urbe canonicis mandat ut, obtentu J., s. Nicolai in Carcere Tulliano, et J., s. Mariae in Cosmedin diaconorum cardinalium, Odonem clericum, natum quondam Johannis Arcionis, civis Romani, in basilica s. Mariae Majoris de Urbe in canonicum recipi faciat cum exspectatione praebendae. (Reg. 29, fol. 207 v°, n° 1016.)

« *Paulo Romani, principis Apostolorum, et Bartholomeo Pedagnolo, duodecim Apostolorum basilicarum de Urbe canonicis.* Ad faciendam dilecto —. Datum apud Urbemveterem, v idus julii, anno tertio. »

**1997** Orvieto, 6 juillet 1264.

Infrascriptis mandat ut sententias excommunicationis si quae in Heliam de Caturco, canonicum Parisiensem, occasione Petri Rosselli, professoris theologicae facultatis, latae sunt, relaxent. (Reg. 29, fol. 207 v°, n° 1047.)

« .. *officiali majoris archidiaconi Remensis, et magistro Raymundo de Caturco, canonico ecclesie de Guornaio, Rothomagensis diocesis.* Ex parte dilecti filii magistri Helye de Caturco, canonici Parisiensis, nobis extitit intimatum quod .. prior sancti Dyonisii in Francia, executor, ut dicebat, sententie late per dilectum filium nostrum J., sanctorum Cosme et Damiani diaconum cardinalem, contra .. decanum, et capitulum Parisienses pro magistro Petro Rosselli, professore theologice facultatis, super receptione ac provisione sua in Parisiensi ecclesia a sede apostolica deputatus, diversas in contradictores et rebelles generaliter et nominatim in aliquos excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias, post appellationem ad sedem apostolicam interjectam, duxit pro sue voluntatis libito proferendas. Quare per ipsum magistrum H. nobis fuit humiliter supplicatum ut, ne contra eum, pretextu sententiarum earundem, quicquam in posterum a quoquam obici valeat, et ut sua in hiis conscientia servetur illesa, providere in hac parte sibi apostolica sollicitudine curaremus. Nos igitur ipsum, gratiosis suis exigentibus meritis, paterna benivolentia prosequentes, ejus supplicationibus inclinati, discretioni vestre mandamus quatinus vos vel alter vestrum, per vos vel per alium, ab ipso magistro recepto juramento de parendo mandatis ecclesie, predictas suspensionis, excommunicationis et interdicti sententias, si que fuerint, quoad eundem magistrum H., sine difficultate qualibet relaxantes, cum eo super irregularitate si quam se immiscendo divinis contraxit exinde, nec non quod decanatum et prebendam Laudunenses de quibus sibi medio tempore duximus providendum, sententiis et aliis predictis nequaquam obstantibus, possit licite retinere, cum velimus quod hujusmodi facta sibi provisio ac si dicte sententie late aliquatenus non fuissent, robur habeat firmitatis, auctoritate nostra nichilominus dispensetis. Datum apud Urbemveterem, II nonas julii, anno tertio. »

**1998** Orvieto, 7 juillet 1264.

Abbati Cisterciensi et capitulo generali ordinis Cisterciensis mandat ut de bonis ordinis G. tituli s. Laurentii in Lucina presbytero cardinali. provisionem annuam quadringentarum marcarum argenti persolvant. (Reg. 29, fol. 207 v°, n° 1048.)

« *Dilecto filio .. abbati Cisterciensi, et capitulo generali ordinis Cisterciensis.* Considerantes in sinu —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**1999** Orvieto, 30 juin 1264.

Episcopo Biterrensi indulget ut unum e clericis ipsius a decano et capitulo ecclesiae Biterrensis recipi faciat in canonicum, sub exspectatione praebendae. (Reg. 29, fol. 208, n° 1049.)

« *Episcopo Biterrensi.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

**2000** Orvieto, 14 juillet 1264.

Stephano, decano Tullensi, familiari apostolico, indulget ut in absentia fructus praebendarum Metensis et Virdunensis ecclesiarum, quarum canonicus existit, cum integritate percipere valeat. (Reg. 29, fol. 208, n° 1050.)

« *Stephano, decano Tullensi, familiari nostro.* Grata devotionis obsequia —. Datum apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio. »

**2001** Orvieto, 14 juillet 1264.

Decanum ecclesiae Montisfalconis, Remensis diocesis, praedictae indulgentiae deputat conservatorem. (Reg. 29, fol. 208, n° 1051.)

« *Decano ecclesie Montisfalconis, Remensis diocesis.* Grata devotionis obsequia —. Datum ut supra. »

**2002** Orvieto, 4 juillet 1264.

Bochardo de Monte-Morenciaco, canonico Briocensi, mandat ut Nicolaum de Petrigneio, pauperem clericum Andegavensem, in monasterio ecclesiae s. Mariae Andegavensis, ordinis s. Benedicti, in quo sunt canonici seculares praebendas inibi obtinentes quarum collatio ad abbatissam et conventum ejusdem monasterii pertinet, in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 208, n° 1052.)

« *Bochardo de Monte-Morenciaco, canonico Briocensi.*

Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas julii, anno tertio. »

**2003** Orvieto, 6 août 1264.

Episcopo Regino mandat ut magistrum Bartholomaeum de Regio, praepositum secularis ecclesiae de Castellarana, Reginae diocesis, ac Hugonem, rectorem domus Pontis de Yrberia, ejusdem diocesis, praeposituram, ad electionem capituli ejusdem loci spectantem, et rectoriam ad invicem permutare faciat. (Reg. 29, fol. 208, n° 1053.)

« *Episcopo Regino.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, VIII idus augusti, anno tertio. »

**2004** Orvieto, 14 juillet 1264.

Decano ecclesiae Montisfalconis, Remensis diocesis, mandat ut Stephano, decano Tullensi, familiari apostolico, de dignitate, personatu seu officio, cui cura non immineat animarum, ad cujuscumque collationem spectante, in Virdunensi aut Metensi diocesi provideat. (Reg. 29, fol. 208, n° 1054.)

« *Decano ecclesie Montis-Falconis, Remensis diocesis.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio. »

**2005** Orvieto, 7 juillet 1264.

Episcopo Norwicensi mandat ut magistro Waltero, dicto *de Lincolnia* [1], pauperi clerico, de aliquo beneficio ecclesiastico ad collationem prioris et conventus de Eya, ordinis s. Benedicti, Norwicensis diocesis, provideat. (Reg. 29, fol. 208, n° 1055.)

« *Episcopo Norwicensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**2006** Orvieto, 8 juillet 1264.

Archiepiscopo Bisuntino mandat ut Stephano de Antisella, pauperi clerico, de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem abbatis et conventus de Balma, Cluniacensis ordinis, Bisuntinae diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 208 v°, n° 1056.)

« *Archiepiscopo Bisuntino.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, VIII idus julii, anno tertio. »

**2007** Orvieto, 3 juillet 1264.

Decano ecclesiae Barchinonensis mandat ut Pontio Raymundi diacono, clerico episcopi Barchinonensis, parato statutis temporibus ad sacerdotium promoveri, obtentu ejusdem episcopi, de uno ex septem altaribus ejusdem ecclesiae, cui diu inservivit, quae altaria *canonicata* vulgariter appellantur, provideat. (Reg. 29, fol. 208 v°, n° 1057.)

« *Decano ecclesie Barchinonensis.* Viros benemeritos libenter —. Datum apud Urbemveterem, V nonas julii, anno tertio. »

**2008** Orvieto, 10 juillet 1264.

Magistro Raynerio de Romania, clerico Caroli Andegaviae et Provinciae comitis, obtentu ejusdem comitis, canonicatum ecclesiae Cenomanensis, sub exspectatione praebendae, confert. (Reg. 29, fol. 209, n° 1058.)

« *Magistro Raynerio de Romania, clerico dilecti filii nobilis viri Caroli, Andegavie et Provincie comitis.* Probitatis et devotionis —. Datum apud Urbemveterem, VI idus julii, anno tertio. »

**2009** Orvieto, 20 juillet 1264.

Praepositum de Curceyo in ecclesia b. Martini et cantorem ecclesiae s. Johannis Andegavensis praedictae collationis executores deputat. (Reg. 29, fol. 209, n° 1059.)

« *Preposito de Curceyo in ecclesia b. Martini et .. cantori ecclesie s. Johannis Andegavensis.* Probitatis et devotionis —. Datum ut supra. »

**2010** Orvieto, 30 juillet 1264.

Prioribus fratrum Praedicatorum et s. Michaelis de Bosco et guardiano fratrum Minorum Bononiensium mandat ut centum libras monetae, ex his quae Z., Avinionensis episcopus, legaverit Bonae Tabellioni, civi Bononiensi, exhibeant. (Reg. 29, fol. 209, n° 1060; Potthast, 18995.)

« .. *fratrum Predicatorum et .. s. Michaelis de Bosco prioribus et .. guardiano fratrum Minorum Bononiensium,*

1. En marge : « *Sufficiens fuit judicatus. G.* »

*executoribus testamenti bone memorie Z., episcopi Avenionensis.* Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas augusti, anno tertio. »

**2011** Orvieto, 30 juillet 1264.

Episcopum Bononiensem mandati praemissi conservatorem deputat. (Reg. 29, fol. 209, n° 1061.)

« *Episcopo Bononiensi.* Exposuit nobis dilectus —. Datum ut supra. »

**2012** Orvieto, 5 août 1264.

Scolastico ecclesiae s. Pauli Leodiensis mandat ut exnunc Renerum de Malre presbyterum, perpetuum capellanum in ecclesia de Antwerpia, consanguineum Egidii de Wineghem, capellani apostolici, capellaniam resignare paratum, in eadem de Antwerpia ecclesia in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 209, n° 1062.)

« *Scolastico ecclesie s. Pauli Leodiensis.* Dilectus filius Renerus —. Datum apud Urbemveterem, nonis augusti, anno tertio. »

**2013** Orvieto, 24 juin 1264.

Vicario Manfredi, electi Veronensis, priori fratrum Praedicatorum et Jacobo, canonico Veronensibus, ordinationem ac provisionem ecclesiarum civitatis et diocesis Veronensis committit. (Reg. 29, fol. 209 v°, n° 1063; Potthast, 18956.)

« *Dilectis filiis vicario dilecti filii Manfredi, electi Veronensis, priori fratrum Predicatorum et Jacobo, canonico Veronensibus.* Ex parte dilectorum —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas julii, anno tertio. »

**2014** Orvieto, 5 août 1264.

Magistro Petro Romani, capellano apostolico, canonico Baiocensi, indulget, obtentu magistri Adenulfi, capellani apostolici, ut praeter praebendas quas in Baiocensi et Abrincensi ecclesiis obtinet, unicum aliud ecclesiasticum beneficium recipere et retinere valeat. (Reg. 29, fol. 209 v°, n° 1064.)

« *Magistro Petro Romani, capellano nostro, canonico Baiocensi.* Ad faciendam tibi —. Datum apud Urbemveterem, nonis augusti, anno tertio. »

**2015** Orvieto, 9 août 1264.

Magistro Willelmo de Castro Nantonis, canonico ecclesiae s. Aniani Aurelianensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, obtentu Johannis de Curtiniaco, cujus clericus existit, indulget ut per biennium, apud curiam Romanam moram trahens, praebendae s. Aniani fructus cum integritate percipere valeat. (Reg. 29, fol. 209 v°, n° 1065.)

« *Magistro Willelmo de Castro-Nantonis, canonico ecclesie s. Aniani Aurelianensis, ad Romanam curiam nullo medio pertinentis.* Volentes tibi, obtentu —. Datum apud Urbemveterem, V idus augusti, anno tertio. »

**2016** Orvieto, 9 août 1264.

Priorem s. Juliani Pauperis Parisiensis praedictae indulgentiae conservatorem deputat. (Reg. 29, fol. 209 v°, n° 1066.)

« *Priori s. Juliani Pauperis Parisiensis.* Volentes dilecto filio —. Datum ut supra. »

**2017** Orvieto, 6 août 1264.

Archiepiscopo Bituricensi mandat ut Stephanum presbyterum, rectorem ecclesiae s. Boniti Bituricensis, et Stephanum de Albigniaco presbyterum, canonicum ecclesiae de Magduno, rectoriam et canonicatum cum praebenda ad invicem permutare faciat. (Reg. 29, fol. 209 v°, n° 1067.)

« *Archiepiscopo Bituricensi.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, VIII idus augusti, anno tertio. »

**2018** Orvieto, 30 juin 1264.

Archiepiscopo et capitulo ecclesiae s. Severini Burdegalensis mandat ut magistrum Petrum, dictum *Raynon*, rectorem ecclesiae de Baureyo, Burdegalensis diocesis, in canonicum recipiant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 210, n° 1068.)

« *Archiepiscopo et dilectis filiis capitulo ecclesie s. Severini Burdegalensis.* Dilectus filius magister —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

**2019** Orvieto, 5 juin 1264.

Abbati s. Andreae Alatrini mandat ut Johannem, clericum

ecclesiae s. Benedicti de Frusinone, natum Johannis loci ejusdem, obtentu J., s. Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis, in ecclesia Sorana in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 210, nº 1069.)

« *Abbati s. Andree Alatrini.* Injunctum nobis apostolatus —. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**2020** Orvieto, 11 juillet 1264.

Capitulo Tholetano indulget ut, sede vacante Tholetana, ad receptionem et provisionem de personatibus et dignitatibus minime teneantur. (Reg. 29, fol. 210, nº 1070.)

« *Capitulo Tholetano.* Ceca cordis cupiditas et ambitiosus mentis affectus sic nonnullos super obtinendis beneficiis ecclesiasticis insatiabiles effecere quod, per improbam immo reprobam ipsorum instantiam, decem et plures a nobis super receptione et provisione sua in ecclesia vestra, quidam eorum de personatibus vel dignitatibus, nonnulli vero de prebendis, canonicatibus et aliis beneficiis ejusdem ecclesie sub diversis formis litteras impetrasse dicuntur, quorum quidam de litteris ipsis effectum debitum jam obtinent, nonnullis in ecclesia receptis eadem adhuc sub expectatione provisionum manentibus, et reliquis super receptione et provisione sua vos et dictam ecclesiam, quam pastore vacare prospiciunt, multipliciter molestantibus auctoritate hujusmodi litterarum. Quare pro parte vestra humiliter petebatur a nobis ut providere super hoc vestre quieti paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, vobis et eidem ecclesie super tot provisionum gravamine paterno compatientes affectu, ac vos et ipsam quamtum cum Deo possumus, saltem ea pastore vacante, super hiis relevare volentes, universitati vestre auctoritate apostolica indulgemus ut, donec fuerit eidem ecclesie canonice de pastore provisum, ad receptionem et provisionem predictorum nondum in eadem ecclesia receptorum, quibus per hujusmodi nostras litteras pro eis obtentas, non est jus plenarie acquisitum, ac etiam per litteras quorumlibet aliorum a sede apostolica obtinendas, que de indulgentia hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem, minime teneamini nec ad id compelli possitis. Nos enim nichilominus suspensionis, interdicti aut excommunicationis sententias, si secus propter hoc in vos vel aliquem vestrum promulgari contigerit, ac etiam processum si quis auctoritate litterarum hujusmodi habitus fuerit, ex nunc decernimus irritos et inanes. Nolumus autem quod dilecto filio Bonifatio de Cocanato clerico, nepoti dilecti filii nostri U., sancti Eustachii diaconi cardinalis, super cujus receptione et provisione in predicta ecclesia litteras nostras sub certa forma direximus, auctoritate presentium possit generari prejudicium, vel super receptione ac provisione hujusmodi aliquod obstaculum interponi, vel quod presentes ad eum aliquatenus se extendant. Nulli ergo nostre concessionis et constitutionis etc. Datum apud Urbemveterem, v idus julii, anno tertio. »

**2021** Orvieto, 17 juillet 1264.

Abbati monasterii s. Auberti indulget ut, postquam de beneficio, ad ipsius collationem spectante, uni de illis pro quorum provisione scripta apostolica accepit, providerit, alteri clerico sui ipsius monasterii de altero beneficio providere valeat. (Reg. 29, fol. 210, nº 1071.)

« . . *abbati monasterii sancti Auberti in Ardentia, ordinis sancti Benedicti, Leodiensis diocesis.* Tue meritis devotionis inducimur ut te speciali gratia prosequamur. Cum itaque, sicut nobis significare curasti, clericis monasterio tuo et tibi obsequentibus, propter diversas litteras que super provisione plurium in partibus illis a sede apostolica emanasse noscuntur, de beneficiis, ad tuam collationem seu presentationem spectantibus, providere non possis, ac propter hoc hujusmodi obsequentium clericorum devotio circa te ac dictum monasterium non modicum minuatur, nos, tuis devotis supplicationibus inclinati, presentium tibi auctoritate concedimus ut, postquam uni de illis pro quorum provisione scripta nostra direximus, provisum fuerit, alii clerico tuo ipsius monasterii et tuis obsequiis insistenti, dummodo sit ydoneus, de unico beneficiorum hujusmodi, si quod vacat ad presens vel quamcito se facultas obtulerit, providere possis, ac eum omnibus qui supradictas litteras impetrarunt, in ejusdem beneficii valeas assecutione preferre. Contradictores etc. Volumus tamen quod propter hoc eisdem clericis quoad assecutionem aliorum beneficiorum nullum prejudicium generetur. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas augusti, anno tertio. »

**2022** Orvieto, 30 juillet 1264.

Priori s. Nicolai de Carro super Lidum, Cenomanensis diocesis, mandat ut magistrum Johannem de Carta, clericum, qui

Parisius cathedram in artibus meruit ascendere magistralem et diu studuit in utroque jure, in ecclesia s. Salvatoris Blesensis, Carnotensis diocesis, in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 210 v°, n° 1072.)

« *Priori s. Nicolai de Carro super Lidum, Cenomanensis diocesis.* Cupientes [1] benemeritos invenire —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas augusti, anno tertio. »

**2023** Orvieto, 4 juillet 1264.

Raimundo Ademari, canonico Caturcensi, mandat ut Arnaldum Guillelmi clericum in ecclesia s. Frontonis Petragoricensis in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 210 v°, n° 1073.)

« *Raimundo Ademari, canonico Caturcensi.* Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas julii, anno tertio. »

**2024** Orvieto, 16 août 1264.

Officiali Parisiensi mandat ut Guerino clerico, nato Thomae dicti *Comitis*, civis Remensis, canonicatum et praebendam in ecclesia s. Timothei Remensis, vacantes per resignationem Johannis dicti *Govions*, canonici Remensis, assignet. (Reg. 29, fol. 210 v°, n° 1074.)

« *Officiali Parisiensi.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, XVII kalendas septembris, anno tertio. »

**2025** Orvieto, 5 août 1264.

Archidiacono de Saladina, cantori Legionensi, mandat ut Petrum Petri, clericum chori ecclesiae Compostellanae, in eadem ecclesia in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 210 v°, n° 1075.)

« *Archidiacono de Saladina, cantori Legionensi.* Inducimur laudabilibus meritis —. Datum apud Urbemveterem, nonis augusti, anno tertio. »

**2026** Orvieto, 1er juillet 1264.

Girardo, decano ecclesiae s. Mariae in Valle Pruvini, Senonensis diocesis, obtentu precum reginae Navarrae, canonicatum ac praebendam in ecclesia Noviomensi confert. (Reg. 29, fol. 211, n° 1076.)

« *Girardo, decano ecclesie s. Marie in Valle-Pruvini, Senonensis diocesis.* Ex tenore tue —. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**2027** Orvieto, 8 août 1264.

Episcopo Nivernensi indulget ut Reginaldum de Mareiis, clericum ipsius consanguineum, in Nivernensi ecclesia in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 211, n° 1077.)

« *Episcopo Nivernensi.* Devotionis tue precibus —. Datum apud Urbemveterem, VI idus augusti, anno tertio. »

**2028** Orvieto, 27 juin 1264.

Abbati de Bema, Xanctonensis diocesis, mandat ut Gerardum de s. Martiale, pauperem clericum Petragoricensis diocesis, in ecclesia Albaterrensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 211 n° 1078.)

« *Abbati de Bema, Xanctonensis diocesis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, V kalendas julii, anno tertio. »

**2029** Orvieto, 28 juin 1264.

Priori de Wavera, ordinis s. Benedicti, Leodiensis diocesis, mandat ut, a Waltero de Wineghem, canonico ecclesiae Antwerpiensis, Cameracensis diocesis, nepote magistri Egidii de Wineghem, capellani apostolici, canonici Leodiensis, sacerdotalis praebendae, propter aetatis defectum, resignatione recepta, eamdem praebendam Renero de Malre presbytero, consanguineo et socio capellani praedicti, assignet, et eidem Waltero de alia praebenda non sacerdotali necnon et de annua pensione provideat, donec praebendae non sacerdotalis fructus perceperit. (Reg. 29, fol. 211 v°, n° 1079.)

« *Priori de Wavera, ordinis s. Benedicti, Leodiensis diocesis.* Dilectus filius Walterus — Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas julii, anno tertio. »

1. Le manuscrit porte par erreur *Supientes*.

**2030** Orvieto, 1er juillet 1264.

Cancellario Tornacensi mandat ut magistro Fulconi, dicto *Masch,* jam in ecclesia s. Pharaildis Gandensis, Tornacensis diocesis, in canonicum recepto, quamcito de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 211 v°, n° 1080.)

« *Cancellario Tornacensi.* Dilectus filius magister —. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**2031** Orvieto, 13 août 1264.

Magistro Raynerio de Passiaco, canonico Remensi, capellano apostolico, canonicatum Laudunensis ecclesiae confert. (Reg. 29, fol. 211 v°, n° 1081.)

« *Magistro Raynerio de Passiaco, canonico Remensi.* Clara probitatis tue —. Datum apud Urbemveterem, idus augusti, anno tertio. »

**2032** Orvieto, 13 août 1264.

Abbatem s. Dionysii et officialem archidiaconi Remensis praedictae collationis executores deputat. (Reg. 29, fol. 211 v°, n° 1082.)

« . . *abbati s. Dionisii, et . . officiali archidiaconi Remensis.* Clara dilecti filii —. Datum ut supra. »

**2033** Orvieto, 11 juillet 1264.

Episcopo Abrincensi mandat ut Johanni de Sanques, pauperi clerico, de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem spectante decani et capituli seu alicujus canonici s. Guillelmi de Moretolio, Abrincensis diocesis, provideat. (Reg. 29, fol. 211 v°, n° 1083.)

« *Episcopo Abrincensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, v idus julii, anno tertio. »

**2034** Orvieto, 9 août 1264.

Receptiones omnium praebendas in ecclesia Lyriacensi exspectantium revocat. (Reg. 29, fol. 212, n° 1084.)

« *Guillelmo, germano karissimi in Christo filii nostri . . regis Navarre illustris, thesaurario Senonensi, preposito Lyriacensis ecclesie, Bituricensis diocesis.* Oblata nobis ex parte tua petitio continebat quod nonnulli clerici super receptione ac provisione sua in ecclesia Lyriacensi, in qua prebendarum collatio ad te pertinere dicitur, litteras apostolicas impetrarunt, quidam etiam per litteras sedis apostolice sibi obtinuere concedi ut aliquos in dicta ecclesia possint facere recipi in canonicos et in fratres, ac provideri sibi de prebendis, cum ad id oportunitas se offerret. Hujusmodi vero litterarum pretextu, plures sub expectatione prebendarum vacaturarum ibidem in canonicos sunt recepti. Volentes igitur, tuis supplicationlbus inclinati, eandem ecclesiam, ex officio nostro, ab hujusmodi provisionibus relevari, receptiones omnium quos tu ibi non duxeris de speciali gratia retinendos, prebendas expectantium vacaturas, factas in ipsa ecclesia, nostra vel alia quavis auctoritate, ac etiam litteras supradictas, auctoritate presentium revocamus, decernentes te ac capitulum ipsius ecclesie ad receptionem vel provisionem aliquorum per hujusmodi litteras aliquatenus non teneri. Nulli ergo nostre revocationis et constitutionis etc. —. Datum apud Urbemveterem, v idus augusti, anno tertio. »

**2035** Orvieto, 9 août 1264.

Episcopum Autissiodorensem praedictae revocationis executorem deputat. (Reg. 29, fol. 212, n° 1085.)

« *Episcopo Autissiodorensi.* Oblata nobis ex —. Datum ut supra. »

**2036** Orvieto, 21 juillet 1264.

Episcopo Leodiensi transfretandi ad succurrendum Terrae Sanctae concedit facultatem. (Reg. 29, fol. 212, n° 1086.)

« . . *episcopo Leodiensi.* Postquam divine clementia majestatis humilitatem nostram, prout dignanter ei placuit, ad apostolice dignitatis altitudinem exaltavit, intime sinceritatis affectus quem ad Terram Sanctam dudum habuimus, sed precipue dum patriarchatus Jerosolimitani officium gerebamus, tanto majoris caritatis igne succensus extitit, quanto Redemptoris nostri benignitas nobis ad hoc de sue thesauro gratie plus indulsit. Tunc quidem dies anxios et noctes vigiles ac penales nos sepe sepius recolimus habuisse. ut terra ipsa, favente divine virtutis presidio, de sua deformatione lugubri posset in statum letitie refor-

mari. Nunc vero, propter rumores amarissimos et sinistros eventus quos de terra ipsa frequenter audimus, impetente illam assidue paganorum seva spurcitia et Tartarorum rabie furiosa, non minor est nobis cordis anxietas et afflictio spiritus quam si conditionem ipsius miseram et miserabilem corporeis oculis videremus. Quis enim, se renatum sacro fonte baptismatis recognoscens, sine pietate animi et habundantia compassionis in itinere pretereat loca illa sacratissima tot fuisse temporibus per gentem illam horridam tam enormiter prophanata? Cujus enim pectus foret ita lapideum vel cor taliter obstinatum, quin pro modulo sue virtutis et scientie promptus ad succursum haberetur et facilis, ne pereat ipsius terre residuum, sub innumeris laboribus ac infinitis angustiis ac etiam sub quodam effuso sanguinis flumine innocentis acquisitum?

Ecce, frater venerabilis quem sincere in Domino complectimur brachio caritatis, anxietatum et dolorum multitudinem, nobis de prefate terre dispendiis imminentem, mirum in modum tue devotionis aromata mitigarunt, dum jocundo corde didicimus quod Spiritus Sancti benignitas, qui devotorum replet corda fidelium et est omnium remissio peccatorum, quique celestis aule divitias pro sua clementissima voluntate dispensat, cor tuum ad amorem et timorem divini nominis ita disposuit, tueque sinceritatis affectum ad Terre Sancte subsidium taliter inflammavit ut geras in voto firmissime te pro ipsius Terre subsidio vivifice Crucis signaculo reddere insignitum, ductus consideratione provida et meditatione discreta quod crucesignatorum humilitas, grata supernis et veneranda terrenis, in suscepto vexillo crucis clavem thesauri celestis et sigillum habeat cui dominici corporis beatissima provenit impressio, pro generis humani periculis in salutis eterne gaudia convertendis, ac etiam quod illi qui contriti veraciter et confessi, crucem humiliter suscipiunt, illam in summi regis obsequio debita reverentia prosecuturi, sunt a peccatis omnibus et illorum pena liberi ac ineffabili gratia et honore in splendoris eterni patria coronandi. Felix hora seu jocunda dies in qua conditor et redemptor omnium ac vas refertissimum omnium gratiarum tantam tuis precordiis sue gratie largitatem infudit, ut sibi corde mundo per fidem, novo per spem et recto per caritatem adherens, predicti regis eterni alletha strenuus, ita fore desideres quod exemplo tui multi potentes et nobiles affectum concipiant mente humili ad predicte Terre succursum magnifice procedendi.

De hac autem intentione tua laudabili et felici dilectus filius magister Egidius de Winenghen, capellanus noster, canonicus Leodiensis, nuntius tuus, multa desiderabilia et jocunda retulit coram nobis, constanter asserens quod tu predicte crucis signum, vita comite ac divina gratia suffragante, in omnem eventum velles accipere ac in primo passagio a sede apostolica statuendo, cum bellatorum honorabili comitiva, in ejusdem terre subsidium proficisci. Ut autem tuum salubre desiderium super hiis votivum possit suscipere complementum, nos, fraternitatis tue devotis precibus inclinati, presentium tibi auctoritate concedimus ut et sepedictam crucem, in nomine Salvatoris nostri Dei, devoto spiritu et animo reverenti suscipere ac in sepedicte Terre succursum possis libere transfretare. Tu itaque, sicut vir genere nobilis et ecclesiam obtinens famosa dignitate conspicuam ac in divitiis opulentam, pii voti conceptum sic in actum deducere ac Deo propitio studeas efficaciter adimplere quod sepedicte terre et constitutis in ipsa Christi fidelibus gaudiorum affluentia exinde producatur, tibique de Crucifixi munifica pietate proveniat preciosos beatissime Crucis fructus consequi et de ipsorum felici dulcedine cum angelis perpetuo satiari. Hos etenim fructus industria tue fraternitatis esse intelligat remissionem omnimodam peccatorum, infusionem virtutum, et spiritualium dulcedinem ac felicissimam claritatis deifice visionem. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas augusti, anno tertio. »

**2037** Orvieto, 25 juillet 1264.

Eidem significat se vicesimam omnium ecclesiasticorum redditaum et redemptiones votorum crucesignatorum, obventiones quoque et legata omnia Terrae Sanctae succursui deputata, per abbatem monasterii s. Trudonis, decanum et magistrum Marchualdum, archidiaconum Leodienses in Leodiensi et Trajectensi civitatibus et diocesibus colligi et in monasterio Fusniacensi, Cisterciensis ordinis, Laudunensis diocesis, cum integritate deponi fecisse, de quibus certam summam episcopo Leodiensi, quando iter transmarinum arripuerit, assignare intendit. (Reg. 29, fol. 212 v°, n° 1087.)

« *Eidem.* Ad consequendam gloriam —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas augusti, anno tertio. »

**2038** Orvieto, 12 août 1264.

Abbati de Liskes, Praemonstratensis ordinis, Morinensis diocesis, mandat provideat ecclesiis vacantibus diocesis Morinensis, ad collationem episcopi spectantibus, sede vacante, de personis idoneis. (Reg. 29, fol. 212 v°, n° 1088.)

« *Abbati de Liskes, Premonstratensis ordinis, Morinensis diocesis.* Ad audientiam nostram —. Datum apud Urbemveterem, II idus augusti, anno tertio. »

**2039** Orvieto, 13 août 1264.

Archidiacono de Guadalfarana in ecclesia Toletana mandat ut bona ejusdem ecclesiae, tunc pastore carentis, ab illicitis detentoribus ad ipsius mensam revocet. (Reg. 29, fol. 212 v°, n° 1089.)

« . . *archidiacono de Guadalfarana in ecclesia Tholetana.* Significarunt nobis dilecti filii capitulum ecclesie Tholetane quod quidam, in ecclesia ipsa in fratres et canonicos recepti per nostras litteras, per quas eos ibidem recipi et provideri sibi de prebendis et prestimoniis mandavimus, fecerunt sibi per executores eis super hoc deputatos conferri pro prebendis et prestimoniis hujusmodi quedam castra, villas et alia bona ad mensam archiepiscopi Tholetani spectantia, que non sunt prebende nec prestimonia, quin potius ab hujusmodi bonis penitus sunt discreta, cujus collationis pretextu iidem castra, villas et bona eadem, in ipsius mense prejudicium, detinent occupata. Cum igitur Tholetana sedes ad presens careat legitimo defensore, nos, volentes ipsius mense indempnitatibus sollicite precavere, veris existentibus supradictis, collationem de bonis hujusmodi, ad dictam mensam spectantibus, taliter factam decernimus per nostras litteras nullius existere firmitatis, ac fieri de cetero similia duximus districtius inhibendum. Quocirca mandamus quatinus castra, villas et bona eadem, amotis ab eis quibuslibet illicitis detentoribus, ad mensam ipsam per te vel per alium legitime revocare procures, faciens ea per illum ad quem spectat conservatio bonorum mense jam dicte, ad opus futuri pontificis fideliter conservari. Contradictores etc. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, idus augusti, anno tertio.

**2040** Orvieto, 9 août 1264.

Archidiacono de Almazan in ecclesia Seguntina, ad preces ecclesiae Tholetanae capituli, mandat ut magistro Hermando, Tholetano canonico, de praestimoniis provideat. (Reg. 29, fol. 212 v°, n° 1090.)

« *Archidiacono de Almazan in ecclesia Seguntina.* Porrecta nobis ex —. Datum apud Urbemveterem, V idus augusti, anno tertio. »

**2041** Orvieto, 14 juillet 1264.

S. Mariae de Oliveto et s. Mariae de Valle prioribus Perusinis mandat ut inter omnes ecclesias et monasteria, tam exempta quam non exempta, diocesis Perusinae, onera dividat procurationum legatis et nuntiis apostolicis solvi solitarum. (Reg. 29, fol. 212 v°, n° 1091.)

« . . *sancte Marie de Oliveto, et . . sancte Marie de Valle prioribus Perusinis.* Venerabilis frater noster . . episcopus, et dilecti filii . . archipresbiter et capitulum ac abbas et conventus monasterii sancti Petri Perusini sua nobis communicatione monstrarunt quod tam ipsi quam totus clerus Perusine civitatis et diocesis in exhibendis procurationibus legatis et nuntiis apostolice sedis, qui frequenter per Perusium transeunt, adeo pergravantur, a ceteris eorundem locorum monasteriis et ecclesiis non adjuti, quod non possunt amplius sine gravi dispendio sustinere; super quo iidem petierunt sibi de consueta ipsius sedis providentia misericorditer subveniri. Quia vero onera per partes divisa levius supportantur, mandamus quatinus, pensatis circumspectione provida facultatibus omnium monasteriorum et ecclesiarum earundem civitatis et diocesis, tam exemptorum quam non exemptorum, Cisterciensis, Militie Templi et aliorum ordinum, que possunt hujusmodi onera supportare, auctoritate nostra statuatis ut hii omnes proportionaliter contribuant juxta vires pro hujusmodi procurationibus exhibendis. Non obstante —. Presentibus post annum minime valituris. Datum apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio. »

**2042** Orvieto, 15 juillet 1264.

J., s. Mariae in Cosmedin diacono cardinali, annuam pensionem quindecim marcarum argenti assignat, ab episcopo Bathoniensi et Wellensi pro tempore existenti solvendam. (Reg. 29, fol. 213, n° 1092.)

« *J., s. Marie in Cosmedin diacono cardinali.* Quanto

nobilius ecclesie —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**2043** Orvieto, 15 juillet 1264.

Lincolniensem et Roffensem episcopos praedictae concessionis conservatores deputat. (Reg. 29, fol. 213, n° 1093.)

« .. *Lincolniensi et* .. *Roffensi episcopis.* Quanto dilectus filius —. Datum ut supra. »

**2044** Orvieto, 3 juillet 1264.

Priori s. Crucis ante Metim, Praemonstratensis ordinis, mandat ut Guillelmo, dicto *Graitepaille,* canonico ecclesiae s. Theobaldi Metensis, quamcito de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 213, n° 1094.)

« *Priori s. Crucis ante Metim, Premonstratensis ordinis.* Dilectus filius Guillelmus —. Datum apud Urbemveterem, v nonas julii, anno tertio. »

**2045** Orvieto, 5 août 1264.

Episcopo Legionensi indulget ut Pelagio Petri et Johanni Guillelmi, portionariis Legionensis ecclesiae, ipsius commensalibus, unam de canoniis et praebendis ejusdem ecclesiae conferre valeat. (Reg. 29, fol. 213, n° 1095.)

« *Episcopo Legionensi.* Tue merita devotionis —. Datum apud Urbemveterem, nonis augusti, anno tertio. »

**2046** Orvieto, 11 août 1264.

Petro, magistro scolarum ecclesiae Zamorensis, subdiacono et capellano apostolico, nepoti magistri Stephani, capellani apostolici, nepotis bonae memoriae E., ss. Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, indulget ut cum magisterio scolarum Zamorensi personatum vel dignitatem aut praebendam in ecclesia Salamantina recipere et retinere valeat. (Reg. 29, fol. 213, n° 1096.)

« *Petro, magistro scolarum ecclesie Zamorensis.* Et si pretermittit —. Datum apud Urbemveterem, III idus augusti, anno tertio. »

**2047** Orvieto, 23 juillet 1264.

Abbate monasterii Omnium Sanctorum in Insula Cathalaunensi, ordinis s. Augustini, supplicante, mandat ut priores prioratuum eidem monasterio subjectorum prioratus suos ultra summam centum solidorum tur., absque abbatis consensu, obligare minime valeant. (Reg. 29, fol. 213 v°, 1097.)

« *Abbati monasterii Omnium Sanctorum in Insula Cathalaunensi, ordinis s. Augustini.* Sicut ex parte —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio. »

**2048** Orvieto, 12 août 1264.

De bonis ecclesiae Toletanae ad ejus mensam revocandis. (Reg. 29, fol. 213 v°. n° 1098.)

« *Capitulo Tholetano.* Ex parte vestra [1] —. Datum apud Urbemvererem, II idus augusti, anno tertio. »

**2049** Orvieto, 9 août 1264.

Martino Vincentii, canonico Salamantino, mandat ut Petro Munionis, canonico ecclesiae Toletanae, in eadem ecclesia de praestimoniis provideat. (Reg. 29, fol. 213 v°, n° 1099.)

« *Martino Vincentii, canonico Salamantino.* Porrecta nobis ex —. Datum apud Urbemveterem, v idus augusti, anno tertio. »

**2050** Orvieto, 23 juillet 1264.

Abbati monasterii s. Pauli Virdunensis, Praemonstratensis ordinis, et Stephano, decano Tullensi, mandat ut vicesimam omnium ecclesiasticorum reddituum necnon redemptiones votorum crucesignatorum, obventiones quoque ac legata ex quacumque causa Terrae Sanctae succursui deputata in Metensi, Virdunensi et Tullensi diocesibus per triennium exigant. (Reg. 29, fol. 213 v°, n° 1100.)

« *Abbati monasterii s. Pauli Virdunensis, Premonstratensis ordinis, et Stephano, decano Tullensi.* Ferventer in desiderio —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio. »

1. Cette lettre est rédigée à peu près dans les mêmes termes que la lettre n° 2039.

**2051** Orvieto, 17 août 1264.

Episcopo Herbipolensi mandat ut Johanni, clerico et notario fratris A., magistri hospitalis s. Mariae Theutonicorum, de aliquo beneficio, ad cujuscumque collationem spectante, in Herbipolensi diocesi provideat. (Reg. 29, fol. 213 v°, n° 1101.)

« *Episcopo Herbipolensi.* Digne ac laudabiliter —. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas septembris, anno tertio. »

**2052** Orvieto, 21 août 1264.

Abbati de Pelys, priori provinciali fratrum Praedicatorum in Hungaria et custodi ecclesiae Albensis mandat faciant ut Andreae, praeposito s. Johannis, Trystayn cantori et Gregorio canonico Quinqueecclesiensibus, quibus inquisitio facienda super diversis criminibus contra Job, Quinqueecclesiensem episcopum, commissa sit, ad prosequendum hoc negotium, de bonis episcopalibus Quinqueecclesiensis ecclesiae expensae ministrentur necessariae. (Reg. 29, fol. 213 v°, n° 1102; Potthast 19004.)

« *Abbati de Pelys, . . priori provinciali fratrum Predicatorum in Ungaria, et . . custodi ecclesie Albensis, Vespriniensis diocesis.* Dilecti filii Andreas —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas septembris, anno tertio. »

**2053** Orvieto, 19 juillet 1264.

Abbati s. Saturnini, Tolosanae diocesis, ecclesiam s. Pontii, ejusdem diocesis, confert. (Reg. 29, fol. 214, n° 11031.)

« *Abbati s. Saturnini Tolosani.* Cum, sicut intelleximus —. Datum apud Urbemveterem, xiiii kalendas augusti, anno tertio. »

**2054** Orvieto, 11 juillet 1264.

Episcopo et capitulo Legionensibus indulget ut ad receptionem et provisionem clericorum exspectantium personatus, praebendas et canonias minime teneantur. (Reg. 29, fol. 214, n° 1104.)

« *Episcopo et dilectis filiis capitulo Legionensibus.* Ceca cordis cupiditas —. Datum apud Urbemveterem, v idus julii, anno tertio. »

**2055** Orvieto, 24 août 1264.

Magistro Odoni de s. Dyonisio, canonico Parisiensi, donationem sibi, quoad vixerit, domus de Mortuo-Mari, Cicestrensis diocesis, a priore et conventu prioratus Lewensis, Cluniacensis ordinis, Pictavensis diocesis, factam et ab Innocentio papa IIII confirmatam, denuo confirmat. (Reg. 29, fol. 214, n° 1105 [1].)

« *Magistro Odoni de s. Dyonisio, canonico Parisiensi.* Illos favore speciali —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas septembris, anno tertio. »

**2056** Orvieto, 13 août 1264.

Abbati Novi Castri, Cisterciensis ordinis, Argentinensis diocesis, mandat ut Nicolao, pauperi clerico Warmaciensi, de aliquo beneficio, ad collationem decani et capituli ecclesiae Cellensis, Maguntinae diocesis, provideat. (Reg. 29, fol. n° 1106.)

« *Abbati Novi Castri, Cisterciensis ordinis, Argentinensis diocesis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, idus augusti, anno tertio. »

**2057** Orvieto, 23 juillet 1264.

Abbati monasterii s. Trudonis, Leodiensis diocesis, decano et magistro Marchualdo, archidiacono Leodiensibus, mandat ut per triennium in Leodiensi et Trajectensi diocesibus vicesimam omnium ecclesiasticorum reddituum, necnon redemptiones votorum crucesignatorum, obventiones quoque ac legata ex quacumque causa Terrae Sanctae succursui deputata, in Metensi, Virdunensi et Tullensi diocesibus exigant. (Reg. 29, fol. 214 v°, n° 1107.)

« *Abbati monasterii s. Trudonis, Leodiensis diocesis, . . decano, et magistro Marchualdo, archidiacono Leodiensibus.* Ad consequendam gloriam —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio. »

**2058** Orvieto, 31 juillet 1264.

Magistro Theoderico, canonico ecclesiae Neusensis extra muros Warmacienses, clerico episcopi Warmaciensis, indulget ut, Warmaciensis episcopi insistendo servitiis, fructus praebendae cum integritate percipere valeat. (Reg. 29, fol. 214 v°, n° 1108.)

1. Il y a évidemment une transposition dans les indications de ces deux diocèses.

« *Magistro Theoderico, canonico ecclesie Neusensis extra muros Warmacienses, clerico venerabilis fratris nostri episcopi Warmaciensis.* Illos favore speciali —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas augusti, anno tertio. »

**2059** Orvieto, 2 juillet 1264.

Abbatem monasterii b. Mariae de Cella, Pictavensis diocesis, conservatorem deputat privilegii quo capitulo Engolismensi libera conceditur electio decani. (Reg. 29, fol. 214 v°, n° 1109.)

« . . *abbati monasterii beate Marie de Cella, Pictavensis diocesis.* Oblata [1] coram nobis ex parte dilectorum filiorum capituli Engolismensis petitio continebat quod tam felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, quam nos super provisione facienda certis personis de prioratu vel dignitate in ecclesia Engolismensi, in qua duo nostra et duo ejusdem predecessoris auctoritate, sub expectatione prebendarum vacaturarum, in fratres et canonicos sunt recepti, ad certos executores direximus scripta nostra. Cum autem electio decani ejusdem ecclesie ad dictum capitulum, ut asserunt, pertineat et nullum jus habeant in collatione aliorum prioratuum vel dignitatum ecclesie supradicte ac predicte ecclesie noscatur plurimum expedire ut persona ydonea, que in sacerdotem se promoveri et residentiam continuam faciat in eadem ac curam gerat capituli, ut tenetur, in decanum preficiatur eidem, dictum capitulum nobis humiliter supplicarunt ut super hoc providere paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, eorundem capituli supplicationibus inclinati, eis per nostras duximus litteras indulgendum ut per aliquas litteras a sede apostolica impetratas, sub quacunque forma vel expressione verborum, etiam si per eas sit ad inhibitionem sive reservationem aut decretum processum, vel etiam impetrandas, que de indulto hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem, idem decanatus, cum vacaverit, cuivis persone conferri non possit, et eisdem capitulo super electione decani nullum valeat generari prejudicium vel obstaculum interponi, quominus ipsi ad decanatum ipsum, cum illum vacare contigerit, prout ad eos pertinet, possint personam ydoneam eligere in decanum. Quocirca mandamus quatinus predictos capitulum contra concessionis nostre tenorem non permittas super hiis ab aliquo indebite molestari. Molestatores etc. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, VI nonas julii, anno tertio. »

1. En marge : « *De hoc continetur scilicet in capitulo.* » Cf. plus haut, n° 1941, p. 306.

**2060** Orvieto, 14 juillet 1264.

Quadraginta dies de injuncta pœnitentia relaxat omnibus qui ad ecclesiam Legionensem, in honorem b. Mariae Virginis dicatam, in festivitatibus Natalis Domini, Epiphaniae, in Dominica Palmarum, necnon in festivitatibus Resurrectionis dominicae et Ascensionis, Pentecostes, s. Johannis Baptistae, ss. Apostolorum Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, Dedicationis ipsius Legionensis ecclesiae ac gloriosae Virginis solemnitatibus se conferent. (Reg. 29, fol. 214 v°, n° 1110.)

« *Episcopo et dilectis filiis . . decano et capitulo Legionensibus.* Licet is de —. Datum apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio. »

**2061** Orvieto, 7 juillet 1264.

Magistro Petro Capezon, canonico Palentino, mandat ut Pascasium Petri, thesaurarium ecclesiae Cauriensis, nepotem Sanctii Petri, scriptoris regis Castellae ac Legionis, obtentu ejusdem regis, in ecclesia Burgensi, non obstante contradictione episcopi et capituli, exnunc in canonicum recipi faciat eique de praebenda cum praestimoniis provideat. (Reg. 29, fol. 214 v°, n° 1111.)

« *Magistro Petro Capezon, canonico Palentino.* Circa illos specialiter —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**2062** Orvieto, 28 juillet 1264.

Priori de Tasignano, Lucanae diocesis, mandat ut Ubaldo, plebano plebis de Lamari, Lucanae diocesis, camerario magistri Gualae, notarii apostolici, canonici ecclesiae Lucanae, de praebenda quamprimum provideat. (Reg. 29, fol. 215, n° 1112.)

« *Priori de Tasignano, Lucane diocesis.* Dilectus filius Ubaldus —. Datum apud Urbemveterem, V kalendas augusti, anno tertio. »

**2063** Orvieto, 30 juin 1264.

Episcopo Noviomensi mandat ut Robertum, dictum *Fabrum*, presbyterum, episcopi capellanum, in ecclesia Noviomensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 215, n° 1113.)

« *Episcopo Noviomensi.* Cum in Noviomensi —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

**2064** Orvieto, 1er juin 1264.

Episcopo et Johanni Cotti, canonico ecclesiae Nivernensis, et decano ecclesiae de Freynayo, Nivernensis diocesis, mandat ut Falconi clerico, nato nobilis viri Guillelmi de Rupe-Dangulfi, prioratum loci ejusdem, ad monasterium s. Genulfi, ordinis s. Benedicti, Bituricensis diocesis, pertinentem, « qui fundatus extitit de bonis progenitorum predicti nobilis, » conferat, obtentu prioris hospitalis s. Johannis Jerosolimitani Acconensis, capellani apostolici. (Reg. 29, fol. 215, n° 1114.)

« *Episcopo et Johanni Cotti, canonico ecclesie Nivernensis, et decano ecclesie de Freynayo, Nivernensis diocesis.* Dilectus filius Falco —. Datum apud Urbemveterem, kalendis junii, anno tertio. »

**2065** Orvieto, 23 août 1264.

Magistro Claudio, fratri cancellarii Urbis, capellano apostolico, canonico Ambianensi, indulget ut fructus praebendae Ambianensis, dum papae servitiis institerit, in absentia cum integritate percipere valeat. (Reg. 29, fol. 215, n° 1115.)

« *Magistro Claudio, fratri dilecti filii nostri . . cancellarii Urbis, capellano nostro, canonico Ambianensi.* Illos non immerito —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas septembris, anno tertio. »

**2066** Orvieto, 23 août 1264.

Magistros Nicolaum de Senis Parisiensis et Nicolao de Terracina Brugensis, Tornacensis diocesis, ecclesiarum canonicos, capellanos apostolicos, praedictae indulgentiae constituit conservatores. (Reg. 29, fol. 215 v°, n° 1116.)

« *Magistro Nicolao de Senis Parisiensis et Nicolao de Terracena* (sic) *Brugensis, Tornacensis diocesis, ecclesiarum canonicis, capellanis nostris.* Illos etc., ut supra —. Datum ut supra. »

**2067** Orvieto, 23 août 1264.

Praeposito ecclesiae s. Georgii Strigoniensis mandat ut Egidio, presbytero Jauriensi, qui cum magistro Xisto, capellano apostolico, clerico et nuntio regis et reginae Hungariae, non modicum laboravit pro eorumdem regis et reginae obsequiis, in ecclesia Budensi, Vesprimiensis diocesis, in canonicum sub exspectatione praebendae recipi faciat. (Reg. 29, fol. 215 v°, n° 1117.)

« *Preposito ecclesie s. Georgii Strigoniensis.* Apostolice benignitatis affectum —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas septembris, anno tertio. »

**2068** Orvieto, 21 août 1264.

Episcopo Leodiensi mandat ut Egidio de Alost, pauperi clerico, familiari magistri Reneri, scolastici Tungrensis, Leodiensis diocesis, de aliquo ecclesiastico beneficio, ad cujuscumque collationem spectante, in eadem diocesi provideat. (Reg. 29, fol. 215 v°, n° 1118.)

« *Episcopo Leodiensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas septembris, anno tertio. »

**2069** Orvieto, 3 juin 1264.

Thesaurario ecclesiae Rothomagensis mandat ut Gervasio Rumi, clerico Baiocensis diocesis, de aliquo beneficio, ad collationem abbatis et conventus monasterii b. Mariae de Ardena, Praemonstratensis ordinis, Baiocensis diocesis, in eadem diocesi provideat. (Reg. 29, fol. 215 v°, n° 1119.)

« *Thesaurario ecclesie Rothomagensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, III nonas junii, anno tertio. »

**2070** Orvieto, 2 juin 1264.

Scolastico Morinensi mandat ut Laurentio, dicto *de Bello-Canreto,* pauperi clerico Ambianensis diocesis, de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Salvii in Monsterolo, ordinis s. Benedicti, Ambianensis diocesis, spectante, in eadem diocesi provideat. (Reg. 29, fol. 216, n° 1120.)

« *Scolastico Morinensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas junii, anno tertio.

**2071** Orvieto, 5 juin 1264.

Episcopo Ambianensi mandat ut Petro, dicto *Botarel,* de

Monsterolo, pauperi clerico, de aliquo beneficio ad collationem abbatissae et conventus monasterii s. Austrebertae in Monsterolo, ordinis s. Benedicti, Ambianensis diocesis, spectante, in eadem vel aliena diocesi provideat. (Reg. 29, fol. 216, n° 1121.)

« *Episcopo Ambianensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**2072** Orvieto, 19 juillet 1264.

Abbati monasterii de Suarzahe, Argentinensis diocesis, mandat ut Ulricum, rectorem capellae in Tunnenheim, Argentinensis diocesis, clericum abbatis monasterii Novi Castri, Cisterciensis ordinis, capellani apostolici, in ecclesia Honagensi, ejusdem diocesis, in canonicum sub exspectatione praebendae recipi faciat. (Reg. 29, fol. 216, n° 1122.)

« *Abbati monasterii de Suarzahe, Argentinensis diocesis.* Dilectum filium Ulricum —. Datum apud Urbemveterem, xiiii kalendas augusti, anno tertio. »

**2073** Orvieto, 20 août 1264.

Episcopo Leodiensi indulget ut duos clericos in duabus ecclesiis, cathedrali excepta, in canonicos recipi faciat eisque de praebendis provideat. (Reg. 29, fol. 216, n° 1123.)

« *Episcopo Leodiensi.* Exigentibus tue devotionis —. Datum apud Urbemveterem, xiii kalendas septembris, anno tertio. »

**2074** Orvieto, 27 août 1264.

Magistro Petro de Lata-Petra, canonico Lemovicensi, mandat ut Petrum Fulcaudi, pauperem clericum Pictavensis diocesis, obtentu Gaufridi de Doe, militis Alfonsi Pictavensis et Tholosani comitis, in ecclesia s. Mariae Castri-Aeyraudi, dictae diocesis, in canonicum recipi faciat cum praebenda. (Reg. 29, fol. 216, n° 1124.)

« *Magistro Petro de Lata-Petra, canonico Lemovicensi.* Consideratione dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas septembris, anno tertio. »

**2075** Orvieto, 26 août 1264.

Episcopo Xanctonensi mandat absolvat dominam de Tertio a juramento quo viro quondam suo Johanni de Nantolio, promisit se, pro suae vel parentum suorum animarum salute, ultra valorem decem librarum pictavensium in redditibus et centum libras in pecuniam non erogaturam esse. (Reg. 29, fol. 216 v°, n° 1125.)

« . . *episcopo Xanctonensi.* Sua nobis dilecta in Christo filia nobilis mulier . . domina de Tertio, uxor nobilis viri Johannis de Nantolio, tue diocesis, petitione monstravit quod ipsa, vivente quondam J., viro suo, juravit se, pro sue vel parentum suorum animarum salute, ultra valorem decem librarum pictavensium in redditibus et centum librarum in pecunia non daturam. Verum, cum hujusmodi redditus et pecuniam, dum predictus vir viveret, pro animarum sue ac parentum suorum remedio erogavit, et adhuc alia de bonis suis supererogaret libenter, ut asserit, si juramentum hujusmodi non obstaret, petebatur a nobis ex parte ipsius nobilis ut saluti ejus in hac parte consulere curaremus. Cum igitur juramentum hujusmodi, quod pietatis opus impedit, non expediat observari, fraternitati tue, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, mandamus quatinus, si est ita, juramento hujusmodi auctoritate nostra absolvas eandem, et concedas ei ut, eo nequaquam obstante, possit licite bona sua mobilia et immobilia in pios usus, prout secundum Deum anime sue saluti expedire viderit, erogare. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas septembris, anno tertio. »

**2076** Orvieto, 23 août 1264.

Magistro Johanni, decano Lucensi, capellano apostolico, mandat ut Petrum, dictum *Moy*, clericum et alumnum A., in Romanorum regem electi, Castellae ac Legionis regis, in ecclesia Auriensi in canonicum sub exspectatione praebendae recipi faciat. (Reg. 29, fol. 216 v°, n° 1126 [1].)

« *Magistro Johanni, decano Lucensi, capellano nostro.* Dilectum filium Petrum —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas septembris, anno tertio. »

**2077** Orvieto, 23 août 1264.

Magistro Stephano, archidiacono Gadicensi in ecclesia Ispalensi, mandat ut Sanctium Dominici, clericum regis Castellae, in ecclesia Palentina in canonicum sub exspectatione praebendae recipi faciat. (Reg. 29, fol. 216 v°, n° 1127 [2].)

1. En marge : « *Ad instantiam magistri Radulfi de Podio-Bonizi fuit concessa.* »

2. En marge : « *Ad instantiam ejusdem fuit concessa.* »

« *Magistro Stephano, archidiacono Gadicensi in ecclesia Ispalensi.* Dilectum filium Santium —. Datum ut supra. »

**2078** Orvieto, 25 août 1264.

Abbati de Insula, Vulteranae diocesis, mandat ut Uguicioni clerico, nato Sarraceni de Strova, obtentu Radulfi de Podiobonizi, notarii et nuntii A.. regis Castellae, de aliquo plebanatu vel ecclesia seu alio beneficio in diocesi Senensi vel Vulterana provideat. (Reg. 29, fol. 216 v°, n° 1128.)

« *Abbati de Insula, Vulterane diocesis.* Dilectum filium Uguicionem —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas septembris, anno tertio. »

**2079** Orvieto, 18 août 1264.

Episcopo Leodiensi, ad ipsius episcopi instantiam, mandat ut Egidio de Ultramosam, clerico Leodiensi, de aliquo ecclesiastico beneficio, ad cujuscumque collationem spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 216 v°, n° 1129.)

« . . *episcopo Leodiensi.* Constitutus in presentia nostra dilectus filius Egidius de Ultramosam, clericus Leodiensis, procurator tuus, nobis exposuit reverenter quod, licet auctoritate litterarum felicis recordationis Alexandri, pape, predecessoris nostri, pro eodem clerico in forma qua predecessor ipse pro pauperibus clericis beneficiandis diocesanis eorum scribere consueverat, directarum, de ecclesia de Opprenibais, Leodiensis diocesis, olim sibi provisum fuisset, quia tamen, quibusdam se sibi super hoc opponentibus, per duos annos et amplius apud sedem apostolicam, coram quibusdam auditoribus deputatis ab ipsa, personaliter super eadem ecclesia litigavit et tandem fatigatus laboribus ei renuntiavit expresse, nullum de dicta provisione commodum obtinuit, sed potius labores graves et expensas non modicas toleravit. Quare humiliter petebat a nobis ut, cum nullum beneficium ecclesiasticum habeat, provideri sibi de benignitate apostolica mandaremus. Cum autem clericus idem de honestis moribus et conversatione laudabili nobis fuerit commendatus, nos eum propter hoc ac etiam tui obtentu, pia benivolentia prosequentes, fraternitati tue mandamus quatinus, si est ita, eidem clerico, dummodo alias sit ydoneus et aliquid canonicum non obsistat, de aliquo ecclesiastico beneficio, cum cura vel sine cura, ad quarumcunque personarum ecclesiasticarum, de quarum beneficiis non nisi uni alii mandaverimus provideri, collationem seu presentationem communiter aut divisim spectante, si quod in tua civitate vel diocesi vacat ad presens seu quamcito se facultas obtulerit, auctoritate nostra per te vel per alium providere procures, faciens eum in ecclesia in qua sibi provideri contigerit, si collegiata existat, in canonicum recipi et in fratrem. Non obstante statuto —. Volumus autem quod idem clericus, prout requiret onus beneficii de quo sibi provideri contigerit, statutis temporibus ad ordines se faciat promoveri et personaliter resideat in eodem. Alioquin etc. usque momenti. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas septembris, anno tertio. »

**2080** Orvieto, 23 août 1264.

Magistro Johanni, capellano apostolico, archidiacono de Tra[n]stamar in ecclesia Compostellana, regis Castellae ac Legionis notario, indulget ut praeter beneficia quae obtinet, aliud ecclesiasticum beneficium obtinere valeat. (Reg. 29, fol. 217, n° 1130.)

« *Magistro Johanni, capellano nostro, archidiacono de Tra[n]stamar in ecclesia Compostellana, karissimi in Christo filii nostri A., in Romanorum regem electi, regis Castelle et Legionis illustris, notario.* Et si pretermitti —. Nuper siquidem karissimus in Christo filius noster A., in Romanorum regem electus, rex Castelle ac Legionis illustris, inter alia nobis scripsit quod, licet per multa et grata obsequia eidem impensa, ipsius plene merueris gratiam et favorem, nullum tamen es adhuc in regnis ejus per sedem apostolicam vel aliquem prelatorum dictorum regnorum, ad precum ejusdem regis instantiam, beneficium assecutus. Unde nos affectuose rogavit ut tibi apostolice dispensationis dexteram aperire, ipsius regis gratia, curaremus. Nos itaque, dicti regis precibus inclinati, suffragantibus tibi nobilitate morum et generis ac litteralis dono scientie quibus polles, ut preter de Transtamar in Compostellana, et de Carvallada in Astoricensi ecclesiis archidiaconatus, decanatum Lucensem et abbatiam secularis ecclesie Aruensis, Ovetensis diocesis, curam animarum habentes, quos ex dispensatione apostolica obtines, unicum adhuc personatum vel dignitatem, cum cura vel sine cura, de quo vel qua, cum prestimoniis cedentis vel decedentis, tibi mandamus per apostolicas litteras in Legionensi ecclesia, in qua es canonicus, provideri, licite cum prestimoniis hujusmodi recipere, et una cum predictis archidiaconatibus, decanatu et abbatia

necnon et prebendis ac prestimoniis que in prefatis et Auriensi ecclesiis adeptus es, et que quadringentarum marcarum sterlingorum valorem annuum non attingunt, libere retinere valeas, constitutione generalis concilii super hoc edita, et illa quam bone memorie J., episcopus Sabinensis, tunc in partibus Yspanie apostolice sedis legatus, edidit, nequaquam obstantibus, auctoritate tibi presentium indulgemus. Proviso quod archidiaconatus, decanatus, abbatia et personatus vel dignitas, prebende ac prestimonia supradicta debitis non fraudentur obsequiis, et animarum in eis quibus imminet [cura], nullatenus negligatur. Nulli ergo nostre concessionis —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas septembris, anno tertio. »

**2081** Orvieto, 23 août 1264.

Archidiacono de Ripasili in ecclesia Astoricensi mandat ut, obtentu magistri Johannis, capellani apostolici, archidiaconi de Transtamar in ecclesia Compostellana, regis Castellae notarii, Roderico Roderici, canonico Auriensi, ejusdem Johannis familiari, de aliquo personatu vel dignitate cum praestimoniis in eadem Auriensi ecclesia, magisterio scolarum et thesauraria duntaxat exceptis, provideat. (Reg. 29, fol. 217, n° 1131.)

« *Archidiacono de Ripasili in ecclesia Astoricensi.* Decens et congruum —. Datum ut supra. »

**2082** Orvieto, 25 août 1264.

Archidiacono de Trivinno in ecclesia Burgensi mandat ut Alfonsum Johannis scolarem, nepotem Johannis, archidiaconi de Transtamar in ecclesia Compostellana, ascribi clericali militiae cupientem, in ecclesia Segobiensi in canonicum sub exspectatione praebendae recipi faciat. (Reg. 29, fol. 217, n° 1132.)

« *Archidiacono de Trivinno in ecclesia Burgensi.* Ex benivolentia qua —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas septembris, anno tertio. »

**2083** Orvieto, 17 juillet 1264.

Praeposito ecclesiae s. Georgii Coloniensis mandat ut Godefridum de Elistorp, clericum Coloniensis diocesis, obtentu comitis Juliacensis, in ecclesia ss. Apostolorum Coloniensium in canonicum sub exspectatione praebendae recipi faciat. (Reg. 29, fol. 217 v°, n° 1133.)

« *Preposito ecclesie s. Georgii Coloniensis.* Affectionis paterne studium —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio. »

**2084** Orvieto, 7 juillet 1264.

Radulfo de Dargiis Belvacensi et magistro Mathaeo de Savegnies Suessionensi canonicis mandat ut magistro Guillelmo de Merloto, jam canonico Ambianensi recepto, de praebenda in eadem ecclesia quamcito provideant. (Reg. 29, fol. 217 v°, n° 1134.)

« *Radulfo de Dargiis Belvacensi et magistro Matheo de Savegnies Suessionensi canonicis.* Dilectus filius magister —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**2085** Orvieto, 11 août 1264.

Magistro Adae presbitero, rectori ecclesiae de Curcellis, Atrebatensis diocesis, indulget ut, citatus ad curiam ab episcopo Atrebatensi in causa inter O., s. Adriani diaconum cardinalem, et capitulum Remensis ecclesiae vertente, pro anno praesenti fructus ecclesiae in absentia percipere valeat. (Reg. 29, fol. 217 v°, n° 1135.)

« *Magistro Ade presbitero, rectori ecclesie de Curcellis, Atrebatensis diocesis.* Desideriis tuis in —. Datum apud Urbemveterem, III idus augusti, anno tertio. »

**2086** Orvieto, 11 août 1264.

Praepositum ecclesiae s. Gaugerici Cameracensis praedictae indulgentiae deputat conservatorem. (Reg. 29, fol. 217 v°, n° 1136.)

« *Preposito ecclesie s. Gaugerici Cameracensis.* Desideriis dilecti filii —. Datum ut supra. »

**2087** Orvieto, 6 juillet 1264.

De certis bonis a crucesignatis Leodiensis et Trajectensis diocesum certis duntaxat condicionibus retinendis. (Reg. 29, fol. 217 v°, n° 1137.)

« *Magistro Renero, scolastico ecclesie Tungrensis, Leodiensis diocesis.* Sicut ex parte venerabilis fratris nostri Henrici, Leodiensis episcopi, fuit propositum coram

nobis, nonnulli barones, nobiles, milites et laici Leodiensis et Trajectensis civitatum et diocesum in bellis, exercitibus et torneamentis et alias etiam nonnulla indebite acquisivi[s]se vel habuisse noscuntur. Verum, quia hii quibus horum restitutio fieri debet, vel heredes eorum omnino sciri vel inveniri non possunt, idem episcopus nobis humiliter supplicavit ut providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, ipsius supplicationibus inclinati, presentium tibi auctoritate committimus ut illis ex baronibus, nobilibus, militibus et laicis predictis qui, signo vivifice Crucis assumpto, cum eodem episcopo transiverint in subsidium Terre Sancte, ad cujus succursum idem episcopus intendit, prout asserit, proficisci, auctoritate nostra concedas ut hujusmodi acquisita et habita, dummodo hii quibus eorum restitutio fieri debeat, vel heredes eorum omnino sciri vel inveniri non possint, publicatione facta super hoc et super eorum inventione, cura et sollicitudine habita diligenti in illis partibus in quibus dicti nobiles consueverunt conversari, et aliis, prout videris expedire, expendere valeant in subsidium dicte Terre et ad aliam restitutionem faciendam illorum minime teneantur. Datum apud Urbemveterem, II nonas julii, anno tertio. »

**2088** Orvieto, 15 août 1264.

Sigaloni presbytero, rectori ecclesiae de Tois, Ambianensis diocesis, canonicatum et praebendam ecclesiae Ambianensis confert. (Reg. 29, fol. 218, n° 1138.)

« *Sigaloni presbitero, rectori ecclesie de Tois, Ambianensis diocesis.* Meritis laudabilis conversationis —. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod in Ambianensi ecclesia per mortem magistri Odonis de Bougainvilla, canonici ejusdem ecclesie, olim quadam sacerdotali prebenda vacante, venerabilis frater noster Ambianensis episcopus, ad quem prebendarum collatio in ecclesia ipsa pertinet, prebendam eandem magistro Willelmo, canonico ecclesie de Melloto, auctoritate propria contulit, eumque dilectis filiis . . decano, et capitulo ipsius ecclesie Ambianensis, prout moris est, presentavit. Verum jamdicti decanus et capitulum pro eo quod est in eadem Ambianensi ecclesia statutum ut nullus ad hujusmodi sacerdotales prebendas recipiatur in canonicum, instituatur vel installetur ibidem, nisi fuerit in sacerdotio constitutus, dictum magistrum Guillelmum, cum non esset presbiter, ad prebendam ipsam recipere recusarunt. Postmodum autem, significato nobis quod prefatus episcopus, tempore collationis hujusmodi, vinculo erat excommunicationis astrictus, et quod propter hoc eadem collatio non valebat, nos dictam prebendam necnon canonicatum ipsius ecclesie Ambianensis, qui cum prebenda vacabat eadem, dilecto filio Gotefrido, presbitero, rectori ecclesie de Vilaribus in Boscagio, Ambianensis diocesis, apostolica auctoritate contulimus sibique de illis providimus ac eum presentialiter investivimus per nostrum anulum de eisdem, certo sibi per nostras litteras super hoc executore concesso. Porro memoratus episcopus, antequam hujusmodi nostra collatio, provisio et investitura ad ejus notitiam pervenissent, a supradicto magistro Guillelmo ipsius prebende libera resignatione recepta, eam tibi, capellano suo, proprio motu contulit dictumque capitulum, duobus ejus canonicis dumtaxat exceptis qui, suo et prepositi ejusdem ecclesie Ambianensis tunc absentis nomine, contra te ad sedem apostolicam appellarunt, ad dictam prebendam in fratrem et canonicum te recepit. Cumque tandem quidam subdelegati quibus prefatus executor, prout ex beneficio litterarum ipsarum sibi directarum poterat, super hoc commisit totaliter vices suas, procuratorem nominati Gottifridi, ejus nomine, ad prebendam eandem in canonicum et in fratrem in predicta Ambianensi ecclesia recipi mandavissent, idem episcopus et tu ab eisdem subdelegatis ad sedem apostolicam appellastis. Sed postmodum volentes vos super hoc nostro beneplacito coaptare, quod memoratus Gottifridus prebendam obtineret hujusmodi consensistis. Quare tu, ad presentiam nostram accedens, nobis humiliter supplicasti ut, cum indignum existat te, qui ad sepedictam prebendam a dicto capitulo fuisti receptus in canonicum et in fratrem, spe quam ex hoc conceperas, remanere omnino frustratum, providere super hoc tibi de benignitate apostolica curaremus. Sane nos, ad supradicta tua merita, de quibus a fidedignis aliquibus fuisti nobis multipliciter commendatus, necnon ad alia premissa respectum habentes, ac propter hoc volentes tibi gratiam facere specialem, canonicatum ipsius ecclesie Ambianensis ac prebendam nulli alii de jure debitam, si qua in ecclesia ipsa vacat ad presens, cum omnibus juribus et pertinentiis suis tibi apostolica auctoritate conferimus et de illis providemus, ac te de ipsis etiam presentialiter per nostrum anulum investimus. Quod si forte hujusmodi prebenda nunc in sepedicta ecclesia Ambianensi non vacat, nos prebendam primo in eadem ecclesia vacaturam, que de jure nulli alii debeatur, conferendam tibi donationi

apostolice reservamus, decernentes irritum et inane si secus de canonicatu ipso ac hujusmodi vacante vel vacatura prebenda, contra collationem, provisionem, investituram, reservationem et decretum hujusmodi apostolica vel quavis auctoritate alia contigerit ab aliquo attemptari. Non obstantibus —, seu quod tu ecclesiam de Tois obtines. Datum apud Urbemveterem, XVIII kalendas septembris, anno tertio. »

**2089** Orvieto, 19 août 1264.

Abbati s. Cornelii Compendiensis, Suessionensis diocesis. mandat ut Sagalonem presbyterum, rectorem ecclesiae de Tois, Ambianensis diocesis, in canonicum ecclesiae Ambianensis recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 218, n° 1139.)

« *Abbati s. Cornelii Compendiensis, Suessionensis diocesis.* Meritis laudabilis conversationis —. Datum apud Urbemveterem, XIIII kalendas septembris, anno tertio. »

**2090** Orvieto, 18 août 1264.

S., tituli s. Ceciliae presbytero cardinali. apostolicae sedis legato, negotium committit distributionum quotidianarum in ecclesia s. Hilarii Pictavensis instituendarum. (Reg. 29, fol. 218, n° 1140.)

« *S., tituli s. Cecilie presbitero cardinali, apostolice sedis legato.* Ex parte succentoris —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas septembris, anno tertio. »

**2091** Orvieto, 18 juillet 1264.

Priori de Balneolis, Uticensis diocesis, mandat ut Johannem dictum *Mosa*, presbyterum Uticensis diocesis, in ecclesia Vasionensi in canonicum recipi faciat sub exspectatione praebendae. (Reg. 29, fol. 218 v°, n° 1141.)

« *Priori de Balneolis, Uticensis diocesis.* Dilectus filius Johannes —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas augusti, anno tertio. »

**2092** Orvieto, 6 juillet 1264.

Privilegium de confessore eligendo Henrico, episcopo Leodiensi, dum iter transmarinum arripuerit, conceditur. (Reg. 29, fol. 218 v°, n° 1142.)



« *Henrico, episcopo Leodiensi.* Desideriis tuis affectu —. Datum apud Urbemveterem, II nonas julii, anno tertio. »

**2093** Orvieto, 25 août 1264.

Archidiacono de Trivinno in ecclesia Burgensi mandat ut Johanni, capellano apostolico, archidiacono de Transtamar in ecclesia Compostellana, de aliqua dignitate vel personatu in ecclesia Legionensi provideat. (Reg. 29, fol. 218 v°, n° 1143.)

« . . *archidiacono de Trivinno in ecclesia Burgensi.* Circa illos specialiter —. Nuper siquidem karissimus in Christo filius noster A., in Romanorum regem electus, rex Castelle ac Legionis illustris, inter alia scripsit nobis quod, licet dilectus filius magister Johannes, capellanus noster, archidiaconus de Tra[n]stamar in ecclesia Compostellana, notarius suus, per multa et grata obsequia ipsius meruerit gratiam et favorem, nullum tamen est adhuc in regnis ipsis, per sedem apostolicam vel aliquem prelatorum ipsorum regnorum, ad precum ejusdem regis instantiam, beneficium assecutus. Unde nos affectuose rogavit ut eidem capellano apostolice provisionis dexteram aperire ipsius gratia curaremus. Nos itaque, ipsius regis obtentu, volentes capellanum eundem, suffragantibus sibi nobilitate morum et generis ac dono litteralis scientie quibus pollet, prerogativa prosequi gratie specialis, mandamus quatinus sibi vel ejus procuratori pro eo auctoritate nostra, per te vel alium, in ecclesia Legionensi, in qua idem existit canonicus, de aliqua dignitate vel personatu, cum cura vel sine cura, cum prestimoniis cedentis vel decedentis, decanatu, thesauraria et archidiaconatibus de Val, de Morel, de Tria Castella dumtaxat exceptis, providere procures, si vacat ibidem ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, inducens eum vel ipsius procuratorem, ejus nomine, in corporalem possessionem ipsorum et defendens inductum. Non obstante provisione quam eidem in ipsa ecclesia de prestimoniis fieri mandavimus, seu quod venerabili fratri nostro . . episcopo Legionensi, a predicta sede dicitur esse concessum quod dignitates vel personatus conferre valeat, si vacant vel cum vacaverint in ecclesia memorata, vel si predecessores nostri, Romani pontifices, vel nos super aliorum provisione de personatibus vel dignitatibus in eadem ecclesia facienda direximus scripta nostra, quibus dictum capellanum in assecutione hujusmodi personatus vel dignitatis ac prestimoniorum preferri volumus de gratia speciali, ita quod nullum eis per hoc quoad per-

sonatus vel dignitates et prestimonia alia prejudicium generetur, seu quod idem capellanus archidiaconatum de Tra n stamar et Carvallada in Compostellana et Astoricensi ecclesiis, decanatum Lucensem et abbatiam secularis ecclesie Aruensis, Ovetensis diocesis, curam animarum habentes, et canonias cum prestimoniis assignari canonicis et personis in prefatis ecclesiis consuetis, et quoddam prestimonium in ecclesia Auriensi dicitur obtinere, que quadragenta marcarum sterlingorum summam, annis singulis, ut asseritur, non attingunt —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas septembris, anno tertio. »

**2094** Orvieto, 4 juillet 1264.

Episcopo et capitulo Xanctonensibus mandat ut Bernardum de Villade, capellanum apostolicum, rectorem ecclesiae de Macovilla, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 218 v°, n° 1144.)

« . . *episcopo, et dilectis filiis capitulo Xanctonensibus.* Illam gerimus de —. Exposuit siquidem nobis dilectus filius magister Bernardus de Villade, capellanus noster, rector ecclesie de Macovilla, Xanctonensis diocesis, quod nos olim canonicatum ecclesie Xanctonensis et prebendam, si qua tunc vacabat ibidem, sibi contulimus de gratia speciali, alioquin prebendam inibi proximo vacaturam, conferendam eidem capellano, donationi apostolice reservavimus, decernentes irritum et inane si secus de prebenda hujusmodi a quoquam contingeret attemptari, certis predicto capellano super hoc executoribus deputatis. Sane, orta inter capellanum eundem, ex parte una, et vos, filii decane et capitulum, super hoc, ex altera, materia questionis, tandem predictus capellanus ac magister Petrus, elemosinarius ipsius ecclesie, procurator vester, coram dilecto filio nostro S., tituli sancti Martini presbitero cardinali, a nobis super hoc partibus auditore concesso, consenserunt quod Constantinus, archidiaconus Alnisiensis, magister Hugo, archipresbiter de Rupella, Petrus Sorin et Pontius de Ponte, canonici predicte ecclesie, sub certa forma, infra certum terminum, de causa ipsa cognoscant et decidant eandem, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius cardinalis, plenius dicitur contineri; nosque archidiacono, archipresbitero et canonicis predictis nostris dedisse dicimur litteris in mandatis, ut causam eandem audiant et, juxta instrumenti predicti tenorem, debito fine decidant faciantque quod decreverint per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Nos itaque, volentes ut idem capellanus in facta sibi in hac parte gratia fructum consequatur optatum, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes quatinus eundem capellanum, ob reverentiam apostolice sedis et nostram, recipiatis in canonicum et in fratrem et a prosecutione cause hujusmodi desistatis. Preces nostras et mandatum in hac parte taliter impleturi quod idem capellanus ex eis assecutum se gaudeat quod intendit, et apud nos vestra devotio digna laudibus non immerito habeatur. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas julii, anno tertio. »

**2095** Orvieto, 26 août 1264.

Capitulo ecclesiae b. Mariae Magdalenae Bisuntinae indulget ut, obtentu A., tituli s. Praxedis presbyteri cardinalis, magistrum Hugonem, clericum Bisuntinum, officialem Laudunensem, juris civilis professorem, in canonicum recipere valeant. (Reg. 29, fol. 219, n° 1145.)

« *Capitulo ecclesie b. Marie Magdalene Bisuntine.* Ex parte vestra —. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas septembris, anno tertio. »

**2096** Orvieto, 26 août 1264.

Archidiaconatum Lautarensem in ecclesia Tholosana vacantem apostolicae donationi reservat. (Reg. 29, fol. 219, n° 1146 [1].)

« *Ad futuram rei memoriam.* Cum archidiaconatus Lautarensis —. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas septembris, anno tertio. »

**2097** Orvieto, 15 août 1264.

Abbati s. Johannis Angeliacensis, Xanctonensis diocesis, mandat ut ecclesiam s. Johannis de Heremo, Tholosanae diocesis, ad collationem abbatis Castrensis, ordinis s. Benedicti, Albiensis diocesis, spectantem, vacantem per mortem in curia magistri Bernardi, archidiaconi Veteris-Moresii in ecclesia Tholosana, Arnaldo Brandicii de Avinione, clerico ejusdem diocesis, germano Raymundi Ysarni, ostiarii apostolici, conferat et assignet. (Reg. 29, fol. 219, n° 1147.)

1. En marge : « *Hec fuit cassata quia dominus papa reddidit litteram episcopo Tholosano* III° *ydus septembris, concedens sibi quod ordinaret de archidiaconatu prout vellet.* »

« *Abbati s. Johannis Angeliacensis, Xanctonensis diocesis.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, XVIII kalendas septembris, anno tertio. »

**2098** Orvieto, 23 août 1264.

Juliano, canonico ecclesiae Tungrensis, Leodiensis diocesis, nepoti Johannis ostiarii capellaniae apostolicae, indulget ut in assecutione praebendae in eadem ecclesia Godefrido de Trajecto praeferri debeat. (Reg. 29, fol. 219, n° 1148.)

« *Juliano, canonico ecclesie Tungrensis, Leodiensis diocesis.* Petitio tua nobis —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas septembris, anno tertio. »

**2099** Orvieto, 24 août 1264.

Johannem, dictum *Scodeal*, s. Crucis Leodiensis, et Ludowicum Hoyensis, Leodiensis diocesis, ecclesiarum canonicos praedicti indulti conservatores deputat. (Reg. 29, fol. 219 v°, n° 1149.)

« *Johanni, dicto* Scodeal, *s. Crucis Leodiensis et Ludowico Hoyensis, Leodiensis diocesis, ecclesiarum canonicis.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, VIIII kalendas septembris, anno tertio. »

**2100** Orvieto, 21 août 1264.

Episcopo et capitulo Cordubensibus mandat ut Mathaeum clericum, scriptorem A., regis Castellae, ejusdem regis obtentu, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 219 v°, n° 1150.)

« *Episcopo et dilectis filiis capitulo Cordubensibus.* Preces ille cum —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas septembris, anno tertio. »

**2101** Orvieto, 18 août 1264.

Archipresbytero Yporiensi et praeposito ecclesiae Clerascensis, Yporiensis diocesis, mandat ut Ubertum, clericum, germanum nobilis viri Oddonis de Valperga comitis, nepotis U., s. Eustachii diaconi cardinalis, ejusdem cardinalis intuitu, in ecclesia Vercellensi in canonicum sub exspectatione praebendae recipi faciant. (Reg. 29, fol. 219 v°, n° 1151.)

« *Archipresbitero Yporiensi et . . preposito ecclesie Clerascensis, Yporiensis diocesis.* Ad faciendam dilecto —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas septembris, anno tertio. »

**2102** Orvieto, 23 août 1264.

Magistro Valentino, diacono Strigoniensi, indulget ut, defectu natalium ejus non obstante, in susceptis ministrare ordinibus ac beneficium obtinere valeat. (Reg. 29, fol. 219 v°, n° 1152; Potthast 19007.)

« *Magistro Valentino, diacono Strigoniensi.* Exemplo Domini qui —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas septembris, anno tertio. »

**2103** Orvieto, 18 juillet 1264.

Archiepiscopo Narbonensi mandat ut ecclesiam s. Petri de Launbaco, Nemausensis diocesis, Guillelmo de Archu, clerico praedictae diocesis, conferat. (Reg. 29, fol. 219 v°, n° 1153.)

« *Archiepiscopo Narbonensi.* Cum, sicut intelleximus —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas augusti, anno tertio. »

**2104** Orvieto, 6 septembre 1263.

Abbati s. Laurentii Novariensis mandat ut Antonium presbyterum, capellanum S., tituli s. Martini presbyteri cardinalis, perpetuum capellanum ecclesiae s. Gaudentii Novariensis, obtentu fratris Guillelmi, poenitentiarii apostolici, in aliqua ecclesia Novariensis diocesis in canonicum cum praebenda recipi faciat. (Reg. 29, fol. 219 v°, n° 1154.)

« *Abbati s. Laurentii Novariensis.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, VIII idus septembris, anno tertio. »

**2105** Orvieto, 30 août 1264.

Archidiacono Uticensi, capellano apostolico, mandat ut ecclesiam s. Pastoris, Nemausensis diocesis, Bertranno de Britono, pauperi clerico Uticensis diocesis, conferat. (Reg. 29, fol. 220, n° 1155.)

« *Archidiacono Uticensi, capellano nostro.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas septembris, anno tertio. »

**2106** Orvieto, 30 août 1264.

Eidem mandat ut ecclesiam s. Juliani de Monte-Rotundo,

Nemausensis diocesis, Pontio de Rotunda, pauperi clerico Uticensis diocesis, conferat. (Reg. 29, fol. 220, n° 1156.)

« *Eidem.* Cum, sicut accepimus —. Datum ut supra. »

**2107** Orvieto, 19 août 1264.

Guillelmo Pampilonensi, capellano G., tituli s. Marci presbyteri cardinalis, canonicatum ecclesiae Pampilonensis confert. (Reg. 29, fol. 220, n° 1157.)

« *Guillelmo Pampilonensi, capellano dilecti filii nostri G., tituli s. Marci presbiteri cardinalis.* Illum desideriis libenter —. Datum apud Urbemveterem, xiiii kalendas septembris, anno tertio. »

**2108** Orvieto, 20 août 1264.

Archidiaconum de Ripasili in ecclesia Astoricensi praedictae collationis executorem deputat. (Reg. 29, fol. 220, n° 1158.)

« *Archidiacono de Ripasili in ecclesia Astoricensi.* Illorum desideriis etc. —. Datum apud Urbemveterem, xiii kalendas septembris, anno tertio. »

**2109** Orvieto, 2 septembre 1264.

Archidiacono et magistro Deodato Baras, canonico Caturcensibus, mandat ut Geraldo Buffeti, pauperi clerico Caturcensis diocesis, de quodam ecclesiastico beneficio, ad cujuscumque collationem spectante, provideant. (Reg. 29, fol. 220, n° 1159.)

« *Archidiacono et magistro Deodato Baras, canonico Caturcensibus.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas septembris, anno tertio. »

**2110** Orvieto, 7 juillet 1264.

Magistro Renero, scolastico ecclesiae Tungrensis, Leodiensis diocesis, indulget ut ab excommunicationis sententia a Conrado, episcopo Portuensi, in illis partibus apostolicae sedis legato, lata, absolvere valeat omnes tam clericos quam laicos Coloniensis provinciae qui monialibus commiscerentur aut supra hoc sollicitarent easdem, dummodo ad Terrae Sanctae succursum personaliter aut pecunialiter intendant. (Reg. 29, fol. 220, n° 1160.)

« *Magistro Renero, scolastico ecclesie Tungrensis, Leodiensis diocesis.* Ad audientiam nostram —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**2111** Orvieto, 2 septembre 1264.

Cantori ecclesiae b. Mariae Magdalenae Bisuntinae mandat compellat episcopum et capitulum Lingonenses ad recipiendum in canonicum magistrum Oddonem de Rubeomonte, capellanum G., tituli s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis. (Reg. 29, fol. 220 v°, n° 1161.)

« . . *cantori ecclesie beate Marie Magdalene Bisuntine.* Exposuit nobis dilectus filius magister Oddo de Rubeomonte, capellanus dilecti filii nostri G., tituli sancti Laurentii in Lucina presbiteri cardinalis, quod, obtentu ipsius cardinalis et venerabilis fratris nostri . . episcopi Eduensis, ac dilectorum filiorum . . abbatis Cluniacensis, et nobilis viri ducis Burgundie, super receptione ac provisione sua in ecclesia Lingonensi . . archidiacono Eduensi, et . . decano ecclesie Belnensis, sub certa forma litteras nostras direximus, et tandem, consideratione predictorum cardinalis, episcopi, abbatis et carissimi in Christo filii nostri . . regis Navarre illustris, pro eo apostolicam gratiam implorantium, volentes sibi gratiam facere specialem, canonicatum ipsius, cum plenitudine juris canonici, apostolica eidem auctoritate contulimus et providimus de ipso ac investivimus ipsum per nostrum anulum de eodem, injuncto abbati sancti Pauli Bisuntini, et . . priori sancti Simphoriani Eduensis, per alias nostras litteras ut ipsi vel eorum alter, per se vel per alium aut alios, dictum magistrum O. vel procuratorem suum, ejus nomine, facientes auctoritate nostra in predicta ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, ei de prebenda si qua tunc vacabat ibidem, vel quamprimum ad id se offerret oportunitas, providerent, juxta directarum eisdem archidiacono et decano continentiam litterarum. Sane quibusdam ex canonicis dicte ecclesie procuratorem ipsius magistri Odonis, ejus nomine, ad mandatum ipsius prioris, recipientibus, ut asseritur, in canonicum et in fratrem, idem prior in . . decanum, . . majorem,.. Tornodorensem . . Laticensem . . Lesinensem, et . . Barrensem archidiaconos, magistrum Theobaldum de Divione, Johannem de Cortivron et alios canonicos prefate ecclesie, pro eo quod ipsi prefatum procuratorem, pro eodem magistro Odone, in fratrem et canonicum recipere contumaciter denegarunt, cum nichil rationabile proponerent quare hoc facere non deberent, canonica monitione premissa, excommunicationis sententiam, exigente justitia, promulgavit,

quam ipsi dampnabiliter contempnentes, eundem magistrum O. recipere indebite contradicunt; super quo idem magister O. apostolicum duxit remedium implorandum. Quocirca mandamus quatinus venerabilem fratrem nostrum . . episcopum Lingonensem, ad quem in ipsa ecclesia una cum eisdem capitulo canonicorum receptio et prebendarum collatio dicitur pertinere, decanum, archidiaconos et canonicos predictos qui sepedictum non receperunt procuratorem, ex parte nostra moneas et inducas ut eundem procuratorem, ipsius magistri nomine, infra quindecim dies post monitionem hujusmodi, recipiant in canonicum et in fratrem, juxta litterarum nostrarum et predicti prioris mandati tenorem, vel tibi exhibeant rationes sive causas quare ipsum recipere non tenentur. Si vero dicti episcopus, decanus, archidiaconi et canonici vel eorum aliqui eundem procuratorem pro dicto magistro, a te moniti, recipere non curarint nec causas rationabiles quare eum non recipere debeant, proponere et probare, tu, predictis quindecim diebus elapsis, prefatos episcopum et alios vel illos ex ipsis qui dictum procuratorem, ipsius magistri nomine, juxta monitionem tuam, recipere noluerint, citare procures ut infra tres menses post hujusmodi citationis edictum, per se vel per procuratores ydoneos nostro se conspectui representent, facturi et recepturi super hoc quod justitia suadebit. Diem vero citationis et quicquid inde feceris per tuas nobis litteras, presentium continentes seriem, intimare necnon et rationes sive causas predictas, si quas tibi duxerint exhibendas, sub tuo sigillo transmittere fideliter non omittas. Datum apud Urbemveterem, III nonas septembris, anno tertio. »

**2112** Orvieto, 3 septembre 1264.

Archiepiscopo Terraconensi, cui jam indulsit ut in Terraconensi ecclesia quinque personas in canonicos recipi faceret, indulget ut quinque alias, de consilio episcopi Ossensis et abbatis monasterii de Populeto, Cisterciensis ordinis, ejusdem diocesis, instituat ibidem ita ut tricennarius numerus a bonae memoriae J., Sabinensi episcopo, tunc in illis partibus apostolicae sedis legato, constitutus, compleatur. (Reg. 29, fol. 220 v°, n° 1162.)

« *Archiepiscopo Terraconensi.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, III nonas septembris, anno tertio. »

**2113** Orvieto, 3 septembre 1264.

Episcopo, decano et capitulo Cordubensibus indulget ut Pascasius subdiaconus canonicatum et praebendam qui canonicis ejusdem ecclesiae, qui dicuntur *extravagantes*, dari solent, in alios qui canonicis mansionariis conceduntur, commutare valeat. (Reg. 29, fol. 220 v°, n° 1163.)

« *Episcopo et dilectis filiis decano et capitulo Cordubensibus.* Per vestras patentes —. Datum ut supra. »

**2114** Orvieto, 3 septembre 1264.

Priori de Calce Suessionensi mandat ut Johannem presbyterum, rectorem ecclesiae de Cuffies, Suessionensis diocesis, in ecclesia s. Thomae de Crispeio, Silvanectensis diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 221, n° 1164.)

« *Priori de Calce Suessionensi.* Volentes dilecto filio —. Datum ut supra. »

**2115** Orvieto, 1er septembre 1264.

Archipresbytero et capitulo ecclesiae de Nesso, Cumanae diocesis, indulget ut duos presbyteros in canonicos recipere valeant. (Reg. 29, fol. 221, n° 1165.)

« *Archipresbitero et capitulo ecclesie de Nesso, Cumane diocesis.* Cum, sicut ex —. Datum apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

**2116** Orvieto, 31 août 1264.

Johanni Johannis, canonico Compostellano, mandat ut Petro Didaci, subdiacono Compostellanae diocesis, qui beneficium adeo tenue obtinet quod unius marcae sterling. valorem annuum non excedit, de aliquo beneficio, ad collationem priorum et conventuum de Sar et de Syania, ejusdem diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 221, n° 1166.)

« *Johanni Johannis, canonico Compostellano.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas septembris, anno tertio. »

**2117** Orvieto, 1er septembre 1264.

Episcopo Noviomensi mandat ut Johanni de Perreto, pauperi clerico Laudunensis diocesis, de aliquo beneficio ad collationem abbatis et conventus s. Bartholomaei Noviomensis, ordinis s. Augustini, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 221, n° 1167.)

« *Episcopo Noviomensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

**2118** Orvieto, 16 août 1264.

Alardo de Horst, subdiacono Trajectensis diocesis, ordinem Praemonstratensem professo, indulget ut ad ordinem Hospitalis s. Mariae Teutonicorum se transferre valeat. (Reg. 29, fol. 221, n° 1168.)

« *Alardo de Horst, subdiacono Trajectensis diocesis.* Exhibita nobis tua petitio continebat quod, cum tu olim, in anno undecimo constitutus, a tuis parentibus cuidam monasterio Premonstratensis ordinis tractus extitisses ac novitiorum habitum assumpsisses ibidem, tandem, a quibusdam inductus eorumque astutia circumventus, immo quasi coactus, antequam annum quartum decimum attigisses, libellum per quem professio emittitur, perlegisti, sicque, sub professorum habitu permanens in monasterio ipso per quatuor annos et dimidium, ibidem fuisti demum in subdiaconum ordinatus, quamquam hujusmodi habitum et ordinem quasi continue relinquere disponeres ac mutare. Porro, ex hujusmodi dispositione processit quod tu, ad seculum rediens, fuisti per triennium et amplius dampnabiliter vagabundus. Postmodum vero, faciente illo qui neminem vult perire, ad cor rediens, te ad ordinem hospitalis sancte Marie Theutonicorum humiliato spiritu et contrito animo transtulisti et, in eo professionem emittens, per biennium et amplius cum fratribus ejusdem hospitalis, prout nuntius dilecti filii magistri hospitalis jamdicti nobis retulit, fuisti laudabiliter conversatus. Et licet, propter fluctuationem conscientie quam ex hujusmodi professione facta et mora contracta in supradicto monasterio incurristi, ab eisdem ordine et hospitali sancte Marie Theutonicorum corpore non animo recesseris, quia tamen in eodem hospitali sub ipsius ordine desideras vite tue residuum virtutum Domino deputare, pro tua parte humiliter petebatur a nobis ut providere super hoc tibi misericorditer curaremus. Nos itaque, tuis devotis supplicationibus inclinati, presentium tibi auctoritate concedimus ut, veris existentibus supradictis, impedimento professionis et more hujusmodi vel contraria constitutione ipsius Premonstratensis ordinis nequaquam obstantibus, ad idem hospitale ejusque ordinem redire valeas et in eo licite ac libere, dum vixeris, remanere. Datum apud Urbemveterem, xvii kalendas septembris, anno tertio. »

**2119** Orvieto, 28 août 1264.

Episcopo Cameracensis mandat ut Nicolaum presbyterum rectoriam ecclesiae de Zaritllice, Cameracensis diocesis, et Andream perpetuam capellaniam ecclesiae b. Walburgis Antwerpiensis ad invicem commutare permittat. (Reg. 29, fol. 221 v°, n° 1169.)

« *Episcopo Cameracensi.* Ex parte dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas septembris, anno tertio. »

**2120** Orvieto, 30 mai 1264.

Episcopo Sistaricensi mandat ut Guillelmo de Sperrono, pauperi clerico Aquensis diocesis, de nobilibus orto, ecclesiam b. Mariae de Villa-Crosa conferat. (Reg. 29, fol. 221 v°, n° 1170.)

« *Episcopo Sistaricensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, iii kalendas junii, anno tertio. »

**2121** Orvieto, 2 septembre 1264.

Archiepiscopo Narbonensi mandat ut redditus ecclesiae de Saviniano, Arelatensis diocesis, sequestret. (Reg. 29, fol 221 v°, n° 1171.)

« *Archiepiscopo Narbonensi.* Sua nobis dilectus filius magister Campanus, capellanus noster, rector ecclesie de Saviniano, Arelatensis diocesis, petitione monstravit quod nos, in causa que inter ipsum et Vitalem, dictum *Blancum*, clericum ejusdem diocesis, super eo quod dictus clericus predictam ecclesiam occupavit et detinet contra justitiam occupatam, in ipsius capellani prejudicium et gravamen, vertitur, ad sedem apostolicam legitime devoluta, dilectum filium nostrum U., s. Eustachii diaconum cardinalem, dedimus partibus auditorum. Quare prefatus capellanus nobis humiliter supplicavit ut sequestrari fructus ecclesie mandaremus ejusdem. Quocirca fraternitati tue mandamus quatenus, omnes fructus et redditus ecclesie prefate sequestrans, ipsos per te vel per alium colligas et conserves fideliter ad opus illius qui in causa hujusmodi obtinebit. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas septembris, anno tertio. »

**2122** Orvieto, 30 août 1264.

Decano ecclesiae s. Gundulae in Bruxella, Cameracensis diocesis, mandat ut Egidio de Wineghem, capellano apostolico, canonico Leodiensi, unam ex septem praeposituris Leodiensis civitatis conferat. (Reg. 29, fol. 221 v°, n° 1172.)

« *Decano ecclesie s. Gundule in Bruxella, Cameracensis diocesis.* Satis indecens et —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas septembris, anno tertio. »

**2123** Orvieto, 1er septembre 1264.

Episcopo Valentino indulget ut unum clericum idoneum in ecclesia Valentina in canonicum sub exspectatione praebendae recipi faciat. (Reg. 29, fol. 221 v°, n° 1173.)

« *Episcopo Valentino.* Tua coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

**2124** Orvieto, 28 août 1264.

Praeposito ecclesiae de Brebia, Mediolanensis dioecsis, mandat ut Balducium de Legedimo, clericum Mediolanensis dioecsis, familiarem magistri Gualae, notarii apostolici, in aliqua ecclesiarum Mediolanensis diocesis in canonicum vel clericum recipi faciat eique de praebendali beneficio provideat. (Reg. 29, fol. 222, n° 1174.)

« *Preposito ecclesie de Brebia, Mediolanensis dioecsis.* A tramite rationis —. Datum apud Urbemveterem, V kalendas septembris, anno tertio. »

**2125** Orvieto, 18 août 1264.

Magistro Odoni Capoci, archidiacono Cameracensi, capellano apostolico, mandat ut magistro Petro de Screia, scriptori apostolico, capellano J., s. Mariae in Cosmidin diaconi cardinalis, ecclesiam ruralem s. Firminae de Luciano, Ameliensis [1] diocesis, conferat. (Reg. 29, fol. 222, n° 1175.)

« *Magistro Odoni Capoci, archidiacono Cameracensi, capellano nostro.* Dilecto filio magistro —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas septembris, anno tertio. »

1. Sans doute pour *Ambianensis.*

**2126** Orvieto, 1er septembre 1264.

Magistro Petro Merle, canonico ecclesiae s. Hilarii Pictavensis, indulget ut per triennium theologicae facultatis studio immorans, fructus praebendae cum integritate percipere valeat. (Reg. 29, fol. 222, n° 1176.)

« *Magistro Petro Merle, canonico ecclesie s. Ylarii Pictavensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis.* Tue merita probitatis —. Datum apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

**2127** Orvieto, 1er septembre 1264.

Eidem indulget ut tempus quo ad curiam venerit et moram fecerit cum episcopo Lem [1] (*sic*), cujus clericus commensalis existit, in residentia quam in ecclesia s. Hilarii facere tenetur, computetur. (Reg. fol. 29, 222, n° 1177.)

« *Eidem.* Dignum fore conspicimus —. Datum ut supra. »

**2128** Orvieto. 3 septembre 1264.

Magistrum Adam de Corbolio, clericum, magistro Johanni de Siclinio praeferendum esse declarat in assecutione praebendae in ecclesia Insulensi, Tornacensis diocesis. (Reg. 29, fol. 222, n° 1178.)

« *Decano et capitulo ecclesie Insulensis, Tornacensis diocesis.* Petitio vestra nobis —. Datum apud Urbemveterem, III nonas septembris, anno tertio. »

**2129** Orvieto, 28 août 1264.

Episcopo Valentino indulget ut, redditibus ecclesiae Valentinae augmentatis existentibus, ecclesiam de Gandia, ipsius mensae unitam, ab ea separare et personae idoneae conferre valeat. (Reg. 29, fol. 222, n° 1179.)

« *Episcopo Valentino.* Exhibita nobis tua —. Datum apud Urbemveterem, V kalendas septembris, anno tertio. »

**2130** Orvieto, 28 août 1264.

Priori de Albalaco, canonico ecclesiae Valentinae, indulget

1. Le manuscrit porte *Lem̄.*

ut praeter ecclesiam de Muro-Veteri, Valentinae diocesis, praebendam, quae ipsi debetur in eadem Valentina ecclesia, recipere et retinere valeat. (Reg. 29, fol. 222 v°, n° 1180.)

« *Priori de Albalaco, canonico ecclesie Valentine.* Tue devotionis merita —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas septembris, anno tertio. »

**2131** Orvieto, 2 septembre 1264.

Decano ecclesiae in Limporc, Treverensis diocesis, mandat ut Guarnerum, pauperem clericum de Westerburch, in ecclesia Gemundensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 222 v°, n° 1181.)

« *Decano ecclesie in Limporc, Treverensis diocesis.* Dilectum filium Guarnerum —. Datum apud Urbemveterem, iii nonas septembris, anno tertio. »

**2132** Orvieto, 30 juillet 1264.

Praeposito ecclesiae Harlebeccensis, Tornacensis diocesis, mandat ut magistrum Fulconem, canonicum ecclesiae s. Pharaildis, Tornacensis diocesis, recipi faciat in canonicum in ecclesia Harlebeccensi eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 222 v°, n° 1182.)

« *Preposito ecclesie Ha[r]lebeccensis, Tornacensis diocesis.* Inducti probitatis meritis —. Datum apud Urbemveterem, iii kalendas augusti, anno tertio. »

**2133** Orvieto, 6 juillet 1264.

Henrico, episcopo Leodiensi, indulget ut a sententia excommunicationis absolvere valeat clericos vel laicos Leodiensis et Trajectensis diocesum, qui eamdem incurrerunt pro violenta manuum injectione in clericos et personas ecclesiasticas, necnon pro ecclesiarum fractione ac etiam incendiis, dummodo transfretaverint cum episcopo vel ad Terrae Sanctae succursum manus porrexerint adjutrices. (Reg. 29, fol. 222 v°, n° 1183.)

« *Henrico, episcopo Leodiensi.* Sicut ex parte —. Datum apud Urbemveterem, ii nonas julii, anno tertio. »

**2134** Orvieto, 5 avril 1264.

Decano s. Germani Montensis et thesaurario s. Vincentii Senogiensis ecclesiarum, Cameracensis diocesis, mandat ut magistrum Johannem de Lestino, clericum Cameracensis diocesis, ab episcopo Sabinensi, O., s. Adriani diacono, et pluribus aliis cardinalibus commendatum, in ecclesia Tornacensi in canonicum sub exspectatione praebendae recipi faciant. (Reg. 29, fol. 222 v°, n° 1184.)

« *Decano s. Germani Montensis et thesaurario s. Vincentii Senogiensis ecclesiarum, Cameracensis diocesis* Non ad onus —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**2135** Orvieto, 31 août 1264.

Priori Fuliginati, Perusinae diocesis, mandat compellat Spoletanum episcopum ut Rainaldo clerico de quodam ecclesiastico beneficio provideat. (Reg. 29, fol. 222 v°, n° 1184 *bis*.) [1]

« . . *priori Fuliginati, Perusine diocesis.* Sua nobis dilecti filii magister et fratres ordinis Militie s. Jacobi petitione monstrarunt quod, cum ecclesia s. Marie de Montione, Spoletane diocesis, ad dictum ordinem pertinere noscatur, de cujus proventibus Rainaldus, clericus ipsius ecclesie curam gerens, debet sustentationem percipere, donec per venerabilem fratrem nostrum, Spoletanum episcopum, fuerit beneficium ecclesiasticum assecutus, idem episcopus, qui olim prefato clerico de beneficio ecclesiastico, ad suam collationem spectante, quamcito se facultas offerret, promisit liberaliter providere, se ad id per suas patentes litteras obligando, nondum ei de hujusmodi beneficio providere curavit, quanquam habuit facultatem. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, predictum episcopum ut eidem clerico de hujusmodi beneficio, juxta promissionem suam, provideat, ut tenetur, monitione premissa, auctoritate nostra, appellatione remota, compellas. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas septembris, anno tertio. »

**2136** Orvieto, 27 août 1264.

Praeposito ecclesiae s. Martini Leodiensis mandat ut Theoderico presbytero, nepoti Guillelmi de Cuppa, ostiarii apostolici, de aliquo beneficio, ad collationem abbatis monasterii s. Maximini Treverensis, ordinis s. Benedicti, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 223, n° 1185.)

« . . *preposito ecclesie s. Martini Leodiensis.* Dilectum

1. En marge : « *De consilio domini Jordani cardinalis.* »

filium Theodericum —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas aprilis, anno tertio. »

**2137** Orvieto, 2 septembre 1264.

Archiepiscopo Strigoniensi mandat ut in negotio provisionis episcopi Bisinianensis in sua provincia ulterius nec procedat nec super ipsa provisione permittat praelatos, collegia vel alias personas monasteriorum et ecclesiarum ejusdem provinciae aliquatenus molestari. (Reg. 29, fol. 223, n° 1186; Potthast 19009.)

« *Archiepiscopo Strigoniensi.* Olim tibi et —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas septembris, anno tertio. »

**2138** Orvieto, 2 septembre 1264.

Priori et capitulo ecclesiae s. Jacobi Colimbriensis indulget ut Jaurium Petri clericum in canonicum recipere valeant. (Reg. 29, fol. 223, n° 1187.)

« *. . priori, et capitulo ecclesie s. Jacobi Colimbriensis.* Per vestras patentes —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas septembris, anno tertio. »

**2139** Orvieto, 12 avril 1264.

Decano ecclesiae Remensis mandat ut Adae de Romercio, pauperi subdiacono Remensis diocesis, de ecclesiastico beneficio ad collationem abbatissae et conventus monasterii de Avenayo, ordinis s. Benedicti, praedictae diocesis, spectante, in ipsa vel aliena diocesi provideat. (Reg. 29, fol. 223, n° 1188.)

« *. . decano ecclesie Remensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, ii idus aprilis, anno tertio. »

**2140** Orvieto, 1er septembre 1264.

Priori de Chaslario, Petragoricensis diocesis, mandat ut Gerardo Filioli, clerico Petragoricensis diocesis, de aliquo ecclesiastico beneficio, ad collationem Petragoricensis episcopi spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 223, n° 1189.)

« *. . priori de Chaslario, Petragoricensis diocesis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »



**2141** Orvieto, 25 août 1264.

Guillelmo, dicto *Jolinet*, laico, barberio suo, quamdam domum sitam in civitate Trecensi, eidem Guillelmo a Milone, abbate monasterii s. Lupi Trecensis, collatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 223 v°, n° 1190.)

« *Guillelmo, dicto* Jolinet, *laico, barberio nostro, familiari dilecti filii nostri A., tituli sancte Praxedis presbiteri cardinalis.* Cum a nobis petitur etc. Cum itaque, sicut nobis exponere curavisti, dilectus filius Milo, abbas monasterii sancti Lupi Trecensis, ordinis sancti Augustini, apud sedem apostolicam constitutus, quandam domum ejusdem monasterii, sitam in civitate Trecensi, quam quondam Odinetus, barberius, dum viveret, a monasterio ipso tenebat, ob persone nostre reverentiam, intuitu quoque cardinalis predicti, tibi tenendam a te, quamdiu vixeris, sub certis pactis et conditionibus duxerit conferendam, prout in ipsius abbatis litteris confectis exinde suoque sigillo signatis, plenius continetur, nos, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem abbate factum est in hac parte, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. »

Tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« Omnibus presentes litteras inspecturis frater Milo, humilis abbas monasterii sancti Lupi Trecensis, ordinis sancti Augustini, salutem in Domino sempiternam. Noveritis quod nos Guillelmo, dicto *Jolinet*, de Trecis, domini pape ac reverendi patris domini Anch., divina providentia tituli sancte Praxedis presbiteri cardinalis, barberio et familiari, ob ipsius domini pape reverentiam et interventum prefati domini cardinalis, damus et concedimus quandam domum nostram, sitam in civitate Trecensi, quam domum defunctus Odinetus, barberius, dum viveret, tenebat, cum appenditiis ejus, sicut se comportat ante et retro et de longo et de lato, ab eodem Guillelmo, quoad vixerit, vel ejus mandato tenendam pacifice et quiete ac etiam possidendam et habendam, tali pacto et conditione nichilominus adhibitis ut, cum idem Guillelmus a servitio dictorum domini pape et domini cardinalis recesserit, teneatur, ratione dicte domus, servire per se vel per alium nobis et successoribus nostris ac conventui prefati monasterii in radendo et minuendo, toto tempore vite sue, et dictam domum in bono statu tenere. Cujus domus collationem, ut predictum est, factam promittimus nos et successores nostros ratam et firmam tenere et habere et non contravenire. Decesso autem prefato Guillelmo, prefata domus cum

ejus appenditiis ad prefatum monasterium quiete et libere et sine contradictione aliqua revertetur. In quorum omnium testimonium et evidentiam pleniorem, presentes litteras eidem Guillelmo tradidimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum apud Urbemveterem anno Domini M°CC°LXIII°, XVII kalendas maii, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio. »

Nulli ergo nostre confirmationis —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas septembris, anno tertio. »

**2142** Orvieto, 1[er] septembre 1264.

Decano ecclesiae Embicensis, Maguntinae diocesis, mandat ut Bernardum de Rostorp, clericum Maguntinae diocesis, nullum adhuc beneficium assecutum, in ecclesia Mindensi in canonicum recipi faciat. (REG. 29, fol. 223 v°, n° 1191.)

« .. *decano ecclesie Embicensis, Maguntine diocesis.* Dilectum filium Bernardum —. Datum apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio.

**2143** Orvieto, 20 mai 1264.

Infrascriptis mandat ut Johannem Beissenc in possessionem mittant capellaniae ecclesiae de Clarinc, Lemovicensis diocesis. (REG. 29, fol. 223 v°, n° 1192.)

« .. *abbati monasterii sancti Augustini, .. archidiacono Marchie, et .. officiali Lemovicensibus.* Dilectus filius Johannes Beissenc, pauper clericus Lemovicensis diocesis, in nostra proposuit presentia constitutus quod, eo exponente olim nobis quod perpetua capellania ecclesie de Glarinc, ejusdem diocesis, tanto tempore vacaverat quod ejus collatio ad nos, secundum Lateranensis statuta concilii, legitime devoluta quodque idem nullum erat adhuc beneficium ecclesiasticum assecutus, eum per dilectum filium magistrum Petrum, archidiaconum Bruliensem in ecclesia Agennensi, examinari fecimus diligenter, et quia ipse repertus fuit ydoneus ad hujusmodi beneficium obtinendum, dilecto filio .. abbati de Valeta, Cisterciensis ordinis, predicte diocesis, nostris sub certa forma dedimus litteris in mandatis ut, si esset ita, dictam capellaniam eidem clerico, amoto ab ea quolibet illicito detentore, auctoritate nostra per se vel per alium conferre et assignare curaret, ipsumque in ejusdem capellanie possessionem induceret et tueretur inductum, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Verum, licet dictus clericus prefatas litteras abbati presentasset eidem, dictaque capellania tanto tempore vacavisset de jure quod ejus erat ad nos devoluta collatio, prout superius est expressum, idem tamen abbas Geraldo Vigerii, clerico predicte diocesis, qui prefatam capellaniam de facto detinere dicitur occupatam, contra justitiam deferens, in hujusmodi negotio non processit. Quare dictus Johannes nobis humiliter supplicavit ut providere in hac parte sibi paterna diligentia curaremus. Quocirca discretioni vestre mandamus quatinus, si est ita, in negotio procedatis eodem, juxta priorum ad eundem abbatem directarum continentiam litterarum. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas junii, anno tertio. »

**2144** Orvieto, 23 juillet 1264.

Alfonso, Pictavensi et Tholosano comiti, indulget ut in capellis ipsius de palatio Pictavensi, de castro Rupellae, de Niortio, de Monsterolo et de Castro-Xanctonensi, Xanctonensis et Pictavensis dioecesum, missas, tempore interdicti, celebrari facere valeat. (REG. 29, fol. 224, n° 1193.)

« *Dilecto filio nobili viro Alfonso, Pictavensi et Tolosano comiti.* Cum personam tuam —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas augusti, anno tertio. »

**2145** Orvieto, 23 juillet 1264.

Eidem indulget ne quis judex ecclesiasticus, pro cujusvis privatae personae delicto, civitates, castra, villas, terras vel loca ipsius comitatuum, apostolica vel alia quavis auctoritate, ecclesiastico supponere interdicto praesumat, absque sedis apostolicae licentia speciali, dummodo ballivi et officiales comitis pro delicto satisfaciant. (REG. 29, fol. 224, n° 1194.)

« *Eidem.* Cum personam tuam —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas augusti, anno tertio. »

**2146** Orvieto, 23 juillet 1264.

Eidem omnes libertates, immunitates aliasque gratias per litteras Innocentii IIII et Alexandri IIII concessas confirmat. (REG. 29, fol. 224, n° 1195.)

« *Eidem.* Cum personam tuam —. Data predicta. »

**2147** Orvieto, 23 juillet 1264.

Eidem indulget, ad instar Innocentii IIII, ut nullus a sede apostolica delegatus vel subdelegatus seu a legato delegatus vel etiam delegatorum et subdelegatorum executor in terram ipsius sententias interdicti promulgare praesumat, absque licentia sedis apostolicae speciali. (Reg. 29, fol. 224, n° 1196.)

« *Eidem.* Apostolice sedis benignitas —, ut supra usque in finem. »

**2148** Orvieto, 23 juillet 1264.

Eidem indulget ut nullus in ipsius vel uxoris personam excommunicationis sententiam, absque sedis apostolicae licentia speciali, praesumat promulgare. (Reg. 29, fol. 224, n° 1197.)

« *Eidem.* Apostolice sedis benignitas —, ut supra in proxima usque in finem. »

**2149** Orvieto, 24 juillet 1264.

Eidem indulget ut, quotiens aliquem praelatum vel alium regularem sive secularem, habentem auctoritatem seu officium praedicandi, ipso praesente, praedicare contigerit populo verbum vitae, hujusmodi praedicator tunc ipsi aliisque fidelibus vere poenitentibus et confessis, ibidem praesentibus et ab eodem praedicatore verbum ipsum audientibus reverenter, centum dierum indulgentiam valeat elargiri. (Reg. 29, fol. 224, n° 1198.)

« *Eidem.* Devotionis tue precibus —. Datum apud Urbemveterem, VIIII kalendas augusti, anno tertio. »

**2150** Orvieto, 24 juillet 1264.

Eidem indulget ut monasteria cujuscumque ordinis, novem ipsum comitantibus viris devotis, ingredi valeat. (Reg. 29, fol. 224, n° 1199.)

« *Eidem.* Devotionis tue precibus —, ut supra in proxima usque in finem. »

**2151** Orvieto, 24 juillet 1264.

Eidem indulget ut missam antelucanam celebrari faciat. (Reg. 29, fol. 224, n° 1200.)

« *Eidem.* Devotionis tue precibus —, ut supra in proxima usque in finem. »

**2152** Orvieto, 24 juillet 1264.

Eidem indulget ut proprium confessorem eligere valeat. (Reg. 29, fol. 224, n° 1201.)

« *Eidem.* Benigno tibi —, ut supra usque in finem. »

**2153** Orvieto, 23 juillet 1264.

Eidem indulget ut, in locis ecclesiastico suppositis interdicto, missas audire valeat. (Reg. 29, fol. 224, n° 1202.)

« *Eidem.* Consuevit sedes apostolica —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas augusti, anno tertio. »

**2154** Orvieto, 23 juillet 1264.

Alfonso comiti et uxori ejus, comitissae Pictavensi et Tholosanae, indulget ne quis judex ecclesiasticus, quavis auctoritate, pro utriusque vel alterius eorum delicto, loca eorum ecclesiastico praesumat supponere interdicto, absque sedis apostolicae licentia speciali. (Reg. 29, fol. 224 v°, n° 1203.)

« *Dilecto filio nobili viro Alfonso, comiti, et uxori ejus dilecte in Christo filie, nobili mulieri . . comitisse Pictavensibus et Tholosanis.* Ex intima qua —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas augusti, anno tertio. »

**2155** Orvieto, 25 juillet 1264.

Alfonso, Pictavensi et Tholosano comiti, indulget ut, tempore interdicti, missas celebrari faciat in capellis quas in palatiis et maneriis habet. (Reg. 29, fol. 224 v°, n° 1204.)

« *Dilecto filio nobili viro* [*A.*,] *Pictavensi et Tholosano comiti.* Devotionis tue precibus —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas augusti, anno tertio. »

**2156** Orvieto, 25 juillet 1264.

Eidem indulget ut de proventibus decimarum, quas ipse et antecessores ipsius tenuerunt, capellanias instituere vel ipsas decimas, de assensu episcoporum, monasteriis concedere valeat. (Reg. 29, fol. 224 v°, n° 1205.)

« *Eidem.* Devotionis tue favore —. Datum ut supra in proxima. »

**2157** Orvieto, 24 juillet 1264.

Eidem facultatem concedit habendi altare portatile. (Reg. 29, fol. 224 v°, n° 1206.)

« *Eidem.* Devotionis tue precibus —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas augusti, anno tertio. »

**2158** Orvieto, 23 juillet 1264.

De certis excessibus corrigendis, a nonnullis clericis Pictavensis et Tolosani comitatuum commissis. (Reg. 29, fol. 224 v°, n° 1207.)

« *Universis ecclesiarum Pictavensis et Tholosani comitatuum prelatis, tam secularibus quam regularibus.* Accepimus et accepisse nos piget, dilecto filio nobili viro Alfonso, Pictavensi et Tholosano comite, intimante, quod nonnulli clericorum vobis subditorum, ut de aliquibus ex vobis penitus taceamus, cum deberent aliis honestate vite ac conversatione laudabili esse odor vite in vitam, ipsi agentes in contrarium, arma ferunt, bella commovent et in eis dampnabiliter se exercent, unde membrorum mutilatio et mors aliquando sequitur aliquorum, in cleri opprobrium, populi scandalum, hereticorum gaudium et perniciem animarum, super quo dictus comes, tamquam vir catholicus et Dei ac ecclesie propter eum amator, remedium per nos petiit adhiberi. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes quatinus taliter conversari et vestros subditos ab hujusmodi et aliis excessibus cohibere curetis, quod nos non oporteat remedium aliud adhibere sed potius commendare sollicitudinis vestre studium debeamus. Datum apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio. »

**2159** Orvieto, 23 juillet 1264.

Pictavensi et Tholosanae comitissae facultatem concedit, tempore interdicti, ab ipsius capellanis missas celebrari faciendi. (Reg. 29, fol. 224 v°, n° 1208.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri . . Pictavensi et Tholosane comitisse.* Consuevit sedes apostolica —. Datum ut supra. »

**2160** Orvieto, 23 juillet 1264.

Eidem indulget ut, quotiens aliquem praelatum vel alium regularem sive secularem, habentem auctoritatem seu officium praedicandi, ipsa praesente, praedicare contigerit populo verbum vitae, hujusmodi praedicator tunc ipsi aliisque fidelibus, vere poenitentibus et confessis, ibidem praesentibus et ab eodem praedicatore verbum ipsum audientibus reverenter, centum dierum indulgentiam valeat elargiri. (Reg. 29, fol. 224 v°, n° 1209.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri . . Pictavensi et Tholosane comitisse.* Consuevit sedes apostolica —. Datum ut supra. »

**2161** Orvieto, 23 juillet 1264.

Eidem indulget ut proprium confessorem eligere valeat. (Reg. 29, fol. 224 v°, n° 1210.)

« *Eidem.* Benigno tibi sunt —. Datum ut supra. »

**2162** Orvieto, 23 juillet 1264.

Eidem indulget ut domos religiosas cujuscumque ordinis cum novem matronis ingredi valeat. (Reg. 29, fol. 224 v°, n° 1211.)

« *Eidem.* Devotionis tue precibus —. Datum ut supra. »

**2163** Orvieto, 23 juillet 1264.

Eidem indulget ut missam antelucanam celebrari faciat. (Reg. 29, fol. 225, n° 1212.)

« *Eidem.* Devotionis tue precibus —. Datum ut supra. »

**2164** Orvieto, 23 juillet 1264.

Eidem concedit ut portatile altare habere valeat. (Reg. 29, fol. 225, n° 1213.)

« *Eidem.* Devotionis tue precibus —. Datum ut supra. »

**2165** Orvieto, 26 juillet 1264.

S., tituli s. Ceciliae presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat ut sex clericos comitis Pictavensis, quos ipse nominaverit, in totidem ipsius legationis ecclesiis, Parisiensi,

Carnotensi, Belvacensi et Lugdunensi dumtaxat exceptis, in canonicos sub exspectatione praebendae recipi faciat. (Reg. 29, fol. 225, n° 1214.)

« *S., tituli s. Cecilie presbitero cardinali, apostolice sedis legato.* Cum dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas augusti, anno tertio. »

**2166** Orvieto, 25 juillet 1264.

Episcopo Belvacensi mandat ut per quinquennium decem clericis comitis Pictavensis, quos ipse nominaverit, fructus beneficiorum cum integritate percipere faciat, quamvis ipsius comitis servitiis insistendo, residentiam personalem non fecerint. (Reg. 29, fol. 225, n° 1215.)

« *Episcopo Belvacensi.* Dilecti filii nobilis —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas augusti, anno tertio. »

**2167** Orvieto, 24 juillet 1264.

Episcopum Belvacensem conservatorem immunitatum Alfonso, comiti Pictavensi, concessarum deputat. (Reg. 29, fol. 225, n° 1216.)

« *Eidem.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, VIIII kalendas augusti, anno tertio. »

**2168** Orvieto, 24 juillet 1264.

Thesaurarium ecclesiae s. Hilarii Pictavensis immunitatum comiti Pictavensi concessarum conservatorem deputat. (Reg. 29, fol. 225, n° 1217.)

« *Thesaurario ecclesie s. Ylarii Pictavensis.* Cum personam nobilis —. Datum ut supra. »

**2169** Orvieto, 25 juillet 1264.

Alfonso, Pictavensi et Tholosano comiti, indulget ut, si quando eum aut comitissam, ejus uxorem, excommunicatis communicare contingat, sententiam minoris excommunicationis nullatenus incurrant. (Reg. 29, fol. 225 v°, n° 1218.)

« *Alfonso, Pictavensi et Tholosano comiti.* Ex parte tua felicis recordationis Innocentio et Alexandro, Romanis pontificibus, predecessoribus nostris, et nobis etiam intimato quod nonnulli prelati regni Francie ac eorum officiales et judices a sede apostolica et legatis sedis ejusdem delegati et executores hujusmodi personarum, cum aliquos, sibi obedire nolentes, vinculo excommunicationis astringunt, in participantes cum excommunicatis hujusmodi non solum in crimine set etiam alio modo excommunicationis et interdicti presumunt sententias promulgare, prefati predecessores tibi per suas et nos, ad eorum instar, per nostras duximus litteras concedendum ut, si quando te et nobilem mulierem J., Pictavensem et Tholosanam comitissam, uxorem tuam, capellanos et alios clericos tuos et reliquam familiam tuam hujusmodi excommunicatis communicare contigerit, propter hoc majoris excommunicationis laqueo vel etiam interdicto nequaquam ligari possitis, dummodo non communicetis in crimine criminosis. Volentes itaque tibi super hoc gratiam facere ampliorem, devotionis tue precibus inclinati, ut si aliquando excommunicatis eisdem, non tamen in crimine, te ac comitissam predictam communicare contigerit, quod propter hoc minoris excommunicationis sententiam tu et ipsa nullatenus incurratis, tibi et eidem comitisse auctoritate presentium indulgemus, proviso ut, cum mores formari soleant a convictu et ex frequenti communicatione cum talibus posset disrumpi nervum ecclesiastice discipline, ab ipsorum communione vos, quantum cum honestate poteritis, subducatis. Nulli ergo nostre concessionis —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas augusti, anno tertio. »

**2170** Orvieto, 27 juillet 1264.

Eidem indulget ne quis judex ecclesiasticus, pro delicto alicujus officialis sive ballivi ipsius, in terram ejusdem Alfonsi, sine speciali sedis apostolicae mandato, sententiam interdicti proferre praesumat. (Reg. 29, fol. 225 v°, n° 1219.)

« *Eidem.* Exposuisti nobis quod prelati terre tue, aliquo officialium seu ballivorum tuorum delictum aliquod committente, terram in qua idem officialis sive ballivus jurisdictionem a te sibi commissam exercet, supponunt ecclesiastico interdicto, propter quod privantur ejusdem terre incole, sine culpa sua, divinis officiis et ecclesiasticis sacramentis. Cum itaque in hujusmodi interdicti sententia ferenda, in qua puniuntur insontes et suspenduntur organa a laudibus conditoris, non deceat faciles esse prelatos, nos, tuis supplicationibus inclinati, ne quis judex ecclesiasticus, pro delicto alicujus officialis sive ballivi tui, cum alias eum per excommunicationis sententiam possit percel-

lere, terram tuam in qua, nomine tuo, jurisdictionem exequitur, propria seu alia quavis auctoritate, absque sedis apostolice speciali mandato faciente de persona tua expressam et de hac inhibitione de verbo ad verbum plenariam mentionem, hujusmodi interdicto supponat vel denuntiet esse suppositam, nisi tu, competenter monitus, pro delicto hujusmodi emendam congruam exhibere facere recusa[ve]ris, districtius inhibemus, decernentes irritum et inane quicquid contra presentis inhibitionis nostre tenorem quacunque auctoritate contigerit attemptari. Nulli ergo nostre inhibitionis et constitutionis —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas augusti, anno tertio. »

**2171** Orvieto, 18 juillet 1264.

Eidem indulget ut, si quando ipsum aut comitissam, ejus uxorem, capellanos, clericos et aliam ipsius familiam exeommunicatis communicare contingat, sententiam excommunicationis majoris minime incurrant. (Reg. 29, fol. 225 v°, n° 1220.)

« *Eidem.* Ex parte tua nobis extitit intimatum quod nonnulli prelati regni Francie ac eorum officiales et judices a sede apostolica et legatis sedis ejusdem delegati et executores hujusmodi personarum, cum aliquos sibi obedire nolentes vinculo excommunicationis astringunt, in participantes cum excommunicatis hujusmodi, non solum in crimine sed etiam alio modo, excommunicationis et interdicti presumunt sententias promulgare. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, ad instar felicis recordationis Innocentii et Alexandri, predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, auctoritate tibi presentium indulgemus ut, si quando te nobilemque mulierem J., Pictavensem et Tholosanam comitissam, uxorem tuam, capellanos et alios clericos tuos et reliquam familiam tuam hujusmodi excommunicatis communicare contigerit, propter hoc majoris excommunicationis laqueo vel etiam interdicto nequaquam ligari possitis, dummodo non communicetis in crimine criminosis. Nulli ergo nostre concessionis —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno tertio. »

**2172** Orvieto, 23 juillet 1264.

Eidem indulget ne quis judex ecclesiasticus de quibuscumque rebus, ad ipsius curiam mediate vel immediate spectantibus, se immiscere praesumat, sine licentia sedis apostolicae speciali. (Reg. 29, fol. 225 v°, n° 1221.)

« *Eidem.* Cum, sicut nos —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas augusti, anno tertio [1]. »

**2173** Orvieto, 13 août 1264.

De certa pecuniarum quantitate Alfonso, comiti Pictavensi ac Tholosano, se ad succursum Terrae Sanctae accingenti, exhibenda. (Reg. 29, fol. 225 v°, n° 1222.)

« *Thesaurario ecclesie sancti Ylarii Pictavensis.* Olim felicis recordationis Innocentius primo et postmodum, ad ejus instar, Alexander, Romani pontifices, predecessores nostri, volentes dilectum filium nobilem virum Alfonsum, Pictavie et Tholose comitem, se ad Terre Sancte succursum, Crucis assumpto signaculo, magnifice accingentem, alicujus subventionis amminiculo sublevare, tibi suis dedisse dicuntur litteris in mandatis ut, si qui usurarii vel alii aliqui aliena illicite detinentes de regno Francie, Provincie, Britannie et Tholose comitatibus penitentia ducti, usuras et sic detenta restituere vellent, et hujusmodi usurarii et detentores personas, ad quas pertinerent usure et sic detenta predicta, ignorarent, et per diocesanos et parrochiales presbiteros eorum hoc publice proposito in locis in quibus videbitur expediens, aliqui non apparerent quibus eorum restitutio deberetur, tu per te vel per alium aut alios quos ad hoc duceres deputandos, exigeres et reciperes de premissis usque ad tria milia marcarum argenti, eaque dicto comiti assignares, cum iter arriperet transmarinum. Contradictores etc., non obstantibus aliquibus litteris —. Quare dictus comes nobis humiliter supplicavit ut, cum adhuc hujusmodi summam ex premissis non receperis, providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca mandamus quatinus, si est ita, per te vel per alium aut alios quos ad hoc duxeris deputandos, exigas et recipias de premissis si quid recipiendum restat de quantitate predicta, juxta predictarum continentiam litterarum, et illud eidem comiti assignare procures, cum iter arripuerit supradictum, quantitatem receptorum et nomina eorum a quibus et quantum a quolibet recipias per tuas nobis litteras fideliter rescripturus. Contradictores etc —. Datum apud Urbemveterem, idus augusti, anno tertio. »

1. En marge : « *de consilio domini Jordani cardinalis fuit judicata justa, et postea dominus audivit eam et mandavit expediri.* »

**2174** Orvieto, 13 août 1264.

Eidem mandat ut ad proximum passagium proroget terminum quo crucesignati, sub pœna excommunicationis, in Terrae Sanctae succursum proficisci debent. (Reg. 29, fol. 226, n° 1223.)

« *Eidem.* Olim felicis recordationis etc., ut supra usque predecessores nostri absolvendi, juxta formam ecclesie, per te vel per alium, crucesignatos regni Francie et comitatuum ac terrarum dilecti filii nobilis viri Alfonsi, comitis Pictavie et Tholose, ab excommunicationis sententia quam latam auctoritate sedis apostolice generaliter in crucesignatos, qui non transierant in Terre Sancte subsidium in passagio tunc proximo preterito, incurrerant, et prorogandi eis terminum usque ad passagium ipsius comitis qui, signo vivifice Crucis assumpto, proponebat et adhuc proponit, prout asseritur, in ipsius terre subsidium proficisci, tibi concessisse dicuntur per suas litteras liberam facultate[m]. Verum ex parte ipsius comitis fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum per hujusmodi litteras non sit ad plenum processum, providere super hoc paterna solticitudine curaremus. Nos itaque, ipsius comitis supplicationibus inclinati, absolvendi, juxta formam ecclesie, per te vel per alium aut alios, crucesignatos eosdem ab hujusmodi excommunicationis sententia et prorogandi eis terminum transeundi usque ad passagium dicti comitis, ad quod ipse, sicut fertur, se potenter et ferventer accingit, juxta predictarum litterarum tenorem, liberam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum ut supra. »

**2175** Orvieto, 18 août 1264.

Alfonso, Tholosae ac Pictaviae comiti, indulget ut ipsius terrae Burdegalensis provinciae ecclesiastico supponi interdicto minime valeant ratione statuti quo terrae, in quibus res ecclesiasticae raptae sunt, interdicto supponuntur. (Reg. 29, fol. 226, n° 1224.)

« *Alfonso, Tholose ac Pictavie comiti.* Attendentes quod tui progenitores incliti, ecclesias et personas ecclesiasticas favorabiliter prosequentes, ipsarum semper studuerunt libertatem defendere ac ipsas libertatibus variis ampliare, tuque proles regia eorum laudabilia imitando vestigia, Crucis caractere insignitus, crucifixi te obsequio devovisti et ecclesias, personas ecclesiasticas ac libertatem easdem in terris precipue tue dominationi subjectis, virtutis tue potentia pro viribus defensas et protegis, et excessus in terris ipsis commissos contra predictas ecclesias et personas negligenter incorrectos non pateris, sed diligenter et juste prosequeris castigatione condigna, te ac tuas terras predictas emensis privilegiare favoribus et favorabiliter munire privilegiis tuis debitum meritis reputamus. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod in provinciali Burdegalensi concilio est statutum ut loca, ville, castra, civitates sive parrochie, in quibus res ecclesiastice vel personarum ecclesiasticarum seu ipse persone rapte, capte, invase vel occupate detinebuntur, ipso facto ecclesiastico subjaceant interdicto et, si ad alium locum vel alia loca res ipsas transferri contigerit, locis ipsis ad que hujusmodi translatio facta fuerit, simili subjacentibus interdicto, primum interdictum in suo robore perseveret. Quare nobis humiliter supplicasti ut, cum hujus statuti pretextu sepe contingat innocentes, sine culpa sua et etiam sine rationabili causa, puniri, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus ut castra, civitates, loca, ville predicte provincie, que de demanio tuo existunt, pretextu dicti statuti, supponi non possint ecclesiastico interdicto vel fore supposita nuntiari, nisi prius, si fueris in regno Francie, monitus fueris vel per te steterit quominus moneri valeas quod excessum commissum inibi facias emendari, aut excessus ipse fuerit adeo gravis et enormis seu notorius quod hujusmodi monitio in eo sit minime requirenda. Nulli ergo nostre concessionis etc. — Datum apud Urbemveterem, xv kalendas septembris, anno tertio. »

**2176** Orvieto, 18 août 1264.

Eidem indulget ut gratiarum ipsi a sede apostolica concessarum executores et conservatores ultra tertiam vel quartam dietam in judicium trahi nequeant. (Reg. 29, fol. 226, n° 1225.)

« *Eidem.* Ad impendendum tibi —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas septembris, anno tertio. »

**2177** Orvieto, 27 août 1264.

De certis pecuniarum summis Alfonso, Pictaviae ac Tholosae comiti, crucesignato exhibendis. (Reg. 29, fol. 226, n° 1226.)

« *A., Tholose ac Pictavie comiti crucesignato.* In desideriis nostris —. Sane petitio tua nobis exhibita con-

tinebat quod felicis recordationis Innocentius papa, predecessor noster, tibi, pro subsidio Terre Sancte sancte Crucis caractere insignito, redemptiones votorum crucesignatorum ac legata indistincte in pios usus necnon extorta per usurariam pravitatem et ablata illicite, si hii quibus horum restitutio deberet fieri, omnino sciri vel inveniri non possent in regno Francie ac comitatibus et terris, dominiis, castellaniis et feudis tuis, mandavit, sub certa forma, per suas litteras assignari aliasque fecit gratias, intuitu dicte terre; ac demum tibi per alias concessit litteras ut per gratias, aliis ab eodem predecessore factas in casu simili in eisdem regno, comitatibus et terris, dominiis, castellaniis seu feudis, ad te mediate sive immediate spectantibus, nullum in premissis tibi posset prejudicium generari. Nos itaque, attendentes quod tu, signo vivifice Crucis assumpto, proponis, prout asseritur, cum decenti bellatorum comitiva, in ipsius terre subsidium proficisci, tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus ut per aliquas gratias aliis, dilectis filiis nobilibus viris Petro Camberlano et Gaufrido de Sarzinis exceptis, si forte super hiis gratiam sibi duximus concedendam in casu simili, a sede apostolica factas vel etiam faciendas, que de presentibus plenam et expressam non fecerint mentionem, in gratiis tibi concessis ab eadem sede super predictis in terra tua nullum possit tibi prejudicium generari. Nulli ergo —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas septembris, anno tertio. »

**2178** Orvieto, 26 août 1264.

Episcopo Pictavensi mandat ut canonicatum et praebendam ecclesiae s. Radegundis, vacantes per resignationem Guizardi, clerici et nuntii Alfonsi, Pictavensis et Tholosani comitis, uni clerico ejusdem comitis quem idem Alfonsus nominaverit, conferat. (Reg. 29, fol. 226, n° 1227.)

« *Episcopo Pictavensi.* Cum dilectus filius —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas augusti, anno tertio. »

**2179** Orvieto, 25 août 1264.

Episcopo Parisiensis, ad preces Alfonsi, comitis Pictavensis, mandat ut magistrum Petrum de Perona, clericum ejusdem comitis quondam medicum, e carcerali custodia relaxet, in aliquo monasterio habitum religionis assumpturum seu ad partes transmarinas profecturum. (Reg. 29, fol. 226 v°, n° 1228.)

« . . *episcopo Parisiensi.* Significavit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas septembris, anno tertio. »

**2180** Orvieto, 1er septembre 1264.

Praeposito ecclesiae Insulensis, Tornacensis diocesis, et obedientiario s. Justi Lugdunensis mandat ut Azonem de Maximiaco, clericum consanguineum Guichardi, clerici commensalis Alfonsi, Pictavensis comitis, ejusdem Guichardi consideratione, in ecclesia s. Pauli Lugdunensis in canonicum recipi faciant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 226 v°, n° 1229.)

« . . *preposito ecclesie Insulensis, Tornacensis diocesis, et . . obedientiario s. Justi Lugdunensis.* Consideratione dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

**2181** Orvieto, 1er septembre 1264.

Alfonsi, Pictaviae ac Tholosae comitis, precibus, illis quos ad procuranda sua negotia, in Terrae Sanctae subsidium proficiscens, in comitatibus et terris suis ipse comes duxerit dimittendos, si crucesignati fuerint et alias essent transituri in ejusdem terrae succursum et de bonis congrue missuri sint in subsidium dictae terrae, illam concedit suorum veniam peccatorum quae succurrentibus dictae Terrae in generali concilio est concessa. (Reg. 29, fol. 226 v°, n° 1230.)

« *Alfonso, Pictavie ac Tholose comiti.* Sicut ex parte —. Datum apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

**2182** Orvieto. 10 juillet 1264.

Aymerico, Lemovicensi episcopo, indulget ut per triennium quinque clerici, ipsius insistentes obsequiis, proventus beneficiorum cum integritate in absentia percipere valeant. (Reg. 29, fol. 226 v°, n° 1231.)

« *Aymerico, Lemovicensi episcopo.* Desideriis tuis in —. Datum apud Urbemveterem, vi idus julii, anno tertio. »

**2183** Orvieto, 10 juillet 1264.

Priorem Brivensem, Lemovicensis diocesis, predicti indulti deputat conservatorem. (Reg. 29, fol. 226 v°, n° 1232.)

« . . *priori Brivensi, Lemovicensis diocesis.* Desideriis venerabilis fratris —. Datum ut supra. »

**2184** Orvieto, 9 juillet 1264.

Aymerico, episcopo Lemovicensi, indulget ut in locis ecclesiastico suppositis interdicto divina officia sibi celebrari faciat. (Reg. 29, fol. 226 v°, n° 1233.)

« *Aymerico, episcopo Lemovicensi.* Inducunt nos tue —. Datum apud Urbemveterem, vii idus julii, anno tertio. »

**2185** Orvieto, 11 juillet 1264.

Episcopo Lemovicensi indulget ne legati vel subdelegati, pro delicto vel contumacia privatarum personarum, ecclesias parrochiales ecclesiastico supponant interdicto, nisi forsan ex mandato apostolico, praesentibus post triennium minime valituris. (Reg. 29, fol. 227, n° 1234.)

« *Episcopo Lemovicensi.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, v idus julii, anno tertio. »

**2186** Orvieto, 15 juillet 1264.

Abbati monasterii Tutellensis, ordinis s. Benedicti, Lemovicensis diocesis, indulget ut duorum clericorum ipsius cuilibet de aliquo ecclesiastico beneficio, ad ipsius collationem spectante, providere valeat. (Reg. 29, fol. 227, n° 1235.)

« *Abbati monasterii Tutellensis, ordinis s. Benedicti, Lemovicensis diocesis.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**2187** Orvieto, 12 juin 1264.

Infrascriptis inhibet ne quos ad judicia secularia trahant, in contemptum fori ecclesiastici. (Reg. 29, fol. 227, n° 1236.)

« *Venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis, capitulis et clericis universis, exemptis et non exemptis, per Terraconensem provinciam constitutis.* Quamvis sit grave —. Datum apud Urbemveterem, ii idus junii, anno tertio. »

**2188** Orvieto, 13 juin 1264.

Archiepiscopo Terraconensi mandat ut adversus clericos ipsius provinciae, qui forum ecclesiasticum spreverint, procedat. (Reg. 29, fol 227, n° 1237.)

« *Archiepiscopo Terraconensi.* Quamvis sit grave —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**2189** Orvieto, 20 mars 1263.

Decano et capitulo Cathalaunensibus mandat ut magistrum Constantium, canonicum ecclesiae s. Trinitatis Cathalaunensis, obtentu G., tituli s Marci presbyteri, cujus ipse magister capellanus existit, et O., s. Mariae in Via Lata diaconi cardinalium, in canonicum recipiant eique de praebenda provideant ita tamen quod canonicatum s. Trinitatis dimittat. (Reg. 29, fol. 227, n° 1238.)

« *Decano et capitulo Cathalaunensibus.* Ut dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, xiii kalendas aprilis, anno secundo. »

**2190** Orvieto, 21 mars 1263.

Decanum Metensem praedicti mandati conservatorem deputat. (Reg. 29, fol. 227 v°, n° 1239.)

« *Decano Metensi.* Ut dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas aprilis, anno secundo. »

**2191** Orvieto, 10 novembre 1263.

Amando de Castello, presbytero, canonicatum et praebendam in ecclesia s. Crucis Cameracensis, ipsi a G., tituli s. Marci presbytero cardinali, adjudicatos, confirmat. (Reg. 29, fol 228, n° 1240.)

« *Amando de Castello, presbitero, canonico ecclesie sancte Crucis Cameracensis.* Ea que judicio —. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod, cum nos olim super receptione ac provisione tua in ecclesia sancte Crucis Cameracensis executorias litteras dilecto filio . . preposito ecclesie Sicliniensis, duxerimus dirigendas, capitulum ejusdem ecclesie sancte Crucis a dilecto filio . . abbate monasterii sancti Andree de Castello, cui prepositus ipse super hoc, prout ex tenore litterarum ipsarum poterat, suas vices commiserat, incipiente super hujusmodi executione procedere, appel-

larunt sed appellationem suam per sex menses et amplius prosequi neglexerunt. Interim autem quondam Nicolao de Montibus, canonico ipsius ecclesie sancte Crucis, apud sedem apostolicam viam universe carnis ingresso, nos canonicatum et prebendam quos ipse in jamdicta ecclesia obtinuit, dilecto filio Johanni de Cellis, clerico familiari nostro, de gratia contulimus speciali. Verum volentes quod de te super hujusmodi receptione ac provisione inceperamus, producere ad effectum, canonicatum ipsius ecclesie sancte Crucis, cum plenitudine juris canonici, ac prebendam, si qua tunc vacabat ibidem, tibi apostolica auctoritate contulimus teque per nostrum anulum investivimus de eisdem, alioquin prebendam tunc inibi proximo vacaturam, tibi conferendam donationi apostolice reservantes, decrevimus irritum et inane si secus de ipsa contingeret attemptari, dilecto filio . . abbate sancti Auberti Cameracensis suoque collega super hoc per nostras litteras executoribus deputatis. Sane jamdicto abbate sancti Auberti, sicut ex beneficio litterarum ipsarum, sibi suoque college directarum, solus poterat, capitulo mandavit eidem ut te in canonicum reciperent et in fratrem. Sed tam capitulo ipso quam magistro Waltero de Solempniis, clerico Cameracensis diocesis, qui super receptione ac provisione sua in eadem ecclesia sancte Crucis a nobis executorias dicebatur litteras impetrasse, se tibi super hoc opponentibus et coram prefato abbate sancti Auberti quasdam exceptiones contra te proponentibus, idem abbas, de utriusque partis assensu, negotium hujusmodi ad nostrum remisit examen, prefixo partibus ipsis certo termino peremptorio quo ad prosequendum illud se apostolico conspectui presentarent, nosque tandem eisdem partibus dilectum filium nostrum G., tituli sancti Marci presbyterum cardinalem, dedimus auditorem.

Sane, post remissionem hujusmodi, prefatus magister Walterus prebendam que per mortem quondam magistri Goberti, canonici ejusdem ecclesie sancte Crucis, medio tempore vacavit in ea, tibi jure debitam, sibi fecit minus juste conferri. Cumque tu postmodum, prebendam ipsam tibi postulans assignari, super hiis libellum parti adverse coram cardinale prefato in judicio porrexisses, tandem lite super eodem libello legitime contestata et utraque parte litigia vitare volente, tu, pro te, et magister Henricus de Liernut clericus, procurator capituli et Walteri predictorum, pro eis a quibus ad componendum et compromittendum speciale mandatum habebat, in eundem cardinalem, super dicta prebenda ejusque fructibus, tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem, sub certa pena, in juramento nichilominus hinc inde prestito, sponte compromittere curavistis, ordinationi, laudo, diffinitioni, voluntati et arbitrio ejus super hoc vos totaliter sum[m]ittentes sibi nichilominus potestate judiciaria reservata. Idem vero cardinalis, recepto hujusmodi compromisso, a nobis ordinandi, providendi, statuendi, diffiniendi, pronuntiandi et arbitrandi super hoc, prout sibi melius visum foret, auctoritate et plenaria potestate obtentis ac auditis que partes coram eo proponere voluerunt, observato juris ordine ac te et procuratore ipso presentibus, auctoritate nostra in hac parte sibi commissa, statuit, diffinivit atque providit quod tu recipiaris in eadem ecclesia sancte Crucis ab ipso capitulo in canonicum et in fratrem et quod tu dictam prebendam, de qua agebatur, habeas et obtineas pacifice et quiete, ipsamque nichilominus, cum suis juribus et pertinentiis, ad te spectare et pertinere de jure declarans et sententialiter tibi adjudicans atque conferens, dicto magistro Waltero perpetuum imposuit silentium super ea, prout in publico instrumento, confecto exinde ac sigillo cardinalis predicti signato, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinale super hiis pro te factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Presidente rationis imperio —. Sane, cum Amandus de Castello, presbiter Cameracensis diocesis, ad . . prepositum ecclesie Sicliniensis, super receptione ac provisione sua in ecclesia sancte Crucis Cameracensis, sanctissimi patris et domini Urbani, pape IIII, sub certa forma litteras executorias impetrasset, tandem . . abbate monasterii sancti Andree de Castello, ejusdem diocesis, cui idem prepositus super hoc, prout ex tenore litterarum ipsarum poterat, commiserat vices suas, inhibente auctoritate litterarum hujusmodi capitulo predicte ecclesie sancte Crucis ne de prebenda, si qua ibidem vacare contingeret, alicui providerent, cum intenderet de ipsa eidem presbytero, juxta mandatum apostolicum, providere, licet dicti capitulum propter hoc ad sedem apostolicam appellassent, ipsi tamen per sex menses et amplius appellationem hujusmodi prosequi neglexerunt. Cumque medio tempore quondam Nicolaus de Montibus, prefate ecclesie sancte Crucis canonicus, apud eandem sedem viam fuisset universe carnis ingressus,

idem dominus papa canonicatum et prebendam, quos idem Nicolaus ibidem obtinuit, contulit Johanni de Cella, familiari suo, ac postmodum, volens quod de predicto presbytero inceperat, perducere ad effectum, canonicatum predicte ecclesie sancte Crucis, cum plenitudine juris canonici, ac nichilominus prebendam, si qua tunc inibi vacabat, predicto presbytero auctoritate apostolica contulit et eum de illis per suum anulum investivit. Alioquin prebendam in eadem ecclesia tunc proximo vacaturam, conferendam eidem presbytero, apostolice donationi reservans, decrevit irritum et inane si secus de ipsa contingeret attemptari, . . abbate sancti Auberti, et . . scolastico sancti Gaugerici Cameracensium, sibi super hoc sub certa forma per suas litteras executoribus deputatis. Sane predicto . . abbate, prout ex tenore hujusmodi litterarum directarum ad eum et eundem scolasticum poterat, predicto capitulo mandante ut dictum presbyterum reciperent in canonicum et in fratrem ac eodem capitulo necnon magistro Waltero de Sollempniis, clerico ejusdem diocesis, super cujus provisione et receptione in memorata ecclesia idem dominus papa direxerat scripta sua, predicto presbytero super hoc se opponentibus et coram eodem abbate quasdam exceptiones proponentibus contra eum, prefatus abbas de consensu partium, negotium remisit ad ipsius sedis examen, prefixo eisdem partibus certo termino peremptorio quo per se vel per procuratores ydoneos, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis hujusmodi causam contingentibus, apostolico se conspectui presentarent, facture et recepture super hoc quod ordo exigeret rationis. Idemque dominus papa nos, Guillelmum, miseratione divina tituli sancti Marci presbyterum cardinalem, dedit in causa ipsa partibus auditorem. Porro, post remissionem hujusmodi, vacavit quedam prebenda in eadem ecclesia sancte Crucis per mortem magistri Goberti de Macellis, quondam ipsius ecclesie canonici, quam dictus magister Walterus sibi procuravit conferri. Eodem itaque Amando prebendam ipsam sibi assignari petente ac orta inter eum et magistrum Walterum predictum super eadem prebenda materia questionis, idem Amandus libellum obtulit sub hac forma :

« Coram vobis, reverende pater, domino Guillelmo, « tituli sancti Marci presbytero cardinale, partibus a « domino papa auditore concesso, dicit et proponit « Amandus de Castello, presbyter Cameracensis dio- « cesis, contra magistrum Walterum de Sollempniis, « clericum, ac legitimum procuratorem seu defenso- « rem ipsius, quod, cum sanctissimus pater dominus « Urbanus papa IIII olim canonicatum ecclesie sancte « Crucis Cameracensis, cum plenitudine juris cano- « nici, ac nichilominus prebendam, si qua in eadem « ecclesia tunc vacabat, eidem Amando canonice con- « tulisset, ipsum per suum anulum investiens de eis- « dem, alioquin prebendam in eadem ecclesia proximo « vacaturam, eidem A. conferendam, donationi apos- « tolice reservasset, decernens extunc irritum et inane « si de ipsa ejusdem domini pape aut quavis alia auc- « toritate secus contingeret attemptari ac volens ip- « sum A., in ecclesia supradicta, in assecutione pre- « bende preferri omnibus quavis auctoritate receptis, « post presentationem suarum priorum litterarum fac- « tam capitulo supradicto, prout in ipsius domini pape « litteris plenius continetur. Postmodum quedam in « predicta ecclesia prebenda vacavit per mortem ma- « gistri Goberti de Macellis, quondam canonici ipsius « ecclesie, eidem A. de jure debita et ad ipsum de jure « spectans, quam dictus magister Walterus indebite, « lite pendente, et contra justitiam occupavit, et etiam « in anime sue periculum et dicti Amandi prejudi- « cium et gravamen detinet occupatam, licet nullum « jus habeat in eadem. Quare petit dictus Amandus « per vos, reverende pater, prefatam prebendam, cum « juribus et pertinentiis suis, sibi conferri et eam sibi « sententialiter adjudicari, cum omnibus fructibus « inde perceptis et qui percipi potuerunt ex omni « causa et ad ipsum A. pertinere decerni, et dictum « magistrum Walterum ab eadem prebenda per eam- « dem sententiam amoveri et amovendum esse pro- « nuntiari ac se in ejusdem prebende possessionem « corporalem vel quasi induci et inducendum fore de- « cerni ac dicto Waltero perpetuum imponi silentium « super ea; et hoc petit cum dampnis et expensis et « interesse que hujusmodi occasione incurrit, que et « quas extimat ad valorem sexaginta librarum Pari- « siensium, et protestatur de futuris expensis quas « tempore sententie declarabit. Protestatur etiam « quod non astringit se ad probandum nisi ea que sue « intentioni sufficiant, salvo jure etc. »

« Lite igitur super eodem libello legitime contestata, partes ipse, volentes vitare litigia, videlicet idem Amandus presbyter, pro se, et magister Henricus de Liernut, clericus, procurator capituli et magistri Walteri predictorum, pro eis a quibus habebat ad componendum et compromittendum speciale mandatum, in nos super eadem prebenda et ejus fructibus, tamquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem, sub certa pena et juramento prestito, compromittere curaverunt, nostre ordinationi, laudo,

diffinitioni, voluntati et arbitrio super hoc totaliter se summittentes, judiciaria potestate nobis nichilominus reservata, prout in instrumento publico inde confecto, cujus tenor inferius annotatur, plenius continetur. Nos itaque, recepto hujusmodi compromisso et a domino papa ordinandi, providendi, statuendi, diffiniendi, pronuntiandi et arbitrandi super hoc, prout nobis melius visum foret, auctoritate et plenaria potestate obtentis, et auditis que partes voluerunt proponere coram nobis, auctoritate nobis a predicto domino papa in hac parte commissa, ordinamus, statuimus, diffinimus et providemus quod idem Amandus recipiatur in sepedicta ecclesia sancte Crucis ab eodem capitulo in canonicum et in fratrem et quod predictam prebendam, super qua est questio inter partes, habeat et obtineat pacifice et quiete, et eam nichilominus, cum juribus et pertinentiis suis, ad ipsum Amandum spectare et pertinere declaramus et sententialiter adjudicamus eidem et etiam conferimus, super ea dicto magistro Waltero perpetuum silentium imponendo, ita tamen quod idem magister Walterus ad restitutionem fructuum et proventuum, quos de prebenda ipsa recepit, minime teneatur. Ceterum judiciaria et arbitraria potestate statuimus, ordinamus et providemus ac arbitramur quod prefatus Amandus de fructibus prefate prebende sibi adjudicate, postquam eam fuerit pacifice assecutus et fructus perceperit ex eadem, tamdiu decem libras Parisiensium, in festo apostolorum Phylippi et Jacobi, predicto magistro Waltero exhibeat annuatim, donec idem magister Walterus in memorata ecclesia sancte Crucis prebendam pacifice assequatur. Ad hec, auctoritate nobis a domino papa commissa, ordinamus, statuimus et providemus quod ipse magister Walterus qui in eadem ecclesia canonice receptus est in canonicum et in fratrem, prout ex prefati Amandi confessione accepimus, habeat et obtineat prebendam aliam, siqua in sepedicta ecclesia vacat ad presens, et eam prefato magistro Henrico, procuratori prefati magistri Walteri, nomine ipsius Walteri, presentialiter conferimus ac etiam assignamus. Si vero in eadem ecclesia nulla prebenda vacat ad presens, nos prebendam proximo inibi vacaturam, conferendam jamdicto magistro Waltero per illum cui dominus papa id duxerit committendum, donationi apostolice reservantes, decernimus irritum et inane si secus de illa contigerit attemptari. In quorum omnium testimonium et munimen, presentem paginam per infrascriptum notarium nostrum scribi et publicari fecimus nostrique sigilli appensione muniri. Lata et pronuntiata apud Urbemveterem, in hospicio prefati domini cardinalis, presentibus hiis testibus, scilicet donno Gerardo abbate sancti Sepulcri Cameracensis, magistro Gerardo, decano Cameracensi, Johanne de Cellis, canonico sancte Crucis Cameracensis, donno Guillelmo, monacho sancti Sepulchri predicti, magistro Petro de Nalines, socio prefati decani, Waltero de Greincort presbytero, magistro Sinibaldo Romano, canonico sancti Germani Montensis, Matheo et Jacobo de Narnia, procuratoribus in Romana curia vocatis et rogatis, sub anno Domini M°CC°LX° tertio, indictione VII$^{a}$, mense octobris, die quinta exeunte, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio. »

Tenor autem dicti instrumenti compromissi talis est :

« In nomine Domini amen. Cum inter Amandum « de Castello, presbyterum Cameracensis diocesis, ex « parte una, et venerabiles viros capitulum sancte « Crucis Cameracensis et magistrum Walterum de « Sollempniis, dicte diocesis clericum, ex altera, su- « per receptione et provisione dicti presbyteri in dicta « ecclesia sancte Crucis questione suborta, . . abbas « monasterii sancti Auberti Cameracensis, eidem pre- « sbytero executor super receptione et provisione « hujusmodi a sede apostolica deputatus, causam « hujusmodi de consensu partium ad examen sedis « apostolice remisisset, prefixo eisdem partibus certo « termino peremptorio quo per se vel per procurato- « res ydoneos, cum omnibus actis, juribus et muni- « mentis suis hujusmodi causam conti[n]gentibus, « apostolico se conspectui presentarent, facture et « recepture super hoc quod ordo rationis dictaret, « tandem negotio seu causa hujusmodi per remis- « sionem eandem ad sedem apostolicam devoluto, « sanctissimus pater, dominus Urbanus papa IIII « venerabilem in Christo patrem, dominum Guillel- « mum, miseratione divina tituli sancti Marci pres- « byterum cardinalem, dedit in ipsa causa eisdem « partibus auditorem et, cum coram eodem cardinali « aliquandiu in eadem causa processum foret, partes « ipse, volentes vitare litigia, videlicet idem presby- « ter presentialiter pro se, et magister Henricus de « Liernut, clericus procurator capituli et magistri « Walteri predictorum, pro eis a quibus habet ad « compromittendum et componendum speciale man- « datum, prout in litteris procuratoriis inde confec- « tis, quarum tenor inferius annotatur, plenius con- « tinetur, in presentia mei, Guillelmi notarii, et « subscriptorum testium rogatorum super causa et « questione hujusmodi, in supradictum dominum car- « dinalem, tanquam in arbitrum, arbitratorem et ami-

« cabilem compositorem compromittere curaverunt, « ordinationi, laudo, diffinitioni, voluntati et arbitrio « ipsius domini cardinalis se super hoc se (*sic*) tota- « liter summittentes, judiciaria potestate ipsi domino « cardinali nichilominus reservata, promittentes idem « presbyter, pro se, dictus autem magister Henricus, « nomine procuratorio capituli et magistri Walteri « predictorum, sub juramentis suis corporaliter pres- « titis et sub pena centum marcarum argenti parti « observanti quicquid super hiis ab eodem domino « cardinali, secundum quod ei visum fuerit expedire, « sententiatum, arbitratum, ordinatum, statutum, « provisum et pronuntiatum fuerit, a parte resiliente « reddendarum et solvendarum, perpetuo se inviola- « biliter observare et tenere et per se vel per alium « in contrarium non venire, renuntiantes ad invicem « omnibus exceptionibus doli et fraudis et omni eo « per quod premissa vel aliquid premissorum impe- « diri possent vel infringi. Volentes etiam et expresse « consentientes quod, quotiens ab ipsis vel altero eo- « rum contra predicta vel aliquid predictorum ven- « tum vel actum fuerit, totiens pena committatur « eadem, predictis sententia, arbitrio, ordinatione, « compositione, statuto, laudo, dicto et provisione « nichilominus in suo robore duraturis. Actum apud « Urbemveterem, presentibus hiis testibus videlicet « domino Viviano, priore sancti Bartholomei de Fi- « guino, domino Guillelmo de Braio presbytero, Egi- « dio rectore ecclesie de Audeines, Johanne de Came- « raco clerico et Garnero de Urmonte notario rogatis « et vocatis, sub anno Domini M°CC°LXIII°, indic- « tione septima, mense octobris, die XXIII, pontificatus « domini Urbani pape IIII anno tertio. »

Tenor procurationis supradicti magistri Henrici talis est :

« Universis presentes litteras inspecturis officialis « Cameracensis salutem in Domino. Noverit univer- « sitas vestra quod venerabiles viri capitulum sancte « Crucis Cameracensis et magister Walterus de Sol- « lempniis, clericus, magistrum Henricum de Liernut « et Jacobum de Warigniaco clericos, latores presen- « tium, suos coram vobis constituunt procuratores et « quemlibet eorum insolidum ita quod non sit melior « conditio occupantis, in causa quam ipsi habent in « curia Romana contra dominum Amandum de Cas- « tello presbyterum, super provisione ipsi presbytero « in ecclesia sancte Crucis Cameracensis facienda, « dantes eisdem procuratoribus suis et cuilibet eorum « in solidum potestatem et mandatum speciale com- « promittendi, nomine ipsorum, cum dicto domino « Amando, amicabiliter componendi in dicta causa et « etiam ordinandi et omnia alia faciendi, etiam in « quibus requiritur et exigitur mandatum speciale, et « que ipsi capitulum et magister Walterus predicti « facerent in causa predicta vel facere possent, si « presentes essent. Dantes etiam potestatem et man- « datum speciale dictis procuratoribus suis et cuili- « bet eorum insolidum constituendi seu substituendi « alium procuratorem vel alios loco sui, qui similem « in premissis habeant potestatem. Ratum et firmum « habituri quicquid super premissis omnibus et sin- « gulis, pro ipsis et nomine ipsorum, per predictos « H. et J., procuratores suos, vel eorum alterum vel « per substitutos vel substitutum ab eisdem vel altero « eorum factum fuerit sive dictum. Quod tenore pre- « sentium universitati vestre volumus esse notum. « Datum anno Domini M°CC°LXIII°, feria VI ante « Nativitatem beate Virginis. »

« Et ego Willelmus Nicolai, auctoritate sancte Ro- « mane ecclesie notarius, predicto compromisso sub « prescripta forma facto, presens fui et, ut supra legi- « tur, de voluntate predictorum domini Amandi et « magistri Henrici, scripsi et in publicam formam « redegi rogatus. Et ego, Guillelmus Nicolai predictus, « auctoritate sancte Romane ecclesie notarius ac pre- « fati domini cardinalis scriba, prolationi dicte sen- « tentie, arbitrii, ordinationis, provisionis, diffinitio- « nis et statuti predictorum presens fui et, ut supra « legitur, de mandato dicti domini cardinalis, predic- « torum domini Amandi et magistri Henrici inter- « veniente assensu pariter et consensu, scripsi et in « publicam formam redegi meoque signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, IIII idus novembris, anno tertio. »

**2192** Orvieto, 12 novembre 1263.

Cantori et magistro Wiberto dicto *Kankesel*, capellano apostolico, canonico Atrebatensi, mandat ut magistrum Amandum de Castello in ecclesia s. Crucis Cameracensis, in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 229 v°, n° 1241.)

« *Cantori et magistro Wiberto, dicto* Kankesel, *capellano nostro, canonico Atrebatensi.* Exhibita nobis dilecti filii Amandi de Castello presbyteri, canonici ecclesie s. Crucis Cameracensis, petitio continebat quod, cum nos olim super receptione et provisione sua etc. ut in proxima superiori, verbis competenter mutatis, usque ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica

duximus confirmandum. Ideoque discretioni vestre mandamus quatenus vos vel alter vestrum, per vos aut alium seu alios, id auctoritate nostra executioni mandantes, dictum presbyterum in canonicum ipsius ecclesie sancte Crucis recipi faciatis ac in possessionem ipsius prebende sibi per cardinalem adjudicate predictum, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, amoto exinde dicto magistro Waltero et quolibet alio detentore illicito, inducatis et defendatis inductum, stallo sibi in choro et loco in capitulo in eadem ecclesia, cum plenitudine juris canonici, assignatis. Non obstante si —. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, II idus novembris, anno tertio. »

**2193** Orvieto, 19 novembre 1263.

S., tituli s. Ceciliae presbytero cardinali, indulget ut omnes qui ejus negotia procurant, ratione thesaurariae quam obtinet in ecclesia s. Martini Turonensis, coram aliquo judice in causam trahi minime valeant, quamdiu coram episcopo Parisiensi stare juri parati fuerint. (Reg. 29, fol. 230, n° 1242.)

« *S., tituli sancte Cecilie presbytero cardinali.* Specialem tibi gratiam facientes per quam illorum qui tua gerunt negotia, ut ab illis eos abstrahi non contingat, provideatur quieti et eisdem a futuris perturbationibus caveatur, tuis inclinati precibus, auctoritate tibi presentium indulgemus quod ballivi, majores, firmarii, justitiarii, procuratores, allocati et servientes tui, qui in civitate ac diocesi Turonensibus, in locis que ad te, ratione thesaurarie quam in ecclesia sancti Martini Turonensis obtines, noscuntur pertinere, tua procurant seu administrant negotia et jurisdictionem exercent pro te ac tuo nomine temporalem, et quos eadem amministrare, procurare seu etiam exercere ibidem contigerit in futurum, auctoritate litterarum, indulgentiarum seu privilegiorum a sede apostolica vel legatis ipsius impetratorum seu etiam impetrandorum, vel alia quavis auctoritate, pretextu jurisdictionis, administrationis seu procurationis hujusmodi, coram aliquo judice delegato, executore vel conservatore vel quocunque alio a predicta sede vel legatis ejusdem quibuscunque locis, collegiis, personis concesso vel etiam concedendo, quamdiu coram venerabili fratre nostro .. episcopo Parisiensi, parati fuerint stare juri, in causam nullo modo trahi possint, nisi dicte sedis littere, indulgentie ac privilegia impetranda de te et hac indulgentia de verbo ad verbum plenam et expressam fecerint mentionem, decernentes ex nunc excommunicationis, interdicti et suspensionis sententias et processus alios, si quas vel si quos proferri seu haberi contra indulgentie presentis tenorem contigerit, non tenere nulliusque penitus existere firmitatis. Presentibus post quinquennium minime valituris. Nulli ergo nostre concessionis etc. constitutionis etc. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas decembris, anno tertio. »

**2194** Orvieto, 19 novembre 1263.

Archidiaconum majoris Caleti in ecclesia Rothomagensi praedicti indulti conservatorem deputat. (Reg. 29, fol. 230, n° 1243.)

« *.. archidiacono majoris Caleti in ecclesia Rothomagensi.* Specialem dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas decembris, anno tertio. »

**2195** Orvieto, 13 novembre 1263.

Fratri Philippo, quondam abbati Claravallensi, Macloviensi electo, visitationem et provisionem de abbate idoneo monasterii de Ebronio, ordinis s. Benedicti, Cenomanensis diocesis, committit. (Reg. 29, fol. 230, n° 1244.)

« *Fratri Philippo, quondam abbati Claravallensi, Macloviensi electo.* De desolatione monasterii de Ebronio, ordinis sancti Benedicti, Cenomanensis diocesis, ex eo probabiliter dubitamus quod de ipsius regimine inter dilectum filium Ernaldum, capellanum nostrum, et J., qui pro abbatibus ejusdem monasterii se gerunt, non levis, ut dicitur, est exorta contentio et pene inexplicabilis questio suscitata. Cum enim idem E., sicut pro parte ipsius fuit propositum coram nobis, apud venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Cenomanensem, delatus super certis articulis extitisset dictusque episcopus fecisset eum propter hoc ad suam presentiam evocari, tandem idem E. abbas, volens potius in humilitatis satisfacere spiritu quam judiciorum anfractibus vel juris vigore vexari, promisit, corporali prestito juramento, quod cederet regimini monasterii supradicti et perageret penitentiam quam idem episcopus sibi duceret injungendam. Cumque eidem E. prefatus episcopus quamdam penitentiam injunxisset, idem E., eam reputans nimis gravem, propter hoc ad sedem apostolicam appellavit. Et demum idem E. abbas et dilectus filius .. magister scolarum Ceno-

manensium, procurator ejusdem episcopi, apud sedem constituti predictam, compromiserunt unaniminiter super premissis in bone memorie H., tituli sancte Sabine presbyterum cardinalem, tanquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem, et promiserunt prefatus E., pro se, ac idem procurator, ipsius episcopi nomine, se ratum habituros et firmum quicquid idem cardinalis tam super cessione hujusmodi quam super provisione eidem J. facienda et aliis idem negotium contingentibus mandaret, statueret vel quomodolibet ordinaret. Predictus vero cardinalis, hujusmodi compromisso recepto et auctoritate nostra super hiis et aliis hujusmodi negotium contingentibus, ei per dilectum filium, magistrum Berardum de Neapoli, subdiaconum et notarium nostrum, commissa, habita quoque deliberatione plenaria circa negotii qualitatem, omnes sententias ab eodem episcopo contra ipsum E., occasione hujusmodi negotii, promulgatas, et predictum juramentum ab eodem prestitum, de consensu partium, relaxavit et statuit insuper, ordinavit et mandavit quod idem E. posset, si vellet, usque ad mensem computandum a secundo die postquam intraret dictum monasterium, quod intrare ipsum teneri voluit, quamcito sine fraude et dolo commode posset, in regimine ipsius monasterii remanere, et statim hujusmodi mense finito, eidem regimini, juxta voluntatem predicti episcopi, cedere teneretur. Si vero ipsius episcopi voluntatis transgressor cedere forte contempneret, extunc, sive cederet sive non cederet, vacaret idem monasterium eo ipso, certis aliis articulis in forma ipsius ordinationis adjectis, prout in litteris confectis exinde, dicti cardinalis sigillo munitis, plenius continetur.

Hac itaque ordinatione ad nostram perveniente notitiam, nos, attendentes quod etatis provecte maturitas dubium sinistre suspitionis videtur excludere, presertim in ipso E. qui, licet diutius predictum monasterium rexerit, nullam tamen, etiam juventutis sue tempore, dicebatur notam levitatis dampnabilis incurrisse; pensantes quoque quod prefatum monasterium, quod per industriam et sollicitudinem ipsius E. multiplicia suscepisse asseritur hactenus incrementa, si ejus cederet regimini, ex vacatione diutina, quam solet frequenter inducere votorum diversitas, gravem posset in spiritualibus et temporalibus incurrere lesionem, voluimus et eidem episcopo per nostras litteras districte precipiendo mandavimus ut eundem E. libere permitteret ipsius monasterii regimini presidere ac gerere, sicut prius, in omnibus curam ejus, non obstantibus predictis omnibus et specialiter ordinatione vel quibuslibet articulis contentis in ea, nisi a nobis aliud super hoc reciperet in mandatis. Post hujusmodi autem litteras obtentas, predictus episcopus auctoritate propria prefatum E. monuit ut cederet abbatie monasterii memorati, propter quod ipse, sentiens indebite se gravari, ad sedem appellavit predictam, cui appellationi prefatus episcopus deferens, predicto E. prefixit certum terminum peremptorium quo per se vel per procuratorem ydoneum apostolico se conspectui presentaret. Procuratore itaque ipsius E. pro eo propter hoc, in statuto termino, ad nostram presentiam accedente, nos dilectum filium nostrum G., tituli sancti Marci presbyterum cardinalem, dedimus in hujusmodi negotio partibus auditorem, qui interloquendo pronuntiavit quod negotium predictum erat ad eandem sedem per appellationem hujusmodi legitime devolutum. Pendente vero dicto negotio coram prefato G. cardinali et prelibato episcopo intimante nobis, licet falso, quod sepedictus E., propter gravem qua laborabat infamiam, non poterat in regimine dicti monasterii, sine gravi scandalo, remanere et quod, eodem sic presidente, monasterium ipsum gravia incurrere poterat detrimenta, nos dilecto filio . . abbati Cormeriacensi, Turonensis diocesis, nostris non facientibus aliquam mentionem de hujusmodi appellatione ipsius E. et quod predictum negotium coram eodem G. cardinali penderet, dedimus litteris in mandatis ut eundem E., ex parte nostra, moneret efficaciter ac induceret diligenter ut, infra unum mensem post monitionem suam, libere cederet regimini monasterii predicti et ex tunc, sive cederet sive non cederet, prefatum monasterium decrevimus omnino vacare. Voluimus etiam ut idem abbas Cormeriacensis, elapso ejusdem mensis spatio, dictam ordinationem, sive predictus E. cederet sive non cederet, faceret per se vel per alium inviolabiliter observari, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, decernentes nichilominus irritum et inane si contra hujusmodi mandati nostri tenorem a quoquam existeret attemptatum.

Porro idem abbas Cormeriacensis, auctoritate litterarum hujusmodi directarum ad ipsum, predictum E. monuit ut, infra unius mensis spatium, cederet regimini monasterii supradicti. Ex parte vero ipsius E. fuit excipiendo propositum coram eo quod, cum predictum negotium esset per appellationem ipsius E. ad dictam sedem legitime devolutum, prout superius est expressum, et erat legitime probare paratus, idem abbas Cormeriacensis per easdem nostras

litteras ad eum obtentas, in quibus nulla de hoc mentio habebatur, utpote que per veri suppressionem obtente fuerant, in aliquo de jure procedere non poterat nec debebat. Et quia idem abbas Cormeriacensis predictum E. super hoc audire contra justitiam denegavit, idem sentiens ex hoc indebite se gravari ad eandem sedem vocem appellationis emisit. Prefato igitur E. existente in procinctu itineris veniendi propter hoc personaliter, pro sui juris prosecutione, ad sedem predictam, venerabilis frater noster . ., Turonensis archiepiscopus, loci metropolitanus, ad instantiam ejusdem episcopi, ipsum E. arrestari et quadam quantitate pecunie, equis et rebus aliis ac sigillo proprio spoliari necnon tamdiu detineri fecit, donec quod super premissis staret ordinationi predicti archiepiscopi corporaliter prestitit per vim et metum, qui in constantem virum cadere poterat, juramentum; ac postmodum conventus predicti monasterii, ad archiepiscopi et episcopi predictorum instantiam, predictum J. in eorumdem abbatem temere elegerunt. Propter quod dilecto filio . . abbati Corbiacensi, Ambianensis diocesis, per nostras dedimus litteras in mandatis ut, si esset ita, eundem E. reduceret ad eum statum, non obstante juramento hujusmodi, ad cujus observationem eum denuntiaret non teneri, in quo erat tempore appellationis predicte, ab ipso E. ab eodem episcopo ultimo ad dictam sedem emisse, per quam idem G. cardinalis pronuntiasse dinoscitur ad sedem ipsam fore devolutum negotium memoratum, ac revocaret in irritum quicquid contra eundem E., hac occasione, post appellationem hujusmodi, extitit temere attemptatum, ac cassaret nichilominus et irritaret hujusmodi electionem seu provisionem, si ad eas, ut predicitur, processum erat in monasterio supradicto, dictum E. in illam eandem possessionem vel quasi administrationis bonorum ipsius monasterii tam circa spiritualia quam temporalia in qua erat, tempore appellationis predicte, per se vel per alium reducendo. Unde predictus abbas Corbiacensis cui, ut asserit, dictus E. legitime constitit de premissis, sepedictum E. ad eum statum reduxit in quo erat, tempore appellationis ejusdem ultimo ad sedem predictam emisse, eumque ad observationem prefati juramenti nuntians non teneri, cassavit et irritavit electionem predictam et quicquid erat post appellationem ipsam in dicti E. prejudicium attemptatum ac reduxit ipsum E. in illam possessionem administrationis bonorum dicti monasterii in qua erat tempore appellationis predicte. Quare pro parte dicti E. humiliter petebatur a nobis ut confirmare processum, pro eo in hac parte habitum, dignaremur.

Pro parte vero dicti Johannis fuit econtra propositum quod, cum dictus E. quosdam monachos dicti monasterii de Ebronio promovendos ad ordines prefato episcopo presentasset, iidem monachi, pro eo quod episcopus ipse eos, ad presentationem hujusmodi, ad ordines promovere noluit, pro se ac sibi adherentibus ad sedem appellarunt eandem, dicto E. nullatenus appellante. Et licet prefatum negotium non esset per appellationem hujusmodi, utpote que non erat per eundem E., sed per dictos monachos dumtaxat ad prefatam sedem emissa, ad sedem ipsam aliquatenus devolutum, nec electio prefati Johannis esset, post appellationem prefati E., sicut falso nobis suggesserat, attemptata, sed potius, dicto monasterio de Ebronio per ordinationem premissam dicti H. cardinalis per sedem apostolicam confirmatam ac decretum nostrum premissum necnon per sententiam legitimam archiepiscopi supradicti factam vacante, legitime subsecuta, tamen prefatus abbas Corbiacensis, de premissis nullatenus cognito, super quibus ei erat cognitio cause commissa ac eodem Johanne seu dicto conventu non monitis nec citatis nec se per contumaciam absentantibus, eundem E. per quemdam clericum ipsius abbatis Corbiacensis ex arrupto (*sic*) in corporalem possessionem ipsius monasterii de Ebronio mandavit induci, sicque dictus clericus, associata sibi multitudine hominum, eundem Jo. amovit per violentiam a monasterio memorato et dictum E. in illius corporalem possessionem induxit, propter quod idem Johannes ad predictum abbatem Corbiacensem et ab eo, nolente gravamen hujusmodi revocare, ad nostram audientiam appellavit. Quare petebat a nobis ut eum ad abbatiam dicti monasterii de Ebronio restitui et prefatum processum pro dicto E. habitum revocari per discretum aliquem mandaremus.

Nos igitur, desolationi dicti monasterii de Ebronio, quam sibi ex hujusmodi questione imminere perpendimus, paterna sollicitudine occurrere cupientes ac malentes propter hoc questionem eandem provide ordinationis sopiri consilio, quam judicialis decisionis gladio diffiniri, de assensu procuratorum eorumdem E. et J. habentium super hoc ab eis, ut dicitur, de componendo mandatum, discretioni tue mandamus quatenus, personaliter ad monasterium ipsum accedens, inquiras de plano et absque judiciorum strepitu a personis ejusdem monasterii de Ebronio et aliis ydoneis et honestis, quis ex ipsis duobus E. et J., pensatis et consideratis circumstantiis universis, quo ad reparationem et gubernationem ipsius monasterii de Ebronio circa spiritualia et temporalia, per sui in-

dustriam utilior et magis ydoneus habeatur, personas ipsas ad dicendum super hoc veritatem astringens vinculo juramenti et eum per quem idem monasterium de Ebronio in spiritualibus et temporalibus utilius et salubrius posse gubernari compereris, ipsum ei auctoritate nostra preficias in abbatem, alteri super ipsius monasterii de Ebronio regimine perpetuum silentium imponendo. Dicto autem E., si ei super ejusdem monasterii de Ebronio regimine silentium imponi contigerit vel sponte cesserit, provisionem in ordinatione prefati cardinalis H. expressam, pro sustentatione sua, de bonis monasterii de Ebronio facias assignari. Ipsi vero J., si contigerit silentium imponi vel cesserit spontanea voluntate super regimine supradicto, de bonis ejusdem monasterii de Ebronio provisionem assignes, de qua tibi videbitur expedire et de qua comode valeat sustentari, faciens eos hujusmodi provisionibus pacifica possessione gaudere. Contradictores auctoritate etc. usque compescendo. Non obstante si —. Datum apud Urbemveterem, idus novembris, anno tertio. »

**2196** Orvieto, 19 novembre 1263.

S., tituli s. Ceciliae presbytero cardinali, indulget ut ballivi, majores, firmarii, justitiarii, procuratores, allocati et servientes ipsius, qui apud locum qui *Donnamaria* vulgariter appellatur, et ejus pertinentias, Senonensis diocesis, quique locus ad ipsum ratione thesaurariae quam in ecclesia Turonensi obtinet, noscitur pertinere, ipsius procurant seu administrant negotia et jurisdictionem exercent, ipsius nomine, temporalem, praetextu jurisdictionis seu administrationis hujusmodi, coram aliquo judice. delegato, executore, conservatore vel quocumque alio, a predicta sede vel legatis ejusdem quibuscumque locis, collegiis vel personis concesso vel etiam concedendo, quamdiu coram officiali Senonensi parati fuerint stare juri, in causam nullo modo trahi possint. (Reg. 29, fol. 231 v°, n° 1245.)

« *S., tituli s. Cecilie presbitero cardinali.* Specialem tibi gratiam —. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas decembris, anno tertio. »

**2197** Orvieto, 19 novembre 1263.

Archidiaconum Majoris Caleti in ecclesia Rothomagensi praedicti indulti deputat conservatorem. (Reg. 29, fol. 231 v°, n° 1246.)

« *Archidiacono Majoris Caleti in ecclesia Rothomagensi.* Specialem dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas decembris, anno tertio. »

**2198** Orvieto, 24 novembre 1263.

Petro, canonico Bononiensi, mandat ut Bonannum, clericum, natum Venturae Merciadri de Barga, nullum beneficium assecutum, obtentu R., s. Angeli diaconi cardinalis, in ecclesia s. Christophori de Barga, Lucanae diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 231 v°, n° 1247.)

« *Petro, canonico Bononiensi.* Ut dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas decembris, anno tertio. »

**2199** Orvieto, 5 novembre 1263.

Decernit ut certi clerici reginae Franciae, nuper in certis ecclesiis in canonicos recepti, praebendas assequantur in eisdem ecclesiis, juxta receptionum suarum ordinem. (Reg. 29, fol. 232, n° 1248.)

« *Carissime in Christo filie et illustri regine Francie.* Propter devotionis promptitudinem et fidei puritatem quas ad nos et Romanam geris ecclesiam, nobis cedit in gaudium circa tuam et tibi obsequentium personas exponere apostolice benignitatis affectum. Proinde siquidem dilecto filio . . abbati monasterii sancti Dionisii, Parisiensis diocesis, faciendi per se vel per alium quatuor de clericis tuis, quibus providere velles, in quatuor ecclesiis regni Francie collegiatis, non tamen cathedralibus, recipi in canonicos et in fratres ac providendi eis, videlicet cuilibet eorum in ecclesia in qua receptus foret, de prebenda si qua tunc vacabat ibidem vel quamprimum ad id se offerret oportunitas, necnon contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi plenam et liberam concessisse dicimur per nostras litteras facultatem. Hujusmodi autem litterarum auctoritate, magister Petrus de Baugiaco in sancti Audomari, Morinensis diocesis, Richardus in sancti Martini Turonensis et Guillelmus, clerici tui, quibus provideri voluisti, in sancti Firmini Ambianensis ecclesiis regni ejusdem canonice recepti dicuntur in canonicos et in fratres. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, receptiones hujusmodi ratas et firmas habentes ac eas auctoritate apostolica confirmantes, tibi ac ipsis per te auctoritate presentium indulgemus ut magister Petrus, Richardus et Guillelmus predicti in eisdem ecclesiis

prebendas, cum eas in ipsis vacare contigerit, juxta receptionum suarum ordinem, assequantur nec per aliquas litteras decetero impetrandas, que de presentibus non fecerint mentionem, aliquod eisdem clericis prejudicium generetur. Ita tamen quod, si aliquos in ecclesiis ipsis ceteris (quod non credimus) preferri mandavimus, eis per hanc nostram concessionem prejudicium nullum fiat. Nos enim decernimus irritum et inane quicquid in eorumdem clericorum vel alicujus ipsorum prejudicium contra tenorem presentium quavis auctoritate a quoquam contigerit attemptari. Nulli ergo nostre confirmationis, concessionis et constitutionis etc. Datum apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio. »

**2200** Orvieto, 13 octobre 1263.

Decano ecclesiae s. Hilarii Pictavensis mandat ut Guillelmum Petri, canonicum secularis ecclesiae s. Frontonis Petragoricensis, ecclesiam parrochialem s. Leodegarii prope Metulum, Pictavensis diocesis, resignare paratum, in ecclesia Petragoricensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 232, n° 1249.)

« *Decano sancti Ylarii Pictavensis.* Sedis apostolice benignitas —. Attendentes siquidem nobilitatem morum et generis ac litterarum scientiam quibus pollere dicitur dilectus filius Guillelmus Petri, canonicus secularis ecclesie sancti Frontonis Petragoricensis, ac per hoc volentes eum prosequi gratiose, discretioni tue mandamus quatenus eidem, ecclesiam parrochialem sancti Leodegarii prope Metulum, Pictavensis diocesis, quam obtinet, resignare parato, in Petragoricensi ecclesia, in qua prebendarum collatio ad venerabilem fratrem nostrum . . episcopum, et dilectos filios capitulum Petragoricenses communiter spectare dicitur et in qua certus canonicorum numerus et prebendarum distinctio, sicut asseritur, non existunt, dummodo, in ea non direxerimus specialiter scripta nostra pro alio, auctoritate nostra per te vel alium de canonicatu et prebenda providere procures, faciens eum recipi vel procuratorem suum, ejus nomine, in ipsa in canonicum et in fratrem, sibi stallo in choro et loco in capitulo, cum plenitudine juris canonici, assignatis, non obstante quod idem alias beneficiatus existit —. Contradictores auctoritate nostra etc. usque compescendo. Proviso quod idem canonicus, cum in prefata ecclesia Petragoricensi receptus fuerit et prebendam pacifice assecutus, dictam parrochialem ecclesiam, quam ex tunc vacare decernimus, omnino dimittat et quod ipse, sicut requiret onus prebende quam eum auctoritate presentium obtinere contigerit, ad ordines statutis temporibus se promoveri faciat et personaliter resideat in eadem. Alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Datum apud Urbemveterem, iii idus octobris, anno tertio. »

**2201** Orvieto, 11 septembre 1263.

Thesaurario ecclesiae Toletanae mandat ut Alfonsum Pelagii, clericum chori ecclesiae Legionensis, in eadem ecclesia in portionarium recipi faciat. (Reg. 29, fol. 232 v°, n° 1250.)

« *Thesaurario ecclesie Toletane.* Sua nobis dilectus filius Alfonsus Pelagii, clericus chori ecclesie Legionensis, petitione monstravit quod, cum felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, dilecto filio . . cantori ecclesie Ovetensis, dedisset per litteras apostolicas in mandatis ut eidem clerico de beneficio ecclesiastico, cum cura vel sine cura, quod in civitate vel diocesi Legionensi tanto tempore vacavisset, quod ipsius collatio esset ad sedem apostolicam legitime devoluta, provideret, Johannes dictus *Paam*, canonicus Legionensis, cui dictus cantor super hoc commiserat vices suas, dicto clerico ecclesiam sancti Felicis, predicte diocesis, quam taliter vacare invenit, auctoritate litterarum ipsarum conferre curavit, propter quod dilecti filii . . abbas, et conventus monasterii sancti Facundi, ordinis sancti Benedicti, prefate diocesis, qui ecclesiam ipsam ad se pertinere asserunt, ad sedem apostolicam appellarunt. Et licet idem clericus appellationem hujusmodi coram dilecto filio magistro Dalfinate de Neapoli, capellano nostro, quem predecessor ipse deputavit auditorem partibus, fuerit prosecutus idemque auditor, cognitis hujusmodi negotii meritis et juris ordine observato, diffinitivam pro eodem clerico sententiam promulgarit, certo super ipsa a predecessore ipso executore concesso, quia tamen predictus abbas postmodum, ad sedem apostolicam accedens, provisionem factam et executionem hujusmodi a dicto predecessore obtinuit revocari, dictus clericus nullum de premissis fuit commodum assecutus, propter quod idem predecessor, laboribus dicti clerici compatiens, per litteras suas venerabili fratri nostro . . episcopo, et dilectis filiis capitulo Legionensibus preces et mandatum sub certa forma direxit ut eum, qui diu in predicta ecclesia Legionensi serviverat et nullum beneficium obtinebat, in canonicum et in fratrem reciperent ac sibi de prebenda, si qua in ipsa ecclesia tunc vacabat vel quamcito facultas occurreret,

providerent. Dictus quoque predecessor decrevit irritum et inane si quid de dicta prebenda, contra hujusmodi apostolici mandati tenorem, contingeret attemptari. Sed quia hujusmodi littere ante ipsius predecessoris obitum non fuerunt eisdem episcopo et capitulo presentate, nos, ad supplicem instantiam ipsius clerici, per nostras litteras dictis episcopo et capitulo preces porreximus et mandatum ut eidem clerico de prebenda nulli alii de jure debita, si tunc vacabat in ecclesia ipsa vel quamprimum ad id se facultas offerret, providere curarent, recipientes ipsum ad prebendam hujusmodi, postquam de ipsa vacante sibi provisum existeret, in canonicum et in fratrem. Decrevimus etiam irritum et inane si secus de prebenda ipsa contingeret attemptari. Et licet idem clericus dictas nostras litteras eisdem episcopo et capitulo duxerit presentandas, nullum tamen est exinde commodum assecutus. Quare humiliter petebat a nobis ut, cum ipse, occasione supradicte provisionis sibi de prefata ecclesia sancti Felicis facte, plures labores et expensas incurrens, jam quarto propter hoc ad sedem apostolicam personaliter laborarit, providere super hoc de benignitate apostolica curaremus. Quia vero quedam persone Legionensis ecclesie, apud sedem apostolicam, existentes, ad presentiam dilecti filii nostri O., sancti Adriani diaconi cardinalis, cui dicti clerici negotium super provisione hujusmodi commisimus, evocate, laudabile testimonium dicuntur perhibuisse eidem, nos propter hoc ipsum pia benivolentia prosequentes ac ejus laboribus et expensis finem imponi volentes, discretioni tue mandamus quatenus clericum ipsum in jamdicta ecclesia Legionensi facias, per te vel per alium, auctoritate nostra in portionarium et in fratrem recipi ac sibi de portione, si qua ibidem vacat ad presens vel quamcito se facultas obtulerit, dummodo velit ibidem residere personaliter et promoveri ad ordines quos onus hujusmodi portionis exigit, providere procures. Non obstante —. Contradictores auctoritate nostra etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, III idus septembris, anno tertio. »

**2202** Orvieto, 17 novembre 1263.

Archiepiscopo Strigoniensi mandat ut CL libras tur. de quibus ab ecclesiis et monasteriis in Strigoniensi provincia, Cisterciensi et s. Damiani ordinibus dumtaxat exceptis, usque ad triennium, de speciali mandato sedis apostolicae, R., s. Angeli diaconus cardinalis, annis singulis, ordinavit provideri episcopo Aquinati, qui ab ecclesia sua per inimicos Romanae ecclesiae fugatus experiri cogatur incommoda paupertatis, praefatis ecclesiis et monasteriis imponat ac colligat easque praedicto episcopo faciat assignari. (Reg. 29, fol. 232 v°, n° 1251 ; Potthast, 18714.)

« . . *archiepiscopo Strigoniensi.* Cum nos dilecto —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas decembris, anno tertio. »

**2203** Orvieto, 23 novembre 1263.

Hugoni, archidiacono Cathalaunensi, prioratum de Ginocurt, spectantem ad monasterium Resbascense, ordinis s. Benedicti, Meldensis diocesis, confert. (Reg. 29, fol. 233, n° 1252.)

« *Hugoni, archidiacono Cathalaunensi.* In credita nobis —. Cum igitur, sicut intelleximus, prioratus de Ginocurt, spectans ad monasterium Resbascense, ordinis sancti Benedicti, Meldensis diocesis, in archidiaconatu tuo Cathalaunensi consistens, tue administrationis industriam per exigentiam hujusmodi circumstantiarum exposcat et copiosiorem administrationis tue fructum ibi loci habilitas repromittat, nos, propter hoc et precipue quia tuam intendimus honorare personam, cum scientie donum, nobilitas generis et alia probitatis tue merita id exposcant, prioratum ipsum, cum omnibus pertinentiis suis, tibi presentium auctoritate conferimus et tibi de illo a te, quamdiu vixeris, nisi collationem hujusmodi per nos revocari contigerit, retinendo, de speciali gratia providemus. Non obstante —. Volumus tamen quod tot monachos in prioratu retineas supradicto, quot ad presens inibi commorantur; et si unus duntaxat moratur ibidem ad presens, duos ad minus, juxta Lateranensis statuta concilii, retineas in eodem. Nulli ergo nostre collationis et provisionis etc. Datum apud Urbemveterem, VIIII kalendas decembris, anno tertio. »

**2204** Orvieto, 24 novembre 1263.

Decanum Parisiensem et archidiaconum in ecclesia Cathalaunensi praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 233, n° 1253 )

« *Decano Parisiensi et . . archidiacono in ecclesia Cathalaunensi.* In credita nobis —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas decembris, anno tertio. »

**2205** Orvieto, 17 novembre 1263.

Abbati Besuensi, Lingonensis diocesis, mandat ut Johannem clericum, nepotem Guillelmi de Joinvilla, decani ecclesiae Bisuntinae, obtentu ejusdem decani, in ecclesia Bisuntina in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 233 v°, n° 1254.)

« *Abbati Besuensi, Lingonensis diocesis.* Grandis affectus quem —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas decembris, anno tertio. »

**2206** Orvieto, 18 juillet 1263.

Decano ecclesiae de Polet et archidiacono Macloviensi mandat ut ecclesiam de Tregon, Macloviensis diocesis, personae idoneae conferant. (Reg. 29, fol. 233 v°, n° 1255.)

« *Decano ecclesie de Polet et . . archidiacono Macloviensi.* Cum, sicut intelleximus —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno secundo. »

**2207** Orvieto, 7 novembre 1263.

Magistro Mathaeo de Rupibus, canonico ecclesiae s. Mariae de Salis Bituricensis, obtentu magistri Petri Bonaediei, capellani apostolici, ecclesiam de Tufeio, Cenomanensis diocesis, vacantem apud sedem apostolicam per mortem Johannis de Cortagis, confert. (Reg. 29, fol. 233 v°, n° 1256.)

« *Magistro Matheo de Rupibus, canonico ecclesie s. Marie de Salis Bituricensis.* Meritis probitatis et —. Datum apud Urbemveterem, vii idus novembris, anno tertio. »

**2208** Orvieto, 7 novembre 1263.

Cantorem ecclesiae s. Georgii Vindocinensis, Carnotensis diocesis, praedictae collationis executorem deputat. (Reg. 29, fol. 233 v°, n° 1257.)

« *Cantori ecclesie s. Georgii Vindocinensis, Carnotensis diocesis.* Meritis probitatis et —. Datum apud Urbemveterem, vii idus novembris, anno tertio. »

**2209** Orvieto, 13 novembre 1263.

Episcopo Cameracensi mandat ut Renero de Blarignies, pauperi presbytero Cameracensis diocesis, de aliquo beneficio, ad collationem abbatis et conventus monasterii Lissiensis, praefatae diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 234, n° 1258.)

« . . *episcopo Cameracensi.* Constitutus in presentia nostra dilectus filius Renerus de Blarignies, pauper presbyter tue diocesis, nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse, sicut asserit, nullum sit beneficium ecclesiasticum assecutus, provideri sibi de benignitate apostolica mandaremus. Licet autem presbyter ipse, quem per dilectum filium magistrum P., archidiaconum Bruliensem in ecclesia Agennensi, examinari fecimus diligenter, inventus fuerit in litteratura competenter ydoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, tamen, quia nobis de ipsius vita et conversatione non constitit, fraternitati tue mandamus quatinus, circa vitam et conversationem ejusdem presbyteri inquisitione diligenti premissa, si eum vite laudabilis et honeste conversationis esse repereris et alias non sit beneficiatus aliudque canonicum non obsistat, ei de aliquo ecclesiastico beneficio, cum cura vel sine cura, ad collationem vel presentationem dilectorum filiorum . . abbatis, et conventus monasterii Lissiensis, ordinis sancti Benedicti, prefate diocesis, pertinente, consueto clericis secularibus assignari, si quod in tua vel aliena civitate aut diocesi vacat ad presens seu quamcito se facultas obtulerit, si nondum alicui alii de beneficiis, ad eorumdem abbatis et conventus collationem seu presentationem spectantibus, mandavimus provideri, auctoritate nostra per te vel per alium providere procures, inducens eum in ipsius corporalem possessionem et defendens inductum et faciens ipsum in ecclesia, in qua sibi provideri contigerit, si collegiata existat, postquam de illo vacante sibi provisum fuerit, in canonicum recipi et in fratrem. Non obstante si —. Contradictores etc., usque compescendo. Mandatum nostrum taliter impleturus —. Nos enim decernimus irritum et inane si quid de beneficio hujusmodi contra mandatum nostrum contigerit attemptari. Ita tamen quod dictus presbyter in beneficio, de quo sibi duxeris providendum, personaliter residere procuret; alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Volumus autem quod omnes alie littere, ab apostolica sede vel ejus legatis obtente, necnon promissiones et obligationes a quibuscumque facte super ejusdem presbyteri provisione omni robore careant firmitatis. Datum apud Urbemveterem, idus novembris, anno tertio. »

**2210** Orvieto, 5 novembre 1263.

Episcopo Cathaniensi mandat ut Guillelmum Malpilii, capellanum G., s. Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis, nul-

lum adhuc beneficium assecutum, in ecclesia Aversana in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 234, n° 1259.)

« *Episcopo Cathaniensi.* Et si ad —. Datum apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio. »

**2211** Orvieto, 1er mars 1263.

De assecutione praebendae magistri Lamuni, dicti *Pilat*, in ecclesia s. Amati Duacensis, Atrebatensis diocesis. (Reg. 29, fol. 234 v°, n° 1260.)

« *Magistro Lamuno, dicto* Pilat, *canonico ecclesie sancti Amati Duacensis, Atrebatensis diocesis.* Inducunt nos tue —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, . . preposito ecclesie sancti Amati Duacensis, ad quem collatio prebendarum in ea pertinet, faciendi recipi unum clericum in eadem ecclesia in canonicum et in fratrem, ac providendi ei de prebenda, si qua tunc vacabat ibidem vel quamprimum ad id oportunitas se offerret, necnon contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, concesserit per suas litteras liberam facultatem, idem prepositus te in predicta ecclesia recipi fecit in canonicum et in fratrem, auctoritate hujusmodi litterarum, et nichilominus promisit sponlaneus et se per suas patentes litteras obligavit, super hoc prestito juramento, quod ipse nullas a sede apostolica litteras impetraret per quas tua provisio in predicta ecclesia impediri posset aut etiam retardari. Verum postmodum predictus prepositus sibi a nobis faciendi recipi duos clericos in prefata ecclesia in canonicos et in fratres et providendi eorum utrique de prebenda in prelibata ecclesia, quamprimum ad id obtulerit se facultas, necnon preferendi eos omnibus ibidem quacumque auctoritate receptis, in assecutionibus prebendarum et contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi concedi per nostras litteras obtinuit liberam facultatem, non facientes de premissis aliquam mentionem. Quare nobis humiliter supplicasti ut providere tibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, tibi auctoritate presentium indulgemus ut, premissis veris existentibus, per hujusmodi litteras nostras tali veritate tacita impetratas, super assecutione prebende in memorata ecclesia nullum possit tibi generari prejudicium vel obstaculum interponi. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, kalendis martii, anno secundo. »

**2212** Orvieto, 10 novembre 1263.

Episcopo Dumblanensi et archidiacono s. Andreae in Scotia, capellano apostolico, provisionem committit Alberti et Bonifacii clericorum, nepotum U., s. Eustachii diaconi cardinalis. (Reg. 29, fol. 234 v°, n° 1261.)

« . . *episcopo Dumblanensi, et archidiacono sancti Andree in Scotia, capellano nostro.* Sicut dilectus filius noster U., sancti Eustachii diaconus cardinalis, nobis exposuit, olim vobis nostris dedimus litteris in mandatis ut duos personatus vel dignitates ac prebendas seu duo beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, in regno Scotie, in ecclesiis cathedralibus vel aliis conferenda dilectis filiis Alberto et Bonifatio clericis, nepotibus ipsius cardinalis, donationi apostolice reservantes ac decernentes irritum et inane si secus de ipsis apostolica vel quavis auctoritate a quoquam contingeret attemptari, dictis nepotibus vel suis procuratoribus, eorum nomine, de ipsis personatibus vel dignitatibus ac prebendis aut de prefatis ecclesiis, ita quod uni de uno personatu vel una dignitate cum prebenda seu de una ecclesia fieret provisio, curaretis, quamcito ad id se offerret oportunitas, providere. Contradictores etc. usque compescendo. Hujusmodi autem litterarum auctoritate inhibuistis venerabili fratri nostro . . episcopo sancti Andree, ne personatus, dignitates, prebendas vel beneficia, ad collationem sive presentationem suam spectantia, que primo vacare contingeret, alicui conferret vel ad ipsa quempiam presentaret et nichilominus a collatione ac presentatione beneficiorum hujusmodi suspendistis eundem, decernendo irritum et inane si secus de ipsis existeret attemptatum. Nos vero postmodum eidem episcopo ut ipse ad provisionem alicujus minime teneatur et quod de personatibus, dignitatibus, prebendis ecclesiasticis seu beneficiis, ad ipsius collationem seu presentationem spectantibus, aut in sua civitate vel diocesi de beneficio ecclesiastico nulli valeat provideri per litteras apostolicas impetratas vel etiam impetrandas, que de indulto hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem, dicimur indulsisse, sibi certo super hoc conservatore concesso ; sicque dictus episcopus ut revocaretis inhibitionem et decretum hujusmodi per eundem conservatorem vobis inhiberi fecit et nichilominus in vos, occasione hujusmodi, excommunicationis sententiam promulgari, in

predictorum nepotum prejudicium et gravamen. Quare predictus cardinalis nobis humiliter supplicavit ut providere ipsis nepotibus super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, volentes ut predictis nepotibus nostra gratia fructuosa reddatur, discretioni vestre mandamus quatenus vos vel alter vestrum, per vos vel per alium aut alios, ad provisionem predictorum nepotum, non obstantibus hujusmodi sive quibuscunque aliis indulgentiis, predicto episcopo aut cuicunque alii sub quacunque forma et expressione verborum ab apostolica sede concessis vel etiam concedendis, que de presentibus plenam et expressam non fecerint mentionem, per quas eisdem nepotibus super hujusmodi sua provisione aliquod possit prejudicium generari vel obstaculum interponi, quasque predicto episcopo aut quibus[cun]que aliis in hoc aliquatenus suffragari nolumus, sive hujusmodi processu conservatoris ipsius aut quibuscunque aliis processibus, pretextu hujusmodi indulti habitis, quos irritos et inanes decernimus, procedatis, juxta priorum directarum ad vos continentiam litterarum. Datum apud Urbemveterem, iii idus novembris, anno tertio. »

**2213** Orvieto, 13 novembre 1263.

Aquensis et Folchalqueriensis, Sistaricensis diocesis, ecclesiarum praepositis provisionem Willelmi, clerici, nati Oberti dicti *Canis*, committit. (Reg. 29, fol. 235, n° 1262.)

« . . *Aquensis et . . Folchalqueriensis, Sistaricensis diocesis, ecclesiarum prepositis.* Sua nobis dilectus filius Willelmus clericus, natus nobilis viri Oberti, dicti *Canis*, petitione monstravit quod felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, venerabili fratri nostro . . Aquensi archiepiscopo, et dilecto filio Nicolao de Camilia, canonico Cathalaunensi, suis dedit in litteris (*sic*) in mandatis ut eidem clerico de aliquo ecclesiastico beneficio prebendali vel alio, etiam curam animarum habente, si quod in Ebredunensi vel Aquensi provinciis tanto tempore vacavisset quod ipsius collatio esset ad predecessorem eundem, secundum statuta Lateranensis concilii, legitime devoluta, providere curarent, facientes eum in ecclesia, in qua ei providendum ducerent, si collegiata foret, in canonicum recipi et in fratrem. Contradictores etc. usque compescendo. Verum, eodem predecessore viam universe carnis ingresso, predictus Willelmus nullum est ex hoc commodum assecutus. Quare nobis humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, vos vel alter vestrum, per vos vel per alium aut alios, ad provisionem faciendam eidem clerico in Aquensi civitate vel diocesi de beneficio quod tanto tempore vacaverit quod ad sedem apostolicam sit ipsius collatio, secundum hujusmodi statuta concilii, legitime devoluta, procedatis, juxta predictarum ipsius predecessoris continentiam litterarum. Datum apud Urbemveterem, idus novembris, anno tertio. »

**2214** Orvieto, 17 novembre 1263.

Decano ecclesiae s. Johannis in Burgo Laudunensi mandat ut Symonem de Brueriis, perpetuum capellanum ecclesiae de Guisia, Laudunensis diocesis, in ecclesia s. Quintini Malbodiensis, Cameracensis diocesis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 235, n° 1263.)

« *Decano ecclesie sancti Johannis in Burgo Laudunensi.* Laudabilis conversationis et vite meritis dilecti filii Symonis de Brueriis, perpetui capellani ecclesie de Guisia, Laudunensis diocesis, deberi percipimus ut in hiis que sunt favoris et gratie, nos sibi propitios gaudeat invenisse. Hinc est quod nos eundem capellanum, obtentu meritorum suorum hujusmodi et pro eo quod olim clericus noster extitit, gratiose prosequi ac favorabiliter intendentes, discretioni tue mandamus quatenus predictum capellanum in ecclesia sancti Quintini Malbodiensis, Cameracensis diocesis, per te vel alium, auctoritate nostra recipi facias in canonicum et in fratrem eique provideas de prebenda, si vacat ibidem ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, et instituas aut institui facias in eadem et institutum defendas eundem. Non obstante statuto —, aut si dilecte in Christo filie . . abbatisse ecclesie sancte Aldegundis Malbodiensis, ad quam in dicta ecclesia sancti Quintini collatio pertinet prebendarum, et dilectis filiis . . decano, et capitulo ejusdem ecclesie sancti Quintini communiter vel divisim a sede sit indultum eadem quod ad receptionem vel provisionem alicujus compelli aut excommunicari, suspendi vel interdici non possint —. Contradictores etc. usque compescendo. Nos enim prebendam hujusmodi dicto capellano conferendam donationi apostolice reservantes, irritum decernimus et inane si secus de ea a quoquam contigerit attemptari. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas decembris, anno tertio. »

**2215** Orvieto, 23 octobre 1263.

Decano ecclesiae Tornacensis mandat inquirat de moribus Thomae presbyteri, rectoris ecclesiae b. Mariae de Esquerchiaco. (Reg. 29, fol. 235, n° 1264.)

« *Decano ecclesie Tornacensis.* Ex suscepti cura —. Sane dilecti filii . . abbas, et conventus monasterii Aquicintensis nobis insinuare curarunt quod Thomas presbyter, rector ecclesie beate Marie de Esquerchiaco, Atrebatensis diocesis, in qua iidem abbas et conventus jus obtinent patronatus, libidini deditus, filias suas spirituales et alias publice tenet et dampnabili commixtione cognoscit, quarum una in partu laborando vel post partum decessit, et ex ipso nonnulle alie pepererunt. Ex hujusmodi namque ac aliis nephandis actibus adeo pernitiosum parochianis ipsis et circumpositis fidelibus prebuit et jugiter prebet exemplum quod, refrigescente devotione per hoc erga ipsam ecclesiam, in eisdem decime, oblationes et obventiones alie solite ipsi ecclesie subtrahuntur, in ejusdem ecclesie dispendium et contra salutem subtrahentium animarum. Et licet hoc venerabilis frater noster . . Atrebatensis episcopus, diocesanus loci, ut dicitur, non ignoret, quia tamen exosos habet patronos eosdem, ut expressas nobis causas alias taceamus, correctionem circa ea negligit adhibere. Quocirca mandamus quatenus super hiis inquiras sollicite veritatem et, si inveneris ita esse, quod canonicum fuerit, facere non omittas. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio. »

**2216** Orvieto, 29 octobre 1263.

Archidiacono de Ledesina in ecclesia Salamantina mandat ut Dominicum Gundisalvum, diaconum chori ecclesiae Legionensis, cui a viginti annis praeteritis servivit, in eadem ecclesia in portionarium recipi faciat. (Reg. 29, fol. 235 v°, n° 1265.)

« *Archidiacono de Ledesina in ecclesia Salamantina.* Dilectus filius Dominicus —. Datum apud Urbemveterem, iiii kalendas novembris, anno tertio. »

**2217** Orvieto, 25 novembre 1263.

Episcopo Cameracensi mandat ut Odonem de Charniaco, familiarem Petri, archidiaconi Senonensis, camerarii apostolici, in ecclesia s. Gaugerici Cameracensis in canonicum recipi faciat sub exspectatione praebendae. (Reg. 29, fol. 235 v°, n° 1266.)

« *Episcopo Cameracensi.* Per dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas decembris, anno tertio. »

**2218** Orvieto, 31 octobre 1263.

Abbati s. Eugendii de Jure, Lugdunensis dioecesis, mandat ut magistro Martino, canonico ecclesiae Gebennensis, de personatu vel dignitate, cum cura vel sine cura, ad cujuscumque collationem spectante, in dioecesi Gebennensi provideat. (Reg. 29, fol. 235 v°, n° 1267.)

« *Abbati s. Eugendii de Jure, Lugdunensis diocesis.* Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas novembris, anno tertio. »

**2219** Orvieto, 5 novembre 1263.

Abbati monasterii de Ettenheim, Argentinensis dioecesis, mandat ut Henrico de Acbenheim, canonico ecclesiae s. Thomae Argentinensis, capellano J., ss. Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, de praebenda in eadem ecclesia provideat. (Reg. 29, fol. 236, n° 1268.)

« *Abbati monasterii de Ettenheim, Argentinensis diocesis.* Dilectus filius Henricus de Achenhein, canonicus ecclesie sancti Thome Argentinensis, capellanus dilecti filii nostri J., sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis, nobis exposuit quod ipse olim in eadem ecclesia, ad primitias precum bone memorie Walteri, Argentinensis episcopi, a capitulo ipsius ecclesie, eorum motu proprio, prout de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine est obtentum, post constitutionem felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, per quam receptiones canonicorum prebendas expectantium vacaturas, factas in ecclesiis, quatuor duntaxat exceptis, decrevit irritas et inanes, canonice receptus extitit in canonicum et in fratrem, sed nondum est inibi prebendam aliquam assecutus. Nos igitur, ejusdem cardinalis precibus inclinati, ne dictus H. diu inane canonici nomen gerat, discretioni tue mandamus quatenus, si est ita, ei de prebenda sibi de jure debita, si in nominata ecclesia vacat ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, per te vel per alium auctoritate nostra providere procures. Contradicto-

res —. Datum apud Urbemveterem, nonas novembris, anno tertio. »

**2220** Orvieto, 5 novembre 1263.

Archiepiscopo Coloniensi mandat ut Lambertum de Leodio clericum, obtentu Henrici, praepositi ecclesiae ss. Apostolorum in Colonia, in ecclesia s. Mariae ad Gradus Coloniensis in canonicum recipi faciat eique de prabenda provideat. (Reg. 26, fol. 236, nº 1269.)

« *Archiepiscopo Coloniensi.* Adjutos morum et —. Datum apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio. »

**2221** Orvieto, 4 novembre 1263.

Archiepiscopo Cretensi indulget ut e clericis qui sibi in tuitione libertatis ecclesiae Cretensis. pro qua diu exulare coactus est et contemptibiliter mendicare, viriliter astiterunt, duos in ecclesiis Cretensis provinciae, singulos videlicet in singulis, in canonicos recipi faciat eisque de praebendis provideat. (Reg. 29, fol. 236, nº 1270.)

« *Archiepiscopo Cretensi.* Tuam prosequimur honore —. Datum apud Urbemveterem, ii nonas novembris, anno tertio. »

**2222** Orvieto, 13 novembre 1263.

Praeposito ecclesiae Quakembruggensis, Osnaburgensis diocesis, mandat ut Guillelmum, canonicum Tilensis ecclesiae, Trajectensis diocesis, in ecclesia Daventrensi, ejusdem diocesis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 236 vº, nº 1271.)

« *Preposito ecclesie Quakembruggensis, Osnaburgensis diocesis.* Sua nobis dilectus filius Willelmus, canonicus Tilensis ecclesie, Trajectensis diocesis, petitione monstravit quod, licet felicis recordationis Innocentius papa, predecessor noster, .. abbati monasterii Floridi Campi, Cisterciensis ordinis, suis sub certa forma dedisset litteris in mandatis ut eidem Guillelmo in archidiaconatu Daventrensi, ejusdem diocesis, de aliquo ecclesiastico beneficio prebendali vel alio, si tunc vacaret ibidem vel quamprimum ad id se offerret oportunitas, provideret, idem tamen Willelmus nondum est de ipsis litteris nisi labores et expensas non modicas assecutus, quanquam per eas fuerit, vivente mandatore, processum. Nos igitur, ejusdem W. laboribus paterno compatientes affectu, ac per hoc ipsum, quem per dilectum filium magistrum Petrum, archidiaconum Broliensem in ecclesia Agennensi, socium dilecti filii magistri Michaelis, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, diligenter examinari fecimus et inventus est in litteratura competenter ydoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, volentes prosequi gratiose, discretioni tue mandamus quatinus eundem Guillelmum in ecclesia Daventrensi, ejusdem diocesis, dummodo nonnisi pro uno scripserimus in eadem, recipi facias per te vel per alium in canonicum et in fratrem eique de prebenda provideas si qua —. Contradictores etc. usque compescendo. Proviso tamen —. Alioquin —. Datum apud Urbemveterem, idus novembris, anno tertio. »

**2223** Orvieto, 13 novembre 1263.

Patriarchae Jerosolimitano, apostolicae sedis legato, mandat ut monasterio b. Mariae de Valle Josaphat, Jerosolimitanae diocesis, aliquam personam idoneam in abbatem praeficiat. (Reg. 29, fol 236 vº, nº 1272.)

« *Patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato.* Ne monasteria per —. Datum apud Urbemveterem, idus novembris, anno tertio. »

**2224** Orvieto 18 octobre 1263.

Abbati monasterii Lobiensis, Cameracensis diocesis, capellano apostolico, mandat ut in ecclesia Antoniensi, in qua collatio praebendarum ad eumdem abbatem pertinet, Raynaldo, canonico ejusdem ecclesiae, nato Robolini familiaris J., s. Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis, de praebenda provideat, non obstantibus litteris apostolicis quibus receptiones canonicorum ad praebendas ejusdem ecclesiae cassatae sunt. (Reg. 29, fol. 236 vº, nº 1273.)

« *Abbati monasterii Lobiensis, Cameracensis diocesis.* Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas novembris, anno tertio. »

**2225** Orvieto, 18 septembre 1263.

Episcopo Cameracensi mandat ut Nicolao, dicto *Ambronies*, de Melbodio, pauperi clerico, Cameracensis diocesis, de aliquo ecclesiastico beneficio, ad collationem abbatis et conventus monasterii Altimontis, ordinis s. Benedicti, ejusdem diocesis,

spectante, provideat, juxta Alexandri papae IIII litteras jam emanatas, quas monachi monasterii Altimontis adhuc adimplere neglexerunt. (Reg. 29, fol. 237, n° 1274.)

« *Episcopo Cameracensi.* Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, XIIII kalendas octobris, anno tertio. »

**2226** Orvieto, 23 octobre 1263.

Episcopo Tervisino mandat ut, obtentu nobilis viri Petri dicti *Calze*, de Tervisio, juris civilis professoris, qui propter obsequium ecclesiae Romanae pœnas exilii diutius toleravit, Petrum clericum, nepotem ejusdem nobilis, in ecclesia Tervisina in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 237, n° 1275.)

« *Episcopo Tervisino.* Debent benemeritis favorem —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio. »

**2227** Orvieto, 27 novembre 1263.

Cantoriam Suessionensis ecclesiae decernit Guidoni de Pileo, capellano apostolico, thesaurario Noviomensi, nullatenus conferendam esse. (Reg. 29, fol. 237, n° 1276.)

« *Magistro Jacobo de s. Germano Belvacensis et Nicolao de Tarraciis Brugensis, Tornacensis diocesis, ecclesiarum canonicis, capellanis nostris.* Attendentes dilecti filii Guidonis de Pileo, capellani nostri, thesaurarii Noviomensis, devotionis merita, ei canonicatum Suessionensis ecclesie ac prebendam, cum personatu vel dignitate, si tunc vacabant ibidem, contulimus sibique providimus de eisdem, alioquin prebendam et personatum vel dignitatem, primo in eadem ecclesia vacaturos, conferendos eidem capellano, donationi apostolice duximus reservandos, vobis sibi super hoc sub certa forma executoribus deputatis. Sane, prout asseritur, hujusmodi collationis et provisionis tempore, vacabat cantoria ecclesie supradicte; sed nos, volentes ut idem capellanus ex hujusmodi gratia fructum consequeretur optatum, vobis nostris dedimus litteris in mandatis ut predicto capellano de prebenda, personatu et dignitate, decanatu, cantoria et scolastria ipsius ecclesie dumtaxat exceptis, cum ad id se facultas offerret, provideretis, juxta priorum continentiam litterarum. Porro, post hujusmodi exceptionem, procurator ejusdem capellani, exceptionis ignarus ipsius, pro eo cantoriam acceptavit eandem. Quare dictus capellanus nobis humiliter supplicavit ut, cum per predictas litteras, per quas, ut predicitur, dictos personatus excepimus, nostre intentionis fuisse appareat quod de dicta cantoria non provideretur eidem, providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca mandamus quatenus vos vel alter vestrum, per vos vel per alium seu alios, ad provisionem dicti capellani, premissis non obstantibus, per que nullum sibi volumus generari prejudicium vel obstaculum interponi, procedere studeatis, juxta nostrarum directarum ad vos continentiam litterarum, ita tamen quod ille vel illi ad quem vel quos spectat ejusdem cantorie collatio, illam libere conferre valeat persone ydonee, prout sibi videbitur expedire, acceptatione hujusmodi non obstante. Datum apud Urbemveterem, v kalendas decembris, anno tertio. »

**2228** Orvieto, 24 novembre 1263.

Abbati s. Eligii Noviomensis mandat ut Martino, presbytero canonico ecclesiae de Nigella, Noviomensis diocesis, capellano Simonis de Claromonte, domini de Nigella, praebendam in eadem ecclesia, vacantem per resignationem magistri Gerardi de Betencurt, confirmet, non obstante oppositione Angeli nati Obissonis de Columpna, praedictae ecclesiae canonici. (Reg. 29, fol. 237 v°, n° 1277.)

« *Abbati s. Eligii Noviomensis.* Sua nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas decembris, anno tertio. »

**2229** Orvieto, 27 novembre 1263.

Magistro et fratribus hospitalis s. Spiritus in Saxia de Urbe summam mille librarum de usuris, rapinis et alias male acquisitis, pro quibus satisfactio fieri non posset, concedit. (Reg. 29, fol. 238, n° 1278.)

« *Magistro et fratribus hospitalis s. Spiritus in Saxia de Urbe.* Vestre meritis devotionis —. Hinc est quod nos, vestris supplicationibus annuentes, ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis, si hii quibus ipsorum restitutio fieri debebat, omnino inveniri et sciri non possint in provincia Romana, usque ad summam mille librarum perusinorum recipere valeatis, auctoritate vobis apostolica duximus concedendum, si pro similium receptione alias non sitis a nobis hujusmodi gratiam consecuti; ita quod, si aliquid de ipsis mille

libris dimiseritis vel restitueritis aut dederitis illis a quibus eas receperitis, hujusmodi dimissum vel restitutum seu datum nichil ad liberationem eorum prosit nec quantum ad illud habeantur aliquatenus absoluti, presentibus post unius anni spatium minime valituris. Nulli ergo —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas decembris, anno tertio. »

**2230** Orvieto, 31 octobre 1263.

Archiepiscopo Civitatis Novae mandat ut Henricum, dictum *Contatinum*, plebanum ecclesiae s. Silvestri de Venetiis, in ecclesia Tervisina in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 238, n° 1279.)

« *Archiepiscopo Civitatis Nove.* Probitatis et scientie —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas novembris, anno tertio. »

**2231** Orvieto, 18 novembre 1263.

Episcopo, decano et capitulo Egitaniensibus indulget ut Stephanum Johannis clericum, de nobili ortum genere, in canonicum recipere valeant. (Reg. 29, fol. 238, n° 1280.)

« *Episcopo, . . decano, et capitulo Egitaniensibus.* Supplicastis nobis per —. Datum apud Urbemveterem, xiiii kalendas decembris, anno tertio. »

**2232** Orvieto, 22 novembre 1263.

Abbati Praemonstratensi, Laudunensis diocesis, mandat, ad preces abbatis monasterii s. Michaelis in Therasca, ordinis s. Benedicti, Laudunensis diocesis, ut Johanni de s. Michaele, clerico ejusdem s. Michaelis abbatis, consanguineo abbatis Maricolensis, familiari G., tituli s. Marci presbyteri cardinalis, de aliquo beneficio ecclesiastico, ad ejusdem abbatis s. Michaelis collationem spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 238 v°, n° 1281.)

« *Abbati Premonstratensis, Laudunensis diocesis.* Significavit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas decembris, anno tertio. »

**2233** Orvieto, 26 novembre 1263.

Prabislao presbytero, scolastico ecclesiae Lausicensis, Gneznensis diocesis, cum quo super defectu natalium papa, dum in Gneznensi provincia officio legationis fungebatur, auctoritate litterarum Innocentii papae IIII dispensaverat, indulget ut, non obstante eodem defectu natalium, scolastriam Lausicensem retinere valeat. (Reg. 29, fol. 238 v°, n° 1282.)

« *Prabislao presbytero, scolastico ecclesie Lausicensis, Gneznensis diocesis.* Meritis laudabilis conversationis —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas decembris, anno tertio. »

**2234** Orvieto, 5 novembre 1263.

Episcopo Anagnino indulget ut magistrum Jacobum, dictum *Squarsappellem*, clericum ecclesiae s. Pancratii Anagnini, qui cancellariae apostolicae servitiis insistit, in ecclesia Anagnina in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 239, n° 1283.)

« *Episcopo Anagnino.* Ut benivolentie promptitudinem —. Datum apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio. »

**2235** Orvieto, 16 novembre 1263.

Magistro Johanni, dicto *ad Pedem*, canonico ecclesiae s. Sepulcri de Cadomo, Baiocensis diocesis, mandat ut uni de clericis abbatissae et conventus s. Trinitatis de Cadomo, ordinis s. Benedicti, de aliquo ecclesiastico beneficio, ad earumdem abbatissae et conventus collationem spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 239, n° 1284.)

« *Magistro Johanni, dicto* ad Pedem, *canonico ecclesie s. Sepulcri de* (*Ca*)*cadomo, Baiocensis diocesis.* Dilecte in Christo —. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas decembris, anno tertio. »

**2236** Orvieto, 2 novembre 1263.

Archidiacono Basiliensi mandat ut Rodolfum de Rinvelden, clericum Basiliensis diocesis, qui diu studuit in jure canonico, in ecclesia s. Petri Basiliensis in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 239, n° 1285.)

« *Archidiacono Basiliensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas novembris, anno tertio. »

**2237** Orvieto, 6 novembre 1263.

Jacobo Petri, canonico ecclesiae s. Johannis Evangelistae Rea-

tini, mandat ut a Be[l]tramo, clerico ecclesiae s. Liberati de Balviano, Reatinae diocesis, familiari M., s. Mariae in Porticu diaconi cardinalis, resignatione recepta, locum et beneficium sic vacantes, obtentu ejusdem cardinalis, Tadeo Mathaei, clerico Reatino, conferat. (Reg. 29, fol. 239 v°, n° 1286.)

« *Jacobo Petro, canonico ecclesie s. Johannis Evangeliste Reatini.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, viii idus novembris, anno tertio. »

**2238** Orvieto, 9 novembre 1263.

Guardiano fratrum Minorum Osnaburgensium et priori Praedicatorum Mindensium mandat ut de excessibus Idae, abbatissae secularis ecclesiae Hervodensis, Padeburnensis diocesis, quae bona ipsius ecclesiae enormiter dilapidat et consumit, sollicite inquirant. (Reg. 29, fol. 239 v°, n° 1287; Potthast 18708.)

« . . *guardiano fratrum Minorum Osnaburgensium, et . . priori Predicatorum Mindensium.* Circa curam quarumlibet —. Datum apud Urbemveterem, v idus novembris, anno tertio. »

**2239** Orvieto, 24 octobre 1263.

Praeposito ecclesiae Tholosanae mandat ut Guillelmum Bernardi de Narseio, priorem secularis prioratus de Malavilla et de Sabadello, capellanum A., tituli s. Praxedis presbyteri cardinalis, obtentu ejusdem cardinalis, in ecclesia Caturcensi, e qua traxit originem, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 240, n° 1288.)

« *Preposito ecclesie Tholosane.* Et si sedes —. Datum apud Urbemveterem, viiii kalendas novembris, anno tertio. »

**2240** Orvieto, 13 septembre 1263.

Johanni de Chanleio, canonico Autissiodorensi, mandat ut Guillelmum, dictum *Bellatesta*, clericum, consanguineum abbatis Virziliacensis, in ecclesia s. Amati Duacensis, Atrebatensis diocesis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 240, n° 1289.)

« *Johanni de Chanleio, canonico Autisiodorensi.* Sincere devotionis affectus —. Datum apud Urbemveterem, idus septembris, anno tertio. »

**2241** Orvieto, 24 novembre 1263.

Bartholomaeo de Montes, rectori ecclesiae de Soranvilla, Treverensis diocesis, obsequiorum consideratione quae quondam Herbertus de Vireio, canonicus Metensis, avunculus Bartholomaei, Metensi ecclesiae in prosecutione negotii electionis factae de Philippo, qui se pro episcopo Metensi gerebat, ad ejusdem ecclesiae regimen impendit, canonicatum ejusdem ecclesiae, vacantem per ejusdem Herberti mortem, confert. (Reg. 29, fol. 240, n° 1290.)

« *Bartholomeo de Montes, rectori ecclesie de Soranvilla, Treverensis diocesis.* Probitatis et scientie —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas decembris, anno tertio. »

**2242** Orvieto, 24 novembre 1263.

Priorem s. Symphoriani et decanum Metensem praedictae collationis executores deputat. (Reg. 29, fol. 240 v°, n° 1291.)

« . . *priori s. Symphoriani, et . . decano Metensi.* Probitatis et scientie —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas decembris, anno tertio. »

**2243** Orvieto, 27 novembre 1263.

De collatione praebendae in ecclesia Ebroicensi vacantis per promotionem archiepiscopi Patracensi. (Reg. 29, fol. 240 v°, n° 1292.)

« *Magistro Johanni de Trecis, archidiacono Baiocensi.* Carissimus in Christo filius noster . . rex Francorum illustris, sicut ex parte ipsius fuit propositum coram nobis, post confirmationem electionis facte de venerabili fratre nostro J., archiepiscopo Patracensi, ad regimen ecclesie Patracensis, tunc Ebroicensis ecclesie canonico, prebendam que in eadem Ebroicensi ecclesia per ipsius episcopi promotionem vacarat, dilecto filio Terrico, presbitero Parisiensis diocesis, duxit, prout ad eum spectare dicitur, ratione regalium, conferendam. Sed nos, hujusmodi collationis ignari, prebendam ipsam, tanquam vacantem, Renaldo, dicto *Fabro*, clerico Trecensis diocesis, dicimur contulisse, certo sibi super hoc executore concesso. Unde, cum non fuerit nostre intentionis collationi predicte, facte per regem eundem, in aliquo derogare, cum, si de ipsa nos constitisset, nullatenus eidem R. de dicta prebenda, cui solum intendebamus conferre vacantem, gratiam fecissemus, discretioni tue mandamus qua-

tenus, si est ita, collatione regia, nostra nequaquam obstante, in suo robore permanente, sententias excommunicationis, suspensionis vel interdicti, si que sunt hac occasione per dictum executorem vel ejus subdelegatos in quascunque personas, occasione collationis nostre, prolate, auctoritate nostra relaxare procures. Datum apud Urbemveterem, v kalendas decembris, anno tertio. »

**2244** Orvieto, 27 novembre 1263.

Decano ecclesiae s. Johannis in Burgo Laudunensi mandat ut Radulfo de s. Mederico in Bria, pauperi clerico, de beneficio ecclesiastico, ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Vincentii extra Laudunum, ordinis s. Benedicti, spectante, provideat, juxta tenorem litterarum apostolicarum jam episcopo Laudunensi missarum. (Reg. 29, fol. 240 v°, n° 1293.)

« *Decano ecclesie s. Johannis in Burgo Laudunensi.* In nostra dilectus —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas decembris, anno tertio. »

**2245** Orvieto, 30 novembre 1263.

Officiali Trecensi mandat electum Macloviensem compellat ut, infra duos menses post ipsius officialis monitionem, de certis pecuniarum summis mutuatis nonnullis mercatoribus Senensibus satisfaciat. (Reg. 29, fol. 241, n° 1294.)

« . . *officiali Trecensi.* Significavit nobis dilectus filius Gaufridus, archidiaconus Macloviensis, quod, cum ipse per nostras litteras de contrahendo mutuo, nomine dilecti filii . . electi, et episcopatus Macloviensis, usque ad summam quadringentarum librarum Turonensium, pro sumptibus quos idem archidiaconus in prosecutione electionis de ipso olim in vacante Macloviensi ecclesia celebrate fecerat, per dilectos filios nostros G., tituli sancti Laurentii in Lucina, et S., tituli sancte Cecilie presbiteros cardinales, quibus id viva voce commisimus, in hujusmodi summa taxatis, habuerit plenam et liberam potestatem, tandem, renuntians constitutioni de duabus dietis edite in concilio generali et beneficio restitutionis in integrum necnon conventioni judicum, et omnibus litteris et indulgentiis a sede apostolica impetratis et etiam impetrandis, ac exceptioni quod mutuata sibi pecunia in utilitatem suam et dictorum electi et episcopatus minime sit conversa, a Matheo Raynerii mutuante pro se ac Rainaldo Barbotte et Guillelmo Rainerii, civibus et mercatoribus Senensibus, nobis et ecclesie Romane devotis, quadringentas libras Turonensium recepit mutuo, pro dictis sumptibus sic taxatis, certis loco et termino eisdem mercatoribus persolvendas, prout in publico instrumento confecto exinde plenius continetur. Nos itaque, ad supplicationem ipsius archidiaconi, eorundem mercatorum indempnitati precavere volentes, discretioni tue mandamus quatinus, per te vel alium seu alios, si forte de dicta pecunia, in statutis loco et termino, prout instrumenti predicti tenor exigit, mercatoribus ipsis, quibus pretextu alicujus constitutionis canonice vel civilis aut cujuscunque privilegii vel indulgentie, de quibus plenam et expressam oporteat in presentibus fieri mentionem, probandi necessitatem incumbere nolumus quod pecunia ipsa in utilitatem dictorum electi, episcopatus et archidiaconi sit conversa, non fuerit satisfactum, ex tunc dictum electum vel successores ejus monere procures ut, infra duos menses post monitionem tuam, de dicta pecunia, cum justis ac moderatis expensis ac debita restauratione dampnorum, usuris omnino cessantibus, mercatoribus satisfaciant memoratis, ac dictum electum vel ejus successores ad id auctoritate nostra, appellatione remota, compellas. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas decembris, anno tertio. »

**2246** Orvieto, 26 novembre 1263.

Abbati s. Pauli Virdunensis, Praemonstratensis ordinis, mandat ut a Nicolao, dicto *de Duno*, canonicatus et praebendae ecclesiae Virdunensis resignatione recepta, eosdem canonicatum et praebendam, obtentu primicerii, decani et capituli ejusdem ecclesiae, Guillelmo, rectori ecclesiae s. Andreae, Virdunensis diocesis, nato Th., comitis de Richeicort, assignet, ecclesia s. Andreae prius dimissa. (Reg. 29, fol. 241, n° 1295.)

« . . *abbati s. Pauli Virdunensis, Premonstratensis ordinis.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, VI kalendas decembris, anno tertio. »

**2247** Orvieto, 13 novembre 1263.

Magistro Johanni, dicto *Hellekin*, subdiacono et capellano apostolico, canonico ecclesiae Constantiensis, canonicatum et praebendam ecclesiae Abrincensis confert. (Reg. 29, fol. 241 v°, n° 1296.)

« *Magistro Johanni, dicto* Hellekin, *subdiacono et capellano nostro, canonico ecclesie Constantiensis.* Illo recta

rationis —. Datum apud Urbemveterem, idus novembris, anno tertio. »

**2248** Orvieto, 13 novembre 1263.

Decanum et officialem Dolenses praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 241 v°, n° 1297.)

« *Decano et . . officiali Dolensibus.* Illo recta rationis —. Datum apud Urbemveterem, idus novembris, anno tertio. »

**2249** Orvieto, 30 novembre 1263.

Decernit negotium electionis auctoritate apostolica et ordinationis in presbyterum et benedictionis ab episcopo Lingonensi B., abbatis monasterii Morbacensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, Basiliensis diocesis, nullum juri ecclesiae Basiliensis praejudicium generare. (Reg. 29, fol. 242, n° 1298.)

« . . *electo, et capitulo Basiliensibus.* Cassata electione que —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas decembris, anno tertio. »

**2250** Orvieto, 17 juin 1263.

Guillelmo Bernardi de Narzeio, canonico ecclesiae Ruthenensis, indulget ut, non obstante constitutione concilii generalis, praebendam ecclesiae Ruthenensis et annexam ei parrochialem ecclesiam de Arduvivo ac ecclesiam de s. Privato, curam animarum habentes, necnon de Malavilla et de Sabadello, Ruthenensis diocesis, prioratus, quorum unus dependet ab altero, insimul valeat retinere. (Reg. 29, fol. 242, n° 1299.)

« *Guillelmo Bernardi de Narzeio, canonico ecclesie Ruthenensis.* Licet ne quis —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas julii, anno secundo. »

**2251** Orvieto, 24 novembre 1263.

Archidiacono Constantiensi mandat ut Guillelmum de Submontibus, rectorem ecclesiae de Trungeio, Baiocensis diocesis, in possessionem ejusdem ecclesiae mittat, amoto ab ea Henrico, dicto *Maubenc*, presbytero ejusdem diocesis. (Reg. 29, fol. 242, n° 1300.)

« *Archidiacono Constantiensi.* Sua nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas decembris, anno tertio. »

**2252** Orvieto, 1er décembre 1263.

Episcopo Leodiensi mandat ut Guidonem de Luegnies, clericum Laudunensis diocesis, in ecclesia b. Dionysii in Leodio in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 242 v°, n° 1301.)

« *Episcopo Leodiensi.* Ne liberalitas suo —. Datum apud Urbemveterem, kalendis decembris, anno tertio. »

**2253** Orvieto, 24 novembre 1263.

Bertoldum, cujus electio examinata per G., tituli s. Ceciliae presbyterum et U., s. Eustachii diaconum cardinales cassata est, tanquam irregulariter celebrata, monasterio Morbacensi auctoritate apostolica in abbatem praeficit. (Reg. 29, fol. 242 v°, n° 1302.)

« *Conventui monasterii Morbacensis, ad Romanam ecclesiam, ut dicitur, nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, Basiliensis diocesis.* Monasterio vestro abbatis —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas decembris, anno tertio. »

**2254** Orvieto, 24 novembre 1263.

Infrascriptis de praedicta electione significat. (Reg. 29, fol. 242 v°, n° 1303.)

« *Ministerialibus et va[s]sallis monasterii Corbacensis* (sic) *ad Romanam ecclesiam, ut dicitur, nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, Basiliensis diocesis.* Monasterio Morbacensi etc. —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas decembris, anno tertio. »

**2255** Orvieto, 24 novembre 1263.

Episcopo Lingonensi mandat ut Morbacensi abbati presbyteratus ordinem et munus benedictionis impendat. (Reg. 29, fol. 243, n° 1304.)

« *Episcopo Lingonensi.* Dilectum filium Bertholdum —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas decembris, anno tertio. »

**2256** Orvieto, 27 novembre 1263.

Archiepiscopo Mediolanensi mandat absolvat Novariensem episcopum a sententia excommunicationis ab eodem Mediolanensi archiepiscopo prolatam. (Reg. 29, fol. 243, n° 1305.)

« *Archiepiscopo Mediolanensi.* More pii patris qui delinquentes filios odisse non potest et nichil odivit eorum que fecit suffraganeos tuos tractare debes in spiritu lenitatis. Sane fuit ex parte . . Novariensis episcopi, propositum coram nobis quod tu in ipsum, eo pretextu quod idem quosdam obsides, quos custodie sue commiseras, tradidit . . potestati, et communi Mediolanensibus, non tamen spontaneus sed propter timorem depopulationis terre sue ac Novariensis ecclesie, que ipsi terre imminebat si dictus episcopus obsides ipsos potestati et communi non tradidisset eisdem, auctoritate metropolitica excommunicationis sententiam promulgasti. Quia vero, prout accepimus, predictus episcopus per se ac homines suos tibi astitit, dum esses in castro de Arona obsessus et ex hoc tam ipse quam predicti homines et eadem ecclesia persecutiones multiplices et dampna plurima sunt perpessi a tuis et Mediolanensis ecclesie inimicis, dignum est et consentaneum rationi ut eundem episcopum, qui est in hoc multipliciter commendandus, propter hoc favore benivolo prosequaris. Quocirca fraternitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus ab eodem episcopo vel procuratore suo, ejus nomine, habente super hoc ab ipso speciale mandatum, de parendo mandatis tuis juramento recepto, hujusmodi sententiam, juxta formam ecclesie, sine qualibet difficultate relaxans, nichil propter hoc absque mandato nostro episcopo injungas eidem —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas decembris, anno tertio. »

**2257** Orvieto, 29 novembre 1263.

Gaufrido presbytero, rectori ecclesiae de Monteboiaco, Senonensis diocesis, ad decanatum ecclesiae de Castillione super Lupam a capitulo ipsius ecclesiae electo, indulget ut eumdem decanatum cum ecclesia de Monteboiaco sibi proxime sita, retinere valeat. (Reg. 29, fol. 243, n° 1306.)

« *Archiepiscopo Senonensi.* Significavit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas decembris, anno tertio. »

**2258** Orvieto, 30 novembre 1263.

Petro Laurentiae presbytero, canonico Macloviensi, ordinis s. Augustini, ecclesiam s. Petri de Bedano, Macloviensis diocesis, vacantem per mortem Johannis, dicti *Lipalers*, retinendam cum canonicatu, confert. (Reg. 29, fol. 243, n° 1307.)

« *Petro Laurentie presbitero, canonico Macloviensi, ordinis s. Augustini.* Vite laudabilis et —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas decembris, anno tertio. »

**2259** Orvieto, 27 novembre 1263.

Decano Rothomagensi et magistro Henrico Lombardo, canonico ecclesiae s. Audomari, Morinensis diocesis, mandat ut magistrum Eustachium de Monsterolo, canonicum ecclesiae Drocarum, Carnotensis diocesis, obtentu Ambianensis episcopi, in ecclesia Ambianensi in canonicum recipi faciant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 243 v°, n° 1308.)

« *Decano Rothomagensi et magistro Henrico Lombardo, canonico ecclesie s. Audomari, Morinensis diocesis.* Honestum est et —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas decembris, anno tertio. »

**2260** Orvieto, 30 novembre 1263.

Officiali Noviomensi mandat ut Galtero de Fara, canonico Suessionensi, dimidiam praebendam resignare parato, obtentu Mariae, dominae de Fara, de integra praebenda provideat in ecclesia Suessionensi. (Reg. 29, fol. 243 v°, n° 1309.)

« *Officiali Noviomensi.* Sua nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas decembris, anno tertio. »

**2261** Orvieto, 28 novembre 1263.

M., electo Salernitano, qui ad ecclesiam Salernitanam commode accedere non potest, temporis malitia faciente, omnes personatus, praebendas et ecclesiastica beneficia necnon actiones et jura quae tempore promotionis obtinebat, reservat, donec ecclesiae Salernitanae possessionem adipisci valeat. (Reg. 29, fol. 244, n° 1310.)

« *M., electo Salernitano.* Personam tuam precipua —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas decembris, anno tertio. »

**2262** Orvieto, 29 novembre 1263.

Eidem indulget ut beneficia ecclesiastica recipere et retinere cum archiepiscopatu Salernitano valeat. (Reg. 29, fol. 244, n° 1311.)

« *M., electo Salernitano.* Personam tuam etc. —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas decembris, anno tertio. »

**2263** Orvieto, 1er décembre 1263.

Episcopo Esino mandat ut monasterio s. Mariae de Plano, Esinae diocesis, ordinis s. Benedicti, eidem episcopo subjecto, de abbate idoneo, cum consilio Manfredi, Veronensis electi, capitanei et rectoris ducatus Spoletani et Marchiae Anconitanae, provideat. (Reg. 29, fol. 244, n° 1312.)

« *Episcopo Esino.* Cum, sicut per —. Datum apud Urbemveterem, kalendis decembris, anno tertio. »

**2264** Orvieto, 22 novembre 1263.

Cantori Mindensi mandat ut ecclesiam de Melle, Osnaburgensis diocesis, Everardo de Horst assignet. (Reg. 29, fol. 244, n° 1313.)

« *Cantori Mindensi.* Cum, sicut dilecto —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas decembris, anno tertio. »

**2265** Orvieto, 4 décembre 1263.

Episcopo Sabinensi provisionem committit ecclesiarum s. Felicis de Paleria Nemausensis et b. Johannis de Valasisole Uticensis diocesum. (Reg. 29, fol. 244 v°, n° 1314.)

« *Episcopo Sabinensi.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, II nonas decembris, anno tertio. »

**2266** Orvieto, 31 octobre 1263.

Archiepiscopo Bituricensi mandat ut Girardo de Serris, jam per bonae memoriae magistrum Johannem de s. Germano, subdiaconum et notarium Alexandri papae IIII, examinato, in ecclesia de Castra, Bituricensis diocesis, de aliqua sacerdotali praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 244 v°, n° 1315.)

« *Archiepiscopo Bituricensi.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas novembris, anno tertio. »

**2267** Orvieto, 28 novembre 1263.

Abbati monasterii s. Urbani Cathalaunensis mandat ut Hugonem, rectorem ecclesiae de Juvegne, in ecclesia b. Mariae de Columbae-monasterio, Bisuntinae diocesis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 245, n° 1316.)

« *Abbati monasterii s. Urbani Cathalaunensis.* Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas decembris, anno tertio. »

**2268** Orvieto, 28 novembre 1263.

Decano Autissiodorensi et subdecano Carnotensi mandat ut magistrum Reginaldum de s. Prisco clericum, qui in artibus Parisius doctoratus gessit officium et in jure civili studuit, in ecclesia s. Juliani de Saltu, Senonensis diocesis, in canonicum recipi faciant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 245, n° 1317.)

« *Decano Autisiodorensi et . . subdecano Carnotensi.* Dilectum filium magistrum —. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas decembris, anno tertio. »

**2269** Orvieto, 17 novembre 1263.

Archiepiscopo Compostellano mandat ut Aprilem Fernandi, portionarium ecclesiae Compostellanae, in eadem ecclesia in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 245, n° 1318.)

« *Archiepiscopo Compostellano.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas decembris, anno tertio. »

**2270** Orvieto, 25 novembre 1263.

Alexandro, clerico ecclesiae s. Angeli Verulani, canonicatum seu locum ecclesiae s. Herasmi de Verulis confert. (Reg. 29, fol. 245 v°, n° 1319.)

« *Alexandro, clerico ecclesie s. Angeli Verulani.* Devotionis tue laudabilis —. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas decembris, anno tertio. »

**2271** Orvieto, 25 novembre 1263.

S. Pauli et s. Mariae de Franconibus ecclesiarum Verulanarum abbates praedictae collationis executores deputat. (Reg. 29, fol. 245 v°, n° 1320.)

« . . s. *Pauli et . . s. Marie de Franconibus ecclesiarum Verulanarum abbatibus*. Laudabile studium devotionis —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas decembris, anno tertio. »

**2272** Orvieto, 30 novembre 1263.

Decano ecclesiae de Karentoyr, Venetensis diocesis, mandat ut Petrum Laurentiae, canonicum Macloviensem, in possessionem ecclesiae s. Petri de Bedano mittat. (Reg. 29, fol. 245 v°, n° 1321.)

« *Decano ecclesie de Karentoyr, Venetensis diocesis*. Vite laudabilis et —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas decembris, anno tertio. »

**2273** Orvieto, 27 novembre 1263.

Electo Macloviensi mandat ut a Guillelmo, decano de Poelet in ecclesia Macloviensi, decanatus resignatione recepta, eidem Guillelmo de aliqua dignitate in eadem ecclesia provideat. (Reg. 29, fol. 246, n° 1322.)

« *Electo Macloviensi*. Circa dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas decembris, anno tertio. »

**2274** Orvieto, 26 octobre 1263.

Decano Metensis ecclesiae, E., priori s. Mathiae, et Alexandro, canonico ecclesiae s. Mariae Treverensium mandat ut Johannem de Champugneio, canonicum Treverensem, consanguineum magistri Laurentii, notarii apostolici, scolastici Treverensis, in possessionem mittant canonicatus et praebendae ecclesiae s. Castoris, vacantium per mortem Theoderici de Gacenellene, amoto ab eis Theoderico, dicto *de Colonia*, in eis a decano et capitulo ejusdem ecclesiae, non obstantibus litteris apostolicis, recepto. (Reg. 29, fol. 246, n° 1323.)

« *Decano Metensis ecclesie, E., priori s. Mathie, et Alexandro, canonico ecclesie s. Marie Treverensium*. Dilectus filius Johannes —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas novembris, anno tertio. »

**2275** Orvieto, 11 septembre 1263.

Decano et Petro de Vircio, cantori Metensibus, mandat ut Johannem, rectorem ecclesiae de Tombe, Treverensis diocesis, in ecclesia s. Simeonis Treverensis in canonicum recipi faciant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 246 v°, n° 1324.)

« *Decano et Petro de Vircio, cantori Metensibus*. Dilectus filius Johannes —. Datum apud Urbemveterem, iii idus septembris, anno tertio. »

**2276** Orvieto, 11 décembre 1263.

Gyobertum, decanum ecclesiae Rosetensis, Laudunensis diocesis, decernit in ecclesia Aurigniacensi in canonicum recipi debere, sententia Guillelmi, tituli s. Marci presbyteri, et Octaviani, s. Mariae in Via Lata diaconi cardinalium, confirmata. (Reg. 29, fol. 246 v°, n° 1325.)

« *Gyoberto, decano ecclesie Rosetensis, Laudunensis diocesis*. Ea que judicio etc. In nostra siquidem proposuisti presentia constitutus quod, cum olim super receptione tua et provisione tibi facienda de prebenda in ecclesia Aurigniacensi, Laudunensis diocesis, felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, ad thesaurarium ecclesie Leodiensis executorias sub certa forma litteras impetrasses, . . abbatissa ejusdem ecclesie Aurigniacensis, se provisioni hujusmodi opponente, demum, postquam coram dilectis filiis Goberto Soyberti, canonico Laudunensi, et Assone, capellano karissimi in Christo filii nostri . . regis Francie illustris, quibus dictus thesaurarius, prout ex predictarum litterarum beneficio poterat, commiserat in hujusmodi negotio totaliter vices suas, super hoc inter partes extitit diutius litigatum, tu, pro te, ac procurator dicte abbatisse, pro ea a qua sufficiens ad hoc mandatum habebat, in gallicanis partibus consistentes, in dilectos filios nostros Willelmum, tituli sancti Marci presbiterum, et O., sancte Marie in Via lata diaconum cardinales, sub certa pena compromittere curavistis, promittentes vos inviolabiliter observare quicquid iidem cardinales super dicto negotio, secundum acta coram quibuscumque in ipso habita, statuerent et etiam ordinarent, confectis super hujusmodi compromisso litteris, sigillo Laudunensis curie sigillatis. Te igitur et Egidio de Altresche, procuratore prefate abbatisse, propter hoc personaliter ad sedem apostolicam accedentibus, nos dicto O. cardinali, qui a sede se absentarat eadem, dilectum filium nostrum U., sancti Eustachii diaconum cardinalem, de tuo et ipsius procura-

toris assensu et ad vestram instantiam, in cognitione ipsius negotii duximus subrogandum. Unde nominati G. et U. cardinales, prefato compromisso suscepto ac visis actis, habitis coram thesaurario et subdelegatis predictis, quia eis constitit te debere de jure in canonicum ejusdem ecclesie Aurigniacensis admitti et tibi provideri inibi de prebenda, sententiando arbitrati fuerunt, statuerunt et ordinarunt te fore recipiendum in ipsa ecclesia in canonicum et in fratrem, non obstante contradictione ipsius abbatisse, ac providendum tibi de prebenda, si tunc vacaret ibidem vel quamprimum ad id se facultas offerret. Mandaverunt insuper dicti G. et U. cardinales quod eadem abbatissa te, quantum in ea est, recipi faciat in prefata ecclesia Aurigniacensi in canonicum et in fratrem. Declaraverunt etiam et determinarunt quod nominati subdelegati dictam abbatissam et quoscunque alios contradictores possent et debeant compellere ad facienda ea que super hoc arbitrando statuerunt et etiam observanda, prout in publico instrumento confecto exinde ac dictorum G. et U. cardinalium sigillis signato, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eisdem G. et U. cardinalibus factum est in hac parte, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est :

« In nomine Domini amen. Cum olim discretus —. Tulimus autem hoc arbitrium seu ordinationem nostram apud Urbemveterem, in camera domini pape, presentibus testibus ad hoc vocatis, fratre Lamberto de ordine Militie Templi, predicti domini pape cubiculario, magistro Raynerio de Paxiaco, canonico Remensi, domini pape capellano, et Alexandro de Verulis notario, presentibus etiam dictis Soberto decano et Egidio, procuratore dicte abbatisse. In cujus rei testimonium et futuram memoriam premissorum, presens arbitrium seu ordinationem nostram per suprascriptum tabellionem scribi et publicari mandavimus et sigillorum nostrorum appensione muniri, sub anno Domini M°CC°LXIII°, die II exeuntis octobris, indictione VII, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio. Ego Paris de Spoleto, notarius publicus, prolationi predicti arbitrii seu ordinationis presens interfui, et mandato predictorum dominorum cardinalium, ut supra legitur, scripsi, publicavi et meo signo signavi. »

Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, III idus decembris, anno tertio. »

**2277** Orvieto, 11 novembre 1263.

Decanum et Lieffardum, canonicum ecclesiae s. Petri Suessionensis, praedictae ordinationis constituit executores. (Reg. 29, fol. 247 v°, n° 1326.)

« *Decano et Lieffardo, canonico ecclesie s. Petri Suessionensis.* Dilectus filius Sobertus —. Datum apud Urbemveterem, III idus novembris, anno tertio. »

**2278** Orvieto, 22 novembre 1263.

Archipresbytero ecclesiae s. Terentiani, Tudertinae diocesis, mandat ut Giffrido, archidiacono ecclesiae Tudertinae, de aliqua praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 247 v°, n° 1327.)

« *Archipresbytero ecclesie s. Terentiani, Tudertine diocesis.* Sua nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas decembris, anno tertio. »

**2279** Orvieto, 20 novembre 1263.

Petro Fulcherii, rectori ecclesiae de Viroliis, Xanctonensis diocesis, rectoriam resignare parato, canonicatum et praebendam ecclesiae Engolismensis confert. (Reg. 29, fol. 247 v°, n° 1328.)

« *Petro Fulcherii, rectori ecclesie de Viroliis, Xanctonensis diocesis.* Meritis laudabilis conversationis —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas decembris, anno tertio. »

**2280** Orvieto, 22 novembre 1263.

Magistrum scolarum et Gaufridum de Barreto, canonicum Xanctonenses, praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 248, n° 1329.)

« *Magistro scolarum et Gaufrido de Barreto, canonico Xanctonensibus.* Meritis laudabilis conversationis —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas decembris, anno tertio. »

**2281** Orvieto, 1er décembre 1263.

Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis, rectoribus ac universis clericis per Hiberniam constitutis inhibet ne alter alterum super decimis, testamentis ac rebus aliis et actionibus personalibus, quae ad forum ecclesiasticum dum-



75 1950 2.31

laxat pertinent, relicto ecclesiastico judice, in foro seculari convenire praesumant. (Reg. 29, fol. 248, n° 1330; Potthast 18731.)

« *Archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis seu rectoribus ac universis clericis per Yberniam constitutis.* Provisionis nostre provenire —. Datum apud Urbemveterem, kalendis decembris, anno tertio. »

**2282** Orvieto, 22 novembre 1263.

Episcopo Mutinensi mandat ut a Manfredo, electo Veronensi, plebanatus plebis s. Vitalis, Reginae diocesis, resignatione recepta, eumdem plebanatum Alberico de Pinizo, clerico, nato nobilis viri Rolandi de Robertis, assignet. (Reg. 29, fol. 248 v°, n° 1331.)

« *Episcopo Mutinensi.* Cum dilectus filius —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas decembris, anno tertio. »

**2283** Orvieto, 26 novembre 1263.

Episcopo Lingonensi indulget ut Symoni de Buxeria, ipsius nepoti, de aliquo personatu vel dignitate Lingonensis ecclesiae valeat providere. (Reg. 29, fol. 248 v°, n° 1332.)

« *Episcopo Lingonensi.* Fraternitatis tue prompta —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas decembris, anno tertio. »

**2284** Orvieto, 11 décembre 1263.

Abbati s. Saturnini et cancellario ecclesiae Tholosanae mandat ut magistro Petro, dicto *Annot*, rectori ecclesiae de s. Martino et de Raissac, Carcassonensis diocesis, de aliquo ecclesiastico beneficio in diocesi Carcassonensi, ad cujuscumque collationem spectante, obtentu magistri Michaelis, sanctae Romanae ecclesiae vicecancellarii, provideant, ecclesia s. Martini prius dimissa. (Reg. 29, fol. 248 v°, n° 1333.)

« *. . abbati s. Saturnini, et . . cancellario ecclesie Tholosane.* Probitatis et scientie —. Datum apud Urbemveterem, iii idus decembris, anno tertio. »

**2285** Orvieto, 27 novembre 1263.

Decano ecclesiae Autissiodorensis mandat ut Johanni de Interduas aquas, canonico Senonensi, qui dimidiam praebendam in eadem ecclesia obtinuit, obtentu magistri Johannis, generalis auditoris causarum camerae apostolicae, ipsius nepotis, de praebenda integra, juxta ordinem receptionis, provideat. (Reg. 29, fol. 249, n° 1334.)

« *Decano ecclesie Autisiodorensis.* Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas decembris, anno tertio. »

**2286** Orvieto, 5 décembre 1263.

Paganello de Porcaria, canonico Lucano, capellano O., s. Adriani diaconi cardinalis, indulget ut, non obstante quod in Gerardinum, ecclesiae Lucanae canonicum, violentas injecit manus, in eadem ecclesia canonicus remanere valeat. (Reg. 29, fol. 249, n° 1335.)

« *Paganello de Porcaria, canonico Lucano, capellano dilecti filii O., s. Adriani diaconi cardinalis.* In nostra constitutus —. Datum apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. »

**2287** Orvieto, 5 décembre 1263.

Episcopo Sutrino mandat ut archipresbyteratum ecclesiae Nepesinae, cujus proventus annualem valorem decem librarum pisanorum parvorum non excedunt, Tineoso, presbytero ecclesiae praefatae canonico, conferat et assignet. (Reg. 29, fol. 249, n° 1336.)

« *Episcopo Sutrino.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. »

**2288** Orvieto, 1er décembre 1263.

Infrascriptis mandat inquirant de latrocinio in sacristia Bononiensis ecclesiae perpetrato. (Reg. 29, fol. 249 v°, n° 1337.)

« *Petro, dicto* Capreto, *canonico Bononiensi, et Francisco de Bays, archipresbitero de Salustra, Imolensis diocesis.* Olim ad audientiam nostram perlato quod quidam iniquitatis filii, ad thesaurum ecclesie Bononiensis ac alia bona que deposita erant in sacristia ipsius ecclesie, cupiditatis injectis oculis, ad eandem sacristiam, noctis tempore, ausu temerario accesserant, et quam conceperant nequitiam producentes in actum, quondam sacristam ipsius ecclesie ac nepotem ejusdem ante fores ecclesie prelibate, suggerente humani generis inimico,

nequiter provocantes, illos immaniter occidere ac, ut perpetratum ab ipsis facinus ad sue dampnationis cumulum hominibus publicarent, eorundem occisorum corpora super ejusdem ecclesie pulpitum imponere illaque ibidem relinquere presumpserunt, thesauro et bonis hujusmodi de prefata sacristia sacrilegis manibus asportatis. Nos tantum excessum nolentes sub dissimulatione transire, venerabili fratri nostro . . archiepiscopo Ravennati, per litteras nostras mandavimus ut, Bononiam personaliter se conferens et legitimo venerabilis fratris nostri . . episcopi, tunc electi Bononiensis, qui super hiis dicebatur ad inquisitionem procedere incepisse, si quis habitus fuerat, servato processu, quem sibi auctoritate nostra faceret exhiberi, super premissis, eadem auctoritate, prout sibi videretur expediens, inquireret tam ibi quam alibi quoad Jacobum, capellanum nostrum, canonicum Bononiensem, natum dilecti filii, nobilis viri Cathalani, civis Bononiensis, qui delicti hujusmodi actor precipuus ferebatur, sollicite veritatem, et que inveniret, in scriptis redacta, una cum predicto processu sub suo sigillo fideliter interclusa, nobis per fidelem nuntium remittere procuraret, prefixo nichilominus eidem capellano termino peremptorio competenti quo compareret personaliter coram nobis, facturus et recepturus quod justitia suaderet. Et licet eedem littére ipsi archiepiscopo, ut dicitur, fuerint presentate, hujusmodi tamen mandatum nostrum adhuc non extitit adimpletum. Sane patrati enormitas criminis, clamor populi validus, qui hac de causa, ut dicitur, contra clerum insultat, necnon et grave ac intolerabile scandalum quod, occasione hujusmodi, fertur exortum, nostrum implorant officium, ut efficaciter intendamus ad facinus ipsum, prout illius suadet qualitas, ulciscendum. Et ideo, illud nolentes aliquatenus pretermittere impunitum, discretioni vestre mandamus quatinus vos vel alter vestrum, per vos seu alios, tam Bononie quam alibi, prout expedire videritis, inquiratis auctoritate nostra super premissis sollicite veritatem, et que inveneritis, in scriptis redacta, nobis per aliquem fidelem nuntium, sub sigillis vestris fideliter interclusa, remittere procuretis, tam memoratum capellanum quam etiam Raymundum, archipresbiterum de Sala, Bononiensis diocesis, quem de principalibus predicti facinoris patratoribus extitisse haberi dicitur communis in partibus illis infamia, ex parte nostra nichilominus peremptorie citantes, ut infra unum mensem post citationem vestram, compareant personaliter coram nobis, recepturi, si super hoc inventi fuerint culpabiles, secundum suorum exigentiam meritorum. Diem vero citationis et formam et quicquid inde feceritis, per vestras litteras presentium seriem continentes, nobis fideliter intimetis. Datum apud Urbemveterem, kalendis decembris, anno tertio. »

**2289** Orvieto, 4 décembre 1263.

Magistro Heliae Peleti, capellano apostolico, canonico Belvacensi, cantoriam et canonicatum ecclesiae s. Hilarii Pictavensis, vacantes per mortem in curia magistri Hugonis de s. Amancio, capellani apostolici, confert, ita tamen quod ecclesiam de Javarlhac, Lemovicensis diocesis, curam habentem animarum, dimittat. (Reg. 29, fol. 249 v°, n° 1338.)

« *Magistro Helie Peleti, capellano nostro, canonico Belvacensi.* Clara probitatis tue —. Datum apud Urbemveterem, II nonas decembris, anno tertio. »

**2290** Orvieto, 4 décembre 1263.

Cantorem ecclesiae s. Frontonis Petragoricensis et priorem s. Hilarii de Metulo, Pictavensis diocesis, praedictae collationis constituit executores. (Reg. 29, fol. 250, n° 1339.)

« *. . cantori ecclesie s. Frontonis Petragoricensis, et . . priori s. Ylarii de Metulo, Pictavensis diocesis.* Clara dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, II nonas decembris, anno tertio. »

**2291** Orvieto, 5 décembre 1263.

Priori s. Danielis de Venetiis, Castellanae diocesis, mandat ut Bonifacinum clericum, natum quondam Viviani de Surriga Feltrensis, qui ab ecclesiae inimicis in bonis suis damna plurima reportavit, obtentu marchionis Estensis et B., marescalci apostolici, in ecclesia Tridentina in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 250 v°, n° 1340.)

« *Priori s. Danielis de Venetiis, Castellane diocesis.* Digne agere credimus —. Datum apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. »

**2292** Orvieto, 2 décembre 1263.

Archipresbytero de Bazoaria, Mutinensis diocesis, mandat ut Arduinum clericum, natum nobilis viri Barnabae de Magreto, Mutinensis diocesis, nullum adhuc ecclesiasticum beneficium assecutum, obtentu Bonifatii de Canusia, militis Reginae diocesis,

curiae apostolicae marescalci, ipsius avunculi, in ecclesia Mutinensi in canonicum faciat recipi eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 250 v°, n° 1341.)

« *Archipresbitero de Bazoaria, Mutinensis diocesis.* Et si ad —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas decembris, anno tertio. »

**2293** Orvieto, 4 novembre 1263.

Abbati monasterii Lobiensis, ordinis s. Benedicti, Cameracensis diocesis, mandat ut Egidium, decanum ecclesiae Antoniensis, Cameracensis diocesis, in eadem ecclesia in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 251, n° 1342.)

« *Abbati monasterii Lobiensis, ordinis s. Benedicti, Cameracensis diocesis.* Dilectus filius Egidius —. Datum apud Urbemveterem, ii nonas novembris, anno tertio. »

**2294** Orvieto, 9 novembre 1263.

Abbati s. Stephani Bononiensis mandat ut Blasium, clericum, familiarem magistri Bartholomaei de Regio, in curia advocati, in plebe de Albineto, Reginae diocesis, in canonicum recipi faciat, juxta tenorem litterarum jam Regino episcopo directarum. (Reg. 29, fol. 251, n° 1343.)

« *Abbati s. Stephani Bononiensis.* Dilectus filius Blasius —. Datum apud Urbemveterem, v idus novembris, anno tertio. »

**2295** Orvieto, 9 décembre 1263.

Episcopo Cameracensi mandat ut Gualtero de Grancort, presbytero Cameracensis diocesis, capellaniam in ecclesia s. Nicolai Cameracensis valoris annui viginti lib. tur. assignet. (Reg. 29, fol. 251, n° 1344.)

« *Episcopo Cameracensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, v idus decembris, anno tertio. »

**2296** Orvieto, 4 décembre 1263.

Michaeli Aymari, subdiacono, rectori parrochialis ecclesiae s. Crispini, Ebrodunensis diocesis, indulget ut, non obstante statuto Ostiensis et Velletrensis episcopi, tunc archiepiscopi Ebredunensis, ecclesiam retinere valeat, quamvis presbyteratus ordinem non receperit, proviso tamen quod, post triennium quo studio juris civilis in scolis solemnibus desudaverit, in presbyterum se faciat promoveri. (Reg. 29, fol. 251 v°, n° 1345.)

« *Michaeli Aymari, subdiacono, rectori parrochialis ecclesie s. Crispini, Ebrodunensis diocesis.* Tue merita devotionis —. Datum apud Urbemveterem, ii nonas decembris, anno tertio. »

**2297** Orvieto, 4 décembre 1263.

Michaeli Aymari indulget ut ecclesiam s. Crispini, Ebredunensis diocesis, curam habentem animarum, et canonicatum Dignensem sine cura licite valeat insimul retinere. (Reg. 29, fol. 251 v°, n° 1346.)

« *Michaeli Aymari, subdiacono, rectori parrochialis ecclesie s. Crispini, Ebrodunensis diocesis.* Tue merita devotionis —. Datum apud Urbemveterem, ii nonas decembris, anno tertio. »

**2298** Orvieto, 27 novembre 1263.

Decano et capitulo ecclesiae s. Ursmari Lobiensis, Cameracensis diocesis, mandat ut, a Balduino parrochialis ecclesiae s. Ursmari Lobiensis resignatione recepta, eamdem ecclesiam personae idoneae conferant. (Reg. 29, fol. 251 v°, n° 1347.)

« *Decano et capitulo ecclesie s. Ursmari Lobiensis, Cameracensis diocesis.* Cum, sicut intelleximus —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas decembris, anno tertio. »

**2299** Orvieto, 27 novembre 1263.

Magistro Pagano de Pinibus, rectori ecclesiae de Muris, Andegavensis diocesis, canonicatum ecclesiae Briocensis ac praebendam antea ab eodem Urbano iiii, idus decembris pontificatus ipsius anno primo, collatos Ivoni de Burgo novo, rectori ecclesiae de Plebeiou, Leonensis diocesis, cujus quidem Ivonis, capellani episcopi Prenestini, archidiaconus de Pago Castelli in ecclesia Trecorensi executor deputatus erat, sub data x kalendas maii [1], pontificatus Urbani papae iiii anno secundo, ac per ejusdem Yvonis mortem vacantes, confert. (Reg. 29, fol. 252, n° 1348.)

« *Magistro Pagano de Pinibus, rectori ecclesie de Muris,*

1. Cette bulle d'Urbain IV et celle qui nommait Yves de Bourgneuf sont insérées *in-extenso* dans celle-ci.

*Andegavensis diocesis.* Laudabilis conversationis et —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas decembris, anno tertio. »

**2300** Orvieto, 27 novembre 1263.

Abbati de Mellinos, Andegavensis diocesis, et archipresbytero Andegavensi, mandat ut magistrum Paganum de Pinibus, rectorem ecclesiae de Muris, Andegavensis diocesis, in ecclesia Briocensi in canonicum recipi faciant eique de praebenda provideant, non obstante quod in ecclesia s. Mauricii Andegavensis sub exspectatione beneficii receptus existit. (Reg. 29, fol. 252 v°, n° 1349.)

« *Abbati de Mellinos, Andegavensis diocesis, et archipresbitero Andegavensi.* Laudabilis conversationis et —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas decembris, anno tertio. »

**2301** Orvieto, 27 novembre 1263.

Praeposito ecclesiae Hungaridensis, Leodiensis diocesis, indulget ut magistrum Johannem Ayo, clericum, in ecclesia Hungaridensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 253, n° 1350.)

« *Preposito ecclesie Hungaridensis, Leodiensis diocesis.* Per tuas nobis —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas decembris, anno tertio. »

**2302** Orvieto, 17 novembre 1263.

Abbati monasterii Vallis Alte, Pergamensis diocesis, mandat ut Petribono Gattusii de Parte, canonico ecclesiae s. Mariae de Clixono (ou *Olixino*), in eadem ecclesia de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 253, n° 1351.)

« *Abbati monasterii Vallis Alte, Pergamensis diocesis.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas decembris, anno tertio. »

**2303** Orvieto, 18 juillet 1263.

Decano de Poelet et archidiacono Macloviensi provisionem committit ecclesiae de Tregano, Macloviensis diocesis, quae tanto tempore vacaverat quod ad papam ejus collatio, juxta Lateranensis statuta concilii, devoluta erat. (Reg. 29, fol. 253, n° 1352.)

« *Decano de Poelet et . . archidiacono Macloviensi.* Cum, sicut intelleximus —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno secundo. »

**2304** Orvieto, 22 novembre 1263.

Cantori ecclesiae s. Paulini Treverensis mandat ut, obtentu Stephani, decani Tullensis, Ferrico de Turri, canonico ecclesiae Virdunensis, de aliquo ipsius ecclesiae personatu, capellania et portaria duntaxat exceptis, provideat. (Reg. 29, fol. 253 v°, n° 1353.)

« *Cantori ecclesie s. Paulini Treverensis.* Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas decembris, anno tertio. »

**2305** Orvieto, 13 novembre 1263.

Thesaurario ecclesiae Nivellensis, Leodiensis diocesis, mandat ut Johanni de Greis, dicto *Freminz*, pauperi clerico Leodiensis diocesis, de aliquo beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Petri de Gandavo, ordinis s. Benedicti, Tornacensis diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 253 v°, n° 1354.)

« *Thesaurario ecclesie Nivellensis, Leodiensis diocesis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, idus novembris, anno tertio. »

**2306** Orvieto, 5 décembre 1263.

Abbati et priori s. Dionysii in Francia, Parisiensis diocesis, mandat ut, a Mauricio, praecentore ecclesiae Ambianensis, canonicatus et praebendae resignatione recepta, canonicatum et praebendam personae idoneae conferant et precentoriam, quae ipso facto vacaverit, cum nullus praeter canonicum ejusdem ecclesiae eam obtinere valeat, Petro de Novilla, subdiacono et capellano apostolico, canonico Ambianensi, assignent. (Reg. 29, fol. 254, n° 1355.)

« . . *abbati et . . priori s. Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis.* Laudabilis conversationis et —. Datum apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. »

**2307** Orvieto, 4 décembre 1263.

Eisdem mandat ut, a Mauricio, praecentore Ambianensi, canonicatus et praebendae resignatione recepta, eosdem canonicatum et praebendam magistro Hugoni de Gollamfontibus,

rectori ecclesiae de Lanceriis, Ambianensis diocesis, consanguineo dicti Mauricii, conferant. (Reg. 29, fol. 254, n° 1356.)

« . . *abbati et . . priori s. Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis.* Dilectus filius Mauricius —. Datum apud Urbemveterem, II nonas decembris, anno tertio. »

**2308** Orvieto, 29 novembre 1263.

Quaestionem inter episcopum capitulumque Anteradenses, ex parte una, et executores testamenti bonae memoriae G., praedecessoris ipsius episcopi, et priorissam conventumque monialium s. Pauli in Tervisio, ex altera, super quibusdam possessionibus, quas idem praedecessor emerat de bonis Anteradensis ecclesiae in marchia Tervisina ac aliis rebus subortam decidit. (Reg. 29, fol. 254 v°, n° 1357; Potthast 18727.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Dudum inter venerabilem —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas decembris, anno tertio. »

**2309** Orvieto, 19 novembre 1263.

Bartholomaeo, archidiacono Tripolitano, mandat ut Albertum Pegolotti, clericum Florentinum, obtentu marchionis Estensis, in ecclesia s. Martini de plebe Sacci, Paduanae diocesis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 255, n° 1358.)

« *Bartholomeo, archidiacono Tripolitano.* Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas decembris, anno tertio. »

**2310** Orvieto, 12 décembre 1263.

Magistro Johanni, dicto *Grosparim*, canonico Constanciensi, capellano apostolico, episcopi Albanensis intuitu, canonicatum et praebendam ecclesiae Baiocensis confert. (Reg. 29, fol. 255, n° 1359.)

« *Magistro Johanni, dicto* Grosparim, *canonico Constanciensi, capellano nostro.* Laudabilis conversationis et —. Datum apud Urbemveterem, II idus decembris, anno tertio. »

**2311** Orvieto, 12 décembre 1263.

Officiali et magistro Johanni, dicto *Brulle*, canonico Belnensibus mandat ut magistrum Johannem, dictum *Grosparim*, canonicum ecclesiae Constanciensis, capellanum apostolicum, in ecclesia Baiocensi in canonicum recipi faciant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 255 v°, n° 1360.)

« *Officiali et magistro Johanni, dicto* Brulle, *canonico Belnensibus.* Laudabilis conversationis et —. Datum apud Urbemveterem, II idus decembris, anno tertio. »

**2312** Orvieto, 9 décembre 1263.

Cantori ecclesiae Furnensis, Morinensis diocesis, mandat ut Nicolaum de Lotussa, ejusdem diocesis clericum, obtentu comitissae Guinensis, in ecclesia de Herlebeke, Tornacensis diocesis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 255 v°, n° 1361.)

« *Cantori ecclesie Furnensis, Morinensis diocesis.* Olim, obtentu dilecte —. Datum apud Urbemveterem, V idus decembris, anno tertio. »

**2313** Orvieto, 11 décembre 1263.

Magistro Berardo Carozolo et Petro Tornazello, canonicis Neapolitanis, mandat ut, obtentu magistri Berardi de Neapoli, subdiaconi et notarii apostolici, Marino dicto *Tortello*, clerico Neapolitano, de uno ecclesiastico beneficio vel pluribus, curam non habentibus animarum annexam, usque ad summam octo unciarum auri, in diocesi aut provincia Neapolitana provideant. (Reg. 29, fol. 255 v°, n° 1362.)

« *Magistris Bernardo Carozolo et Petro Tornazello, canonicis Neapolitanis.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, III idus decembris, anno tertio. »

**2314** Orvieto, 13 décembre 1263.

Facultas aliquas possessiones vendendi et in alias magis accommodas convertendi magistro et fratribus hospitalis s. Spiritus in Saxia de Urbe conceditur. (Reg. 29, fol. 256, n° 1363.)

« *R., s. Angeli diacono cardinali.* Ex parte dilectorum filiorum . . magistri, et fratrum hospitalis nostri s. Spiritus in Saxia de Urbe fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum ipsi, sicut asserunt, quasdam possessiones in loco qui dicitur *Vallis Caie*, in territorio Urbis, habeant, nimis distantes ab eis, de quarum pretio possunt emere possessiones meliores et utiliores, commutandi eas pro utilioribus vel vendendi easdem ita quod ip-

sorum pretium in utiliores et meliores possessiones dictisque magistro et fratribus magis accomodas fideliter et integre convertantur, licentiam ipsis concedere curaremus. Nos itaque, de tua probata circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, presentium tibi tenore committimus quatinus, consideratis diligenter circumstantiis universis, auctoritate nostra super premissis provideas, prout secundum Deum utilitati dicti hospitalis ac ipsorum magistri et fratrum necnon pauperum in eodem hospitali degentium necessitatibus videris expedire, proviso prudenter ut quod pro utilitate ipsius hospitalis in hac parte conceditur, in detrimentum ejus nullatenus convertatur et tu tandem Deo exinde dignam possis reddere rationem et quod per hoc nichil in Romane ecclesie prejudicium attemptetur. Datum apud Urbemveterem, idus decembris, anno tertio. »

**2315** Orvieto, 11 décembre 1263.

Priori s. Johannis de Cola, Petragoricensis diocesis, mandat ut Guillelmo Petri, canonico ecclesiae s. Frontonis Petragoricensis, aliquam ex obedientiariis ejusdem ecclesiae per episcopum Petragoricensem, qui in eadem ecclesia locum tenet abbatis, et capitulum assignari faciat, cum eorumdem episcopi et capituli assensu. (Reg. 29, fol. 256, n° 1364.)

« *Priori s. Johannis de Cola, Petragoricensis diocesis.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, III idus decembris, anno tertio. »

**2316** Orvieto, 5 décembre 1263.

Petro, canonico ecclesiae s. Andreae Urbevetanae, nato Conteri, civis Urbevetani, suam in ejusdem ecclesiae canonicum, nulla praebenda inibi vacante, receptionem confirmat. (Reg. 29, fol. 256, n° 1365.)

« *Petro, canonico ecclesie s. Andree Urbevetane, nato Conteri, civis Urbevetani.* Cum a nobis —. Datum apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. »

**2317** Orvieto, 13 décembre 1263.

Abbati monasterii s. Mansueti Tullensis, mandat ut Guillelmum clericum, natum nobilis viri Joffridi de Borlemonte, Tullensis diocesis, obtentu regis Navarrae et comitis Barri-Ducis, in ecclesia Bisuntina in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 256 v°, n° 1366.)

« *Abbati monasterii s. Mansueti Tullensis.* Ad faciendam dilecto —. Datum apud Urbemveterem, idus decembris, anno tertio. »

**2318** Orvieto, 22 novembre 1263.

Magistro Raymundo, canonico ecclesiae s. Mariae de Portu Claromontensis, mandat ut Johannem de Jussiaco, clericum chori ecclesiae Gebennensis, jam in eadem ecclesia ab Alexandro papa IIII, obtentu bonae memoriae H., tituli s. Sabinae presbyteri cardinalis, capitulo super receptione praebendae commendatum, in eadem ecclesia in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 256 v°, n° 1367.)

« *Magistro Raimundo, canonico ecclesie s. Marie de Portu Claromontensis.* Dilectus filius Johannes —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas decembris, anno tertio. »

**2319** Orvieto, 24 novembre 1263.

Decano ecclesiae s. Trinitatis Spirensis mandat ut Conradum, presbyterum, decanum ecclesiae Haselacensis, Argentinensis diocesis, in eadem ecclesia in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 256 v°, n° 1368.)

« *Decano ecclesie s. Trinitatis Spirensis.* Significavit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas decembris, anno tertio. »

**2320** Orvieto, 11 juin 1263.

Decano et cantori Suessionensibus negotium committit terminandum de capellania de Chiriaco, Leodiensis diocesis, in qua duo clerici jus se habere dicebant. (Reg. 29, fol. 257, n° 1369.)

« *Decano et cantori Suessionensibus.* Significavit nobis dilectus filius Robertus de Bellua, canonicus ecclesie sancti Johannis in burgo Laudunensi, quod nos dilecto filio .. preposito ecclesie Walecuriensis, Leodiensis diocesis, sub ea forma secundum quam pro pauperibus clericis interdum scribimus, per nostras dedimus litteras in mandatis ut Oudardo de Licrevat, clerico ejusdem diocesis, de aliquo ecclesiastico beneficio, etiam curam animarum habente, ad cujuscunque collationem spectante, si tunc vacaret in civitate vel diocesi Laudunensibus, vel quamprimum ad id opportunitas se offerret, per se vel alium provideret. Con-

tradictores etc. Et licet capitulum ipsius ecclesie sancti Johannis vacantem capellaniam ecclesie de Chiriaco, ejusdem diocesis, per mortem Petri, ecclesie de Chiriaco capellani, ad eorum collationem spectantem, Gerardo de Chandardia, clerico, canonice contulissent, antequam per collationem, inhibitionem, reservationem aut decretum seu alio modo dicto Oudardo, auctoritate litterarum hujusmodi, fuisset in ipsa capellania jus aliquod acquisitum, tamen magister Hugo de Larvias, clericus, cui dictus prepositus super hoc commiserat totaliter vices suas, falso asserens capellaniam predictam de Chiriaco tunc vacare, dicto Oudardo de capellania ipsa, dictarum litterarum auctoritate, de facto providit, ac eidem Roberto mandadavit ut eundem Oudardum in capellanum ipsius ecclesie de Chiriaco recipere procuraret. Ex parte vero ipsius canonici fuit coram eodem magistro H. excipiendo propositum quod, cum eadem capellania, prout superius est expressum, dicto Gerardo canonice collata fuisset, qui possidebat eandem, ipsum Oudardum ad capellaniam eamdem recipere minime tenebatur ; et quia dictus magister exceptionem hujusmodi admittere contra justitiam denegavit, ipse sentiens ex hoc indebite se gravari, ad nostram duxit audientiam appellandum. At idem magister, hujusmodi appellatione contempta, in eum excommunicationis sententiam promulgavit. Quocirca discretioni vestre mandamus quatinus, vocatis qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione postposita, decernatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem etc. usque perhibere. Datum apud Urbemveterem, III idus junii, anno secundo. »

**2321** Orvieto, 13 décembre 1263.

Archipresbytero et capitulo ecclesiae s. Mariae Rotundae de Urbe indulget ut Paulum, clericum ecclesiae s. Vincentii de Urbe, in canonicum recipere valeant eique de portione providere. (Reg. 29, fol. 257, n° 1370.)

« *Archipresbitero et capitulo ecclesie s. Marie Rotunde de Urbe.* Olim, sicut exhibita —. Datum apud Urbemveterem, idus decembris, anno tertio. »

**2322** Orvieto, 19 décembre 1263.

Episcopo et capitulo Caiacianis mandat ut Andream, clericum, natum judicis Andreae Paldi de Caiacia, obtentu magistri Johannis de Capna, notarii apostolici, in clericum chori eorum ecclesiae recipiant. (Reg. 29, fol. 257 v°, n° 1371.)

« *Venerabili fratri episcopo et dilectis filiis capitulo Caiacianis.* Apostolicam gratiam dilectus —. Datum apud Urbemveterem, XIIII kalendas januarii, anno tertio. »

**2323** Orvieto, 18 décembre 1263.

Magistro Lamberto de Thisnes, subdiacono et capellano apostolico, canonico Virdunensi, indulget ut, in ecclesia Virdunensi primam residentiam inchoandam a festo s. Johannis Baptistae proximo futuro, faciendo, fructus praebendae Furnensis, non obstante absentia, cum integritate percipere valeat. (Reg. 29, fol. 257 v°, n° 1372.)

« *Magistro Lamberto de Thisnes* (sic), *subdiacono et capellano nostro, canonico Virdunensi.* Laudabilia tue probitatis —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas januarii, anno tertio. »

**2324** Orvieto, 18 décembre 1263.

Abbati Andrensi, ordinis s. Benedicti, Morinensis diocesis, mandat ut fructus praebendae Furnensis, magistro Lamberto de Ghisnes (*sic*) cum integritate faciat ministrari. (Reg. 29, fol. 257 v°, n° 1373.)

« *Abbati Andrensi, ordinis s. Benedicti, Morinensis diocesis.* Laudabilia dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas januarii, anno tertio. »

**2325** Orvieto, 19 décembre 1263.

Officiali Cameracensi et magistro Petro Angeli, canonico ecclesiae s. Quintini, Noviomensis diocesis, mandat ut Angelum, natum Obizionis de Columpna, nepotem magistri Angeli de Urbe, canonicum ecclesiae Nigellensis, in possessionem praebendae in eadem ecclesia mittant. (Reg. 29, fol. 257 v°, n° 1374.)

« *Officiali Cameracensi et magistro Petro Angeli, canonico ecclesie sancti Quintini, Noviomensis diocesis.* Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, XIIII kalendas januarii, anno tertio. »

**2326** Orvieto, 18 décembre 1263.

Decano et capitulo ecclesiae b. Mariae Nigellensis, Noviomensis diocesis, indulget ut Robertum Leonis clericum, natum magistri Raymundi Lombardi, in canonicum recipere valeant. (Reg. 29, fol. 258, n° 1375.)

« *Decano et capitulo ecclesie b. Marie Nigellensis, Noviomensis diocesis.* Ex parte vestra —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

**2327** Orvieto, 26 novembre 1263.

Magistro Johanni, archidiacono Tricastrino, capellano apostolico, obtentu M., s. Mariae in Porticu diaconi cardinalis, cujus socius et commensalis existit, canonicatum ecclesiae Aniciensis cum praebenda confert. (Reg. 29, fol. 258 v°, n° 1376.)

« *Magistro Johanni, archidiacono Tricastrino, capellano nostro, canonico Aniciensi.* Ad faciendam tibi —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas decembris, anno tertio. »

**2328** Orvieto, 26 novembre 1263.

Aurasicensem et Carpentoratensem episcopos praedictae collationis constituit executores. (Reg. 29, fol. 258 v°, n° 1377.)

« . . *Aurasicensi, et . . Carpentoratensi episcopis.* Ad faciendam dilecto —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas decembris, anno tertio. »

**2329** Orvieto, 30 octobre 1263.

Magistro Lamberto de Ghisnes, subdiacono et capellano apostolico, canonico Virdunensi, mandat ut in possessionem beneficii et canonicatus ecclesiae Ambianensis, vacantium per mortem magistri Odonis, quondam ipsius ecclesiae canonici, Godefridum presbyterum, rectorem ecclesiae de Villaribus in Boscagio, Ambianensis diocesis, inducant, amoto ab eis Guillelmo, canonico ecclesiae de Melloto, cui non sacerdoti existenti ab episcopo Ambianensi, tunc excommunicato, provisum fuerat. (Reg. 29, fol. 259, n° 1378.)

« *Magistro Lamberto de Ghisnes, subdiacono et capellano nostro, canonico Virdunensi.* Olim, sicut asseritur —. Datum apud Urbemveterem, iii kalendas novembris, anno tertio. »

**2330** Orvieto, 29 novembre 1263.

Episcopo Tudertino mandat ut nobili viro Leonardo, dicto *Fulcatino* de Trois, ab hostibus ecclesiae bonis suis destituto et exulare coacto, in necessariis ab uno vel pluribus monasteriis Spoletanae diocesis provideri faciat. (Reg. 29, fol. 259 v°, n° 1379.)

« *Episcopo Tudertino.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, iii kalendas decembris, anno tertio. »

**2331** Orvieto, 18 décembre 1263.

Episcopo Viterbiensi mandat ut Nicolao Viviani, scriptori apostolico, canonico ecclesiae s. Marci de Urbe, prioratum secularem ecclesiae s. Mariae de Bleda, ad ipsius episcopi collationem spectantem, assignet. (Reg. 29, fol. 259 v°, n° 1380.)

« *Episcopo Viterbiensi.* Meritis laudabilis conversationis —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

**2332** Orvieto, 17 novembre 1263.

Decano Parisiensi mandat ut omnes quascumque sententias prolatas occasione praepositurae Chablearum in ecclesia s. Martini Turonensis, Guillelmo thesaurario Senonensi collatae, relaxet. (Reg. 29, fol. 259 v°, n° 1381.)

« *Decano Parisiensi.* Ex parte dilecti filii Guillelmi, thesaurarii Senonensis, germani karissimi in Christo filii nostri . . illustris regis Navarre, comitis Campanie, fuit propositum coram nobis quod, vacante prepositura Chablearum in ecclesia sancti Martini Turonensis, . . decanus ipsius ecclesie, ad quem collatio ejusdem prepositure pertinere dinoscitur, preposituram ipsam dicto Guillelmo conferre curavit. Dilectus quoque filius Percivallus de Lavania, subdiaconus et capellanus noster, canonicus Baiocensis, executor una cum dilecto filio Johanne Pantaleonis, subdiacono et capellano nostro, archidiacono Cameracensi, in dicta ecclesia de personatu vel dignitate aut prepositura deputatus a nobis, cui dictus Johannes super hoc vices suas, prout asseritur, commiserat, dictam preposituram eidem archidiacono dicitur contulisse, ac in contradictores et rebelles et contravenientes excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias promulgasse. Quare dictus Guillelmus nobis humiliter supplicavit ut, cum exorta inter ipsum et eundem

archidiaconum super eadem prepositura contentio sit sopita, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, Guillelmi supplicationibus inclinati, hujusmodi et quascunque alias sententias latas in quoscunque generaliter vel specialiter per ipsum Percivallum et quoscunque alios, occasione predicte prepositure, duximus relaxandas. Quocirca discretioni tue mandamus quatinus sententias ipsas denunties per omnia loca in quibus expedire videris, et per alios denuntiari facias relaxatas et nichilominus dispenses cum illis qui hoc petierunt super irregularitate, si quam contraxerunt predictis ligati sententiis se divinis officiis immiscendo. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

**2333** Orvieto, 5 novembre 1263.

Episcopo Cathaniensi mandat ut Geraldo de Podio, Xanctonensis diocesis, commensali magistri Odonis Capocii, capellani apostolici, nullum adhue beneficium assecuto, de aliquo archipresbyteratu, cum cura vel sine cura, cujus proventus annuum valorem triginta librarum tur. non excedant, ad collationem archidiaconi Xanctonensis spectante, in eadem diocesi provideat. (Reg. 29, fol. 260, n° 1382.)

« *Episcopo Cathaniensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, nonis novembris, anno tertio. »

**2334** Orvieto, 1er décembre 1263.

Thesaurario ecclesiae s. Florini in Confluentia, Treverensis diocesis, mandat ut Conradum, clericum Maguntinum, quem ab episcopo Agennensi tunc Lidensi examinatum, jam decano et capitulo ecclesiae Maguntinae mandaverat reciperent in canonicum, in eadem ecclesia in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 260, n° 1383.)

« *Thesaurario ecclesie s. Florini in Confluentia, Treverensis diocesis.* Constitutus in presentia — Datum apud Urbemveterem, kalendis decembris, anno tertio. »

**2335** Orvieto, 15 décembre 1263.

Archidiacono Noviomensi mandat ut Radulphum de Roya, praepositum ecclesiae s. Quintini Melbodiensis, Cameracensis diocesis, obtentu abbatissae secularis ecclesiae ejusdem loci, in praedicta ecclesia s. Quintini in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 260 v°, n° 1384.)

« *Archidiacono Noviomensi.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, xviii kalendas januarii, anno tertio. »

**2336** Orvieto, 13 décembre 1263.

Archidiacono Pissiacensi in ecclesia Carnotensi mandat ut Stephanum de Braio, obtentu S., tituli s. Ceciliae presbyteri cardinalis, cujus familiaris existit, in ecclesia Rosnacensi, Cameracensis diocesis, in canonicum sub exspectatione praebendae, recipi faciat. (Reg. 29, fol. 260 v°, n° 1385.)

« *Archidiacono Pissiacensi in ecclesia Carnotensi.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, idus decembris, anno tertio. »

**2337** Orvieto, 8 novembre 1263.

Abbati monasterii s. Augustini Cantuariensis et priori s. Andreae Roffensis mandat ut Adae de Cantuaria de aliqua praebendarum minorum in ecclesia s. Pauli Londoniensis, ad collationem decani et capituli ejusdem ecclesiae spectantium, provideant. (Reg. 29, fol. 260 v°, n° 1386.)

« . . *abbati monasterii sancti Augustini Cantuariensis, et . . priori sancti Andree Roffensis.* Dilectus filius Adam de Cantuaria presbyter nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse, qui nullum est adhuc beneficium ecclesiasticum assecutus, in ecclesia sancti Pauli Londoniensis diu servivit fideliter et devote sintque in ea quedam prebende, *minores* appellate, que ad collationem . . decani et capituli ejusdem ecclesie pertinentes, in certis distributionibus cotidianis consistunt, nec eorum aliqua, secundum communem extimationem patrie, decem marcarum sterlingorum annuum valorem excedat, providere ipsi presbytero in eadem ecclesia de aliqua hujusmodi prebendarum misericorditer curaremus. Cum igitur eundem presbyterum per dilectum filium magistrum Gregorium de Neapoli, subdiaconum, capellanum nostrum, examinari fecerimus diligenter, et idem magister asserat eum in litteratura competenter ydoneum ad hujusmodi beneficium obtinendum, sibique alias honestatis et vite merita suffragari dicantur ac ipsum per hoc velimus prosequi gratiose, discretioni vestre mandamus quatenus, si dicti decanus et capitulum de mandato nostro non duxerunt alicui alii hactenus de consimili beneficio providendum, vos vel alter vestrum dicto presbytero, dummodo sit ydoneus, de aliqua dictarum prebenda-

rum et domo etiam consueta minoribus canonicis ejusdem ecclesie assignari, si vacant ibidem ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, per vos vel per alium seu alios providere curetis, facientes ipsum ad prebendam eandem, postquam de illa vacante sibi provisum fuerit in eadem ecclesia, juxta ipsius consuetudinem, recipi in canonicum et in fratrem. Non obstantibus. — Contradictores etc. usque compescendo. Proviso quod idem presbyter, prout requiret onus prebende de qua sibi duxeritis providendum, personaliter resideat in eadem. Alioquin hujusmodi gratia nullius penitus sit momenti. Datum apud Urbemveterem, vi idus novembris, anno tertio. »

**2338** Orvieto, 18 décembre 1263.

Magistro Odoni Capocio, archidiacono Cameracensi, capellano apostolico, praeposito de Restiniaco in ecclesia s. Martini Turonensis, indulget ut in eadem ecclesia residentiam facere personalem minime teneatur. (Reg. 29, fol. 261, n° 1387.)

« *Magistro Odoni Capocio, archidiacono Cameracensi, capellano nostro, preposito de Restiniaco in ecclesia s. Martini Turonensis.* Personam tuam precipua —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

**2339** Orvieto, 18 décembre 1263.

Percivallum, capellanum apostolicum, Eboracensis, et Mathaeum de Fimo, s. Martini de Capella in Bria, Parisiensis diocesis, ecclesiarum canonicos praedictae indulgentiae deputat conservatores. (Reg. 29, fol. 261, n° 1388.)

« *Percivallo, capellano nostro, Eboracensis, et Matheo de Fimo, s. Martini de Capella in Bria, Parisiensis diocesis, ecclesiarum canonicis.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

**2340** Orvieto, 20 décembre 1263.

Infrascriptis mandat ut monasterio s. Mariae Calinensis, ordinis s. Benedicti, Mathiam de Colomentis monialem monasterii s. Mariae in Capua, ordinis ejusdem, in procuratricem praeficiant. (Reg. 29, fol. 261, n° 1389, Potthast 18743.)

« . . *episcopo Caiaciensi, et dilecto filio . . priori Predicatorum Neapoli et . . guardiano fratrum Minorum in Capua.* Qui omnium ecclesiarum —. Datum apud Urbemveterem, xiii kalendas januarii, anno tertio. »

**2341** Orvieto, 13 décembre 1263.

O., s. Mariae in Via Lata diacono cardinali, indulget ut canonicatum et praebendam, quos in ecclesia Ferrariensi obtinet, personae idoneae conferre valeat. (Reg. fol. 29, 261 v°, n° 1390.)

« *O., s. Marie in Via Lata diacono cardinali.* Cum, sicut ex —. Datum apud Urbemveterem, idus decembris, anno tertio. »

**2342** Orvieto, 5 décembre 1263.

Episcopo Meldensi et decano Autissiodorensi mandat ut electionem prioris de Sordolio in abbatem ecclesiae s. Jacobi Pruvinensis, ordinis s. Augustini, Senonensis dioecesis, si expedire viderint, confirment. (Reg. 29, fol. 261 v°, n° 1391.)

« *Episcopo Meldensi et dilecto filio . . decano Autissiodorensi.* Olim ecclesia sancti Jacobi Pruvinensis, ordinis sancti Augustini, Senonensis diocesis, abbatis regimine destituta, contigit in ea electionem de . . priore de Sordolio, ejusdem ecclesie canonico, et postulationem de H., abbate de Cantumerula, dicti ordinis, Trecensis diocesis, in discordia celebrari. Orta igitur super hoc inter eundem electum, ex parte una, et eos qui in dictum abbatem consenserant, ex altera, materia questionis ac negotio hujusmodi ad sedem apostolicam legitime devoluto, primo coram bone memorie H., tituli sancte Sabine presbytero cardinale, et postmodum, eo viam universe carnis ingresso, coram venerabili fratre nostro . . Ostiensi episcopo, quos super hoc dedimus partibus auditores, diutius litigatum extitit, et tandem coram eodem episcopo in hujusmodi causa conclusum. Verum, quia de forma ipsius electionis per ea que acta fuerunt in judicio coram eisdem auditoribus, plene liquere non potest, nos, de circumspectione vestra plenam in Domino fiduciam obtinentes, discretioni vestre mandamus quatenus tam super hoc quam super eo quod dictus electus intolerabilem pati dicitur in visu et litteratura defectum, per vos vel per alios diligentius inquirentes, si formam eandem inveneritis fuisse canonicam ac dictum electum scientie sufficientis, nec defectum visus habere, predicta postulatione quam non admittimus, nequaquam ob-

stante, prefatam electionem de dicto priore celebratam, auctoritate nostra confirmare curetis, facientes ei a subditis suis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi. Alioquin, eadem electione rite cassata, de consilio et consensu dilectorum filiorum.. sancti Dionisii Remensis, et.. sancti Johannis de Vineis Suessionensis ecclesiarum, ejusdem ordinis, abbatum provideatis memorate ecclesie de pastore. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. »

**2343** Orvieto, 15 décembre 1263.

Archidiacono Trecensi mandat ut Nicolaum, dictum *Saugete*, in possessionem canonicatus et praebendae ecclesiae Lirinensis cujus extitit praepositus, mittat. (Reg. 29, fol. 262, n° 1392.)

« *Archidiacono Trecensi.* Dilectus filius noster A., tituli sancte Praxedis presbyter cardinalis, habens per nostras sub certa forma litteras facultatem providendi dilecto filio Nicolao, dicto *Saugete*, canonico ecclesie Lirinensis, cujus extitit prepositus et in qua spectat ad eum, ut dicitur, collatio prebendarum, ac providendi ei de prebenda, si qua tunc vacabat ibidem vel quamprimum ad id oportunitas se offerret, et faciendi eum recipi in ejusdem ecclesie canonicum et in fratrem necnon contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, canonicatum ejusdem ecclesie, cum plenitudine juris canonici, et prebendam, si qua nulli alii debita vacabat ibidem, sibi duxit auctoritate hujusmodi conferendos, providit ei de illis et dilectum filium magistrum Michaelem, sancte Romane ecclesie vicecancellarium, investivit, ipsius Nicolai nomine, per suum anulum de eisdem. Si vero tunc in ecclesia ipsa nulla prebenda vacabat, prebendam inibi proximo vacaturam, conferendam eidem donationi proprie reservavit, decernens irritum et inane si secus de hujusmodi prebenda contingeret attemptari, prout in litteris inde confectis et ipsius cardinalis sigillo munitis, plenius continetur. Nos igitur, quod per eundem cardinalem in hac parte pro dicto Nicolao factum est, ratum habentes et gratum, illud auctoritate apostolica confirmantes, discretioni tue mandamus quatenus, per te vel per alium seu alios, dictum Nicolaum inducas in possessionem dicti canonicatus et prebende, si qua nulli alii debita ibidem vacat ad presens, alioquin de alia, quam primo vacare ibidem contigerit, provideas eidem, inducens eum in ipsius possessionem et defendens inductum. Non obstante —. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, xviii kalendas januarii, anno tertio. »

**2344** Orvieto, 17 décembre 1263.

Magistro Odoni Capocio, capellano apostolico, archidiacono Cameracensi, praepositurarn de Restiniaco in ecclesia s. Martini Turonensis, vacantem per liberam resignationem Guillelmi, canonici Senonensis, germani regis Navarrae, confert. (Reg. 29, fol. 262, n° 1393.)

« *Magistro Odoni Capocio, capellano nostro, archidiacono Cameracensi.* Olim tui nobilitate —. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas januarii, anno tertio. »

**2345** Orvieto, 17 décembre 1263.

Percivallum, capellanum apostolicum, Eboracensis, et Mathaeum de Fimo, s. Martini de Capella in Bria, Parisiensis diocesis, ecclesiarum canonicos praedictae collationis deputat executores. (Reg. 29, fol. 262 v°, n° 1394.)

« *Percivallo, capellano nostro, Eboracensis, et Matheo de Fimo, s. Martini in Capella in Bria, Parisiensis diocesis, ecclesiarum canonicis.* Olim nobilitate generis —. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas januarii, anno tertio. »

**2346** Orvieto, 12 décembre 1263.

Obtentu regis Castellae, episcopo Conchensi indulget ut duos ex suis ipsius clericis in canonicos et in fratres in ecclesia Conchensi recipi faciat. (Reg. 29, fol. 263, n° 1395.)

« . . *episcopo Conchensi.* Apostolicam gratiam carissimus —. Datum apud Urbemveterem, ii idus decembris, anno tertio. »

**2347** Orvieto, 18 décembre 1263.

Archidiacono Tripolitano mandat ut Jacobum de Sollicho, clericum Genetensis ecclesiae, ab hostibus ecclesiae multa damna perpessum et apostolicae sedi a Bonifatio de Canusio, marescalco apostolico, commendatum, in plebe de Assulo, Tervisinae diocesis, in canonicum et in fratrem recipi faciat. (Reg. 29, fol. 263, n° 1396.)

« . . *archidiacono Tripolitano.* Circa dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

**2348** Orvieto, 22 novembre 1263.

Magistro scolarum et Gaufrido de Barreto, canonico Xanctonensibus, mandat ut Petrum Fulcherii, rectorem ecclesiae de Vinoliis, Xanctonensis diocesis, praedictam ecclesiam resignare paratum, obtentu G., tituli s. Marci presbyteri, et R., s. Angeli diaconi cardinalium, in ecclesia Engolismensi in canonicum recipi faciat, juxta litterarum seriem jam decano et capitulo Engolismensibus missarum. (Reg. 29, fol. 263 v°, n° 1397.)

« . . *magistro scolarum et Gaufrido de Barreto, canonico Xanctonensibus.* Meritis laudabilis conversationis —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas decembris, anno tertio. »

**2349** Orvieto, 12 décembre 1263.

Alfonso Vitalis, canonico Salamantino, capellano episcopi Praenestini, decanatum ecclesiae Abulensis, vacantem per mortem Gometii Petri, ipsi ab episcopo Praenestino collatum, confirmat. (Reg. 29, fol. 264, n° 1398.) [1]

« *Alfonso Vitalis, canonico Salamantino, capellano venerabilis fratris nostri episcopi Prenestini, decano Abulensi.* Laudabilia devotionis tue —. Datum apud Urbemveterem, II idus decembris, anno tertio. »

**2350** Orvieto, 12 décembre 1263.

Petrum Johannis et Sancium, canonicos ecclesiae Salamantinae, predictae ordinationis executores deputat. (Reg. 29, fol. 264 v°, n° 1399.)

« *Petro Johannis et Sancio, canonicis ecclesie Salamantine.* Laudabilia devotionis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, II idus decembris, anno tertio. »

**2351** Orvieto, 19 décembre 1263.

Guillelmo, thesaurario Senonensi, germano regis Navarrae, praeposituram ecclesiae Liriacensis, libera resignatione Ancheri, tituli s. Praxedis presbyteri cardinalis, recepta, confert, et de ea magistrum Petrum Bonvirni, capellanum apostolicum, nomine praedicti Guillelmi, per annulum investit. (Reg. 29, fol. 264 v°, n° 1400.)

« *Guillelmo, thesaurario Senonensi, germano carissimi in Christo filii nostri regis Navarre illustris.* Clarens ingenui prosapia —. Datum apud Urbemveterem, XIIII kalendas januarii, anno tertio. »

**2352** Orvieto, 20 décembre 1263.

Decano Parisiensi executionem praedictae committit collationis. (Reg. 29, fol. 265, n° 1401.)

« *Decano Parisiensi.* Clarens ingenui prosapia —. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas januarii, anno tertio. »

**2353** Orvieto, 18 décembre 1263.

Electo Argentinensi mandat ut Hugonem, pauperem clericum Argentinensem, nullum obtinentem beneficium ecclesiasticum, « si sit ydoneus scientia et moribus et etate ac de legitimo matrimonio procreatus, in ecclesia s. Petri Argentinensis, dummodo ad id capituli ejusdem ecclesie assensus accedat, » recipi faciat in canonicum et in fratrem. (Reg. 29, fol. 265, n° 1402.)

« *Electo Argentinensi.* Apostolice pietatis provideri —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

**2354** Orvieto, 11 décembre 1263.

Obtentu magistri Petri Bonaedici, cancellarii Turonensis, capellani apostolici, Mathaeo, canonico s. Martini de Troc nepoti praedicti Petri, canonicatum et praebendam in ecclesia s. Martini Turonensis confert. (Reg. 29, fol. 265 v°, n° 1403.)

« *Matheo, canonico ecclesie s. Martini de Troc, Cenomanensis diocesis.* Paterne affectum benivolentie —. Datum apud Urbemveterem, III idus decembris, anno tertio. »

**2355** Orvieto, 13 décembre 1263.

Archidiacono Castri-Lidi praedictae committit executionem collationis. (Reg. 29, fol. 265 v°, n°. 1404.)

1. Cette bulle contient *in-extenso* la lettre d'Etienne, évêque de Palestrina.

« *Archidiacono Castri-Lidi in ecclesia Cenomanensi.* Paterne affectum benivolentie —. Datum apud Urbemveterem, idus decembris, anno tertio. »

**2356** Orvieto, 27 novembre 1263.

De capellano instituendo in capella hospitalis Villae Augi, Rothomagensis diocesis, a clericis ejusdem villae. (Reg. 29, fol. 266, nº 1405.)

« *Archiepiscopo Rothomagensi.* Ex parte dilectorum clericorum Ville Augi, tue diocesis, fuit propositum coram nobis quod ipsi, ad augmentum cultus divini nominis aspirantes, certos de bonis propriis emerunt redditus et ordinarunt tribus diebus in septimana, uno videlicet in sancti Spiritus, alio quoque in beate Marie Virginis honore, ac reliquo pro animabus fidelium defunctorum facere missarum sollempnia celebrari. Sed ipsi aliquem locum certum non habent in quo eadem sollempnia celebrentur. Quare memorati clerici a nobis suppliciter postulabant ut eis faciendi celebrari predicta sollempnia in capella hospitalis prefate ville, cui parati sunt, ad sustentationem capellani, pro celebrandis eisdem sollempniis instituendi, prelibatos redditus, quos ad sustentationem hujusmodi sufficere asserunt, assignare, licentiam concedere, dictumque capellanum propter hoc in eadem capella institui facere dignaremur. Volentes igitur in hac parte tibi deferre, qui loci diocesanus existis, fraternitati tue mandamus quatinus, si premissis veritas suffragatur et expedire videris, ac ad id dilectorum filiorum .. rectoris, et fratrum hospitalis predicti accedat assensus, memoratis clericis, quod offerunt adimplentibus, licentiam tribuas postulatam, ibidemque prefatum capellanum instituas, absque juris prejudicio alieni. Datum apud Urbemveterem, v kalendas decembris, anno tertio. »

**2357** Orvieto, 13 décembre 1263.

Decano Turonensi mandat ut Guillelmo de Moreto, canonico ecclesiae s. Mauritii Carnotensis, de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 266, nº 1406.)

« *Decano Turonensi.* Dilectus filius Guillelmus de Moreto, presbiter canonicus ecclesie s. Mauritii Carnotensis, nobis significare curavit quod, licet ipse in eadem ecclesia, auctoritate litterarum felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, canonice receptus sit in canonicum et in fratrem, nondum tamen est in eadem prebendam aliquam assecutus. Cum igitur indignum existat ut idem G. inane canonici nomen gerat, discretioni tue mandamus quatenus, si est ita, eidem Guillelmo, parato, ut asserit, in eadem ecclesia residentiam facere consuetam, de prebenda sibi de jure debita, si qua in ecclesia ipsa vacat ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, auctoritate nostra per te vel per alium providere procures. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, idus decembris anno tertio. »

**2358** Orvieto, 13 décembre 1263.

Episcopo Florentino mandat ut proventus beneficiorum P., praepositi Florentini, qui ob devotionem Romanae ecclesiae poenas exilii experiri coactus est, colligi faciat eidemque praeposito assignet. (Reg. 29, fol. 266, nº 1407.)

« *Episcopo Florentino.* Circa dilectum filium P., prepositum Florentinum, capellanum nostrum, pro eo gerimus compassionis affectum quia, pro devotione quam ad Romanam gerit ecclesiam, penas exilii, cum omnibus de domo et consanguinitate sua, coactus est a triennio preterito experiri. Hinc est quod nos, de provisione condigna sibi subvenire volentes, fraternitati tue per apostolica scripta in virtute obedientie firmiter precipiendo mandamus quatenus omnes proventus, redditus et obventiones prepos72iture Florentine ac prioratus secularis ecclesie s. Apollinaris Florentini, et plebis de Fighino, Fesulane diocesis, quos se canonice proponit adeptum et ex dispensatione apostolica obtinere, ac etiam proventus prebendarum suarum ecclesiarum hujusmodi, distributionibus cotidianis exceptis, per te vel per alium colligas fideliter seu colligi facias et, reservata de ipsis congrua pensione ministris ydoneis qui, loco sui, deserviunt in eisdem, dicto preposito vel procuratori suo, ejus nomine, tam diu annuatim cum integritate studeas assignare, donec ipse ad civitatem Florentie redire secure valeat et in ipsa morari; detentores quoque dignitatum vel personatuum et prebendarum hujusmodi ab eis prorsus amoveas et dicto preposito de universis illorum proventibus seu fructibus ac etiam quibuscumque bonis exinde perceptis per triennium memoratum satisfactionem plenariam facias exhiberi. Contradictores —. Invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Datum apud Urbemveterem, idus decembris, anno tertio. »

**2359** Orvieto, 18 décembre 1263.

Decanum et capitulum ecclesiae s. Gaugerici Cameracensis laudibus commendat quod ad praebendam in ipsorum ecclesia tertio loco vacantem spectantemque ad ipsorum collationem, personas litteratas, providas et honestas assumere consueverint, eisque mandat ut, obtentu s. Praxedis et s. Marci titulorum presbiterorum cardinalium, magistrum Johannem dictum *Decanum*, rectorem ecclesiae s. Mariae Magdalenae Atrebatensis, clericum abbatis s. Vedasti Atrebatensis, in canonicum et in fratrem recipiant. (Reg. 29, fol. 266, n° 1408.)

« *Dilectis filiis decano et capitulo ecclesie s. Gaugerici Cameracensis.* Apostolice sedis benignitas —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

**2360** Orvieto, 9 novembre 1263.

Capitulum Legionense condemnat ad ministrandum Petro Dominici, archidiacono Legionensi, fructus praebendae quam in Legionensi ecclesia possidet, sententia pro eodem Petro Dominici a G., tituli s. Marci presbytero cardinali, prolata, confirmata. (Reg. 29, fol. 266 v°, n° 1409.)

« *Petro Dominici, archidiacono Legionensi, capellano dilecti filii nostri J., sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis.* Ea que judicio etc. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod, cum nos dilecto filio .. thesaurario Zamorensis ecclesie, dedissemus olim sub certa forma per nostras litteras in mandatis ut tibi faceret integre ministrari proventus prebende tue Legionensis, quandiu insisteres obsequiis dilecti filii nostri J., sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, tamquam ejus domesticus et commensalis capellanus, prout percipiunt scolares canonici qui, de suorum prelatorum et capitulorum licentia, immorantur studio litterarum, ac dictus thesaurarius capitulum Legionensis ecclesie monuisset ut tibi proventus hujusmodi ex tunc ad certum tempus, juxta dictarum litterarum continentiam, integre ministrarent, in eos si secus efficerent, interdicti sententia promulgata, demum, quia ipsum capitulum, sufficienti conficto gravamine, ab eo ad sedem apostolicam appellavit, idem thesaurarius, appellationi hujusmodi deferens reverenter, utrique parti certum prefixit terminum peremptorium competentem quo ad prosequendum causam hujusmodi coram nobis comparere curarent. Cumque, adveniente hujusmodi termino, nos tibi et procuratori adverse partis apud sedem apostolicam constitutis dilectum filium nostrum G., tituli sancti Marci presbiterum cardinalem, auditorem in causa dedissemus eadem, sibi viva voce mandantes ut eam de plano et sine judicii stepitu terminaret, idem cardinalis, ipsius procuratoris inspecto mandato, post litem per eundem procuratorem super tuo libello legitime contestatam, hiis que utraque pars proponere voluit, diligenter auditis et plena deliberatione discussis, nec non super eis nobis et fratribus nostris facta relatione fideli, ac etiam a nobis licentia sententiandi obtenta, de nostro speciali et expresso mandato, ac te et dicto procuratore presentibus, proventus quos canonici supradicte Legionensis ecclesie, de suorum episcopi et capituli licentia litterarum, studio immorantes, percipiunt, quocunque nomine censeantur, denariis tamen canonicis venientibus ad horas in ecclesia memorata cotidie distribui ratione hujusmodi consuetis, etiam si predicti scolares eos perciperent, cum non sit nostre aut ipsius cardinalis intentionis quod tu ipsos percipias, dumtaxat exceptis, tibi, non obstantibus appellatione seu appellationibus ipsius capituli coram dicto thesaurario interpositis, sententialiter adjudicavit, et dictum capitulum ad restituendum et ministrandum hujusmodi adjudicatos proventus tibi integraliter a tempore quo dictus thesaurarius illos tibi ministrari mandavit, et deinceps, secundum quod in prefatis nostris litteris continetur, per hujusmodi suam sententiam condempnavit, salva tibi expensarum questione in hujusmodi causa factarum, quantum de jure salva esse debet, prout in publico instrumento confecto exinde ac sigillo prefati cardinalis munito, plenius continetur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, hujusmodi sententiam et condempnationem per dictum cardinalem super premissis editas, non obstante appellatione quam dictus procurator propter hoc ab eo ad audientiam nostram emisisse asseritur, cum nos appellationem ipsam reputamus frivolam, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari qui talis est :

« In nomine Domini amen. Presidente rationis imperio —. Sane, cum sanctissimus pater dominus Urbanus papa IIII thesaurario Zamorensi suis dederit litteris in mandatis ut Petro Dominici, archidiacono Legionensi, capellano venerabilis in Christo patris domini Jacobi, sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, faceret integre ministrari proventus prebende sue Legionensis, quandiu insisteret obsequiis predicti domini cardinalis, tanquam ejus domesticus et commensalis capellanus, prout eos percipiunt scolares qui de suorum

prelatorum et capitulorum licentia immorantur studio litterarum, et supradictus thesaurarius capitulum Legionense monuerit per suas litteras ut a die receptionis ipsarum usque ad festum Omnium Sanctorum tunc proximo venturum, predicto archidiacono proventus eosdem integre ministrarent, alioquin ex tunc interdixit eisdem ingressum ecclesie, processurus ad majorem penam si in hoc inventi fuissent contumaces, idem capitulum, predicti executoris monitis parere recusans, per Ariam Petri, canonicum ipsius ecclesie, ad hoc procuratorem ab eodem capitulo deputatum, coram predicto executore quasdam exceptiones proposuit quare ad hoc, ut dicebat, dictum capitulum compelli aliquatenus non poterat nec etiam tenebatur. Quibus exceptionibus de peritorum consilio, ut ex processu executoris ejusdem patuit, per eundem frivolis reputatis, predictus procurator, nomine ipsius capituli, sedem apostolicam appellavit, cui appellationi idem executor ob reverentiam sedis apostolice deferens, partibus prefixit terminum, videlicet kalendas martii proximo preteritas, quo cum processu, quem eisdem partibus loco apostolorum concessit, scriptum per duos scriptores juratos et sigillo proprio sigillatum, per procuratores sufficienter instructos se conspectui apostolico presentarent. Quo termino adveniente, predictus dominus papa nos Guillelmum, miseratione divina tituli sancti Marci presbiterum cardinalem, dedit eisdem partibus auditorem, nobis vive vocis oraculo injungens ut eandem causam deberemus de plano et sine strepitu judicii terminare. Unde predicto archidiacono pro se, ex parte una, et Pelagio Pelagii, portionario Legionensis ecclesie, procuratore dicti capituli, pro eodem capitulo, ex altera, comparentibus in judicio coram nobis, procurator predictus ipsius capituli procuratorium exhibuit sub hac forma :

« Noverint universi presentes litteras inspecturi, « quod nos, capitulum Legionense, in causa seu in « causis que vertuntur vel verti sperantur inter nos, « ex una parte, et Petrum Dominici, archidiaconum « de Tria castella, ex altera, super proventibus pre« bende quam in nostra ecclesia obtinet, quos petit « sibi in Romana curia ministrari, dum obsequiis « J., sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis, « institerit tanquam ejus domesticus commensalis, « constituimus et ordinamus Pelagium Pelagii, so« cium nostrum, latorem presentium, procuratorem « nostrum ad agendum, respondendum, defenden« dum, excipiendum, replicandum et specialiter ad « prosequendum appellationem vel appellationes con« tra predictum P. Dominici archidiaconum, nomine « nostro, interpositam vel interpositas ad sedem apos« tolicam a thesaurario Zamorensi, et ad prestandum « in animas nostras juramentum de calumpnia et de « veritate dicenda et cujuslibet alterius generis sa« cramentum, et ad omnia alia que circa predicta et « quodlibet predictorum legitimus posset facere pro« curator, et ad omnia etiam in quibus mandatum re« quiritur speciale, nec non ad objicienda crimina et « defectus contra archidiaconum supradictum, et ad « impetrandum et contradicendum litteras simplices « vel legendas. Damus etiam Pelagio Pelagii plena« riam potestatem constituendi vel substituendi sibi « procuratorem vel procuratores alios super predictis « omnibus et singulis predictorum nec non revocandi « eosdem, quandocunque et quotienscunque viderit « expedire, ratum quicquid per predictum Pelagium « Pelagii, constitutum vel constitutos, substitutum, « vel substitutos ab eo, nomine nostro, super premis« sis et quolibet premissorum gestum sive actum fue« rit, habituri. Et in testimonium omnium predictorum « presentem procurationis cartam sigilli nostri feci« mus munimine roborari. Datum Legione idus ja« nuarii, anno Domini M°CC°LXII. »

Post hec vero predictus archidiaconus libellum suum obtulit sub hac forma :

« Coram vobis, reverendo patre domino Guillelmo, « tituli sancti Marci presbitero cardinali, partibus « auditore concesso, proponit Petrus Dominici, ar« chidiaconus Legionensis, quod, cum thesaurarius « Zamorensis, executor suus, auctoritate litterarum « domini Urbani pape IIII, capitulum Legionense per « suas litteras monuerit ut a die receptionis ipsarum « usque ad kalendas novembris proximo preteritas, « quamdiu idem archidiaconus apud sedem apostoli« cam venerabilis patris domini J., sancte Marie in « Cosmidin diaconi cardinalis, obsequiis insisteret, « proventus prebende quam in ecclesia Legionensi « obtinet, eidem archidiacono vel procuratori suo, « ejus nomine, prout percipiunt de suorum prelato« rum vel capitulorum licentia immorantes studio lit« terarum, juxta mandatum apostolicum, sine diffi« cultate qualibet integre ministrarent. Alioquin ex « tunc eis ingressum ecclesie interdixit, ad majorem « penam nichilominus processurus, si in hoc inventi « essent contumaces. Post hec Arias Petri, dicens se « procuratorem ipsius capituli, ex quibusdam frivolis « causis confingens ipsum capitulum aggravari, ad se« dem apostolicam appellavit. Verum, quia thesaura« rius volens deliberare utrum dicte appellationi

« deferret, in crastinum Omnium Sanctorum ad com-« parendum coram ipso super hoc eidem procuratori « terminum assignavit; qua die adveniente, eodem « procuratore presente, idem thesaurarius pronun-« tiavit exceptiones in hujusmodi appellatione conten-« tas fore frivolas et inanes, a qua pronuntiatione « idem procurator sedem apostolicam appellavit. « Quare petit idem archidiaconus, non obstante ap-« pellatione seu appellationibus supradictis, per vos, « reverende pater et domine, pronuntiari bene pro-« cessum fore per dictum executorem, et male appel-« latum pro parte capituli supradicti, et eosdem com-« pelli ad restitutionem fructuum predictorum sibi « integraliter faciendam a tempore mandati executoris « predicti in posterum, secundum quod in littera apos-« tolica continetur. Petit etiam expensas factas, et « protestatur de faciendis quas suo loco et tempore « declarabit, salvo jure etc. »

« Lite igitur inter easdem partes coram nobis legitime contestata, et prestito de calumpnia et de veritate dicenda ab eisdem partibus juramento, factis positionibus hinc inde, et subsecutis responsionibus ad easdem, datisque articulis, auditis etiam sufficienter que partes hinc inde proponere voluerunt, et plena deliberatione discussis, facta quoque postmodum super ipsis domino nostro pape et fratribus relatione fideliter et etiam diligenter, ac obtenta ab eodem domino nostro papa sententiandi licentia, sub certa forma interposita, de ipsius domini pape speciali et expresso mandato, proventus quos canonici ecclesie Legionensis de suorum episcopi et capituli licentia, litterarum studio immorantes percipiunt, quocunque nomine censeantur, denariis canonicis venientibus ad horas in eadem ecclesia cotidie distribui, ratione hujusmodi, consuetis, etiam si predicti scolares eos perciperent, cum domini nostri pape nec nostre intentionis intersit quod eos archidiaconus percipiat antedictus, dumtaxat exceptis, prefato archidiacono, non obstantibus appellatione seu appellationibus supradictis, ex parte supradicti capituli interjectis, sententialiter adjudicamus, et predictum capitulum ad restituendum et ad ministrandum proventus hujusmodi, adjudicatos eidem archidiacono, integraliter a tempore mandati executoris predicti in posterum, secundum quod in predictis litteris apostolicis continetur, per eandem nostram sententiam condempnamus, salva dicto archidiacono questione expensarum in hujusmodi causa factarum, quantum de jure debet esse salva. In hujus itaque rei evidentiam pleniorem, presentem sententiam per infrascriptum nostrum notarium scribi et publicari fecimus nostrique sigilli appensione muniri. Lata et pronuntiata apud Urbemveterem sub anno Domini M°CC° sexagesimo tertio, indictione vii, mense septembri, die vi$^{a}$ exeuntis, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, presentibus hiis testibus videlicet venerabilibus viris magistro Petro dicto *Veteri*, decano Pictavensi, magistro Matheo de Salerno domini pape capellanis, Matheo de Narnia, magistro Johanne de Marchona, Thomasino Spada, Jacobo de Narnia procuratoribus in Romana curia, et Waltero de Bractone, clerico Exoniensis diocesis, vocatis et rogatis. Et ego Willelmus Nicolai, auctoritate sancte Romane ecclesie notarius ac prefati domini cardinalis scriba, pronuntiationi supradicte sententie et aliorum predictorum presens fui, et, ut supra legitur, de mandato prefati domini cardinalis scripsi et in publicam formam redegi meoque signo signavi. »

« Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, v idus novembris, anno tertio. »

**2361** Orvieto, 10 novembre 1263.

Archipresbytero de Rupella, Xanctonensis diocesis, praefatae condemnationis executionem committit. (Reg. 29, fol. 268, n° 1410.)

« *Archipresbitero de Rupella, Xanctonensis diocesis.* Exhibita nobis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, iiii idus novembris, anno tertio. »

**2362** Orvieto, 9 décembre 1263.

Obtentu episcopi Ostiensis, Raimondo Alberti, canonico Massiliensi, indulget ut, quamdiu ejusdem episcopi obsequiis tanquam domesticus commensalis institerit, possit omnes proventus ecclesiasticos, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, percipere cum ea integritate ac si personaliter in beneficiis suis resideret. (Reg. 29, fol. 268, n° 1411.)

« *Raimondo Alberti*[1], *canonico Massiliensi, capellano venerabilis fratris nostri . . episcopi Ostiensis.* Probitatis et scientie —. Datum apud Urbemveterem, v idus decembris, anno tertio. »

1. Cette lecture est ici douteuse, mais elle ne l'est pas au n° 2389.

**2363** Orvieto, 18 décembre 1263.

Decano et capitulo Leodiensibus indulget ut in manifestos occupatores bonorum Leodiensis ecclesiae excommunicationis sententiam promulgare valeant. (Reg. 29, fol. 268, n° 1412.)

« *Decano et capitulo Leodiensibus.* Desideriis vestris super —. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod nonnulli clerici et laici partium vestrarum, qui gloriantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis, bona ipsius ecclesie occupare, invadere ac detinere et nichilominus alias vobis dampna gravia irrogare presumunt, in vestrum et predicte ecclesie prejudicium et gravamen. Quare nobis humiliter supplicastis ut providere vobis et eidem ecclesie super hoc paterna sollicitudine curaremus. Cum itaque res pia et dignissima videatur ut nos, qui olim, in minori officio constituti, archidiaconatus officium in ecclesia prefata gessimus, sibi, adversitatum repulso turbine, augmenta honoris et commodi procuremus, vestris supplicationibus inclinati, ut in manifestos occupatores bonorum predicte ecclesie et notorios malefactores vestros, nisi a vobis canonice moniti, occupata hujusmodi vobis restituerint et de dampnis illatis vobis satisfecerint congruenter, infra competentem terminum, quem eis peremptorie duxeritis prefigendum, possitis excommunicationis et suspensionis sententias promulgare ac eas usque ad satisfactionem condignam auctoritate nostra facere, appellatione remota, inviolabiliter observari vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

**2364** Orvieto, 28 octobre 1263.

Egidium Martini, clericum Ulixbonensem, in canonicum ejusdem ecclesiae recipiendum esse decernit, sententia pro eo a J., sanctorum Cosmae et Damiani diacono cardinali, edita, auctoritate apostolica confirmata. (Reg. 29, fol. 268 v°, n° 1413.)

« *Egidio Martini, clerico Ulixbonensi.* Cum a nobis —. Exposuisti siquidem nobis quod, cum nos venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Bracharensi, sub certa forma nostris dedissemus litteris in mandatis ut te in aliqua ecclesiarum cathedralium regni Portugalie, per se vel per alium, recipi faciens in canonicum et in fratrem, tibi de prebenda si qua tunc vacaret ibidem vel quamprimum ad id se offerret oportunitas, provideret, contradictores etc., usque compescendo, et quondam Martinus Symeonis, rector ecclesie sancti Michaelis de Reverdola, cui dictus archiepiscopus super hoc commiserat vices suas, eligens ac volens te in fratrem, et canonicum recipi et tibi provideri de prebenda, juxta mandatum apostolicum, in Ulixbonensi ecclesia que in eodem regno consistit, coram ipsius Ulixbonensis ecclesie capitulo easdem apostolicas et facte sibi commissionis litteras ab archiepiscopo predicto, legisset, tandem hujusmodi negotio per appellationem dicti capituli ad sedem apostolicam legitime devoluto, nos in eo dilectum filium nostrum J., sanctorum Cosme et Damiani diaconum cardinalem, concessimus partibus auditorem. Idem vero cardinalis, viso instrumento appellationis ejusdem, ac de appellatione ipsa legitime cognito, primo, exigente justitia, negotium ipsum ad sedem eandem esse devolutum legitime, ac deinde visis et intellectis juribus et rationibus tuis, te presente, ac nemine comparente pro venerabili fratre nostro episcopo et ipso capitulo Ulixbonensibus, quanquam in audientia publica pluries peremptorie citati fuerint et, post prefixos eis terminos, diutius exspectati, sententiando pronuntiavit te fore recipiendum in prefata Ulixbonensi ecclesia in canonicum et in fratrem, ac tibi providendum decrevit de prebenda, siqua vacat ad presens in ea vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, secundum litterarum continentiam earundem, prout in instrumento publico confecto exinde, ipsius cardinalis sigillato sigillo plenius continetur. Nos igitur, tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinali super hoc factum est, ratum habentes et firmum, illud auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem instrumenti ejusdem presentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est :

« In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Olim sanctissimus pater et dominus, dominus U[rbanus], divina providentia papa IIII, venerabili patri .. archiepiscopo Bracharensi, suis sub certa forma dedit litteris in mandatis ut Egidium Martini, clericum Ulixbonensem, per se vel per alium in aliqua ecclesiarum cathedralium regni Portugalie recipi faceret in canonicum et in fratrem, eique de prebenda, si tunc vacaret ibidem vel quamcito ad id se offerret oportunitas, provideret. Sed, eodem archiepiscopo Martino Symeonis, rectori ecclesie sancti Michaelis de Reverdola, vices suas in hoc negotio committente, idem rector, ad Ulixbonensem ecclesiam, in dicto regno Portugalie existentem, personaliter accedens ac volens et eligens eidem E. in ipsa ecclesia, auctoritate apostolica,

providere, ac provisionem hujusmodi dicto E. faciendam, ad dictam ecclesiam Ulixbonensem restringens, predictas apostolicas et commissionis sibi facte litteras ab archiepiscopo supradicto, in capitulo predicte Ulixbonensis ecclesie publice legi fecit, propter quod fuit pro parte dicti capituli ad sedem apostolicam appellatum. Cujus appellationis negotium sive causam et etiam principale nobis J., miseratione divina sanctorum Cosme et Damiani diacono cardinali, predictus dominus noster summus pontifex commisit fine debito terminandum. Dicto autem E. postmodum a nobis in dicto procedi negotio cum instantia postulante, nos venerabilem patrem episcopum et prefatum capitulum Ulixbonenses et omnes qui se vellent dicto E. in hujusmodi provisione opponere, primo, secundo, tertio et peremptorie, prout moris est, in audientia publica citari fecimus ut coram nobis per se vel procuratores ydoneos se presentare deberent in dicto negotio, prout justitia exigeret, processuri. Sed quia ipsis, in assignatis sibi terminis et post terminos, expectatis diutius, nullus habens mandatum sufficiens ad agendum et defendendum coram nobis comparuit pro eisdem, nos, viso instrumento appellationis predicte, ac de appellatione ipsa legitime cognito, exigente justitia, pronuntiavimus negotium ipsum ad sedem apostolicam legitime devolutum. Recepta igitur postmodum petitione sive libello ipsius E., cujus tenor talis est :

« Coram vobis, venerabili patre domino J., sancto« rum Cosme et Damini diacono cardinali, partibus a « domino papa auditore concesso, proponit Egidius « Martini, clericus Ulixbonensis, contra . . episcopum, « et capitulum Ulixbonenses, dicens quod sanctissi« mus pater dominus Urbanus papa IIII venerabili « patri . . archiepiscopo Bracharensi, suis dedit litte« ris in mandatis ut, per se vel per alium, in aliqua « ecclesiarum cathedralium regni Portugalie predic« tum Egidium recipi faceret in canonicum et in fra« trem, eique de prebenda, si tunc vacabat ibidem vel « quamcito vacare contingeret, in dicta ecclesia dictus « archiepiscopus providere deberet, prout in litteris « papalibus, super hoc confectis, plenius contine« tur. Cumque dictus archiepiscopus Martino Symeo« nis, rectori ecclesie sancti Michaelis de Reverdola, « committeret vices suas ut ad executionem mandati « apostolici procederet, predictus rector, personaliter « ad ecclesiam Ulixbonensem, que in predicto regno « existebat, accedens, ac volens et eligens eidem E. « in ipsa ecclesia, auctoritate apostolica providere, ac « provisionem hujusmodi dicto E. faciendam ad dic« tam ecclesiam Ulixbonensem restringens, predictas « papales et commissionis sibi a dicto archiepiscopo « facte litteras in capitulo ecclesie memorate publice « legi fecit, propter quod pro parte dicti capituli fuit « ad sedem apostolicam appellatum, et predictum « Egidium recipere non curarunt, nichil rationabile « proponentes quare id fieri non deberet. Quare petit « predictus Egidius prefatos episcopum et capitulum « sententialiter condempnari quod eundem E. reci« piant in canonicum et in fratrem, et ipsum sicut « unum ex aliis canonicis dicte ecclesie fraterna et so« ciali caritate pertractent, et sententiando decernatis « eidem E. providendum de prebenda, si qua in pre« dicta ecclesia vacat ad presens vel quamcito ad id « obtulerit se facultas, juxta tenorem mandati aposto« lici super provisione hujusmodi directi ad archiepis« copum supradictum. Petit etiam prenominatos epis« copum et capitulum condempnari sibi in expensis « factis et faciendis, quas in processu judicii decla« rabit. »

« visisque ac intellectis juribus et rationibus suis, conclusoque per eundem E. in causa, ac citatis prefatis episcopo et capitulo ac eorundem procuratoribus, si qui essent in Romana curia pro eisdem, in audientia publica ad sententiam audiendam, quia nec ipsi nec procurator pro ipsis aliquis, in assignato termino et post terminum expectati diutius, comparuerunt coram nobis, nos, ipsorum absentia Dei repleta presentia, sententiando pronuntiamus fore dictum E. recipiendum in dicta ecclesia Ulixbonensi in canonicum et in fratrem, et de prebenda, si qua vacat ibidem ad presens, alioquin quamcito ad id se facultas obtulerit, dicto E. decernimus providendum, secundum tenorem mandati apostolici super provisione hujusmodi directi ad archiepiscopum supradictum, capitulum ipsum nichilominus in expensis legitimis eidem E. condempnando, quarum taxationem nobis in posterum reservamus. Lata et recitata fuit hec sententia apud Urbemveterem, in capella predicti domini cardinalis, anno Domini M°CC°LXIII° indictione VII, mense novembri VIII die, pontificatus domini Urbani pape IIII anno tertio, presentibus hiis testibus ad hoc vocatis et rogatis, magistris Martino Vincentii, decano Zamorensi, Johanne de Rocca, Benedicto de Murmano Bartholomeo de Thurano, Angelo Romano et Egidio, rectore ecclesie sancti Petri in Semita Lala Aurelianensi, capellanis predicti domini cardinalis, ac magistro Petro Yspano, decano Ulixbonensi, et quampluribus aliis. Ad majorem autem hujus rei evidentiam et cautelam, idem dominus cardinalis huic publico instrumento suum fecit sigillum apponi. Et ego, Gre-

gorius de Piperno, sancte Romane ecclesie scriniarius, predictis interfui, et ea omnia de mandato predicti domini cardinalis scripsi, complevi et signavi rogatus. »

« Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, v kalendas novembris anno tertio. »

**2365** Orvieto, 28 novembre 1263.

Abbati monasterii de Alocbatia mandat ut praefatam sententiam exequatur, Egidium Martini in ecclesia Ulixbonensi in canonicum recipi faciendo. (Reg. 29, fol. 269, n° 1414.)

« *Abbati monasterii de Alocbatia, Cisterciensis ordinis, Ulixbonensis diocesis.* Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, iiii kalendas decembris, anno tertio. »

**2366** Orvieto, 24 novembre 1263.

Abbati monasterii s. Amondi, ordinis s. Augustini, Petragoricensis dioecesis, concedit facultatem recipiendi, propter sacerdotum defectum, quatuor clericos in canonicos. (Reg. 29, fol. 269 v°, n° 1415; Potthast, n° 18722.)

« *Abbati monasterii s. Amondi, ordinis s Augustini, Petragoricensis diocesis.* Ex parte tua —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas decembris, anno tertio. »

**2367** Orvieto, 21 décembre 1263.

Mariae, reginae Hungariae, cui Bela, rex Hungariae, vir ejus, castrum Wissegrad, cum comitatu et districtu de Pelys, titulo donationis perpetuo valiturae, tradiderat, hanc donationem confirmat. (Reg. 29, fol. 269 v°, n° 1416; Potthast, 18745.)

« *Carissime in Christo filie M., illustri regine Ungarie.* Justa desideria tue —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas januarii, anno tertio. »

**2368** Orvieto, 21 décembre 1263.

Eidem castrum de Possega in comitatu Sclavoniae constitutum confirmat. (Reg. 29, fol. 270 v°, n° 1417; Potthast, 18746.)

« *Carissime in Christo filie M., illustri regine Ungarie.* Justa desideria etc. — Datum apud Urbemveterem, xii kalendas januarii, anno tertio. »

**2369** Orvieto, 21 décembre 1263.

Belae, duci Sclavoniae, castra de Nitriae, de Posonio, de Musum et de Suprunio, in confinio regni Hungariae sita, quae Bela, rex Hungariae, ei donavit, auctoritate apostolica confirmat. (Reg. 29, fol. 270 v°, n° 1418; Potthast, 18748.)

« *Nobili viro B., duci Sclavonie.* Pro fidei meritis —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas januarii, anno tertio. »

**2370** Orvieto, 21 décembre 1263.

Eumdem cum ducatu Sclavoniae ac de Olcha, de Brangna, Symigio, Sala et Ferreo castris, necnon aliis juribus ad ducatum ipsum spectantibus, sub protectione apostolicae sedis suscipit. (Reg. 29, fol. 270 v°, n° 1419; Potthast, 18749.)

« *Nobili viro B., duci Sclavonie.* Pro fidei meritis —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas januarii, anno tertio. »

**2371** Orvieto, 23 décembre 1263.

Archidiacono Atrebatensi mandat ut Robivo, pauperi clerico Atrebatensis diocesis, cui, a magistro Gregorio de Neapoli, subdiacono et capellano apostolico, in litteratura competenter idoneo invento, apostolico mandato vilipenso, episcopus Atrebatensis de beneficio aliquo praebendali providere non curavit, de quodam beneficio cathedrali provideat. (Reg. 29, fol. 271, 1420.)

« *Archidiacono Atrebatensi.* Dilectus filius Robivus —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas januarii, anno tertio. »

**2372** Orvieto, 12 décembre 1263.

Episcopo Arusiensi mandat ut Jacobum de Syoburgh, clericum Roskildensem, antea a magistro Petro, archidiacono Bruliensi in ecclesia Agennensi, examinatum, denuo examinet, et si ydoneum invenerit, eidem de canonicatu et praebenda provideat vacantibus in ecclesia Roskildensi per promotionem magistri Thomae, electi Revaliensis. (Reg. 29, fol. 271, n° 1421.)

« *Episcopo Arusiensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, ii idus decembris, anno tertio. »

**2373** Orvieto, 18 décembre 1263.

Magistro de Novilla, canonico Ambianensi, mandat ut Mainerium de Crensa, clericum Ambianensem, in ecclesia de Limor, Ambianensis diocesis, instituat. (Reg. 29, fol. 271, n° 1422.)

« *Magistro . . de Novilla, canonico Ambianensi.* Dilectus filius magister Bartholomeus, archidiaconus Ambianensis, litterarum nostrarum contradictarum auditor, nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse ad ecclesiam de Limor, Ambianensis diocesis, cujus patronum se esse proponit, nunc vacantem, ut asserit, Mainerium de Crensa, clericum Ambianensis diocesis, presentare disponat et ipse archidiaconus, quia obsequiis nostris insistit, non possit eundem clericum venerabili fratri nostro Ambianensi episcopo, loci diocesano, comode presentare, maxime cum idem episcopus difficultatem sepe in hujusmodi presentationibus ingerat, providere super hoc ei misericorditer curaremus. Quocirca discretioni tue mandamus quatenus, si tibi constiterit quod idem archidiaconus sit in possessione presentandi clericos ad ecclesiam supradictam, prefatum clericum, ad presentationem ejusdem archidiaconi, auctoritate nostra, hac vice, per te vel alium instituas in ecclesia memorata, inducens ipsum nichilominus in ipsius corporalem possessionem vel induci faciens et defendens inductum, ita tamen quod idem clericus ad ordines se faciat statutis temporibus promoveri, prout ipsius ecclesie onus exigit et personaliter resideat in eadem. Nolumus autem quod per hujusmodi institutionem aliquid in posterum dicto episcopo et Ambianensi ecclesie prejudicium generetur. Contradictores —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

**2374** Orvieto, 12 décembre 1263.

Decano ecclesiae Xanctensis, Coloniensis diocesis, mandat ut omnes litteras directas super provisione in ecclesia Rossensi, Coloniensis diocesis, sibi faciens exhiberi, decernat quis primam, quis secundam, quis deinde praebendam de jure debeat obtinere. (Reg. 29, fol. 271 v°, n° 1423.)

« *Decano ecclesie Xanctensis, Coloniensis diocesis.* Petitio dilectorum filiorum —. Datum apud Urbemveterem, II idus decembris, anno tertio. »

**2375** Orvieto, 18 décembre 1263.

Johanni de Troamblecort, canonico Tullensi, indulget ut tempus quo apud sedem apostolicam remanserit ad negotium subthesaurariae Tullensis ecclesiae prosequendum, in residentia quam Tullensi ecclesiae debet, computentur fructusque praebendae integros percipere valeat. (Reg. 29, fol. 271 v°, n° 1424.)

« *Johanni de Troamblecort, canonico Tullensi.* Cum ad prosequendum —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

**2376** Orvieto, 20 décembre 1263.

Episcopo Cameracensi mandat ut Henricum de Opwich, pauperem subdiaconum Cameracensis diocesis, antea a magistro Petro, archidiacono Bruliensi in ecclesia Agennensi, in litteratura sufficienter idoneum repertum, denuo examinet et de aliquo beneficio, cum cura vel sine cura, ad collationem vel praesentationem decani et capituli ecclesiae b. Mariae Tenremundensis spectante, provideat. (Reg 29, fol. 271, v°, n° 1425.)

« *Episcopo Cameracensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas januarii, anno tertio. »

**2377** Orvieto, 12 décembre 1263.

Decano ecclesiae s. Symphoriani Remensis mandat ut magistrum Johannem de Bena, clericum et officialem episcopi Meldensis, in ecclesia Meldensi de novo in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 272, n° 1426.)

« *Decano ecclesie s. Symphoriani Remensis.* Venerabilis frater noster . . episcopus Meldensis, sua nobis petitione monstravit quod nos olim sibi faciendi recipi dilectum filium magistrum Johannem de Bena, clericum et officialem suum, in ecclesia Meldensi in qua prebendarum collatio ad eumdem episcopum pertinet, ac providendi sibi de prebenda, si qua tunc vacabat ibidem vel quam primum ad id se offerret oportunitas, necnon contradictores ac rebelles super hoc per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi facultatem per nostras litteras sub certa forma duximus concedendam, quarum auctoritate memoratus officialis in prefata ecclesia canonice receptus fuit in canonicum et in fratrem. Sed quia receptiones canonicorum prebendas expectantium vacaturas, factas in ecclesiis per litteras facultatum concessas a nobis prelatis et capitulis ecclesiarum Remensis, Senonensis et Bituricensis provinciarum, postmodum cassavimus certis ex causis, hujusmodi

officialis predicti receptio extitit revocata, sicque idem officialis ex ipsa sua receptione nullum commodum potuit obtinere. Quare prefatus episcopus nobis humiliter supplicavit ut memorato magistro super hoc providere paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, ipsius episcopi precibus inclinati et eundem officialem, ob sue probitatis merita, apostolici favoris gratia confoventes, discretioni tue mandamus quatenus ipsum in prefata ecclesia de novo auctoritate nostra per te vel per alium recipi facias in canonicum et in fratrem, sibi de prebenda integra non sacerdotali, siqua ibidem vacat ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, studeas providere. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, II idus decembris, anno tertio. »

**2378** Orvieto, 5 décembre 1263.

Praeposito ecclesiae Tecaltensis, Tornacensis diocesis, mandat ut magistrum Radulphum de s. Audomaro in ecclesia s. Mariae Castelensis, ejusdem diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 272, n° 1427.)

« *Preposito ecclesie Tecaltensis, Tornacensis diocesis.* Adjutos morum et —. Cum itaque, sicut per litteras patentes scolarium nationis Picca[r]dorum Parisiensium, nobis pro dilecto filio magistro Johanne Radulphi de s. Audomaro, clerico Morinensis diocesis, humiliter supplicantium, accepimus, idem magister diu institerit studio litterarum profeceritque sic laudabiliter in eodem quod Parisius honeste conversatus, in artibus doctoris meruit per biennium inibi officium exercere, nullumque sit beneficium ecclesiasticum assecutus, nos clericum ipsum, horum consideratione, necnon ob alia sue probitatis merita super quibus ei testimonium perhibetur laudabile, specialis prerogativa gratie prosequentes, discretioni tue mandamus quatinus eundem clericum in ecclesia s. Marie Castelensis, dicte diocesis, dummodo plures quam duo pro quibus in eadem ecclesia nostras litteras executorias direxerimus, vacaturas prebendas inibi non expectent, per te vel per alium seu alios, recipi facias in canonicum et in fratrem sibique de prebenda, si in ecclesia ipsa vacat ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, providere procures. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, nonis decembris, anno tertio. »

**2379** Orvieto, 29 novembre 1263.

Officiali Parisiensi mandat ut quamcito causam de ecclesia de Overtone, Wintoniensis diocesis, terminet, ejus in eodem negotio negligentia increpata. (Reg. 29, fol. 272 v°, n° 1428.)

« . . *officiali Parisiensi.* Dilectus filius Guillelmus de Monte Gaugueri, capellanus noster, clericus bone memorie A., Wintoniensis episcopi, rector ecclesie de Overtone, Wintoniensis diocesis, nobis exposuit quod olim contra eundem episcopum, tunc electum, gravis persecutionis insurgente procella, ac eodem episcopo cum predicto capellano et aliis familiaribus suis, occasione hujusmodi, extra regnum Anglie exulare compulso, magister Johannes de Siccavilla, rector ecclesie Omnium Sanctorum Londoniensium, eandem ecclesiam de Overtone, eodem capellano in exilio hujusmodi constituto, temere contra justitiam occupavit. Postmodum vero, serenioris aura temporis succedente, predictus capellanus rediens ad eandem ecclesiam de Overtone, ipsius possessionem, nemine contradicente, libere apprehendit. Sed dictus magister Johannes, ejusdem ecclesie de Overtone falso asserens se rectorem, et quod dictus capellanus super ea injuriabatur eidem, capellanum ipsum super hoc coram . . officiali venerabilis fratris nostri . . Cantuariensis archiepiscopi, sui metropolitani, ad quem, de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine, hujusmodi causarum cognitio in predicta diocesi, in qua dicta ecclesia de Overtone consistit, Wintoniensi sede vacante, que tunc vacabat dicitur, pertinere, non ex delegatione apostolica traxit in causam. Dictus autem capellanus ab eodem officiali, ex eo sentiens indebite se gravari quod idem officialis in causa ipsa, lite minime contestata, testes partis adverse super principali contra justitiam admittebat, nulla ipsius capellani contumacia seu alia causa rationabili exigente, duxit ad sedem apostolicam appellandum. At idem officialis, eadem appellatione contempta, in capellanum eundem excommunicationis, et prefatam ecclesiam de Overtone interdicti sententias promulgavit. Sane nos, ad supplicationem dicti capellani asserentis quod ipse, propter malitiam et potentiam dicti magistri Johannis, non poterat in illis partibus suam justitiam obtinere, tibi dedimus nostris litteris in mandatis ut, si dictas excommunicationis et interdicti sententias tibi constaret post appellationem hujusmodi esse latas, denuntians eas penitus non tenere ac revocans in statum debitum quicquid post appellationem hujusmodi invenires temere attemptatum, causam audires eandem et eam, infra sex menses

post receptionem litterarum ipsarum, judicio vel, si de partium voluntate procederet, concordia terminares, faciens quod decerneres per censuram ecclesiasticam firmiter observari, alioquin remitteres partes ipsas ad officialem predictum, nisi forte medio tempore foret prefate sedi Wintoniensi de pastore provisum, appellantem in expensis legitimis condempnando. Quod si appellatio predicta foret legitime nuntiata et eadem causa, propter potentiam et malitiam ipsius magistri Johannis, non posset. infra terminum hujusmodi, terminari, ex tunc ipsam, instructam vel non instructam, remitteres ad apostolice sedis examen, prefixo eisdem partibus termino peremptorio competenti quo per se vel per procuratores ydoneos, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis predictam causam contingentibus, comparerent coram nobis, facture ac recepture super hoc quod justitia suaderet.

Verum dicto magistro Johanne coram te proponente quasdam exceptiones frivolas, tu, licet exceptiones hujusmodi pronuntiaveris interloquendo non esse aliquatenus admittendas, et, eis non obstantibus, debere procedi in negotio principali, juxta predictarum continentiam litterarum, salvis expensis dicto Guillelmo competentibus, quarum taxationem tibi diceris reservasse, tamen in eadem causa procedere vel eam ad examen apostolicum remittere non curasti, sicque dictus capellanus jus suum non potuit obtinere, in cujus prosecutione labores multiplices subiit et gravia, sicut asserit, onera expensarum. Cum autem predicta causa per duos annos et amplius jam duraverit, et dictus capellanus jus suum nequiverit obtinere, idem capellanus nobis humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc apostolica sollicitudine curaremus.

Porro, licet tu de negligentia in hac parte commissa deberes merito reprehendi et penam etiam reportare, benigne tamen hac vice tecum agentes, presentium tibi auctoritate precipiendo mandamus quatinus, partibus convocatis, audias causam et eam, infra sex menses post harum receptionem, judicio vel, si de partium voluntate processerit, concordia terminare procures, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari, alioquin ex tunc causam eandem, instructam vel non instructam, remittas ad apostolice sedis examen, prefixo eisdem partibus duorum mensium termino peremptorio quo per se vel per procuratores ydoneos, cum omnibus actis, juribus et munimentis suis predictam causam contingentibus, compareant coram nobis, facture et recepture quod justitia suadebit, non obstante constitutione —. Testes autem qui fuerint etc., per censuram eandem etc. Diem vero remissionis et prefixionis hujusmodi et quicquid duxeris exinde faciendum, nobis per tuas litteras harum seriem continentes fideliter intimare procures, alioquin indignationem nostram digne poteris formidare, ac nichilominus dilectis filiis . . decano, et . . officiali Carnotensibus damus nostris litteris in mandatis ut ipsi ex tunc super hoc, juxta premissam formam, procedere non postponant. Datum apud Urbemveterem, III kalendas decembris, anno tertio. »

**2380** Orvieto, 30 novembre 1263.

Decano et officiali Carnotensibus mandat ut, si in praedicto negotio officialis Parisiensis mandatum apostolicum, infra praescriptum tempus, neglexerit adimplere, loco ipsius procedere curent. (Reg. 29, fol. 273, n° 1429.)

« *Decano et . . officiali Carnotensibus.* Dilectus filius Guillelmus —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas decembris, anno tertio. »

**2381** Orvieto, 12 novembre 1263.

Abbati monasterii Corbeiensis, Ambianensis diocesis, mandat ut Berardum in canonicum ecclesiae s. Gaugerici Cameracensis recipi faciat. (Reg. 29, fol. 273, n° 1430.)

« *Abbati monasterii Corbeieñsis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Ambianensis diocesis.* Attendentes quod venerabilis frater noster . . Cameracensis episcopus, dilectum filium magistrum Berardum de Neapoli, subdiaconum et notarium nostrum, patruum dilecti filii Berardi, canonici ecclesie s. Gaugerici Cameracensis, de aliquo beneficio, ad suam collationem spectante, desiderabat in aliquo de suis, sicut per dilectum filium Girardum de Linea, capellanum nostrum, decanum Cameracensem, nepotem ipsius episcopi, asserentem se hoc per ejusdem episcopi litteras recepisse, intelleximus, honorare, nos, qui notarium eundem brachiis paterne dilectionis amplectimur quique, ipsius obtentu, suorum etiam commoda prompta benivolentia promovemus, cum ei, suis exigentibus meritis, debeatur, dignum duximus ut ipsum Berardum, juxta ipsius notarii votum, in hac parte benivolo prosequamur (*sic*) effectu, presertim cum etatis sue teneritas pretendat mitia bonitatis et prefatus capellanus hoc a nobis ex parte ipsius episcopi duxerit humiliter postulandum. Ut igitur in premissis favorem apostolicum idem B. sibi sentiat fructuosam, canoni-

catum ecclesie s. Gaugerici Cameracensis, cum plenitudine juris canonici, ac nichilominus prebendam ad collationem ejusdem episcopi pertinentem, si tunc vacabat ibidem, apostolica sibi auctoritate contulimus et ipsum presentialiter per nostrum anulum investivimus de eisdem, alioquin hujusmodi prebendam inibi proximo vacaturam, conferendam eidem, donationi apostolice reservantes, decernimus irritum et inane si de prebenda ipsa, nostra vel alia quavis auctoritate, secus contingeret attemptari. Non obstante statuto —, sive quod eidem episcopo ab eadem sede dicitur esse concessum ut in civitate Cameracensi nulli de canoniis vel prebendis possit per litteras apostolicas provideri, in quibus idem episcopus datus non fuerit executor vel nisi de sua processerit voluntate et qualibet alia indulgentia dicte sedis generali vel speciali, — sive quod idem B. non est presens ad prestandum de observandis ecclesie prefate consuetudinibus et statutis solitum juramentum, ad quod prestandum personaliter, dummodo illud per procuratorem sit prestare paratus, ipsum volumus non teneri. Quocirca discretioni tue mandamus quatenus dictum B. vel procuratorem suum, ejus nomine, facias per te vel per alium in prefata ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, stallo in choro et loco in capitulo, cum plenitudine juris canonici, assignatis, inducens eum vel procuratorem ipsum pro eo in corporalem possessionem prebende ad collationem ejusdem episcopi pertinentis, si qua tempore hujusmodi collationis vacabat ibidem, ac defendens inductum. Quod si forsan eodem tempore aliqua talis prebenda inibi non vacabat, tu prebendam hujusmodi, si qua exnunc vacavit ibidem sive quamprimum ad id se facultas obtulerit, juxta prescriptam formam, nominato B. aut eidem procuratori, suo nomine, per te vel per alium conferas et assignes, ipsumque vel procuratorem eundem pro ipso in ejusdem prebende ac jurium et pertinentiarum corporalem possessionem, amoto ab illa quolibet detentore, inducas et tuearis inductum. Non obstantibus —. Contradictores —. Datum apud Urbemveterem, II idus novembris, anno tertio. »

**2382** Orvieto, 18 décembre 1263.

Joffrido dicto *Villekant*, canonico Virdunensi, mandat ut Johanni de Tramblecort, canonico ecclesiae Tullensis, qui ad subthesaurariam ejusdem ecclesiae assequendam, iter ad Romanam curiam arripuerat, praebendae suae proventus in ejus absentia perceptos assignari faciat. (Reg. 29, fol. 273 v°, n° 1431.)

« *Joffrido, dicto* Villekant, *canonico Virdunensi.* Cum dilectus filius —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas januarii, anno tertio. »

**2383** Orvieto, 11 décembre 1263.

Cantori ecclesiae Salamantinae mandat ut Stephano Dominici, canonico ecclesiae Zamorensis, fructus cujusdam portionis in eadem ecclesia tamdiu ministrari faciat donec ibidem praebendam fuerit assecutus. (Reg. 29, fol. 274, n° 1432.)

« *Cantori ecclesie Salamantine.* Sua nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, III idus decembris, anno tertio. »

**2384** Orvieto, 18 décembre 1263.

Episcopo Parisiensi mandat ut, obtentu magistri Philippi, cancellarii regis Franciae, Raymundo Johannis clerico, consanguineo praedicti cancellarii, de praebenda in ecclesia s. Martini de Campellis in Bria, in qua praebendarum collatio ad eumdem episcopum pertinet, providere procuret. (Reg. 29, fol. 274, n° 1433.)

« *Episcopo Parisiensi.* Inducti probitatis meritis —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas januarii, anno tertio. »

**2385** Orvieto, 23 décembre 1263.

Plebano plebis de Lasaro Turris mandat ut Manfredum de Mirolio, clericum nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecutum, obtentu Uberti, diaconi cardinalis s. Eustachii, in plebe s. Laurentii de Montilio, Vercellensis diocesis, in canonicum et in fratrem recipi faciat. (Reg. 29, fol. 274 v°, n° 1434.)

« *Plebano plebis de Lasaro Turris, Vercellensis diocesis.* Ascriptis militie clericali —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas januarii, anno tertio. »

**2386** Orvieto, 18 décembre 1263.

Decano ecclesiae Werdensis mandat ut, obtentu decani ecclesiae s. Mariae ad Gradus Coloniensis, Rosmannum, canonicum ejusdem ecclesiae, in ecclesia Bunnensi in canonicum recipi faciat, « non obstante quod Coloniensi archiepiscopo ab eadem sede dicatur esse indultum quod in Coloniensi civitate vel diocesi per litteras apostolicas non possit alicui de bene-

ficio ecclesiastico provideri, in quibus idem datus non fuerit executor. » (Reg. 29, fol. 274 v°, n° 1435.)

« *Decano ecclesie Werdensis, Coloniensis diocesis.* Dilectum filium Rosmannum —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

**2387** Orvieto, 21 décembre 1263.

Eidem mandat ut canonicatum et praebendam in ecclesia Rossensi, Coloniensis diocesis, libera resignatione a Saffrido, clerico decani ecclesiae s. Mariae ad Gradus Coloniensis, prius recepta, Adolfo clerico, nepoti ejusdem Saffridi, conferat. (Reg. 29, fol. 274 v°, n° 1436.)

« *Decano ecclesie Werdensis, Coloniensis diocesis.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas januarii, anno tertio. »

**2388** Orvieto, 13 décembre 1263.

Scolastico ecclesiae s. Cuniberti Coloniensis mandat ut decanum ecclesiae s. Mariae ad Gradus Coloniensis haberi faciat pro canonico in ecclesia Xanctensi, Coloniensis diocesis. (Reg. 29, fol. 275, n° 1437.)

« *Scolastico ecclesie s. Cuniberti Coloniensis.* Sua nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, idus decembris, anno tertio. »

**2389** Orvieto, 9 décembre 1263.

Praeposito ecclesiae Bariosensis mandat ut Raymundo Alberti, canonico Massiliensi, capellano episcopi Ostiensis, proventus suos, juxta indulti praescripti (Cf. n° 2362) tenorem, integre ministrari faciat. (Reg. 29, fol. 275, n° 1438.)

« . . *preposito ecclesie Bariosensis, Forojuliensis diocesis.* Probitatis et scientie —. Datum apud Urbemveterem, v idus decembris, anno tertio. »

**2390** Orvieto, 1er décembre 1263.

Episcopo Pictavensi mandat inquirat et referat de accusationibus in Aymericum qui se gerit pro abbate monasterii Caroffensis, Pictavensis diocesis, a nonnullis ejusdem monasterii monachis ad sedem apostolicam insinuatis. (Reg. 29, fol. 275 v°, n° 1439.)

« . . *episcopo Pictavensi.* Ne aliorum culpas —. Sane dilecti filii Aymericus de Butiaco, Stephanus [1] de Lemovicis, Jacobus Tallari et alii adherentes eisdem, monachi monasterii Caroffensis, ordinis sancti Benedicti, tue diocesis, clamosa nobis insinuatione monstrarunt quod Aymericus, qui pro ejusdem monasterii abbate se gerit, minus canonice ipsius monasterii abbatiam adeptus, plures prioratus contulit, mediante vitio symonie. Ipse quoque, perjurio falsitatis vitio et aliis criminibus irretitus, monachorum dicti monasterii confessiones, quas tamquam sacerdos audit, dampnabili presumptione revelat, et pluribus excommunicationum ligatus sententiis, divina officia celebrare, quin potius, quantum in ipso est, prophanare presumit, et alia committens enormia que divine majestatis offendunt oculos et homines scandalizant, bona predicti monasterii dilapidat adeo graviter et consumit quod idem monasterium, nisi ei celeri remedio succurratur, incurret irreparabile detrimentum. Quia igitur tante perversitatis opera, si veritatis presidio fulciuntur, non sunt committenda silentio sed curanda potius canonice studio sanctionis, fraternitati tue mandamus quatinus, personaliter accedens ad locum et habens pre oculis solum Deum, si famam ipsius abbatis super hiis apud bonos et graves inveneris esse lesam, inquiras super premissis et aliis super quibus eum inveneris publice diffamatum, sollicite veritatem, corrigendo et reformando in predicto monasterio, tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis officio noveris indigere. Super hoc autem taliter procedere studeas quod non possis de negligentia reprehendi dictosque monachos non oporteat propter hoc ad sedem apostolicam habere recursum. Contradictores etc. Datum apud Urbemveterem, kalendis decembris, anno tertio. »

**2391** Orvieto, 13 avril 1263.

Archidiacono in Bria in ecclesia Suessionensi mandat ut Henricum de Marla, G., tituli s. Marci presbyteri cardinalis, clericum et familiarem, obtentu ejusdem cardinalis, in ecclesia s. Petri Ayuncuriensis, Leodiensis diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 275 v°, n° 1440.)

« . . *archidiacono in Bria in ecclesia Suessionensi.* Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno secundo [2]. »

1. Ce nom est répété par erreur.

2. Cette lettre est insérée ici par erreur parmi celles de la troisième année.

**2392** Orvieto, 18 décembre 1263.

Episcopo Wibergensi mandat ut Magno de Datia, clerico Burglanensis diocesis, ecclesiam de Sneslath, ejusdem diocesis, cujus collatio ad sedem apostolicam, juxta Lateranensis concilii statuta, ob vacationem diutinam, pertinet, assignare curet. (Reg. 29, fol. 275 v°, n° 1441.)

« . . *episcopo Wibergensi.* Cum, sicut dilectus —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

**2393** Orvieto, 13 décembre 1263.

Ordinationem de monasterio s. Benedicti Paduani et divisionem bonorum ejusdem inter monachos, ex una, et moniales ex alia parte, ab episcopo Paduano editas, confirmat. (Reg. 29, fol. 276, n° 1442.)

« *Abbatisse et conventui monasterii sancti Benedicti Paduani, ordinis sancti Benedicti.* Ea que judicio vel concordia etc. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod olim inter Guillelmum, priorem monasterii vestri, et quosdam monachos sibi adherentes, ex parte una, et vos, ex altera, super prioratu ejusdem monasterii et aliis diversis articulis orta materia questionis, tandem, post diversas et varias altercationes coram diversis judicibus, tam auctoritate ordinaria quam apostolica in hujusmodi negotio habitas, felicis recordationis, Alexander papa, predecessor noster, venerabilibus fratribus nostris . . Vicentino, et . . Adriensi, tunc electo, episcopis suis dedit litteris in mandatis ut ad monasterium ipsum personaliter accedentes, et inquirentes super statu dicti monasterii et personarum degentium in eodem sollicite veritatem, corrigerent et reformarent ibidem, tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis officio noscerent indigere. Cumque iidem episcopi, ad locum accedentes eundem, in commisso sibi negotio procedere incepissent, vos et ipsi prior et monachi, pro bono pacis et concordie, in eosdem episcopos, tanquam in arbitros seu compositores amicabiles ac ordinatores, reservata eis potestate sibi commissa, et juramento hinc inde super hoc prestito, de consensu venerabilis fratris nostri . . episcopi Paduani, diocesani loci, unanimiter et concorditer compromittere curavistis, dantes predictis Vicentino et Adriensi episcopis plenam et liberam potestatem ordinandi de ipso priore seu ponendi alium inibi vestri vel alterius ordinis necnon et amovendi personas ejusdem monasterii ac alia omnia faciendi que forent ad reformationem ipsius monasterii oportuna, prout in instrumento publico inde confecto, dicitur plenius contineri. Verum, cum non crederetur quod sub regimine dicti prioris, cujus occasione lites et discordie in ipso monasterio exorte fuerant, possent eidem monasterio pacis commoda provenire, idem predecessor quod super hoc factum fuerat, ratum habens et firmum, ac eundem Paduanum episcopum executioni hujusmodi adjungens negotii, ei et prefatis Vicentino et Adriensi episcopis amovendi eundem priorem ac alias personas a jamdicto monasterio, et ipsi priori pro sustentatione sua de bonis prelibati monasterii provisionem congruam assignandi, et preficiendi nominato monasterio personam ydoneam in priorem, ac etiam dividendi fructus bonorum supradicti monasterii inter monachos et moniales degentes in eo, maxime cum inter monachos ipsos et vos, ex eo quod bona eadem erant communia, contingebat multotiens dissensiones et scandala exoriri, necnon et collocandi personas quas per eos taliter amoveri contingeret, in aliis ejusdem ordinis monasteriis, et conventum monachorum a conventu monialium separandi, ac faciendi alia omnia, juxta tenorem compromissi hujusmodi, prout viderent melius expedire, contradictores quoque si qui forent vel rebelles compescendi per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, concessit liberam per suas litteras facultatem. Porro prenominati episcopi per quandam ordinationem providam et honestam fructus et bona sepefati monasterii necnon et conventum monachorum a conventu monialium diviserunt, et quedam alia, secundum tenorem compromissi ejusdem ac traditam eis formam, statuerunt et ordinaverunt in monasterio memorato, prout in instrumento publico confecto exinde plenius dicitur contineri. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, quod ab eisdem episcopis super hoc provide factum est, ratum habentes et firmum, illud auctoritate apostolica confirmamus etc. usque communimus. Nulli ergo nostre confirmationis etc. Datum apud Urbemveterem, idus decembris, anno tertio. »

**2394** Orvieto, 13 décembre 1263.

Primicerio ecclesiae s. Marci de Venetiis mandat ut praefatas ordinationes observari faciat. (Reg. 29, fol. 276, n° 1443.)

« *Primicerio ecclesie s. Marci de Venetiis.* Exhibita nobis dilectarum —. Datum apud Urbemveterem, idus decembris, anno tertio. »

**2395** Orvieto, 23 octobre 1263.

Archiepiscopo Turonensi concedit facultatem « providendi in singulis ecclesiis collegiatis sue provincie singulis personis ydoneis de quibus viderit expedire, dummodo illorum ad quos in eisdem ecclesiis spectat collatio praebendarum ad id accedat assensus, de canonicatu et prebendis, si que ibidem vacant ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit. » (Reg. 29, fol. 276, n° 1444.)

« *Archiepiscopo Turonensi.* Ut benivolentiam qua —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas novembris, anno tertio. »

**2396** Orvieto, 4 novembre 1263.

Cantori ecclesiae Giennensis mandat ut Johannem Petri, portionarium ecclesiae Cordubensis, in eadem ecclesia in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 276 v°, n° 1445.)

« . . *cantori ecclesie Giennensis.* Exhibita nobis dilecti filii Johannis Petri, portionarii ecclesie Cordubensis, petitio continebat quod olim venerabili fratre nostro . . episcopo, et dilectis filiis capitulo Cordubensibus per suas nobis litteras supplicantibus ut eundem portionarium in ipsius ecclesie canonicum recipi mandaremus, nos tibi nostris sub certa forma dedimus litteris in mandatis ut dictum Johannem, si ad hoc eorundem episcopi et capituli assensus accederet, in prefata ecclesia recipi faceres in canonicum et in fratrem eique provideres de prebenda consueta ejusdem ecclesie canonicis assignari, non obstante —, contradictores —. Et licet nominatus episcopus necnon decanus et aliqui ex canonicis dicte ecclesie parati essent predictum portionarium in ea recipere in canonicum et in fratrem, reliqui tamen ipsius ecclesie canonici qui in capitulo presentes fuerant, cum predicte nobis fuerunt littere destinate, nobisque per eas pro eodem Johanne, in dicta recipiendo ecclesia, una cum predictis episcopo et aliis supplicarant, mutata in contrarium voluntate, duobus aliis canonicis ejusdem ecclesie, qui tunc temporis canonici ipsius ecclesie non erant, in hoc eis adherentibus, eum recipere pro sue voluntatis libito recusarunt. Quare dictus Johannes ad apostolicam sedem recurrens, nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse, occasione hujusmodi, labores pertulerit et expensas, et beneficio ipso non decipi conveniat sed juvari, propter quod congruum existit ut in dicta ecclesia provideatur eidem pro quo prefati episcopus et capitulum suppliciter precamina suis litteris, ut predicitur, porrexerunt, providere in hac parte sibi de benignitate apostolica curaremus. Ne igitur predicti circa receptionem ipsius Johannis, mutando taliter vota sua secundum que nobis pro ipso, ut predictum est, supplicarunt, nobis illusisse probentur, nos eidem Johanni paterno super hoc compatientes affectu, ac volentes eum favore prosequi speciali, discretioni tue mandamus quatenus, si est ita, non obstantibus premissis aut si in eadem ecclesia sunt apostolica scripta directa pro aliis, quibus nolumus auctoritate presentium prejudicium generari, eundem Johannem auctoritate nostra, per te vel per alium, in ecclesia supradicta recipi facias in canonicum et in fratrem sibique parato prebendam quam tanquam portionario (*sic*) in eadem ecclesia obtinet, dimittere, cum prebendam de qua ei providendum duxeris, fuerit assecutus, de prebenda conferri ipsius ecclesie canonicis consueta, si vacat ibidem ad presens vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, providere procures, nisi pro parte predictorum aliquid rationabile propositum fuerit et probatum quare id fieri non debeat vel non possit. Contradictores —. Datum apud Urbemveterem, II nonas novembris, anno tertio. »

**2397** Orvieto, 23 décembre 1263.

Episcopo Lodovensi mandat ut Johanni de Cabamcio, clerico, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum adepto et per magistrum Petrum, archidiaconum Bruliensem in ecclesia Agennensi, familiarem magistri Michaelis de Tolosa, Sanctae Romanae ecclesiae vicecancellarii familiarem, examinato et idodeo reperto, de ecclesia s. Petri de Granopiaco, Lodovensis diocesis, providere procuret. (Reg. 29, fol. 277, n° 1446.)

« . . *episcopo Lodovensi*[1]. Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas januarii, anno tertio. »

**2398** Orvieto, 26 novembre 1263.

Cantori Ulixbonensi mandat ut Johanni Egeae, presbytero portionario ecclesiae s. Mariae de Sintria, ecclesiam s. Johannis de Rivomajori, Ulixbonensis diocesis, non obstante laicorum jus patronatus habentium contradictione, conferre procuret. (Reg. 29, fol. 277, n° 1447.)

« *Cantori ecclesie Ulixbonensis.* Dilectus filius Johan-

1. Le manuscrit porte *Londoniensi*; mais le texte semble indiquer qu'il faille corriger *Lodovensi*.

nes —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas decembris, anno tertio. »

**2399** Orvieto, 3 janvier 1264.

Episcopo Revaliensi mandat ut Herbertum clericum, natum Herberti militis, nuntii regis Datiae, in ecclesia Tarbacensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 277, n° 1448.)

« . . *episcopo Revaliensi.* Dilectum filium Herbertum —. Datum apud Urbemveterem, iii nonas januarii, anno tertio. »

**2400** Orvieto, 3 novembre 1263.

Magistro Mathaeo de Salerno, subdiacono et capellano apostolico, ecclesiam de Martiri, Midensis diocesis, Armachanae provinciae, curam habentem animarum annexam, indebite occupatam sine dispensatione apostolica a magistro Johanne de Dubiltum, jam rectore ecclesiae de Kanlies, ejusdem diocesis, similem curam habentis, et ipsi Mathaeo a fratre Patricio archiepiscopo Armachano, considerata episcopi Mindensis negligentia, collatam, confirmat. (Reg. 29, fol. 277 v°, n° 1449.)

« *Magistro Matheo de Salerno, subdiacono et capellano nostro.* Ex tuorum exigentia —. Datum apud Urbemveterem, iii nonas novembris, anno tertio. »

**2401** Orvieto, 3 novembre 1263.

Archidiacono Midensi mandat ut praefatum Mathaeum de Salerno in possessionem ecclesiae de Martiri inducat. (Reg. 29, fol. 277 v°, n° 1450.)

« . . *archidiacono Midensi.* Dilectus filius Midensis —. Datum apud Urbemveterem, iii nonas novembris, anno tertio. »

**2402** Orvieto, 31 décembre 1263.

Priori s. Vincentii Metensis mandat ut Hugonem, natum quondam Balduini, dicti *Regis*, in ecclesia Metensi in canonicum recipi faciat, non obstante quolibet obstaculo, juxta jam directarum abbati s. Pauli Virdunensis continentiam litterarum. (Reg. 29, fol. 277 v°, n° 1451.)

« *Priori s. Vincentii Metensis.* Hugonem clericum, natum —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas januarii, anno tertio. »

**2403** Orvieto, 7 janvier 1264.

S. Martini Tornacensis et s. Nicolai de Pratis juxta Tornacum monasteriorum abbatibus mandat ut magistrum Jacobum dictum *Brouete*, presbyterum Tornacensem, obtentu episcopi Tornacensis cujus existit consanguineus, et A., tituli s. Praxedis presbyteri cardinalis, in ecclesia Tornacensi in canonicum sub exspectatione praebendae recipi faciant. (Reg. 29, fol. 278, n° 1452.)

« . . *s. Martini Tornacensis, et . . s. Nicolai de Pratis juxta Tornacum monasteriorum abbatibus.* Ut ad bonorum —. Datum apud Urbemveterem, vii idus januarii, anno tertio. »

**2404** Orvieto, 4 janvier 1264.

Magistro Berardo indulget ut proventus integros archidiaconatus et praebendae in ecclesia Nicosiensi, sine residentia personali, percipere valeat. (Reg. 29, fol. 278, n° 1453.)

« *Magistro Berardo, archidiacono Nicosiensi, scriptori nostro.* Sincere devotionis affectus —. Datum apud Urbemveterem, ii nonas januarii, anno tertio. »

**2405** Orvieto, 4 janvier 1264.

Johanni, dicto *Rubeo*, canonico Ferentinati, mandat ut ad provisionem Johannis clerici, nati quondam Johannis de Piperno notarii, in ecclesia s. Mariae de Piperno procedat. (Reg. 29, fol. 278 v°, n° 1454.)

« *Johanni, dicto* Rubeo, *canonico Ferentinati.* Exposuit nobis dilectus filius Johannes clericus, natus quondam Johannis de Piperno notarii, quod nos olim, contemplatione venerabilis fratris nostri . . episcopi Tripolitani, . . archipresbitero ecclesie s. Marie de Vallemontonis, Signine diocesis, et tibi nostris dedimus litteris in mandatis ut vos vel alter vestrum ipsum in ecclesia s. Marie de Piperno, Terracinensis diocesis, auctoritate nostra recipi faceretis in canonicum et in fratrem ac de prebenda, si qua in ipsa ecclesia tunc vacabat vel quamprimum ad id se facultas offerret, provideretis eidem. Verum eodem archipresbitero committente tibi super hoc totaliter vices suas, tu . . archipresbitero et capitulo ipsius ecclesie s. Marie de Piperno mandasti, auctoritate hujusmodi litterarum, ut prefatum clericum reciperent in canonicum et in fratrem. Porro dictis archipresbitero et capitulo coram te excipiendo proponentibus quod facultates ip-

sius ecclesie s. Marie erant adeo tenues et exiles quod non sufficiebant clericis institutis in ea, propter quod ipsi ad receptionem dicti clerici de jure compelli non poterant nec debebant, tu ad probandam exceptionem hujusmodi prefatos archipresbiterum et capitulum admisisti, super quo dictus clericus ad nostram duxit providentiam recurrendum. Cum autem hujusmodi exceptio locum non habeat contra tales litteras, in quibus mandabatur quod de prebenda si qua in ipsa s. Marie tunc vacabat vel quamprimum ad id se facultas offerret, clerico provideretur eidem, prout superius est expressum, cum in eisdem litteris non contineretur quod de ipsius proventibus deberet aliqua portio ipsi clerico assignari, discretioni tue mandamus quatenus, si est ita, predicta exceptione seu processu, si quis pretextu exceptionis hujusmodi est habitus contra clericum eundem, nequaquam obstantibus, ad receptionem et provisionem ipsius clerici, per te vel per alium, procedas, juxta priorum continentiam litterarum. Datum apud Urbemveterem, II nonas januarii, anno tertio.

**2406** Orvieto, 9 janvier 1263.

Palmerio et Hugutioni, civibus Fanensibus, bona et jura quae Transimundus miles eorumque concivis, persecutor ecclesiae Romanae, in castro Marci et comitatu Senogaliae habebat, concedit. (Reg. 29, fol. 278 v°, n° 1455; Potthast, n° 18771.)

« *Palmerio et Hugutioni, civibus Fanensibus, natis dilecti filii Martini de Fano, juris professoris civilis.* Pro devotione paterna —. Datum apud Urbemveterem, v idus januarii, anno tertio. »

**2407** Orvieto, 31 décembre 1263.

Officiali Arelatensi mandat ut Philippo de Olmes, subdiacono Nemausensis diocesis, per magistrum Petrum, archidiaconum Bruliensem in ecclesia Agennensi, idoneo reperto, de ecclesia s. Mariae de Valle, ejusdem diocesis, provideat. (Reg. 29, fol. 278 v°, n° 1456.)

« . . *officiali Arelatensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas januarii, anno tertio. »

**2408** Orvieto, 4 janvier 1264.

Archidiacono Constanciensi mandat ut, obtentu magistrorum Egidii, doctoris in theologia, et Remigii Medici, capellanorum apostolicorum, Laurentio de Gaspreia, rectori ecclesiae s. Launomari, Sagiensis diocesis, de quodam beneficio, curam animarum non habente annexam, « quod *thesauraria* vulgariter appellatur, » in capella s. Nicolai existente in manerio nobilis viri G. de Merusa, Lexoviensis diocesis, « dummodo de ipsius nobilis patroni assensus accesserit, » providere procuret. (Reg. 29, fol. 279, v° 1457.)

« . . *archidiacono Constanciensi.* Oblata nobis ex —. Datum apud Urbemveterem, II nonas januarii, anno tertio. »

**2409** Orvieto, 23 mars 1264.

Archidiacono Tricastrino mandat ut Heliam de Selars, pauperem clericum, in ecclesia de Rupe-bovis-curti, Petragoricensis diocesis, recipi faciat in canonicum et in fratrem. (Reg. 29, fol. 279, n° 1458.)

« *Archidiacono Tricastrino, capellano nostro.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**2410** Orvieto, 4 janvier 1264.

Johanni, archidiacono Jauriensi, indulget ut praeter archidiaconatum Jauriensis ecclesiae, curam animarum habentem annexam, modicum aliud ecclesiasticum beneficium, etiamsi sit personatus vel dignitas, cum praedicto archidiaconatu retinere valeat. (Reg. 29, fol. 279, n° 1459, Potthast, n° 18766.)

« *Johanni archidiacono Jauriensi, nepoti venerabilis fratris nostri . . episcopi Penestrini.* Volentes tibi tue —. Datum apud Urbemveterem, II nonas januarii, anno tertio. »

**2411** Orvieto, 10 décembre 1263.

Episcopo Dunkeldensi mandat ut Willelmo de Lacornere, capellano apostolico, praebendam in Dunkeldensi ecclesia quamprimum dimittat. (Reg. 29, fol. 279 v°, n° 1460.)

« *Episcopo Dunkeldensi.* Illo recte rationis examine quo sedes apostolica merita singulorum appendit, eos premiis amplioris retributionis attollens qui meritis potioribus adjuvantur, conveniens judicamus et debitum ut sedem ipsam dilectus filius magister Willelmus de Lacornere, capellanus noster, experiatur omni

tempore favorabilem et ad gratiam in affluentia liberalem, cum in nostris et fratrum nostrorum oculis se reddat moribus et scientia placidum, acceptum munditia vite et continuate devotionis obsequiis gratiosum. Sane petitio ipsius capellani nobis exhibita continebat quod nos, consideratione obsequiorum et meritorum hujusmodi, dudum eidem capellano vacantes canonicatum et prebendam quos venerabilis frater noster Robertus, episcopus Dumblanensis, promotionis sue tempore, obtinebat in ecclesia Dunkeldensi, quosque felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, sub certa forma ipsi episcopo reservarat, eidem capellano duximus conferendos, injuncto eidem Dumblanensi et venerabili fratri nostro Glasguensi episcopis per nostras litteras ut prefatum capellanum in corporalem possessionem predicte prebende inducerent et tuerentur inductum ac facerent eum in ecclesia ipsa in canonicum recipi et in fratrem. Et licet nominatus capellanus, auctoritate litterarum hujusmodi, in eadem ecclesia canonice receptus fuerit in canonicum et in fratrem, tamen Nicolao clerico, nepote tuo, pretendente ipsam prebendam per te, ad quem in ipsa ecclesia collatio pertinere dicitur prebendarum, sibi fore collatam, sicque super illa capellano prefato multipliciter opponente, teque dicto Nicolao circa oppositionem hujusmodi prestante consilium et favorem, capellanus ipse nondum predictam prebendam potuit adipisci quin immo, ipsius occasione prebende, labores multos pertulit, ut asserit, et expensas. Quia igitur capellanus ipse super hoc apostolice provisionis remedium imploravit, nos, volentes quod idem capellanus ex facta sibi a nobis in hac parte gratia comodum assequatur, fraternitati tue mandamus quatinus, premissis sic se habentibus, predictam prebendam cum fructibus inde perceptis, eidem capellano libere dimitti, et eum vel procuratorem suum, ejus nomine, (illius) pacifica possessione gaudere, infra unum mensem a presentium receptione, cum effectu procures. Alioquin eidem capellano de aliqua prebenda ejusdem ecclesie, que ad minus equivaleat predicte priori prebende, si vacat ad presens seu quamprimum ad id obtulerit se facultas, studeas providere, inducens ipsum in ipsius corporalem possessionem et defendens inductum, ac nichilominus eidem capellano de camera tua, donec ipse hujusmodi prebendam assecutus fuerit et fructus ex illa pacifice perceperit, tantum facias annis singulis exhiberi quantum valent fructus et proventus predicte prebende quam nepos obtinet supradictus. Non obstantibus —. Nos enim prebendam hujusmodi conferendam nominato capellano donationi apostolice reservantes, decernimus irritum et inane si secus de illa apostolica seu alia quavis auctoritate per quemcunque contigerit attemptari, ac nichilominus supradicto episcopo Dumblanensi, et dilecto filio . . priori monasterii sancti Guberti Dunelmensis per nostras litteras injungimus ut, si mandatum super hoc apostolicum adimplere neglexeris, ipsi vel eorum alter illud, per se vel per alios seu alium, exequantur. Contradictores etc. Datum apud Urbemveterem, IIII idus decembris, anno tertio. »

**2412** Orvieto, 2 novembre 1263.

Episcopo Dumblanensi et priori monasterii s. Guberti Dunelmensis mandat ut, si in praefato negotio episcopus Dunkeldensis mandatum apostolicum adimplere neglexerit, illud executioni mandare procurent. (Reg. 29, fol. 279 v°, n° 1461.)

« *Episcopo Dumblanensi et . . priori monasterii s. Guberti Dunelmensis.* Illo recte rationis —. Datum apud Urbemveterem, IIII idus novembris, anno tertio. »

**2413** Orvieto, 12 décembre 1263.

Episcopo Palentino mandat ut Petro Martini, canonico Palentino, capellano commensali O., s. Mariae in Via Lata diaconi cardinalis, praesertim quum diu in jure civili et canonico studuerit, de personatu vel dignitate cum praestimoniis in ecclesia Palentina provideat. (Reg. 29, fol. 280, n° 1462.)

« *Episcopo Palentino.* Meritis laudabilis conversationis —. Datum apud Urbemveterem, II idus decembris, anno tertio. »

**2414** Orvieto, 31 octobre 1263.

Archidiacono Midensi mandat faciat ut sententia excommunicationis quam archiepiscopus Armachanus in magistrum Johannem de Dubiltum promulgarit pro eo quod se collationi ecclesiae de Martiri ad magistrum Mathaeum de Salerno, subdiaconum et capellanum apostolicum, opposuerat, inviolabiliter observetur. (Reg. 29, fol. 280, n° 1463; Potthast. 18698.)

« *Archidiacono Midensi.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas novembris, anno tertio. »

**2415** Orvieto, 31 décembre 1263.

Scolastico ecclesiae de Tongris mandat ut magistros Johannem, dictum *Rubeum*, de Trajecto et Mathiam, dictum *de Tungris*, clericos episcopi Leodiensis, in duabus ecclesiis civitatis Leodiensis, cathedrali excepta, in canonicos recipi faciat. (Reg. 29, fol. 280, n° 1464.)

« *Scolastico ecclesie de Tongris, Leodiensis diocesis.* Volentes personam venerabilis —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas januarii, anno tertio. »

**2416** Orvieto, 31 décembre 1263.

G., tituli s. Laurentii in Lucina presbytero cardinali, mandat ut a magistro Raymundo de Nemauso, capellano apostolico, rectoriae ecclesiae s. Egidii de Seiraco, ejusdem diocesis, cujus redditus valorem annuum quindecim librarum tur. non excedunt, resignatione recepta, eamdem rectoriam Pontio dicto *Saynerio*, pauperi clerico, cujus magister Raymundus patruus existit, conferat. (Reg. 29, fol. 280 v°, n° 1465.)

« *G., tituli s. Laurentii in Lucina presbitero cardinali.* Cum, sicut dilectus —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas januarii, anno tertio. »

**2417** Orvieto, 16 janvier 1264.

Stephano de Roseriis, clerico Tolosanae diocesis, obtentu magistri Michaelis Sanctae Romanae ecclesiae vicecancellarii, ejusdem Stephani consanguinei, canonicatum confert et praebendam in ecclesia Biterrensi. (Reg. 29, fol. 280 v°, n° 1466.)

« *Stephano de Roseriis, clerico Tholosane diocesis.* Adjutos morum et —. Datum apud Urbemveterem, XVII kalendas februarii, anno tertio. »

**2418** Orvieto, 17 janvier 1264.

Infrascriptis praedictae committit executionem collationis. (Reg. 29, fol. 281, n° 1467.)

« *Crassensis, Carcassonensis diocesis, s. Benedicti, et . . s. Saturnini Tholosani, s. Augustini ordinum monasteriorum abbatibus.* Adjutos morum etc. —. Datum apud Urbemveterem, XVI kalendas februarii, anno tertio. »

**2419** Orvieto, 13 janvier 1264.

Archipresbytero [1] Compostellano mandat ut Johanni Martini, canonico Compostellanae diocesis, de personatu vel dignitate in eadem ecclesia provideat. (Reg. 29, fol. 281, n° 1468.)

« *Archipresbytero* [1] *Compostellano.* Licet nostri hoc —. Datum apud Urbemveterem, idus januarii, anno tertio. »

**2420** Orvieto, 23 décembre 1263.

Decano et cantori ecclesiae Metensis mandat ut de bonis sequestratis custodiae et eleemosinariae Metensium creditoribus quondam Herberti de Vireio ejusque nepotis satisfaciant. (Reg. 29, fol. 281, n° 1469.)

« *Decano et cantori ecclesie Metensis.* Ex affectu quo Metensem ecclesiam ab antiquo caritative prosequimur, ejus utilitatibus libenter intendimus et ea per que ipsius status fiat quietus et prosper, paterne diligentie studiis adimplemus. Sane quondam Herbertus de Vireio, custos ejusdem ecclesie, ecclesiam ipsam et ejus jura defendens, pro negotio electionis facte de Phylippo, qui se tunc pro episcopo Metensi gerebat, gravia contraxisse dicitur onera debitorum. Dilectus quoque filius Bartholomeus, canonicus Metensis, nepos ipsius Herberti, qui ex collatione nostra in canonicatu et prebenda ejusdem ecclesie et zelo quem ad ecclesiam ipsam habet, in hujusmodi prosecutione negotii Herberto succedit eidem, multos pro ipsius negotii prosecutione fecit sumptus et gravia onera, ut asserit, sibi imminent expensarum. Cum igitur custodiam et elemosinariam que per mortem Herberti predicti in ecclesia ipsa vacasse noscuntur, donationi nostre duxerimus reservandas, fructus quoque thesaurarie ipsius ecclesie de qua inter diversas personas apud sedem apostolicam questio vertitur, de mandato nostro sequestrati esse dicantur, discretioni vestre mandamus quatinus vos vel alter vestrum, per vos vel alium seu alios, redditus ipsos ejusdem thesaurarie taliter sequestratos, illos quoque qui ex predictis custodia et helemosinaria ab obitu prefati Herberti usque ad annum provenerint, et custodi et elemosinario, si ibidem existerent, deberentur, exhiberi vobis faciatis et eos in solutionem predictorum

1. Il est probable qu'il faut plutôt lire *archiepiscopo*; car dans le corps de la lettre est employée l'expression *fraternitati tue mandamus*.

debitorum fideliter convertatis, et quod superfuerit, ipsi Bartholomeo pro expensis hujusmodi conferre et assignare curetis. Contradictores etc. Non obstante etc. Datum apud Urbemveterem, x kalendas januarii, anno tertio. »

**2421** Orvieto, 10 janvier 1264.

Praeposito et capitulo ecclesiae s. Genesii de Daurago, Mediolanensis dioecesis, mandat ut Rogerinum clericum, natum nobilis viri Beltramerii de Lacruce, civis Mediolanensis, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum adeptum, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 281 v°, n° 1470.)

« *Preposito et capitulo ecclesie s. Genesii de Daurago, Mediolanensis diocesis.* Illis precipue nos —. Datum apud Urbemveterem, IIII idus januarii, anno tertio. »

**2422** Orvieto, 18 décembre 1263.

Cantori ecclesiae b. Mariae Autisiodorensis mandat ut, obtentu abbatis Molismensis, Reginaldo de Cella-super-Ligerim, rectori ecclesiae s. Petri de Tornodoro, ejusdem abbatis a septennio clerico, de aliquo ecclesiastico beneficio provideat cum cura vel sine cura, ad collationem vel praesentationem ejusdem abbatis spectante, in Senonensi vel Lingonensi civitatibus. (Reg. 29, fol. 281 v°, n° 1471.)

« *Cantori ecclesie b. Marie Autisiodorensis.* Dilectus filius Reginaldus —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

**2423** Orvieto, 18 décembre 1263.

Juliano de Crosis, canonico ecclesiae s. Aredii, Lemovicensis dioecesis, canonicatum ejusdem ecclesiae ipsi ab episcopo Lemovicensi, auctoritate mandati Alexandri pape IIII collatum, confirmat, « non obstante quod non ad eundem episcopum sed ad predictos decanum et capitulum in eadem ecclesia pertinet collatio prebendarum. » (Reg. 29, fol. 282, n° 1472.)

« *Juliano de Crosis, canonico ecclesie s. Aredii, Lemovicensis diocesis.* Exhibita nobis tua —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

**2423*bis*** Orvieto, 13 janvier 1264.

Infrascriptis committit ut Guillelmum, dictum *Abbatem*, rectorem ecclesiae s. Nicolai de Novocastro, Laudunensis dioecesis, obtentu A., tituli s. Praxedis presbyteri cardinalis, in ecclesia s. Salvatoris de S. Paulo, Morinensis dioecesis, recipi faciant in canonicum et in fratrem. (Reg. 29, fol. 282, n° 1473.)

« . . *s. Johannis in Burgo, et . . s. Petri in Foro ecclesiarum Laudunensium decanis.* Adjutos morum et —. Datum apud Urbemveterem, idus januarii, anno tertio. »

**2423*ter*** Orvieto, 3 décembre 1263.

Episcopo et capitulo Ulixbonensibus inhibet ne de decanatu, magisterio scolarum et praebenda in ecclesia Ulixbonensi, Petro, decano Ulixbonensi, collatis, quicquam attemptare praesumant, absque licentia apostolica. (Reg. 29, fol. 282 v°, n° 1474.)

« . . *episcopo, et dilectis filiis capitulo Ulixbonensibus.* Olim dilecto filio magistro Petro, decano Ulixbonensi, sicut ipse asserit, specialem gratiam facientes, magisterium scolarum et prebendam que in ecclesia Ulixbonensi tu, frater episcope, ante tuam promotionem, habueras, prout ea hujusmodi promotionis tue tempore obtinebas, apostolica sibi auctoritate contulimus et eum investivimus per nostrum anulum de eisdem, dispensative sibi nichilominus concedentes ut in ipsa ecclesia magisterium scolarum et prebendam eadem, una cum decanatu suo ipsius ecclesie posset licite retinere, et si eundem magisterium, personatum seu dignitatem in alia ecclesia obtinere contingeret, personatum, decanatum seu magisterium scolarum et prebendam eandem, prout ipse mallet, reliquo vel reliquis ipsorum, quem vel que extunc vacare decrevimus, omnino dimissis, cum hujusmodi personatu vel dignitate posset libere retinere. Postmodum autem eidem magistro de seculari ecclesia sancte Marie Wimmeranensis, Bracharensis diocesis, sub certa forma duximus providendum, venerabili fratre nostro . . Bracharensi archiepiscopo, sibi super hoc executore concesso, cui dilecti filii nostri Jacobus, sancte Marie in Cosmidin, et Jordanus, sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinales, suas litteras direxerunt continentes formam quam deberet idem archiepiscopus circa executionem hujusmodi negotii observare, et quod cardinalibus ipsis rescriberet quod super hoc faciendum duceret, nobis per eos nichilominus exponendum. Nos igitur, volentes sic eundem decanum apostolico munire favore ut super hiis nullum sibi possit dispendium imminere, presentium

vobis auctoritate, districtius inhibemus ne hoc pretextu communiter vel divisim de hujusmodi decanatu ac magisterio scolarum et prebenda predictis eorumve pertinentiis et beneficiis, que ibidem ratione predictorum obtinet, presertim cum super premissis responsionem ipsius archiepiscopi expectemus, quicquam penitus attemptetis, absque nostra licentia speciali, faciente plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem. Nos enim ex nunc decernimus irritum et inane, si super hiis, contra tenorem nostre inhibitionis, aliquid extiterit attemptatum. Datum apud Urbemveterem, III nonas decembris, anno tertio. »

**2424** Orvieto, 5 janvier 1264.

Abbati et conventui monasterii s. Vincentii Laudunensis, ordinis s. Benedicti, mandat ut Johannem, quondam priorem de Monte-acuto, qui in causa inter ipsum et Henricum de abbatia s. Nicolai in Bosco, ordinis s. Benedicti, Laudunensis diocesis, exorta, succubuit, in ipsorum monasterio commorantem, fraterna tractent caritate. (Reg. 29, fol. 282 v°, n° 1475.)

« *Abbati et conventui monasterii sancti Vincentii Laudunensis, ordinis sancti Benedicti.* Monasterio sancti Nicolai in Bosco, ordinis sancti Benedicti, Laudunensis diocesis, abbatis regimine destituto, dilectus filius Johannes, quondam prior de Monteacuto, Laudunensis diocesis, tunc monasterii vestri monachus, extitit, ut asserit, in abbatem, auctoritate apostolica deputatus, sibi munere benedictionis impenso. Sed postmodum inter eum et Henricum, abbatem, tunc monachum ejusdem monasterii sancti Nicolai, quem ipsius monasterii conventus in illius abbatem elegerant, super abbatia ejusdem monasterii questionis exorta materia, dilecti filii nostri Ancherus, tituli sancte Praxedis, et Guillelmus, tituli sancti Marci presbiteri cardinales, quorum ordinationi partes se concorditer summiserant, dicto Henrico abbatiam adjudicantes eandem, ipsi Johanni imposuerunt perpetuum silentium super ea, ordinantes, auctoritate nostra viva sibi voce commissa, quod idem Johannes pro sua provisione, quamdiu vixerit, curtem que dicitur *Choogni*, cum pertinentiis suis, ad predictum monasterium sancti Nicolai spectantem, pacifice habeat et quiete, prout in litteris inde confectis et sigillis ipsorum cardinalium communitis, plenius continetur, nosque quod per eosdem cardinales in hac parte factum extitit, ratum habentes et gratum, id per nostras duximus litteras confirmandum. Nos igitur, ipsius Johannis supplicationibus inclinati, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes quatinus ipsum Johannem quem, hiis non obstantibus, monachum predicti monasterii vestri remanere volumus, pro nostra et apostolice sedis reverentia, fraterna in Domino caritate, prout status ejus exigit, cum apud idem vestrum monasterium manere voluerit, tractare curetis, hiis que cardinales predicti ordinaverunt pro ipso, in omnibus et per omnia nichilominus sibi salvis. Preces et mandatum nostrum in hac parte taliter impleturi quod devotionis vestre promptitudinem commendare merito teneamur. Alioquin dilecto filio . . officiali Laudunensi, damus per nostras litteras in mandatis ut vos ad id, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellat. Non obstante si —. Datum apud Urbemveterem, nonis januarii, anno tertio. »

**2425** Orvieto, 23 décembre 1263.

Archiepiscopo Tarentasiensi mandat ut magistro Martino de Gaio, canonico Gebennensi, juris canonici professori, canonicatum in ecclesia Lausanensi conferat. (Reg. 29, fol. 283, n° 1476.)

« *Archiepiscopo Tarentasiensi.* Digne agere credimus —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas januarii, anno tertio. »

**2426** Orvieto, 4 janvier 1264.

Episcopo Bergensi mandat ut ecclesiam s. Mariae de Slidrum, Stawangrensis diocesis, Thostano, pauperi clerico, conferat. (Reg. 29, fol. 283, n° 1477; Potthast 18767.)

« . . *episcopo Bergensi.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, II nonas januarii, anno tertio. »

**2427** Orvieto, 11 janvier 1264.

Episcopo Cameracensi mandat ut Mauricio de Hal, pauperi clerico Cameracensis diocesis, de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem abbatissae et conventus de Corchenberge, ordinis s. Benedicti, Cameracensis diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 283, n° 1478.)

« *Episcopo Cameracensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, III idus januarii, anno tertio. »

**2428** Orvieto, 18 décembre 1263.

Archidiacono Morinensi mandat ut Johanni de s. Audomaro, pauperi clerico, de aliqua ecclesia parrochiali spectante ad praesentationem episcopi Morinensis, provideat. (Reg. 29, fol. 283 v°, n° 1479.)

« *Archidiacono Morinensi*. Dilectus filius Johannes —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas januarii, anno tertio. »

**2429** Orvieto, 3 janvier 1264.

Archiepiscopo Aquensi mandat ut Johannem, magistrum scolarum Antiochenum, capellanum apostolicum, in ecclesia Massiliensi recipi faciat in canonicum et in fratrem. (Reg. 29, fol. 284, n° 1480.)

« . . *archiepiscopo Aquensi*. Sedes apostolica provide —. Datum apud Urbemveterem, III nonas januarii, anno tertio. »

**2430** Orvieto, 17 janvier 1264.

Archiepiscopo Tarentasiensi indulget ut unum clericum in ecclesia Sedunensi in canonicum recipi faciat, episcopo Sedunensi ac majori ac saniori parte ejusdem capituli assensientibus. (Reg. 29, fol. 273, n° 1481.)

« . . *archiepiscopo Tarentasiensi*. Volentes tuam honorare —. Datum apud Urbemveterem, XVI kalendas februarii, anno tertio. »

**2431** Orvieto, 3 janvier 1264.

Johanni, magistro scolarum Antiocheno, canonicatum in ecclesia Massiliensi confert. (Reg. 29, fol. 284, n° 1482.) [1]

« *Johanni, magistro scolarum Antiocheno, capellano nostro*. Sedes apostolica provide —. Datum apud Urbemveterem, III nonas januarii, anno tertio. »

**2432** Orvieto, 28 janvier 1264.

Abbati de Sprenkeresbach mandat ut Johannem, rectorem ecclesiae de Dolmont, per archidiaconum Bruliensem idoneum repertum, in ecclesia s. Paulini Treverensis in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 284 v°, n° 1484.)

« *Abbati de Sprenkeresbach, ordinis s. Augustini, Treverensis diocesis*. Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas februarii, anno tertio. »

**2433** Orvieto, 19 décembre 1264.

Episcopo Olenensi, cantori et thesaurario Argolicensibus mandat ut Girardum presbyterum, qui diu in officio capellani ecclesiae Patracensi deservivit et de quo Fulco, postulatus in Lacedemonensem episcopum, et David, Lacedemonensis decanus, laudabile testimonium perhibent, in ecclesia Patracensi in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 284 v°, n° 1485.)

« . . *episcopo Olenensi, . . cantori et . . thesaurario Argolicensibus*. In desideriis nostris —. Datum apud Urbemveterem, XIIII kalendas januarii, anno tertio. »

**2434** Orvieto, 12 janvier 1264.

Archidiacono et magistro Johanni de Canivalaude, canonico Trecensibus, mandat ut Johannem de Karolivilla, Trecensis diocesis, perpetuum capellanum in ecclesia b. Mariae Virginis in Valle Pru[vi]ni, « qui per sex annos apud Bononiam in jure civili dicitur studuisse, » in ipsa ecclesia recipi faciant in canonicum et in fratrem. (Reg. 29, fol. 285, n° 1486.)

« . . *archidiacono, et magistro Johanni de Canivalaude, canonico Trecensibus*. Honestatis et scientie —. Datum apud Urbemveterem, II idus januarii, anno tertio. »

**2435** Orvieto, 21 janvier 1264.

Praeposito ecclesiae Rigensis mandat ut Henricum, subdiaconum Rigensem, per archidiaconum Bruliensem in ecclesia Agennensi repertum idoneum, in ecclesia Osiliensi in canonicum recipi faciat, inquisitione de ejus vita et conversatione praemissa. (Reg. 29, fol. 285, n° 1487.)

« . . *preposito ecclesie Ragensis* (sic). Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas februarii, anno tertio. »

1. Cette lettre est cotée à la fois 1482 et 1483.

**2436** Orvieto, 12 janvier 1264.

Episcopo Signino mandat ut Robertum de Vallefrigida, diaconum, ejusdem episcopi familiarem, in canonicum Signinum recipi faciat, non obstante nonnullorum oppositione canonicorum. (Reg. 29, fol. 285 v°, n° 1488.)

« . . *episcopo Signino*. Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, II idus januarii, anno tertio. »

**2437** Orvieto, 27 janvier 1264.

Priori Tarentasiensi mandat ut Radulfum, nepotem archiepiscopi Tarentasiensis, canonicum Augustensem, in ecclesia Gebennensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 285 v°, n° 1489.)

« . . *priori Tarentasiensi*. Sincere caritatis affectum —. Datum apud Urbemveterem, VI kalendas februarii, anno tertio. »

**2438** Orvieto, 29 janvier 1264.

Priori et capitulo basilicae ad Sancta Sanctorum de Urbe indulget ut aliquem presbyterum idoneum in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 285 v°, n° 1490.)

« . . *priori et capitulo basilice ad Sancta Sanctorum de Urbe*. Cum, sicut ad aures nostras pervenit, aliquis de collegio vestro presbiter non existat qui celebret in ecclesia vestra divina, in qua certus habetur canonicorum numerus institutus, juramento firmatus et per sedem apostolicam confirmatus, nullusque de numero ipso desit, nos, nolentes ut eadem ecclesia debitis obsequiis defraudetur, recipiendi aliquem presbiterum ydoneum in canonicum et in fratrem, qui velit et possit in eadem ecclesia personaliter residere ac exhibendi ei portionem sicut uni ex vobis, statuto hujusmodi, juramento et qualibet apostolice sedis indulgentia — nequaquam obstantibus, auctoritate vobis presentium concedimus facultatem, eodem statuto post receptionem dicti presbiteri nichilominus in suo robore duraturo. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas februarii, anno tertio. »

**2439** Orvieto, 27 janvier 1264.

Magistro Odoni Capucio, capellano apostolico, mandat ut personae idoneae de prioratu ecclesiae s. Nicolai Balneoregensis provideat. (Reg. 29, fol. 285, n° 1491.)

« *Magistro Odoni Capucio, capellano nostro*. Significantes nobis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, VI kalendas februarii, anno tertio. »

**2440** Orvieto, 26 janvier 1264.

Episcopo Cameracensi mandat ut Petrum de Nalines clericum in ecclesia s. Crucis Cameracensis in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 286, n° 1492.)

« . . *episcopo Cameracensi*. Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas februarii, anno tertio. »

**2441** Orvieto, 21 janvier 1264.

Episcopo Tornacensi mandat ut Aymoni, canonico ecclesiae Insulensis, Tornacensis diocesis, archiepiscopi Tarentasiensis nepoti, praebendae proventus cum integritate ministrari faciat, distributionibus duntaxat exceptis, non obstante quod residentiam non fecerit personalem, ejusdem archiepiscopi obsequiis insistendo. (Reg. 29, fol. 286, n° 1493.)

« . . *episcopo Tornacensi*. Dilecto filio Aymoni —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas februarii, anno tertio. »

**2442** Orvieto, 27 janvier 1264.

Abbati s. Jacobi de Ateniolo, Saonensis diocesis, mandat ut Pascalem clericum in possessionem canonicatus et praebendae in ecclesiis unitis s. Martini et s. Egidii de Pocera, Aquensis diocesis inducat. (Reg. 29, fol. 286, n° 1494.)

« . . *abbati sancti Jacobi de Ateniolo, Saonensis diocesis*. Cum dilectus filius noster O., sancti Adriani diaconus cardinalis, sicut, eodem exponente, accepimus, auctoritate apostolica libera canonicatus et prebende quos Jacobus, natus Jacobi de Cassinis de Voragine, laici, quondam sancti Martini et sancti Egidii de Pocera ecclesiarum, quarum una dependet ab altera, Aquensis diocesis, canonicus, in eisdem ecclesiis obtinebat, ab ipso canonico resignatione recepta, eosdem canonicatum et prebendam, cum juribus et pertinentiis suis, dilecto filio Pascali clerico, ejusdem canonici germano, canonice duxerit conferenda, investiens di-

lectum filium Theodisium de Camilla, canonicum Tripolitanum, ipsius nomine, per suum anulum de eisdem, prout in litteris cardinalis ejusdem plenius dicitur contineri, discretioni tue mandamus quatinus dictum Pascalem, auctoritate nostra, per te vel alium, sine alicujus prejudicio, in predictorum canonicatus, prebende ac pertinentiarum et jurium possessionem inducas et defendas inductum, faciens eum ad illa in canonicum recipi et in fratrem. Contradictores etc. Non obstante si capitulo —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas februarii, anno tertio. »

**2443** Orvieto, 24 janvier 1264.

Archidiacono Toletano mandat ut Petro Alfonsi, clerico chori Toletanae ecclesiae, portionem vacantem per obitum Apparicii, inquisitione de idoneitate praemissa, conferat. (Reg. 29, fol. 286 v°, n° 1495.)

« . . *archidiacono Tholetano.* Ex studiis bonitatis —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas februarii, anno tertio. »

**2444** Orvieto, 6 février 1264.

Episcopo Parisiensi notum facit se loco Blasii, capellani apostolici, nepotis Alexandri papae iiii, cujus provisio neque episcopo neque Parisiensi ecclesiae fuerat accepta, ejusdem Blasii, in ecclesia Ambianensi beneficium assecuti, resignatione recepta, Petrum, archidiaconum Senonensem, camerarium apostolicum, Parisiensem canonicum nominasse. (Reg. 29, fol. 286 v°, n° 1496.)

« . . *episcopo Parisiensi.* Ex paterna dilectione —. Datum apud Urbemveterem, viii idus februarii, anno tertio. »

**2445** Orvieto, 4 février 1264.

Priori s. Petri de Calice mandat ut, precibus abbatissae monasterii s. Mariae Suessionensis, ordinis s. Augustini, alicui personae idoneae de canonicatu in ecclesia s. Petri in Pemisio, ad ejusdem abbatissae collationem spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 286 v°, n° 1497.)

« . . *priori s. Petri de Calice Suessionensis.* Dilecta in Christo —. Datum apud Urbemveterem, ii nonas februarii, anno tertio. »

**2446** Orvieto, 23 décembre 1263.

Infrascriptis mandat ut Radulphum de Cameraco, clericum familiarem quondam Herberti canonici Metensis, in ecclesia s. Salvatoris Metensis in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 287, n° 1498.)

« *Decano et cantori ecclesie Metensis et Boetriundo, canonico Treverensi.* Probitatis et scientie —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas januarii, anno tertio. »

**2447** Orvieto, 1^er^ février 1264.

Priori Praedicatorum et guardiano fratrum Minorum Metensibus mandat ut, ab Henrico, archipresbytero ecclesiae de Theodonis-Villa rectoriae ecclesiae de Haenge, Metensis diocesis, resignatione recepta, eamdem ecclesiam Jacobo de Vogelburgh, obtentu Henrici, comitis de Luozelburgh, conferant. (Reg. 29, fol. 287, n° 1499 ; Potthast 18795.)

« *Priori Predicatorum et . . guardiano fratrum Minorum Metensium.* Cum, sicut intelleximus —. Datum apud Urbemveterem, kalendis februarii, anno tertio. »

**2448** Orvieto, 6 février 1264.

Infrascriptis mandat ut magistro Signino, capellano apostolico, canonico Cathalaunensis ecclesiae, de dignitate vel personatu ejusdem ecclesiae provideant, decanatu et succentoria ejusdem ecclesiae duntaxat exceptis. (Reg. 29, fol. 287 v°, n° 1500.)

« . . *Omnium Sanctorum in Insula, et . . sancti Moninii* (sic) *in suburbio Cathalaunensi monasteriorum abbatibus, ordinis sancti Augustini.* Dilectus filius magister Signinus, capellanus noster, canonicus Cathalaunensis ecclesie, sua nobis petitione monstravit quod nos olim, atten[n]tes labores quos idem pro utilitate ipsius ecclesie pertulit, dignitatem vel preposituram, decanatu dumtaxat excepto, quam vel que ibidem primo vacare contingeret post dignitatem seu personatum de quo dilecto filio magistro Guarino, capellano nostro, tunc decano Cathalaunensi, provideri mandavimus, conferendum eidem magistro S. donationi apostolice duximus reservandum, decernentes irritum et inane si secus de dignitate vel personatu hujusmodi contingeret attemptari, vobis super hoc executoribus deputatis. Sane carissimus in Christo filius noster rex Francie illustris, qui sibi collationem prebendarum et dignitatum in ecclesiis cathedralibus regni sui, va-

cantibus sedibus ipsarum, assumit, archidiaconatum de Virtuto in dicta Cathalaunensi ecclesia qui postmodum vacavit ibidem, Cathalaunensi ecclesia vacante, magistro Symoni de Sosiaco, ejusdem ecclesie canonico, duxit, eadem sede vacante, motu proprio conferendum, quanquam alicujus memoria non existat quod idem rex vel predecessores ipsius aliquam dignitatem vel personatum ullo unquam tempore contulissent. Postmodum quoque dictus magister G. archidiaconatum de Joinvilla in ecclesia supradicta, qui tandem vacavit ibidem, fecit sibi auctoritate litterarum nostrarum conferri. Quia igitur videri posset aliquibus quod idem archidiaconatus de Virtuto eidem magistro Guarino et non dicto Symoni, quodque per consequens dictus archidiaconatus de Joinvilla non eidem magistro G. sed ipsi magistro Signino potius deberentur, ac per hoc prefato magistro S. super assecutione alterius dignitatis aliquod posset obstaculum interponi, memoratus magister S. provideri sibi super [hoc] a nobis humiliter postulavit. Nos itaque, volentes quod idem magister S., quem nobis sue probitatis merita gratum reddunt, ob id nostre gratie non privetur effectu, nec esset alicui facile de jure regio litigare, discretioni vestre mandamus quatinus, hoc non obstante, provideatis eidem magistro Signino de dignitate vel personatu ipsius Cathalaunensis ecclesie, dicto decanatu et etiam succentoria ejusdem ecclesie dumtaxat exceptis, juxta priorum continentiam litterarum. Datum apud Urbemveterem, VIII idus februarii, anno tertio. »

**2449** Orvieto, 1er février 1264.

Praeposito ecclesiae Valentinae mandat ut, si episcopus Uticensis mandatum apostolicum adimplere neglexerit, Petro Baset clerico, nepoti magistri Hugonis, dicti *Baset*, sacerdotis Viennensis, obtentu ejusdem magistri, de beneficio ad collationem praedicti episcopi spectante, cujus proventus ad minus annuum valorem xx lib. tur. attingant, provideat. (Reg. 29, fol. 287 v°, n° 1501.)

« *Preposito ecclesie Valentine.* Laudabilia meritorum suffragia —. Datum apud Urbemveterem, kalendis februarii, anno tertio. »

**2450** Orvieto, 31 janvier 1264.

Johanni de Tremblecort, canonico Tullensi, mandat ut Nicolao, dicto *de Amancia*, canonico ecclesiae s. Deodati, Tullensis diocesis, in ecclesia s. Gengulfi Tullensis in canonicum jam recepto, de praebenda in eadem s. Gengulfi ecclesia provideat. (Reg. 29, fol. 288, n° 1502.)

« *Johanni de Tremblecort, canonico Tullensi.* Dilectus filius Nicolaus —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas februarii, anno tertio. »

**2451** Orvieto, 31 décembre 1263.

Officiali Exoniensi mandat ut Ricardo de Honecone, clerico Exoniensi, qui ecclesiam de Holerumbe, ejusdem diocesis, libere resignavit quique ecclesiam de Dokinge, Wintoniensis diocesis, de qua sibi auctoritate apostolica per magistrum Lucam de Peycone, subdiaconum apostolicum, provisum fuerat, Riccardo, subdiacono et notario apostolico, nepoti R., s. Angeli diaconi cardinalis, ejusdem cardinalis reverentia, dimisit, de aliquo beneficio, curam habente animarum annexam, ad cujuscumque collationem spectante, usque ad valorem quadraginta marcarum sterlingorum, in Wintoniensi vel Saresbiriensi diocesibus, provideat. (Reg. 29, fol. 288, n° 1503.)

« *Officiali Exoniensi.* Sua nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas januarii, anno tertio. »

**2452** Orvieto, 5 janvier 1264.

Scolastico ecclesiae s. Paulini Treverensis mandat ut ad provisionem Rodulfi, rectoris ecclesiae de Mesouhem, Treverensis diocesis, de canonica et praebenda ecclesiae s. Florini Treverensis procedat, non obstantibus exceptionibus ab eodem capitulo propositis. (Reg. 29, fol. 288 v°, n° 1504.)

« *Scolastico ecclesie s. Paulini Treverensis.* Sua nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, nonis januarii, anno tertio. »

**2453** Orvieto, 13 janvier 1264.

Priori b. Mariae s. Salvatoris in Burgo Carcassonensi mandat ut Poncio Thomae, clerico archidiaconi Agathensis, de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii Crassensis, Carcassonensis diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 289, n° 1505.)

« *Priori b. Marie s. Salvatoris in Burgo Carcassonensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, idus januarii, anno tertio. »

**2454** Orvieto, 9 février 1264.

Magistro Hugoni de Cantalupo, capellano apostolico, archidiacono Gloverniae, Wigorniensis diocesis, et thesaurario Saresbiriensi mandat ut magistro Johanni de Ebulo, subdiacono et capellano apostolico, de praebenda et personatu seu dignitate in ecclesia Londoniensi provideant. (Reg. 29, fol. 289, n° 1506.)

« *Magistro Hugoni de Cantalupo, capellano nostro, archidiacono Glovernie, Wigorniensis diocesis, et thesaurario Saresbiriensi.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, v idus februarii, anno tertio. »

**2455** Orvieto, 7 février 1264.

Abbati monasterii mandat ut magistrum Stephanum, rectorem s. Marcelli de Cluniaco et s. Gengulfi ecclesiarum, Matisconensis et Cabilonensis diocesum, qui abbati Cluniacensi et duobus ejus predecessoribus multum extitit devotus, obtentu ejusdem Cluniacensis abbatis, in ecclesia Matisconensi faciat in canonicum recipi. (Reg. 29, fol. 290, n° 1507.)

« *Abbati monasterii*[1] . Devotorum ecclesie merita —. Datum apud Urbemveterem, vii idus februarii, anno tertio. »

**2456** Orvieto, 5 février 1264.

Episcopo Gratianopolitano mandat ut unionem nonnullorum prioratuum mensae episcopali Tarentasiensi confirmet, si expedire viderit. (Reg. 29, fol. 290, n° 1508.)

« . . *episcopo Grationapolitano* (sic). Exposuit nobis venerabilis frater noster . . Tarentasiensis archiepiscopus, quod ipse, attendens quod in de Gilliaco et de Martoldo prioratibus, ordinis s. Augustini, Tarentasiensis diocesis, non servabatur, ut dicebat, observantia generalis, ac volens in Tarentasiensi ecclesia, ejusdem ordinis, cultum divini nominis augmentari, prioratus ipsos, quorum alter, videlicet de Gilliaco, ad ipsius archiepiscopi tantum, reliquus vero ad suam et dilectorum filii capituli ejusdem Tarentasiensis ecclesie collationem pertinent, in quorum singulis duo canonici consueverant commorari, necnon de Verino, de Turnohem, de Planternia et de Guiulliaco ecclesias, ad prioratum de Claciaco, ipsius archiepiscopi mense auctoritate apostolica deputatum, spectantes, de assensu dicti capituli prefate Tarentasiensi ecclesie subjecit, statuens ut canonici dictorum prioratuum ad dictam Tarentasiensem ecclesiam se transferrent et loco ipsorum, cum decederent, deberent alii subrogari, reservatis sacerdotibus, in dictis ecclesiis pro tempore servituris, congruis portionibus de redditibus eorumdem, ex quibus valeant sustentari commode, jura episcopalia solvere ac alia ipsarum ecclesiarum onera supportare, prout in litteris inde confectis predictorum archiepiscopi et capituli sigillis signatis plenius dicitur contineri. Quare idem archiepiscopus nobis humiliter supplicavit ut unionem hujusmodi et quicquid per ipsum factum est in hac parte, dignaremur apostolico munimine roborare. Quocirca fraternitati tue mandamus quatenus, personaliter ad locum accedens, unionem hujusmodi et alia premissa, si ea rationabiliter et provide facta esse constiterit et eidem Tarentasiensi ecclesie existere fructuosa, auctoritate nostra confirmare procures. Datum apud Urbemveterem, nonis februarii, anno tertio. »

**2457** Orvieto, 16 février 1264.

Episcopo Pergamensi mandat ut, recepta libera archipresbyteratus ecclesiae s. Mariae de Clysono, Pergamensis diocesis, resignatione a Roberto de Bougis, qui cupit litterarum studio immorari, personae idoneae de ejusdem archipresbyteratu providere curet. (Reg. 29, fol. 290, n° 1509.)

« . . *episcopo Pergamensi.* Ex parte dilecti —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas martii, anno tertio. »

**2458** Orvieto, 8 février 1264.

Episcopo Cameracensi mandat ut quamdam perpetuam capellaniam, « quam quondam Robertus, prepositus ville Duacensis, in ecclesia s. Petri de Duaco statuit et de bonis propriis dotavit », quaeque diu vacans, juxta concilii statuta Lateranensis, ad sedis apostolicae collationem devoluta est, Waltero dicto *de Vignoy*, presbytero Cameracensis diocesis, idoneo per archidiaconum Broliensem reperto, conferre procuret. (Reg. 29, fol. 290, n° 1510.)

« . . *episcopo Cameracensi.* Cum, sicut dilectus —. Datum apud Urbemveterem, vi idus februarii, anno tertio. »

1. L'adresse est incomplète.

**2459** Orvieto, 31 janvier 1264.

Praeposito ecclesiae Leodiensis mandat ut Arnaldo, pauperi clerico, nato Gerardi de Solei, a Petro, archidiacono Broliensi in titteratura idoneo reperto, praemissa de vitae conversatione inquisitione, de aliquo ecclesiastico beneficio praebendali vel alio, cum cura vel sine cura, ad collationem decani ecclesiae Aquensis, Leodiensis diocesis, spectante, providere curet. (Reg. 29, fol. 291, n° 1511.)

« . . *preposito ecclesie Leodiensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas februarii, anno tertio. »

**2460** Orvieto, 24 février 1264.

Episcopo Anagnino mandat ut magistro et fratribus hospitalis s. Spiritus in Saxia, ecclesiam Anagniae construere volentibus, primarium lapidem more solito benedictum largiatur. (Reg. 29, fol. 291, fol. 1512.)

« *Episcopo Anagnino.* Circa devotos Dei —. Sane dilecti filii magister et fratres hospitalis nostri s. Spiritus in Saxia de Urbe transmissa nobis peticione monstrarunt quod eis per specialia sedis apostolice privilegia est concessum ut in locis eorum, ad opus fratrum suorum ac familie in eis degentium, ecclesias et capellas construere valeant et habere. Cum itaque ipsi in quodam fundo quem dilectus filius Nicolaus, subdiaconus et capellanus noster, nepos felicis recordationis Gregorii pape, predecessoris nostri, tunc ad se spectante, juxta portam de Ryu civitatis Anagnine, nuper concessit eisdem intuitu pietatis, ecclesiam, ad opus eorum et fratrum suorum ac familie inibi existentium, juxta hujusmodi concessionem apostolicam, cupiant, sicut asserunt, edifficare de novo, nos, eorum supplicationibus inclinati, fraternitatem tuam attente rogandam duximus et monendam per apostolica tibi scripta mandantes quatenus, si est ita, eis pro apostolice sedis et nostra reverentia primarium lapidem more solito benedictum, sine alieni juris prejudicio, largiaris. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas martii, anno tertio. »

**2461** Orvieto, 24 février 1264.

Capitulo Augustensi mandat ut Egidium presbyterum, rectorem ecclesiae de Stipulis, Augustensis diocesis, Tarentasiensis archiepiscopi consanguineum, in concanonicum valeant recipere, non obstante quodam statuto, juramento firmato, quod asserebat capitulum habere, videlicet quod nullum sub exspectatione vacaturae praebendae reciperent nisi coacti. (Reg. 29, fol. 291, n° 1513.)

« *Capitulo ecclesie Augustensis.* Exposuit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas martii, anno tertio. »

**2462** Orvieto, 28 février 1264.

Decano et capitulo Laudunensibus indulget ut sententias excommunicationis et suspensionis in quoscumque molestatores eorum ecclesiae promulgare valeant. (Reg. 29, fol. 291, n° 1514.)

« *Decano et capitulo Laudunensibus.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas martii, anno tertio. »

**2463** Orvieto, 16 février 1264.

Episcopo Cameracensi mandat ut magistro Johanni de Geraldimonte, pauperi presbytero Cameracensis diocesis, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, « qui liberalium artium studio sic sollicite insudavit quod in eisdem artibus doctoris gessit officium ac insuper theologice facultatis et medicine disciplinis aliquandiu insistens, in illis per Dei gratiam profecit competenter, » de aliquo ecclesiastico beneficio competente, ad collationem et praesentationem abbatis et conventus conjunctim vel divisim monasterii de Geraldimonte, ordinis s. Benedicti, Cameracensis diocesis, spectante, providere procuret. (Reg. 29, fol. 291 v°, n° 1515.)

« . . *episcopo Cameracensi.* Illos quos pro —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas martii, anno tertio. »

**2464** Orvieto, 20 septembre 1263.

Episcopo Ulixbonensi mandat ut Petrum Roderici, pauperem clericum ipsius diocesis, qui nullum est adhuc beneficium assecutus, nisi quoddam tenue sine cura cujus proventus duarum marcarum argenti valentiam, annis singulis, vix excedunt, quod est resignare paratus, in ecclesia s. Mariae de Alcazoba Sanctarenensis in portionarium recipi faciat. (Reg. 29, fol. 291 v°, n° 1516.)

« *Episcopo Ulixbonensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas octobris, anno tertio. »

**2465** Orvieto, 2 février 1264.

Abbati s. Hippolyti Faventini mandat confirmet Guillelmo Azi de Faventia, Romanae ecclesiae devoto, quaedam bona quorum domini inveniri non contigerit. (Reg. 29, fol. 292, n° 1517.)

« *Abbati sancti Ypoliti Faventini.* Dilectus filius nobilis vir Guillelmus Azi de Faventia, natus quondam Hugolini Azi exposuit coram nobis quod, cum quondam Fredericus, olim Romanorum imperator, ejusque fautores ipsi nobili et patri ejus, dum viveret, pro eo quod erant devoti ecclesie, tam in domibus suis quam in aliis bonis eorum dampna gravia intulissent, ipsi postmodum contra fautores hujusmodi hac occasione guerram moventes, dampnificarunt personas plurimas, multa non solum de bonis dictorum fautorum, verum etiam aliorum quos hujusmodi negotium non tangebat illicite acquirendo. Quare dictus nobilis, sano ductus consilio, nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse tam pro se quam pro dicto patre suo, qui hoc voluit in extremis agens, paratus sit pro posse suo satisfacere de hujusmodi dampnis, ablatis et acquisitis injuste, nec illorum notitiam habeat quibus per eum restitui debeant taliter acquisita, providere sibi super hoc salubri remedio curaremus. De tua itaque circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, discretioni tue mandamus quatinus in locis in quibus bona hujusmodi recepta fuerunt et dampna data et alibi etiam ubi prudentie tue videbitur, denunciationibus publice propositis in hac parte, si post competentem terminum quem super hoc peremptorie duxeris prefigendum, nulli appareant quibus sit hujusmodi restitutio facienda, tu extunc ipsi nobili, pro sua et ejusdem familie sustentatione, illam quantitatem de hujusmodi bonis assignes, de qua, consideratis diligenter circumstantiis universis, videris expedire, ceteris omnibus in pauperes et alios pios usus pro animabus illorum quibus dampna illa fuerunt illata, fideliter de proborum consilio distributis. Contradictores etc., usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas februarii, anno tertio. »

**2466** Orvieto, 16 février 1264.

Episcopo Laudensi mandat ut Oldinum, clericum Mediolanensem, natum quondam Ottonis de Casare, civis Mediolanensis, in ecclesia s. Nazarii in Brolio Mediolanensi, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 292, n° 1518.)

« . . *episcopo Laudensi.* Et si ad —. Datum apud Urbemveterem. XV kalendas martii, anno tertio. »

**2467** Orvieto. 9 février 1264.

Cantori ecclesiae Anteradensis mandat ut Petrum Michaelis, subdiaconum Acconensem, obtentu magistri Hospitalis Jerosolimitani, in ecclesia Valaniensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 292, n° 1519.)

« . . *cantori ecclesie Anteradensis.* Digne ac laudabiliter —. Datum apud Urbemveterem, V idus februarii, anno tertio. »

**2468** Orvieto, 21 février 1264.

Archiepiscopo Maguntino mandat ut episcopo Argentinensi locum assignet ad quem facile se conferre possit diaconatus et presbyteratus ordines ac munus consecrationis recepturus. (Reg. 29, fol. 292 v°, n° 1520.)

« *Archiepiscopo Maguntino.* Cum, sicut . . dilecto filio . . electo Argentinensi, accepimus intimante, ipse, propter viarum discrimina et guerrarum incursus illarum partium, sedem metropolitanam secure adire non possit, a te diaconatus et presbiteratus ordines ac munus consecrationis, statutis temporibus recepturus, nos, attendentes sincere devotionis effectum quam dudum Romana ecclesia contra ipsius persecutiones in Argentinensi ecclesia se recolit invenisse, ac tum propter hoc tum etiam ob causam premissam, ipsi electo in hoc cupientes deferri, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus assignes sibi locum aliquem ad quem secure tuam possit adire presentiam pro premissis. Alioquin committas aliquibus episcopis, gratiam et communionem sedis apostolice obtinentibus, quod ei ordines et munus hujusmodi eisdem temporibus conferant vice tua. Datum apud Urbemveterem, X kalendas martii, anno tertio. »

**2469** Orvieto, 29 février 1264.

Magistro Raymundo, canonico Paphensi, mandat ut Franciscum, clericum Viterbiensem, familiarem magistri Laurentii, notarii apostolici, in ecclesia s. Mariae Novae Viterbiensis in canonicum recipi faciat, non obstante quod dictus clericus aliud beneficium obtineat, cujus proventus, ut asseruit, centum solidos usualis monetae annuos non excedunt. (Reg. 29, fol. 292 v°, n° 1521.)

« *Magistro Raymundo, canonico Paphensi, commoranti in Romana curia.* Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas martii, anno tertio. »

**2470** Orvieto, 28 février 1264.

Cantori ecclesiae Compostellanae mandat ut Petro Johannis, canonico ecclesiae Auriensis. de aliqua praebenda in eadem ecclesia provideat. (Reg. 29, fol. 292 v°, n° 1522.)

« *Cantori ecclesie Compostellane.* Cum filius sapiens —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas martii, anno tertio. »

**2471** Orvieto, 1er mars 1264.

Episcopo Urgellensi mandat ut Johanni Martini, canonico Compostellano, capellano R., s. Angeli diaconi cardinalis, ecclesiam s. Mariae de Cambre, ad provisionem sedis apostolicae. juxta Lateranensis statuta concilii, devolutam, conferat. (Reg. 29, fol. 293, n° 1523.)

« *Episcopo Urgellensi.* Cum, sicut dilecto —. Datum apud Urbemveterem, kalendis martii, anno tertio. »

**2472** Orvieto, 15 mars 1264.

Praeposito et capitulo Sistaricensibus mandat ut Johannem, dictum *Rocha*, subdiaconum P., episcopi Niciensis, consanguineum, recipiant in clericum et in fratrem. (Reg. 29, fol. 293, n° 1524.)

« . . *preposito et capitulo Sistaricensibus.* Inducimur laudabilibus meritis —. Datum apud Urbemveterem, idus martii, anno tertio. »

**2473** Orvieto, 10 février 1264.

Cantori ecclesiae s. Gaugerici Cameracensis mandat ut Johanni de Kokerdes, pauperi clerico Morinensis diocesis, de aliqua ecclesia parochiali, ad collationem vel praesentationem decani et capituli ecclesiae s. Audomari, ejusdem diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 293 v°, n° 1525.)

« . . *cantori ecclesie s. Gaugerici Cameracensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, IIII idus februarii, anno tertio. »

**2474** Orvieto, 13 janvier 1264.

Decano ecclesiae Metensis mandat ut Petro de Nouton, pauperi clerico Metensis diocesis, aliquod ecclesiasticum beneficium conferat. « cum cura vel sine cura, ad collationem vel presentationem abbatis et conventus monasterii s. Vincentii Metensis, ordinis s. Benedicti, communiter vel divisim spectans, » dummodo ad id dicti abbatis accedat assensus. (Reg. 29, fol. 293 v°, n° 1526.)

« *Decano ecclesie Metensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, idus januarii, anno tertio. »

**2475** Orvieto, 3 novembre 1263.

Magistro Marchualdo mandat ut Godefrido de Trajecto-supra-Mosam clericum in ecclesia Tungrensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 294, n° 1527.)

« *Magistro Marchualdo, preposito ecclesie Tungrensis, Leodiensis diocesis.* Probitatis et scientie —. Datum apud Urbemveterem, III nonas novembris, anno tertio. »

**2476** Orvieto, 10 mars 1264.

Archiepiscopo Compostellano mandat ut Johanni Bernandi, pauperi presbytero Compostellanae diocesis, de vitae meritis informatione praemissa, de aliquo ecclesiastico beneficio ad prioris et conventus monasterii s. Johannis de Fovea, ordinis s. Augustini, ejusdem diocesis. spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 294, n° 1528.)

« *Archiepiscopo Compostellano.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, VI idus martii, anno tertio. »

**2477** Orvieto, 9 mars 1264.

Infrascriptis mandat ut Sanctio, presbytero canonico ecclesiae Nazarenae, ordinis s. Augustini, ecclesiam s. Mariae de Nazaret in Barulo conferant, curam animarum non habentem, ad ecclesiam Nazarenam spectantem et solitam per canonicos ejusdem Nazarenae ecclesiae quos in ipsa archiepiscopus Nazarenus, quando et prout vult, ponit et removet, gubernari. (Reg. 29, fol. 294 v°, n° 1529.)

« . . *fratrum Predicatorum, et . . ecclesie dominici Sepulcri in Barulo prioribus.* Cum, sicut fidedignorum —.

Datum apud Urbemveterem, VII idus martii, anno tertio [1]. »

**2478** Orvieto, 5 mars 1264.

Infrascriptis mandat ut, « obtentu Amalrici de Rupe, fratris domus Militie Templi Jerosolimitani, » Bartholomaeum, clericum Asisii Tyrensis, in ecclesia Bibliensi in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 294 v°, n° 1530.)

« . . *thesaurario Beritensi, et . . archidiacono Tiberiadensi.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, III nonas martii, anno tertio. »

**2479** Orvieto, 23 février 1264.

Priori s. Martini Nivernensis mandat ut, precibus abbatissae et conventus s. Mariae Nivernensis, Johanni de Moncellis, clerico earum, de aliquo ecclesiastico beneficio ad ipsarum collationem spectante provideat. (Reg. 29, fol. 294 v°, n° 1531.)

« . . *priori s. Martini Nivernensis.* Dilecte in Christo —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas martii, anno tertio. »

**2480** Orvieto, 20 mars 1264.

Abbati s. Truperti in Nigra Silva, ordinis s. Benedicti, Constantiensis diocesis, mandat ut Conradum clericum, natum nobilis viri C., comitis de Freburch, obtentu universitatis Friburgensis, in ecclesia Argentinensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 295, n° 1532.)

« *Abbati s. Truperti in Nigra-Silva, ordinis s. Benedicti, Constantiensis diocesis.* Ad faciendam dilecto —. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas aprilis, anno tertio. »

**2481** Orvieto, 18 mars 1264.

Episcopo Constantiensi mandat ut, precibus nobilis viri Conradi, comitis Irsuti, Johanni, nato Henrici de Olotum, militis, canonico ecclesiae Turicensis, Constantiensis diocesis, de aliquo ecclesiastico beneficio competenti praebendali vel alio, cum cura vel sine cura, ad abbatissae et conventus monasterii Turicensis, ordinis s. Benedicti, collationem spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 295, n° 1533.)

« *Episcopo Constantiensi.* Ut dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas aprilis, anno tertio. »

**2482** Orvieto, 8 mars 1264.

Magistro Heliae Caralli mandat ut Petro de Brolio, clerico Lemovicensis diocesis, nepoti magistri Dionysii, capellani O., s. Adriani diaconi cardinalis, de aliquo ecclesiastico beneficio in archidiaconatu Combraliae in ecclesia Lemovicensi, provideat. (Reg. 29, fol. 295, n° 1534 [1].)

« *Magistro Helye Caralli, canonico Lemovicensi.* Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, VIII idus martii, anno tertio. »

**2483** Orvieto, 13 mars 1264.

J., sanctorum Cosmae et Damiani diacono cardinali, mandat ut Johannem Petri Seriniarii, clericum ecclesiae s. Angeli Verulani, qui, ad ipsius cardinalis instantiam, canonicatum ecclesiae s. Herasmi Verulani accepit, in eadem ecclesia pro canonico haberi faciat eique de beneficio provideat. (Reg. 29, fol. 295 v°, n° 1535 [2].)

« *J., sanctorum Cosme et Damiani diacono cardinali.* Olim ad tue —. Datum apud Urbemveterem, III idus martii, anno tertio. »

**2484** Orvieto, 13 mars 1264.

Abbati s. Stephani Divionensis mandat ut Symonem de Buxeria, canonicum Lingonensem, de Matisconensi diocesi oriundum, obtentu episcopi Lingonensis, in Matisconensi ecclesia recipi faciat in canonicum. (Reg. 29, fol. 295 v°, n° 1536.)

« *Abbati s. Stephani Divionensis, Lingonensis diocesis.* Ecclesiarum utilitatibus non —. Datum apud Urbemveterem, III idus martii, anno tertio. »

1. En marge : « *Concessa est ad instantiam domini . . episcopi Tusculani.* »

1. En marge : *Concessa est obtentu domini Jordani cardinalis.*
2. En marge : « *Concessa est ad instantiam domini . . episcopi Tusculani.* »

2485 Orvieto, 11 mars 1264.

Officiali Remensi mandat ut, obtentu nobilis mulieris Felicitatis de Triangulo, dominae de Peruez et de Castro Portuensi, magistro Franconi de Arz, clerico, legum professori Leodiensi, de aliquo ecclesiastico beneficio, ad ejusdem Felicitatis provisionem spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 296, n° 1537.)

« *Officiali Remensi.* Dilecta in Christo —. Datum apud Urbemveterem, v idus martii, anno tertio. »

2486 Orvieto, 12 février 1264.

De exemptione a juridictione ordinaria et subjectione solis Jerosolimitanae et Romanae ecclesiis, ecclesiae s. Sepulcri de Aquapendente concessis. (Reg. 29, fol. 296, n° 1538.)

« *Ade, canonico ecclesie Jerosolimitane, rectori sancti Sepulcri de Aquapendente, ad prefatam Jerosolimitanam ecclesiam pleno jure spectantis, ordinis sancti Augustini, capellano nostro.* Honestatis debito suadente, venerabilem sanctamque Jerosolimitanam ecclesiam, de cujus regimine ad apostolice dignitatis apicem, divine miserationis providentia nos vocavit, ex intimo diligentes, universos prioratus, ecclesias, domos, prepposituras et alia loca eidem subjecta ecclesie, ad dilectos filios . . priorem, et capitulum ipsius ecclesie, ordinis sancti Augustini, spectantia, tam in transmarinis quam cismarinis partibus constituta, et personas ipsorum ab omni jurisdictione, subjectione ac dominio archiepiscoporum et episcoporum, archidiaconorum et quorumlibet aliorum ordinariorum et ecclesiarum ipsorum penitus, per nostras litteras, de gratia exemimus speciali, ita quod prioratus, domus, ecclesie, preppositure et loca predicta, cum personis ipsorum, Romano dumtaxat pontifici et patriarche Jerosolimitano, qui pro tempore fuerit, ac etiam ipsis priori et capitulo per omnia sint subjecta, et archiepiscopi, episcopi, archidiaconi et ordinarii predicti censuram ecclesiasticam seu jurisdictionem aliquam in prioratibus, ecclesiis, domibus, prepposituris, locis et personis predictis exercere non possint. Ceterum excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias, si quas contra hujusmodi exemptionis tenorem, postquam hujusmodi exemptio ad prelatorum et ordinariorum notitiam pervenisset, promulgari contigerit, irritas decrevimus et inanes. Licet igitur per hujusmodi generalem exemptionem ecclesie tue, utpote membro dicte ecclesie speciali, de plena libertate, sicut et ceteris ejusdem ecclesie membris, provisum esse noscatur, tamen, quia plus delectat et placet quod specialiter conceditur quam quod generaliter indulgetur, nos, tuis supplicationibus inclinati, exemptionem hujusmodi ad te et tuos successores tuamque ecclesiam supradictam necnon ad omnes ecclesias, domos et loca eidem subjecta ecclesie specialiter extendentes, tenore presentium districtius inhibemus ne quis archiepiscopus, episcopus, archidiaconus aut alius ordinarius circa institutionem rectoris ejusdem ecclesie et membrorum ad ipsam spectantium, jurisdictionem aliquam sibi usurpare presumat, sed prior ecclesie supradicte in eadem ecclesia, cum vacaverit, rectorem seu preceptorem instituat, prout in aliis locis ecclesie sue subjectis fieri consuevit. Nulli ergo etc. nostre exemptionis infringere etc. Datum apud Urbemveterem, ii idus februarii, anno tertio. »

2487 Orvieto, 18 mars 1264.

Priori s. Antonii Tholosani mandat ut, obtentu fratris Roncellini de Fos, magistri domorum ordinis Militiae Templi in Provincia, necnon et fratris Gaufridi, marescalci apostolici, ejusdem ordinis, Guillelmum de Percto, clericum praedicti Roncellini, in ecclesia s. Genesii Lodovensis in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 296 v°, n° 1539.)

« *. . priori s. Antonii Tholosani, Cluniacensis ordinis.* Dilecto filio Guillelmo —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas aprilis, anno tertio. »

2488 Orvieto, 17 mars 1264.

Archiepiscopo Januensi mandat ut Johannem, canonicum ecclesiae s. Georgii presbyterum, capellanum O., s. Adriani diaconi cardinalis, in possessionem capellae s. Nicolai de Vulturi, Januensis diocesis, mittat, amoto ab ea Oberto, archipresbytero plebis s. Quirici de Legio, Placentinae diocesis, illicito detentore. (Reg. 29, fol. 296 v°, n° 1540.)

« *Archiepiscopo Januensi.* Significante nobis dilecto —. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas aprilis, anno tertio. »

2489 Orvieto, 1er avril 1264.

Scolastico ecclesiae s. Willehadi Breanensis mandat ut Johanni de Offembruge, pauperi clerico, provideat de aliquo ecclesiastico beneficio ad praesentationem abbatis de Yburg, or-

dinis s. Benedicti, Osnaburgensis diocesis, spectante. (Reg. 29, fol. 296 v°, n° 1541.)

« *Scolastico ecclesie s. Willehadi Breanensis.* Constitus (*sic*) in presentia —. Datum apud Urbemveterem, kalendis aprilis, anno tertio. »

**2490** Orvieto, 11 mars 1264.

Scolastico ecclesiae Monasteriensis mandat ut Henricum presbyterum, rectorem ecclesiae in Oyte, Osnaburgensis diocesis, ecclesiam eamdem et capellaniam altaris s. Servatii in ecclesia Osnaburgensi resignare paratum, de novo in ecclesia s. Johannis Osnaburgensis, non obstante constitutione Alexandri papae IIII, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 297, n° 1542.)

« *Scolastico ecclesie Monasteriensis.* Exposuit coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, v idus martii, anno tertio. »

**2491** Orvieto, 15 mars 1264.

Magistro Martino, Brixiensi electo, indulget ut, quum ad Brixiensem ecclesiam, laicali potentia occupatam, accedere nequeat, beneficia quae, promotionis tempore, in Senonensi et Brixiensi diocesibus obtinebat, obsequiis papae insistendo, retinere valeat. (Reg. 29, fol. 297, n° 1543.)

« *Magistro Martino, Brixiensi electo.* Bone memorie C. —. Datum apud Urbemveterem, idus martii, anno tertio. »

**2492** Orvieto, 18 mars 1264.

Infrascriptis praedicti committit executionem indulti. (Reg. 29, fol. 297 v°, n° 1544.)

« *Magistro Nicolao de Senis Parisiensi et Felicio Trecensi canonicis.* Nota[1] probitatis et —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas aprilis, anno tertio. »

**2493** Orvieto, 13 février 1264.

Episcopo Biterrensi mandat ut Audeberto de Petra, praeposito ecclesiae Mimatensis, prioratum de Ispanico, Mimatensis diocesis, adjudicet. (Reg. 29, fol. 297 v°, n° 1545.)

1. L'initiale en majuscule rouge a été effacée ainsi que le numéro particulier de cette bulle.

« *Episcopo Biterrensi.* [1]Sua nobis dilectus filius Audebertus de Petra, prepositus ecclesie Mimatensis, petitione monstravit quod, inter ipsum et venerabilem fratrem nostrum, Mimatensem episcopum, super prioratu de Ispanico, Mimatensis diocesis, quem idem prepositus per abbatem monasterii Aureliacensis, ordinis sancti Benedicti, Claromontensis diocesis, ad cujus collationem pertinere dicitur, sibi collatum fore proponit, dictus vero episcopus asserit quod prioratus ipse, auctoritate quarundam litterarum felicis recordationis Innocentii pape predecessoris fuerat sibi datus, orta materia questionis, nos causam hujusmodi legitime ad sedem apostolicam devolutam, post diversos auditores in ea datos et processus varios habitos coram eis, dilecto filio nostro R., sancti Angeli diacono cardinali, sub ea forma commisimus ut, omissis appellationibus, processibus et sententiis quibuscunque, audiret super principali que partes vellent proponere coram eo et adjudicaret illi prioratum eundem ad quem pertineret de jure. Sane dilectus filius magister Bernardus Ispanus, capellanus noster, cui dictus cardinalis, de speciali mandato nostro, causam ipsam commisit, partes ad suam presentiam evocavit, prefigens eis certum terminum peremptorium infra quem de jure suo docerent et nichilominus procuratorem ipsius episcopi citari fecit ut ad hoc comparere curaret. Sed eodem procuratore docere de jure dicti episcopi non curante, immo ab ejusdem capellani audientia frustratorie ad nostram audientiam appellante, dictus prepositus coram eodem capellano ad plenum probare non potuit quod ad predictum abbatem ipsius prioratus collatio pertineret et idem capellanus ipsi preposito prioratum non adjudicavit eundem. Ut autem de premissis certitudo plena habeatur, eidem cardinali, presente venerabili fratre nostro . . episcopo Sabinensi, viva voce commisimus ut inquireret super hiis diligentius veritatem. Porro dilecti filii P., archidiaconus Augustensis, et magister Andreas Spiliati, capellani nostri, quibus idem cardinalis id duxerat committendum, in presentia ipsius prepositi et procuratoris dicti episcopi super hoc inquirentes, invenerunt vera esse que superius enarrantur. Facta itaque super hiis per capellanos ipsos episcopo et cardinali predictis et nobis per eundem cardinalem relatione fideli,

1. En marge : « *Ista littera, ut jacet, fuit concessa ad instan-* » *tiam domini Ricc. et domini Sabinensis. Dominus R. perhibuit tes-* » *timonium viva voce de tenore littere, et sigillavit eam a tergo.* » *Dominus Sabinensis consuluit domino nostro quod secure daret* » *eam quia poterat secundum Deum, et dominus noster acquievit* » *sibi.* »

nobis de premissis constitit evidenter. Quocirca fraternitati tue mandamus quatinus, si dictus prepositus legitime probaverit coram te quod collatio prioratus ejusdem ad abbatem pertineat supradictum, ipsum cum juribus et pertinentiis suis eidem preposito adjudicare procures, ipsumque facias illius pacifica possessione gaudere. Contradictores auctoritate nostra etc. usque compescendo. Ceterum excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias latas in alterutram partium, occasione questionis hujusmodi, ad cautelam, sine qualibet difficultate, relaxans, dispenses cum alterutra partium earundem super irregularitate si quam forsitan sic ligate contraxerunt, se divinis officiis immiscendo. Datum Urbemveterem, idus februarii, anno tertio. »

**2494** Orvieto, 5 avril 1264.

Episcopo Albensi concedit facultatem conferendi personis idoneis dignitates, personatus et beneficia quae ad sedis apostolicae collationem, juxta Lateranensis statuta concilii, sunt devoluta. (Reg. 29, fol. 298, n° 1546.)

« *Episcopo Albensi.* Ex tue devotionis —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**2495** Orvieto, 5 avril 1264.

Magistro Johanni Leonardi, canonico Interamnensi, mandat ut in ecclesia Reatina in canonicum recipi faciat Henricum, natum quondam Reginaldi de Arrone, clericum Spoletanae diocesis, quia ecclesiam s. Benedicti de Calcaria, Spoletanae diocesis, cujus ipse Henricus rector erat, ad manus suas, pro expensis custodiae roccae de Cesis, papa ad se revocaverat, eidemque Henrico a s. Salvatoris, Reatinae diocesis, et Sublacensi monasteriis, ordinis s. Benedicti, in quindecim libris prov. faciat tamdiu provideri donec ipse in praefata ecclesia praebendam fuerit assecutus. (Reg. 29, fol. 298, n° 1547.)

« *Magistro Johanni Leonardi, canonico Interampnensi.* Ad faciendam dilecto —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**2496** Orvieto, 28 mars 1264.

Decano et capitulo ecclesiae b. Mariae Belnensis indulget ut Constantinum de Belna, presbyterum perpetuum vicarium ejusdem ecclesiae, in eadem ecclesia in canonicum recipere valeant. (Reg. 29, fol. 298, n° 1548.)

« *Decano et capitulo ecclesie b. Marie Belnensis, Eduensis diocesis.* Ex parte vestra —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas aprilis, anno tertio. »

**2497** Orvieto, 28 mars 1264.

Decano et capitulo ecclesiae b. Martini Turonensis indulget ut magistrum Gilonem, dictum *Lipage,* canonicum ecclesiae s. Petri Puellarum Pictavensis, obtentu regis ac reginae Navarrae, in concanonicum recipere valeant. (Reg. 29, fol. 298 v°, n° 1549.)

« *Decano et capitulo ecclesie s. Martini Turonensis.* Dilectum filium magistrum —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas aprilis, anno tertio. »

**2498** Orvieto, 17 mars 1264.

Episcopo Cenomanensi indulget ut in Cenomanensi ecclesia unum clericum idoneum in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 298 v°, n° 1550.)

« *Episcopo Cenomanensi.* Volentes honorarem (*sic*) personam —. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas aprilis, anno tertio. »

**2499** Orvieto, 21 mars 1264.

Episcopo Zamorensi, ipsius episcopi et nonnullorum canonicorum ipsius ecclesiae precibus, indulget ut Petrum dictum *Nay*, clericum chori ejusdem ecclesiae, in eadem ecclesia in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 298 v°, n° 1551.)

« . . *episcopo et capitulo Zamorensibus.* Dilectus filius Petrus —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas aprilis, anno tertio. »

**2500** Orvieto, 1er avril 1264.

Bartholomaeo Quirini, canonico Castellano, mandat compellat Castellanum episcopum ut de summa quam certis mercatoribus Florentinis debet, Roberto de Baro, familiari apostolico et eorumdem mercatorum creditori, satisfaciat. (Reg. 29, fol. 298 v°, n° 1552.)

« *Bartholomeo Quirini, canonico Castellano.* Cum, sicut dilectus filius Robertus de Baro, familiaris noster, nobis exposuit, Dulcius Noceus (*sic*) et Boldrus de Burgo,

Huguetus Maza, Hugo Monaldi et alii eorum socii, cives et mercatores Florentini, in septingentis octaginta et v libris provenientium teneantur eidem, prout in instrumento publico super hoc confecto plenius dicitur contineri, dictique mercatores hujusmodi pecuniam eidem Roberto manualiter solvere se non posse proponant, ac venerabilis frater noster Castellanus episcopus in multo majori summa pecunie dictis mercatoribus teneatur, nos, volentes ejusdem Roberti indempnitati apostolica sollicitudine precavere, discretioni tue per apostolica scripta, in virtute obedientie et sub pena excommunicationis, districte precipiendo mandamus quatinus eidem episcopo, ex parte nostra, districte precipias ut tantum de hujusmodi pecunia in qua mercatoribus ipsis eorumve societati tenetur, cum solutionis ejus terminus elapsus esse dicatur, infra unum mensem post preceptum hujusmodi, procuratori vel procuratoribus ejusdem Roberti, nomine ipsius, sublato cujuslibet obstaculo difficultatis, exolvat ita quod dicto Roberto de predictis septingentis et octaginta et quinque libris, juxta predicti instrumenti tenorem, plenarie satisfiat, dictum episcopum Castellanum ad id, si necesse fuerit, auctoritate nostra, appellatione postposita, compellendo. Invocato etc. Non obstante si eidem episcopo a sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari, et quod ad solutionem debitorum que predecessores sui Castellani episcopi contraxerunt, nisi probatum fuerit illa in utilitatem ecclesie Castellane fuisse conversa, compelli non possit per litteras apostolicas plenam et expressam ac de verbo ad verbum non facientes de indulto hujusmodi mentionem. Dictum autem episcopum et ecclesiam ac successores ipsius ab hujusmodi debito, pro quantitate quam eidem Roberto vel procuratoribus suis pro eo duxerint persolvendam, perpetuo absolvere auctoritate nostra procures, ita quod ad illam restitutionem memoratis mercatoribus aut eorum heredibus vel successoribus seu aliis quibus jus suum dederint vel suas actiones cesserint, faciendam nullo umquam tempore teneantur, nec propter hoc valeant aliquatenus conveniri, sed iidem episcopus, successores et ecclesie remaneant exinde penitus absoluti, non obstantibus quibuslibet instrumentis vel litteris super eisdem debitis, sub quacunque verborum forma, confectis, seu juramentis interpositis a quibus episcopum, ecclesiam et successores eosdem, eadem auctoritate, quoad dictam quantitatem absolvas, et quibuscunque penis, obligationibus, renuntiationibus, pactis et conventionibus interjectis, etiam si hec omnia sint auctoritate sedis apostolice confirmata, que prefatis mercatoribus eorumve societati quoad eandem quantitatem nolumus in aliquo suffragari. Nos enim omnes interdicti, suspensionis et excommunicationis sententias latas vel ferendas, occasione hujusmodi debiti, in favorem eorundem mercatorum, et quaslibet apostolicas litteras ad quoscunque judices super hujusmodi debito impetratas ab eisdem mercatoribus vel etiam impetrandas, necnon et quoslibet processus per eas habitos et quos haberi contigerit, sine nostro speciali mandato faciente plenam et expressam de presentibus mentionem, de potestatis apostolice plenitudine revocamus. Datum apud Urbemveterem, kalendis aprilis, anno tertio. »

**2501** Orvieto, 5 avril 1264.

Magistro Johanni Leonardi, canonico Interamnensi, mandat ut in ecclesia Reatina in canonicum recipi faciat Henricum, natum quondam Reginaldi de Arrone, clericum Spoletanae diocesis, quia ecclesiam s. Benedicti de Calcaria, Spoletanae diocesis, cujus ipse Henricus rector erat, ad manus suas pro expensis custodiae roccae de Cesis papa ad se revocaverat. (Reg. 29, fol. 299, n° 1553 [1].)

« *Magistro Johanni Leonardi, canonico Interampnensi.* Ad faciendam dilecto —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**2502** Orvieto, 29 mars 1264.

Thesaurario Cathalaunensi mandat ut Aimerico de s. Christophoro, clerico, capituli Parisiensis procuratori, de aliqua perpetua vicaria Parisiensis ecclesiae, ad quaslibet personas religiosas spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 299, n° 1554.)

« . . *thesaurario Cathalaunensi.* Probitatis et scientie —. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas aprilis, anno tertio. »

**2503** Orvieto, 27 janvier 1264.

Archipresbytero plebis de Misano mandat ut Caliano, nato Gerardini, comitis de Lamala, civis Bononiensis, capellano R., diaconi s. Angeli cardinalis, clerico ecclesiae s. Martini de Viniola, Bononiensis diocesis, beneficium quod in ipsa ecclesia obtinet et de quo non potest commode sustentari, re-

1. Cette lettre a été déjà enregistrée plus haut. Cf. n° 2495.

signare parato, quoddam beneficium in ecclesia s. Trinitatis de Curia Savigna, Bononiensis diocesis, conferat. (Reg. 29, fol, 299 v°, n° 1555.)

« *Archipresbitero plebis de Misano, Mutinensis diocesis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas februarii, anno tertio. »

**2504** Orvieto, 16 février 1264.

Cantori ecclesiae s. Mariae Autissiodorensis mandat ut Regnaudo de Cella-super-Ligerim, quum idem Regnaudus de gratia prius sibi facta nullum assecutus sit commodum, de aliquo beneficio competenti provideat. (Reg. 29, fol. 299 v°, n° 1556.)

« *Cantori ecclesie s. Marie Autisiodorensis.* Dilectus filius Regnaudus —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas martii, anno tertio. »

**2505** Orvieto, 9 avril 1264.

Infrascriptis committit executionem ordinationis ab A., tituli s. Praxedis presbytero cardinali, de ecclesia s. Lupi Trecensis, ordinis s. Augustini, editae. (Reg. 29, fol. 299 v°, n° 1557.)

« *Abbati Celle Trecensis et magistro Johanni Garsie, canonico Trecensi.* Dilectus filius Milo, abbas ecclesie s. Lupi Trecensis, ordinis s. Augustini, in nostra proposuit presentia constitutus quod, olim inter ipsum, ex parte una, et . . priorem ac alios in hac parte sibi adherentes canonicos predicte ecclesie, ex altera, super dilapidatione, privatione administrationum, spoliatione quarumdam rerum et certis aliis articulis questione suborta, tandem, post diversas altercationes et lites, hujusmodi negotio ad sedem apostolicam legitime devoluto, dilecti filii nostri A., tituli s. Praxedis presbiter, et J., ss. Cosme et Damiani diaconus cardinales, auctoritate nostra sibi in hac parte commissa et de speciali mandato nostro facto eis oraculo vive vocis, per certam ordinationem ipsum negotium terminarunt, prout in instrumento publico inde confecto, dictorum cardinalium munito sigillis, plenius continetur. Nos itaque, ipsius abbatis supplicationibus inclinati, quod ab eisdem cardinalibus factum est in hac parte, ratum et firmum habentes, illud auctoritate apostolica duximus confirmandum. Quocirca discretioni vestre mandamus quatenus vos vel alter vestrum per vos vel alium seu alios dictam ordinationem executioni debite demandare curetis. Contradictores —. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno tertio. »

**2506** Orvieto, 12 avril 1264.

Abbati Aremanensi, Trecensis diocesis, et magistro Johanni Garsiae, canonico Trecensi, mandat ut priori et aliis in hac parte, ejus adherentibus qui adversus Milonem, ipsorum abbatem s. Lupi Trecensis, inquisitionem auctoritate apostolica fieri procuraverunt, pro expensis hac occasione factis, de bonis ipsius monasterii satisfieri procurent. (Reg. 29, fol. 300, n° 1558.)

« *Abbati Aremanensi, Trecensis diocesis, et magistro Johanni Garsie, canonico Trecensi.* Significantibus nobis olim —. Datum apud Urbemveterem, ii idus aprilis, anno tertio. »

**2507** Orvieto, 10 avril 1264.

Archiepiscopo Tarentasiensi mandat ut Willelmo, monacho Montismajoris, germano Berlionis Bartholomei, familiaris papae, de prioratu de Sonno, Viennensis diocesis, ad monasterium Montismajoris, ordinis s. Benedicti, Arelatensis diocesis, pertinente, provideat. (Reg. 29, fol. 300, n° 1559.)

« *Archiepiscopo Tarentasiensi.* Ex quorumdam relatu —. Datum apud Urbemveterem, iiii idus aprilis, anno tertio. »

**2508** Orvieto, 27 mars 1264.

Decano ecclesiae Maguntinae mandat ut Hermannum de Tremonia, pauperem clericum Coloniensis diocesis, nullum adhuc ecclesiasticum beneficium assecutum, in ecclesia s. Johannis Osnaburgensis in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 300, n° 1560.)

« *Decano ecclesie Maguntine.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas aprilis, anno tertio. »

**2509** Orvieto, 27 mars 1264.

Archiepiscopo et capitulo Compostellanis mandat ut Johannem Pelagii, archidiaconum Urgellensem, canonicum Salaman-

tinum, capellanum episcopi Penestrini, obtentu ejusdem episcopi, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 300 v°, n° 1561.)

« *Archiepiscopo, decano et capitulo Compostellanis.* Tante sinceritatis affectum —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas aprilis, anno tertio. »

**2510** Orvieto, 12 avril 1264.

Arnulpho de Bezo, canonico Anagnino, mandat ut Nicolao de Anagnia, capellano apostolico, de ecclesia rurali s. Petri de Apazano, Marsicanae diocesis, provideat, amotis N., qui se gerit pro episcopo Theatino, et quibuslibet aliis detentoribus ab eadem ecclesia, non obstante quod eidem episcopo eadem ecclesia reservata extiterit donec episcopatus sui foret possessionem pacificam assecutus. (Reg. 29, fol. 300 v°, n° 1562.)

« *Arnulpho de Bezo, canonico Anagnino.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, ii idus aprilis, anno tertio. »

**2511** Orvieto, 23 mars 1264.

Priori et capitulo ecclesiae secularis de Ayis, Bituricensis diocesis, indulget ut Durandum Bandeti, clericum Nivernensis diocesis, in eorum ecclesia in concanonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 300 v°, n° 1563.)

« *Priori et capitulo secularis ecclesie de Ayis, Bituricensis diocesis.* Cum per nostras —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**2512** Orvieto, 23 mars 1264.

Episcopo et capitulo Mindoniensibus mandat ut Pelagium Johannis, pauperem clericum chori Mindoniensis ecclesiae, unum tantum ecclesiasticum beneficium assecutum cujus proventus summam decem librarum tur. annis singulis non excedunt, in ecclesia Mindoniensi in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 301, n° 1564.)

« *Episcopo et capitulo Mindoniensibus.* Sinceritas vestra benivola —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas aprilis, anno tertio. »

**2513** Orvieto, 28 mars 1264.

Praeposito ecclesiae Avinionensis mandat ut magistrum Alfanum, clericum physicum, obtentu O., s. Adriani diaconi cardinalis, in ecclesia Carpentoratensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 301, n° 1565.)

« *Preposito ecclesie Avinionensis, capellano nostro.* Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas aprilis, anno tertio. »

**2514** Orvieto, 4 avril 1264.

Episcopo Pataviensi mandat ut Conrado, dicto *Bruno*, pauperi clerico Pataviensis diocesis, obtentu J., sanctorum Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, de aliquo beneficio competenti provideat ad collationem abbatis et conventus monasterii Medelicensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, Pataviensis diocesis, spectante. (Reg. 29, fol. 301 v°, n° 1566.)

« *Episcopo Pataviensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, ii nonas aprilis, anno tertio. »

**2515** Orvieto, 2 avril 1264.

Abbati s. Martini Papiensis mandat ut, obtentu Pivionis de Petrasancta, rectoris Patrimonii B. Petri in Tuscia, Facinum de Lacurte de Viqueria, pauperem clericum Terdonensis diocesis, in ecclesia s. Laurentii de Viqueria in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 301 v°, n° 1567.)

« *Abbati s. Martini Papiensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas aprilis, anno tertio. »

**2516** Orvieto, 1er avril 1264.

Magistro Lucae de Toro, canonico Neapolitano, mandat ut, obtentu A., basilicae duodecim apostolorum presbyteri cardinalis, Petrum de Boiano, clericum, in ecclesia Nolana in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 302, n° 1568.)

« *Magistro Luce de Toro, canonico Neapolitano.* Obtentu dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, kalendis aprilis, anno tertio. »

**2517** Orvieto, 15 avril 1264.

Bartholomaeo de Buschetis, canonico Mutinensi, mandat

ut Rolandino, clerico, nato Bartholomaei de Paltoneriis, civis Mutinensis, obtentu nobilis viri Bernardini Petri Rubei, potestatis Urbevetani, familiaris apostolici, de aliquo archipresbyteratu seu plebanatu vel alio ecclesiastico beneficio, cum cura vel sine cura, in civitate vel diocesi Mutinensi, provideat. (Reg. 29, fol. 302, n° 1569.)

« *Bartholomeo de Buschetis, canonico Mutinensi.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, xvii kalendas maii, anno tertio. »

**2518** Orvieto, 3 avril 1264.

De provisione facienda Petro et Andreae de Bethleem fratribus, de paganorum spurcitiis ad cultum catholicum reversis. (Reg. 29, fol. 302, n° 1570.)

« *Patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato.* Si necessitatibus egentium —. Cum itaque dilecti filii Petrus et Andreas de Bethleem, fratres laici, latores presentium, sicut asserunt, de paganorum spurcitiis, aspirante Dei Filio, ad cultum redierint catholice puritatis, nec habeant unde valeant sustentari, nisi aliorum subsidio foveantur, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatenus, si quod dicti laici baptizati vel reversi fuerint tibi constiterit, nondumque eis alibi sit provisum, ipsis in aliquo monasterio seu religioso loco patriarchatus Jerosolimitani, provisione simili auctoritate apostolica non gravato, facias in vite necessariis quoad vixerint provideri, ita tamen quod ipsi non vendant provisionem hujusmodi et servitiis loci a quo necessaria receperint, studeant immorari. Contradictores —. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, iii nonas aprilis, anno tertio. »

**2519** Orvieto, 7 avril 1264.

Episcopo Penestrino mandat ut, a magistro Gerardo, consanguineo magistri Alberti, notarii apostolici, libera de archipresbyteratu ecclesiae s. Eulaliae, Parmensis diocesis, resignatione recepta, eumdem archipresbyteratum Gerardo, dicto *Blanco*, clerico ipsius archipresbyteri nepoti, assignet. (Reg. 29, fol. 302, n° 1571.)

« *Episcopo Penestrino.* Cum, sicut ex —. Datum apud Urbemveterem, vii idus aprilis, anno tertio. »

**2520** Orvieto, 20 mars 1264.

Archidiacono Cumano mandat ut Petrum, rectorem ecclesiae s. Carpofori de Colliate super Lambrum, Mediolanensis diocesis, in ecclesia Modociensi in canonicum recipi faciat « precipue cum Osmiri, ejusdem ecclesie archipresbiteri, capellani apostolici, ad hoc accedat assensus. » (Reg. 29, fol. 302 v°, n° 1572.)

« *Archidiacono Cumano.* Inducunt nos dilecti —. Datum apud Urbemveterem, xiii kalendas aprilis, anno tertio. »

**2521** Orvieto, 11 mars 1264.

Infrascriptis mandat ut Gerardum de Nivella, clericum episcopi Penestrini, obtentu ejusdem episcopi, in ecclesia Nivellensi in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 302 v°, ann. iii, n° 1573.)

« *Officiali majoris archidiaconi Remensis et magistro Johanni, dicto* Hellekin, *subdiacono et capellano nostro, canonico Constantiensi.* Affectionis paterne studium —. Datum apud Urbemveterem, v idus martii, anno tertio. »

**2522** Orvieto, 29 mars 1264.

Episcopo Corinthiensi mandat ut magistrum Petrum, thesaurarium Constantinopolitanum, per scismaticos Graecos ab ipsa ecclesia ejectum et exulem, obtentu patriarchae Constantinopolitani, in sua ecclesia in canonicum recipiat. (Reg. 29, fol. 303, n° 1574.)

« *Episcopo Corinthiensi.* Tunc sedes apostolica —. Datum apud Urbemveterem, iiii kalendas aprilis, anno tertio. »

**2523** Orvieto, 4 avril 1264.

Episcopo Pisano commisit visitationem et correctionem tam in capite quam in membris monasterii s. Arnae, ordinis s. Benedicti, Pisanae diocesis, quia ejusdem monasterii monachi conquesti erant quod Bonacursus, eorum prior, bona monasterii dilapidasset. (Reg. 29, fol. 303, n° 1575.)

« *Episcopo Pisano.* Ex parte dilectorum —. Datum apud Urbemveterem, ii nonas aprilis, anno tertio [1]. »

1. En marge : « *Instrumentum publicum apparuit quo impetrator erat constitutus procurator a conventu specialiter ad impetrandam hanc litteram.* »

**2524** Orvieto, 3 avril 1264.

Abbati monasterii s. Galli, Constanciensis diocesis, mandat ut Wernhero, dicto *Stori*, de aliquo ecclesiastico beneficio praebendali vel alio, ad cujuscumque ecclesiasticae personae collationem spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 303, n° 1576.)

« *Abbati monasterii s. Galli, Constanciensis diocesis.* Meritis laudabilis conversationis —. Datum apud Urbemveterem, III idus aprilis, anno tertio. »

**2525** Orvieto, 13 avril 1264.

Episcopo Pennensi et Adriensi concedit facultatem in ecclesia Pennensi in canonicum recipi faciendi Gualterum Nicolai clericum. (Reg. 29, fol. 303 v°, n° 1577.)

« *Venerabili fratri G., Pennensi et Adriensi episcopo.* Tuis supplicationibus inclinati —. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno tertio. »

**2526** Orvieto, 5 avril 1264.

Magistro Nicolao de Rocca mandat ut Jacobo Vincentii, pauperi clerico Suessano, ecclesiam s. Martini de Montemarsico, ad monasterium s. Vincentii de Vulturno ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinens, ordinis s. Benedicti, spectantem, et ob diutinam vacationem, juxta Lateranensis statuta concilii, ad sedem apostolicam devolutam, conferat. (Reg. 29, fol. 303 v°, n° 1578.)

« *Magistro Nicolao de Rocca, canonico Atheniensi, capellano dilecti filii nostri S., tituli s. Martini presbiteri cardinalis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**2527** Orvieto, 13 avril 1264.

S., tituli s. Martini presbytero cardinali, mandat ut a Symone de Arborio, canonico ecclesiae Novariensis, praebendae quam in eadem ecclesia obtinet, libera resignatione recepta, eamdem praebendam Ferracano de Rovexenda, clerico, capellano ejusdem cardinalis, obtentu magistri Johannis de Verallis, scriptoris apostolici, conferat. (Reg. 29, fol. 303 v°, n° 1579.)

« *Dilecto filio S., tituli s. Martini presbitero cardinali.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno tertio. »

**2528** Orvieto, 13 avril 1264.

Magistro Petro, dicto *Jai*, clerico Senonensis diocesis, canonicatum confert in ecclesia b. Urbani Trecensis (Reg. 29, fol. 304, n° 1580.)

« *Magistro Petro, dicto* Jai, *clerico Senonensis diocesis.* Cum nos ecclesiam ad honorem b. Urbani, pape ac martiris, in civitate Trecensi, in solo videlicet paterne domus, construi venusto opere faciamus ac duodenarium canonicorum numerum in eadem ecclesia duxerimus statuendum, nos, pensatis tue probitatis meritis, te in ipsa ecclesia in canonicum auctoritate apostolica instituimus, conferentes tibi canonicatum illius et investientes te per nostrum anulum de eodem, tibi de una ex prebendis quas in emptis et emendis possessionibus ad hoc deputandis in ipsa ecclesia ordinare, Deo favente, proponimus, provisuri. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno tertio. »

**2529** Orvieto, 11 avril 1264.

S. Johannis in Vineis et s. Dionysii Remensis abbatibus, ordinis s. Augustini, visitationem ecclesiae s. Lupi Trecensis, ordinis s. Augustini, committit. (Reg. 29, fol. 304, n° 1581.)

« *. . s. Johannis in Vineis et . . s. Dionisii Remensis abbatibus, ordinis s. Augustini.* In desideriis apostolice —. Datum apud Urbemveterem, III idus aprilis, anno tertio. »

**2530** Orvieto, 8 avril 1264.

Episcopo, decano et capitulo Claromontensibus mandat ut magistrum Albertum de Foresta, canonicum ecclesiae Thyernensis, fratrem fratris Chattardi, olim prioris hospitalis Jerosolimitani in Alvernia, in canonicum eorum ecclesiae recipiant, juxta litteras Alexandri papae IIII. (Reg. 29, fol. 304, n° 1582.)

« *. . episcopo, . . decano et capitulo Claromontensibus.* Dilectus filius magister —. Datum apud Urbemveterem, VI idus aprilis, anno tertio. »

**2531** Orvieto, 28 mars 1264.

Episcopo Elyensi mandat ut a Rogerio de Aratio, rectore ecclesiae s. Etheldredae de Yslona, Elyensis diocesis, ob senectutem ejusdem rectoris, libera resignatione recepta, eamdem ecclesiam idoneae personae praesentatae ab abbate et con-

ventu de Hemsam, Lincolniensis diocesis, ecclesiae patronis, conferat. (Reg. 29, fol. 304, n° 1583.)

« *Episcopo Elyensi.* Senectutis dispendiosa proprietas — Datum apud Urbemveterem, v kalendas aprilis anno tertio. »

**2532** Orvieto, 28 avril 1264.

Abbati s. Pauli, Praemonstratensis ordinis, decano et guardiano fratrum Minorum Virdunensibus mandat faciant ut Jacobo de Clasto, presbytero, canonicatus et praebenda in ecclesia Virdunensi conferantur. (Reg. 29, fol. 304 v°, n° 1548; Potthast 18862.)

« .. *abbati s. Pauli, Premonstratensis ordinis,* .. *decano et guardiano fratrum Minorum Virdunensibus.* Nuper quondam Juliano —. Datum apud Urbemveterem, iiii kalendas maii, anno tertio. »

**2533** Orvieto, 17 avril 1264.

Praeposito ecclesiae Torhaltonae, Tornacensis diocesis, mandat ut Dionysium de Ypra, clericum Morinensis diocesis, in ecclesia s. Petri Casletensis recipi faciat in canonicum. (Reg. 29, fol. 304 v°, n° 1585.)

« *Preposito ecclesie Torhaltone, Tornacensis diocesis.* Et si ad —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas maii, anno tertio. »

**2534** Orvieto, 24 avril 1264.

Thesaurario Cathalaunensi et scolastico Palatiolensi, Treverensis diocesis, mandat ut Johannem de Franzeremont, canonicum Treverensem, ob gratam memoriam quondam Symeonis de Frauchiremont, canonici Treverensis, ipsius patrui, in possessionem mittant canonicatus et praebendae vacantium per mortem magistri Guillelmi de Chananceio, in ecclesia s. Symeonis Treverensis. (Reg. 29, fol. 305, n° 1586.)

« *Thesaurario Cathalaunensi et* . . *scolastico Palatiolensi, Treverensis diocesis.* Probitatis et scientie —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas maii, anno tertio. »

**2535** Orvieto, 25 avril 1264.

Hugoni Rubeo, praeposito ecclesiae Parmensis, mandat ut, ab Agnete abbatissa monasterii s. Pauli Parmensis libera resignatione recepta, eidem monasterio personam idoneam praeficere curet. (Reg. 29, fol. 305, n° 1587.)

« *Ugoni Rubeo, capellano nostro, preposito ecclesie Parmensis.* Cum, sicut audivimus —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas maii, anno tertio. »

**2536** Orvieto, 15 mai 1263.

Archipresbytero ecclesiae s. Johannis de Ducte Anagninae mandat ut beneficium quod quondam Rogerus, presbiter ecclesiae s. Mariae de Cantorano, Tiburtinae diocesis, in eadem ecclesia obtinuit, ob diutinam vacationem ad sedem apostolicam devolutum, Mannecto, clerico de Pontia, nepoti magistri Johannis de Sublaco, scriptoris apostolici, conferat. (Reg. 29, fol. 305, n° 1588.)

« *Archipresbitero ecclesie s. Johannis de Ducte Anagnine.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno secundo [1]. »

**2537** Orvieto, 29 mars 1264.

Magistro Alberto, notario et nuntio apostolico, mandat curam impendat ut magister Johannes de Toraca, rector ecclesiae de Braio, officialis Suessionensis, et Adam, canonicus ecclesiae s. Clementis Compendiensis, capellanus G., tituli s. Laurentii in Lucina presbiteri cardinalis, Ambianensis et Suessionensis diocesium, rectoriam et canonicatum inter se vice versa commutare valeant. (Reg. 29, fol. 305 v°, n° 1589.)

« *Magistro Alberto, notario et nuntio nostro.* Cum dilectus filius —. Datum apud Urbemveterem, iiii kalendas aprilis, anno tertio. »

**2538** Orvieto, 24 mars 1264.

Alexandro, canonico ecclesiae s. Herasmi Verulani, beneficium confert in eadem ecclesia, per mortem quondam Anastasii, ejusdem ecclesiae canonici, vacans. (Reg. 29, fol. 305 v°, n° 1590.)

« *Alexandro, canonico ecclesie s. Herasmi Verulani.* In nostra presentia —. Datum apud Urbemveterem, viiii kalendas aprilis, anno tertio. »

1. Cette lettre de la seconde année est insérée par erreur parmi celles de la troisième.

**2539** Orvieto, 26 mars 1264.

Archipresbytero ecclesiae s. Mariae de Ceperano executionem praedicti committit negotii. (Reg. 29, fol. 305 v°, n° 1591.)

« *Archipresbitero ecclesie s. Marie de Ceperano.* In nostra dilectus —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas aprilis, anno tertio. »

**2540** Orvieto, 16 février 1264.

Magistro S. de Reate praebendam reservat quamprimum vacaturam in ecclesia Reatina, in qua a decennio receptus est in canonicum. (Reg. 29, fol. 306, n° 1592.)

« *Magistro S. de Reate, scriptori nostro, canonico Reatino, capellano dilecti filii nostri M., s. Marie in Porticu diaconi cardinalis.* Exhibita nobis tua —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas martii, anno tertio. »

**2541** Orvieto, 21 décembre 1263.

Magistro Campano ecclesiam de Saviano, Arelatensis dioecesis, ipsi per delegatum Narbonensis archiepiscopi auctoritate apostolica collatam, de novo confert. (Reg. 29, fol. 306, n° 1593.)

« *Magistro Campano, dilecti filii nostri O., s. Adriani diaconi cardinalis.* [1] Illo recte rationis —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas januarii, anno tertio. »

**2542** Orvieto, 5 avril 1264.

Cantori Dolensi mandat ut Johannem de Clitio, subdiaconum Nannetensis ecclesiae, in possessionem mittat, in ecclesia Guarrandiae, Nannetensis dioecesis, canonicatus et praebendae ad collationem episcopi Nannetensis spectantium. (Reg. 29, fol. 306, n° 1594.)

« *Cantori Dolensi.* Constitutus in nostra —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**2543** Orvieto, 9 avril 1264.

Episcopo Cameracensi indulget ut praebendam ecclesiae Nivellensis, Leodiensis dioecesis, ad collationem abbatissae ejusdem ecclesiae spectantem, resignatione libera ab Arnaldo, dicto *Dignant*, canonico ejusdem ecclesiae recepta, personae idoneae conferre valeat, dummodo ad id ejusdem abbatissae assensus accedat. (Reg. 29, fol. 306 v°, n° 1595.)

« *Episcopo Cameracensi.* Cum, sicut ex —. Datum apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno tertio. »

**2544** Orvieto, 1er mai 1264.

Subthesaurario Noviomensi mandat ut Jacobo Paparonis, canonico Ferentinati capellano Jordani, sanctorum Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, de aliquo ecclesiastico beneficio ad suam collationem spectante provideat. (Reg. 29, fol. 306 v°, n° 1596.)

« *Subthesaurario Noviomensi.* Intendentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, kalendis maii, anno tertio. »

**2545** Orvieto, 1er mai 1264.

Episcopo Ferentinati, abbati et capitulo ecclesiae secularis s. Mariae Candentis Ferentinatis mandat ut Sarracenum, clericum, natum nobilis viri Orlandi, militis Ferentinatis, ecclesiae Romanae devoti, in eadem ecclesia recipiant in canonicum et in fratrem eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 307, n° 1597.)

« *Episcopo, abbati et capitulo secularis ecclesie s. Marie Candentis Ferentinatibus.* Intendentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, kalendis maii, anno tertio. »

**2546** Orvieto, 5 avril 1264.

Episcopo Anteradensi concedit facultatem magistro Johanni de s. Yonio, canonico Anteradensi, familiari ejusdem episcopi, qui diu eidem ejusque successori laudabiliter servivit, quique tantum assisiam in eadem ecclesia valoris viginti quinque bizantiorum et cibariorum victum in episcopali mensa obtinet, conferendi assisiam usque ad valorem centum bizantiorum, computatis in eis viginti quinque praedictis bizantiis. (Reg. 29, fol. 307, n° 1598.)

« *Episcopo Anteradensi.* Petitio tua nobis —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**2547** Orvieto, 17 mars 1264.

Archiepiscopo, abbati s. Syri et magistro Johanni, canonico

1. Un mot a été oublié ici par le copiste, de sorte que l'adresse reste incomplète.

ecclesiae s. Georgii Januensis, mandat ut Hugoni de Moracliano, canonico ecclesiae s. Mariae de Castello, praebendam sacerdotalem ipsi assignatam confirment, non obstante quod ad presbyteratus ordinem nondum est promotus. (Reg. 29, fol. 307, n° 1599.)

« *Archiepiscopo, abbati s. Syri et magistro Johanni, canonico ecclesie s. Georgii Januensis.* Magister Hugo de —. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas aprilis, anno tertio. »

**2548** Orvieto, 28 mars 1264.

Episcopo Glasguensi mandat ut rectoriam ecclesiae de Thorthoralde, Glasguensis diocesis, libera ejusdem ecclesiae resignatione a Guillelmo Avenel ob senectutem recepta, personae idoneae conferat, cum assensu abbatis et conventus de Sacro Nemore, Praemonstratensis ordinis, ejusdem diocesis. (Reg. 29, fol. 307, n° 1600.)

« *Episcopo Glasguensi.* Senectutis dispendiosa proprietas —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas aprilis, anno tertio. »

**2549** Orvieto, 31 mars 1264.

Magistro Aymerico de Monte Acuto, canonico Narbonensi, mandat ut Durandum Raynaldi, clericum Claromontensem, in ecclesia s. Genesii Claromontensis in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 307 v°, n° 1601.)

« *Magistro Aymerico de Monte Acuto, canonico Narbonensi, capellano nostro.* Meritis devotionis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas aprilis, anno tertio. »

**2550** Orvieto, 5 avril 1264.

Episcopo et capitulo Briocensibus mandat ut magistrum Willelmum de Redonis clericum, juris civilis professorem, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 307 v°, n° 1602.)

« *Episcopo et capitulo Briocensibus.* Studio laudabilis conversationis —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**2551** Orvieto, 16 avril 1264.

Episcopo Anagnino mandat ut, obtentu nobilis viri Mathiae, militis Anagnini, Johannem clericum, natum Judicis Andreae, civis Anagnini, in canonicum recipi faciat in Anagnina ecclesia. (Reg. 29, fol. v°, n° 1603.)

« *Episcopo Anagnino.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas maii, anno tertio. »

**2552** Orvieto, 12 avril 1264.

Magistro Fulconi de Placentia, scriptori apostolico, canonico Trecensi, mandat ut priorem et capitulum secularis ecclesiae s. Laurentii de Spello, Spoletanae diocesis, mandata Alexandri papae IIII in hac parte exequi recusantes, compellat ut Jacobo, pauperi laico, necessaria in victu et vestitu, quoad vixerit, ministrent. (Reg. 29, fol. 307 v°, n° 1604.)

« *Magistro Fulconi de Placentia, scriptori nostro, canonico Trecensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, ii idus aprilis, anno tertio. »

**2553** Orvieto, 12 avril 1264.)

Archiepiscopo Januensi mandat operam det ut Paganum s. Mariae de Riparorio et Lanfrancum, s. Johannis de Monte Jardino plebum canonicos, canonicatus et praebendas inter se permutent. (Reg. 29, fol. 308, n° 1605.)

« *Archiepiscopo Januensi.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, ii idus aprilis, anno tertio. »

**2554** Orvieto, 9 avril 1264.

Archipresbytero ecclesiae de Olonio, Cumanae diocesis, mandat ut canonicatum ecclesiae de Trexivio, resignatione libera recepta a Mathaeo, dicto *Galeo*, ad frugem melioris vitae aspirante, personae idoneae « que sit catholica et que originem traxerit de catholicis parentibus, » conferat. (Reg. 29, fol. 308, n° 1606.)

« *Archipresbitero ecclesie de Olonio, Cumane diocesis.*[1] Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, v idus aprilis, anno tertio. »

1. En marge : « *Concessa est ad instantiam domini Alberti de Azara.* »

**2555** Orvieto, 28 avril 1264.

Archiepiscopo Bracharensi mandat ut omnem defectum suppleat electionis Alvari, in abbatem monasterii s. Tyrsi, ordinis s. Benedicti, Portugalensis diocesis, electi. (Reg. 29, fol. 308, n° 1607.)

« *Archiepiscopo Bracharensi*[1]. Dilectus filius Alvarus Martini, abbas monasterii sancti Tyrsi, ordinis sancti Benedicti, Portugalensis diocesis, nobis significare curavit quod olim, eodem monasterio regimine destituto pastoris, dilecti filii conventus ejusdem Pelagium Suerii, dicti monasterii monachum, in abbatem ejusdem monasterii elegerunt. Sane bone memorie Portugalensis episcopus, presentata sibi hujusmodi electione et ea, justitia exigente, cassata, asserens ad se, cum non esset, ea vice, provisionem ipsius monasterii devolutam, Fernandum Silvestri, abbatem sancti Johannis de Pendurada, ipsius ordinis, ejusdem diocesis, de facto, cum de jure nequiverit, proprio motu prefecit eidem monasterio in abbatem. Hujusmodi vero negotio ad te, qui loci metropolitanus existis, per appellationem legitime devoluto, tu, ex sufficientibus et rationabilibus causis, quod per eundem episcopum de dicto sic factum extiterat, justitia exigente, cassasti, dictusque Pelagius nichilominus hujusmodi electioni de se celebrate renunciare curavit. Quare predicti conventus, pro futuri substitutione pastoris, prout moris est, convenientes in unum, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt comode interesse, dictum Alvarum, tunc ipsius monasterii priorem, in abbatem suum et ejusdem monasterii unanimiter et concorditer elegerunt. Tu vero, volente et consentiente venerabili fratre nostro Portugalensi episcopo, tunc electo, hujusmodi electionem de dicto Alvaro celebratam examinans, confirmare curasti. Unde prefatus abbas nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse sit electus canonice in abbatem ejusdem monasterii, sitque in pacifica possessione ipsius, ac etiam dicti conventus sibi obediant ut abbati, defectum si quis est habitus in processu hujusmodi electionis sue, supplere de benignitate apostolica curaremus. Nos igitur, ipsius A. abbatis supplicationibus inclinati, fraternitati tue mandamus quatinus, si est ita et dictus Alvarus alias existat idoneus ad hujusmodi regimen exercendum, defectum si quis in ipsius electionis processu forsitan extitit, dummodo id in alterius prejudicium non redundet, auctoritate nostra supplere procures. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas maii, anno tertio. »

1. En marge : « *Dominus Jordanus cardinalis institit pro istius expeditione.* »

**2556** Orvieto, 13 avril 1264.

Abbati monasterii s. Mariae extra muros Stadenses mandat ut Nicolao diacono, perpetuo vicario ecclesiae Lubicensis, vicariam resignare parato, in ecclesia Zwerinensi recipi faciat in canonicum. (Reg. 29, fol. 308 v°, n° 1608.)

« *Abbati monasterii s. Marie extra muros Stadenses.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno tertio. »

**2557** Orvieto, 5 avril 1264.

Archiepiscopo Tarentasiensi committit correctionem et reformationem quamplurium monasteriorum s. Benedicti et s. Augustini ordinum, in Tarentasiensi civitate, diocesi et provincia existentium, propter incuriam et malitiam habitantium in eisdem in temporalibus et spiritualibus collapsorum. (Reg. 29, fol. 308 v°, n° 1609.)

« *Archiepiscopo Tarentasiensi.* In desideriis cordis —. Datum apud Urbemveterem, nonis aprilis, anno tertio. »

**2558** Orvieto, 10 mai 1264.

Guardiano fratrum Minorum Papiensium mandat ut ecclesiam s. Mariae de Bregundis personae idoneae conferat. (Reg. 29, fol. 308 v°, n° 1610; Potthast, n° 18903.)

« *Guardiano fratrum Minorum Papiensium.* Cum, sicut intelleximus —. Datum apud Urbemveterem, VI idus maii, anno tertio. »

**2559** Orvieto, 9 avril 1264.

Abbati s. Vincentii Laudunensis mandat ut magistrum Alardum, canonicum ecclesiae Nannetensis, nepotem Robulii de Claustro, civis Laudunensis, in ecclesia Laudunensi in possessionem canonicatus et praebendae mittat. (Reg. 29, fol. 309, n° 1611.)

« *Abbati s. Vincentii Laudunensis.* Sua nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, V idus aprilis, anno tertio. »

**2560** Orvieto, 11 avril 1264.

Episcopo Sagiensi mandat ut, obtentu magistri Johannis de Curia Omori, capellani episcopi Albanensis, Ricardo de Bonavilla, presbytero Sagiensis diocesis, beneficium ecclesiasticum competens, cum cura vel sine cura, spectans ad cujuscumque personae collationem vel praesentationem, conferat. (Reg. 29, fol. 309, n° 1612.)

« *Episcopo Sagiensi.* Dilectus filius Ricardus —. Datum apud Urbemveterem, III idus aprilis, anno tertio. »

**2561** Orvieto, 9 avril 1264.

Priori s. Germani de Granceio Castro mandat ut Aymoni [1], ejusdem loci presbytero, assignet rectoriam domus leprosorum de Granceio Castro. (Reg. 29, fol. 309, n° 1613.)

« *Priori s. Germani de Granceio Castro, Lingonensis diocesis.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, V idus aprilis, anno tertio. »

**2562** Orvieto, 12 avril 1264.

Episcopo Cenetensi mandat ut Benevenutum clericum, natum Crescentii de Venasio, Aquilegensis dioecsis, familiarem cancellariae apostolicae, in ecclesia Bellunensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 309 v°, n° 1614.)

« *Episcopo Cenetensi.* Et si ad —. Datum apud Urbemveterem, II idus aprilis, anno tertio. »

**2563** Orvieto, 17 avril 1264.

Episcopo Laudunensi mandat revocatum nuntiet decretum apostolicum quo curtis sive grangia sive prioratus de Tremont, ad monasterium Aquicinctense, ordinis s. Benedicti, Atrebatensis diocesis, spectans, G., tituli s. Marci presbytero cardinali, collatus fuerat. (Reg. 29, fol. 309 v°, n° 1615 [2].)

« *Episcopo Laudunensi.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas maii, anno tertio. »

1. En marge : « *Bene cantat, bene legit, latinizat competenter et construit.* »

2. En marge : « *Fuit data ad bullam per dominum nostrum.* »

**2564** Orvieto, 8 avril 1264.

Electo et capitulo Calagurritano mandat ut, obtentu Petri, prioris dominici Sepulcri in Hispania, Jordanum, dictum de *Lanenda*, clericum Calagurritanae diocesis, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 309 v°, n° 1616.)

« *Electo et capitulo Calagurritanis.* Sinceritas vestra benivola —. Datum apud Urbemveterem, VI idus aprilis, anno tertio. »

**2565** Orvieto, 28 avril 1264.

Praeposito et capitulo ecclesiae s. Mariae in Vineis Januensis mandat ut Obertum presbyterum, natum nobilis viri Aldebrandi de Cucurno, archipresbyterum de Langasco, Januensis dioecesis, obtentu O., s. Adriani diaconi cardinalis, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 310, n° 1617.)

« *Preposito et capitulo ecclesie s. Marie in Vineis Januensis.* Prompto semper affectu —. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas maii, anno tertio. »

**2566** Orvieto, 30 avril 1264.

H., Argentinensi electo, concedit facultatem Rodegero clerico, ejusdem electi notario, conferendi praebendale vel aliud ecclesiasticum beneficium. (Reg. 29, fol. 310, n° 1618.)

« *H., Argentinensi electo.* Tuam prosequimur honore —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas maii, anno tertio. »

**2567** Orvieto, 10 mai 1264.

Priori monasterii s. Mariae de Virtuto, Cathalaunensis dioecesis, mandat ut magistrum Johannem de Condeto super Matronam, per magistrum Petrum, archidiaconum Bruliensem, in ecclesia Agennensi, socium magistri Michaelis de Tholosa, sanctae Romanae ecclesiae vicecancellarii, repertum idoneum [1] in ecclesia s. Petri de Maceriis in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 310, n° 1619.)

« *Priori monasterii s. Marie de Virtuto, Cathalaunensis diocesis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, VI idus maii, anno tertio. »

1. En marge : « *Competenter legit, construit et latinizat, in cantu parum novit et studuit aliquantulum in jure.* »

**2568** Orvieto, 12 avril 1264.

Episcopo et capitulo Alatrinis indulget facultatem, obtentu Rolandi de Ferentino, capellani J., sanctorum Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, Leonardum clericum, ejusdem Rolandi germanum, in canonicum recipiendi. (Reg. 29, fol. 310 v°, n° 1620.)

« *Episcopo et capitulo Alatrino* (sic). Dilecti filii Rolandi —. Datum apud Urbemveterem, II idus aprilis, anno tertio. »

**2569** Orvieto, 11 avril 1264.

Episcopo Abrincensi concedit facultatem unum ex suis ipsius clericis in eadem ecclesia in canonicum recipi faciendi. (Reg. 29, fol. 310 v°, n° 1621.)

« *Episcopo Abrincensi.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem, III idus aprilis, anno tertio. »

**2570** Orvieto, 6 mai 1264.

Episcopo Albiensi mandat ut Petro Ricardiae, pauperi clerico, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto et per magistrum Petrum, archidiaconum Bruliensem in ecclesia Agennensi, idoneo reperto [1], de aliquo ecclesiastico beneficio ad abbatis monasterii de Castris, ordinis s. Benedicti, Albiensis diocesis, spectante collationem, provideat. (Reg. 29, fol. 310 v°, n° 1622.)

« *Episcopo Albiensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, II nonas maii, anno tertio. »

**2571** Orvieto, 12 mai 1264.

Decano ecclesiae Civitatensis, Aquilegensis diocesis, mandat ut, obtentu Laurentii Theopoli, civis Venetorum, ecclesiae Romanae devoti, Gramofransio, clerico, nato nobilis viri Clarelli de Flagonia, de plebanatu ecclesiae de Tyven, Salzeburgensis diocesis, provideat. (Reg. 29, fol. 311, n° 1623.)

« *Decano ecclesie Civitatensis, Aquilegensis diocesis.* Obtentu dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, IIII idus maii, anno tertio. »

1. En marge : « *Competenter latinizat, legit, cantat et construit taliter qualiter. P.* »

**2572** Orvieto, 9 mai 1264.

Archiepiscopo Jadrensi mandat ut, obtentu Laurentii Theopoli, nati quondam Jacobi Theopoli ducis Venetorum, ecclesiae Romanae devoti, Francisco, nato nobilis viri Nicolai dicti *Tanaligo* de Venetiis, clerico, de quodam ecclesiastico beneficio in civitate vel diocesi Jadrensi provideat. (Reg. 29, fol. 311, n° 1624.)

« *Archiepiscopo Jadrensi.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, VII idus maii, anno tertio. »

**2573** Orvieto, 15 mai 1264.

Percivallo, canonico Baiocensi, mandat ut Roberto de Nelencho, pauperi clerico Leonensis diocesis [1], familiari Andreae de Lavania, capellani apostolici, de aliquo beneficio ecclesiastico, cum cura vel sine cura, ad collationem episcopi Leonensis spectante, in Leonensi vel aliena civitate vel diocesi existente, provideat. (Reg 29, fol. 311, n° 1625.)

« *Percivallo, canonico Baiocensi, subdiacono et capellano nostro.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno tertio. »

**2574** Orvieto, 30 avril 1264.

Praeposito, decano et capitulo ecclesiae s. Petri Argentinensis mandat ut Nicolaum, clericum, natum Conradi, civis Argentinensis, non obstante certo canonicorum numero, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 311 v°, n° 1626.)

« *Preposito, decano et capitulo ecclesie s. Petri Argentinensis.* Ex tenore litterarum —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas maii, anno tertio. »

**2575** Orvieto, 29 avril 1264.

Decano ecclesiae Novi Monasterii Herbipolensis mandat ut Henrico, pauperi clerico Maguntinae diocesis, de aliquo ecclesiastico beneficio competenti provideat, ad collationem abbatissae et conventus secularis ecclesiae Weterensis, ejusdem diocesis, spectante. (Reg. 29, fol. 311 v°, n° 1627.)

« *Decano ecclesie Novi Monasterii Herbipolensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas maii, anno tertio. »

1. En marge : « *Aliquantulum novit in jure, bene legit, competenter cantat, construit et latinizat. P.* »

**2576** Orvieto, 13 avril 1264.

Episcopo Egitaniensi mandat ut ad provisionem Dominici Pelagii procedat, juxta priorum continentiam litterarum. (Reg. 29, fol. 311 v°, n° 1628.)

« *Egitaniensi* [*episcopo.*] Sua nobis dilectus filius Dominicus Pelagii, pauper presbiter tue diocesis, petitione monstravit quod, cum olim felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, tibi sub ea forma secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis scribere consuevit, suis dederit litteris in mandatis ut sibi de aliquo ecclesiastico beneficio, cum cura vel sine cura, ad tuam collationem spectante, si quod in tua civitate vel diocesi tunc vacaret, per te vel per alium provideres, contradictores —, tandem, te id facere non curante, idem predecessor injunxit tibi per alias litteras in virtute obedientie iterato ut ad provisionem ipsius pauperis procederes, juxta traditam tibi formam. Postmodum vero, vivente predecessore predicto, Johanni Petri, canonico Egitaniensi, super hoc commisisti totaliter vices tuas; sed idem canonicus eidem pauperi de hujusmodi beneficio providere hactenus non curavit, triennio et amplius jam elapso, licet pluries habuerit facultatem. Quare dictus presbiter coactus est de novo apostolice sedis gratiam implorare. Nos igitur, circa eum super hoc paterne gerentes compassionis affectum, fraternitati tue mandamus quatenus ad provisionem prefati presbiteri, dummodo sit idoneus, procedas, juxta priorum continentiam litterarum. Alioquin rescribas nobis causam quare id nolueris facere vel non possis. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno tertio. »

**2577** Orvieto, 30 avril 1264.

Archiepiscopo Bracharensi mandat ut, ejusdem archiepiscopi precibus, Johannem Petri, rectorem ecclesiae s. Clementis de Silvares in portionarium et in fratrem in ecclesia Bracharensi recipi faciat. (Reg. 29, fol. 312, n° 1629.)

« *Archiepiscopo Brac*[*h*]*arensi.* Per tuas nobis —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas maii, anno tertio. »

**2578** Orvieto, 6 mai 1264.

Priori et capitulo secularis ecclesiae Exoldunensis mandat ut Nicolaum de Valle clericum, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecutum, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 312, n° 1630.)

« *Priori et capitulo secularis ecclesie Exoldunensis, Bituricensis diocesis.* Fiduciam grandem habet —. Datum apud Urbemveterem, II nonas maii, anno tertio. »

**2579** Orvieto, 18 avril 1264.

U., s. Eustachii diacono cardinali, mandat ut, a Rufino, dicto *Columbo*, capellano suo, archipresbytero de Quargento, Aquensis diocesis, de eodem archipresbyteratu, canonicatu et praebenda libera resignatione recepta, eumdem archipresbyteratum personae idoneae conferat. (Reg. 29, fol. 312, n° 1631.)

« *U., s. Eustachii diacono cardinali.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas maii, anno tertio. »

**2580** Orvieto, 14 avril 1264.

Infrascriptis mandat ut, obtentu Andreae de Lavania, capellani apostolici, archidiaconi Januensis, Symoneto, filio Vogii de Cucurno, clerico Januensis diocesis, in ipsorum ecclesiis de aliquo ecclesiastico beneficio provideant. (Reg. 29, fol. 312, n° 1632.)

« *Rectori et clericis s. Marie de Regio et s. Margarite de Vernatia ecclesiarum quarum una dependet ab alia, Lunensis diocesis.* Habet fiduciam dilectus —. Datum apud Urbemveterem, XVIII kalendas maii, anno tertio. »

**2581** Orvieto, 14 mai 1264.

Episcopo Albinganensi mandat ut, obtentu Andreae de Lavania, archidiaconi Januensis, capellani apostolici, Arnaldum, dictum *Qualca*, de Diano, in ecclesia s. Nicolai de Diano in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 312 v°, n° 1633.)

« *Episcopo Albinganensi.* Cum ex officii —. Datum apud Urbemveterem, II idus maii, anno tertio. »

**2582** Orvieto, 11 mai 1264.

Episcopo et capitulo [1] mandat ut Rodericum Petri [2] subdia-

1. La rubrique est incomplète et le texte de la bulle ne permet pas de la reconstituer.
2. En marge : *Competenter cantat, legit, latinizat et construit. P.*

conum, ecclesiae ipsorum portionarium, in eadem ecclesia in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 312 v°, n° 1634.)

« *Episcopo et capitulo* . . Sinceritatis vestre benevolentia —. Datum apud Urbemveterem, v idus maii, anno tertio. »

2583 Orvieto, 2 avril 1264.

Archiepiscopo Januensi mandat ut Jacobino de Fontana[1] Rubea, familiari Rolandi de Lavania, capellani apostolici, fratris O., s. Adriani diaconi cardinalis, pauperi clerico Terdonensis diocesis, de aliquo ecclesiastico beneficio provideat, ad collationem praepositi et capituli Januensium spectante. (Reg. 29, fol. 312 v°, n° 1635.)

« *Archiepiscopo Januensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas aprilis, anno tertio. »

2584 Orvieto, 13 avril 1264.

Magistro Raynaldo de s. Martiale, canonico Lemovicensi, mandat ut Guidoni Benedicti[2] clerico de aliquo competenti beneficio provideat ad collationem abbatis monasterii Usercensis, Lemovicensis diocesis, pertinente. (Reg. 29, fol. 313, n° 1636.)

« *Magistro Raynaldo de s. Martiale, canonico Lemovicensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, idus aprilis, anno tertio. »

2585 Orvieto, 5 mai 1264.

Episcopo Ebroicensi et abbati de Nealphaveren mandat ut tribus clericis episcopi Carnotensis obsequiis insistentibus per triennium beneficiorum proventus cum ea integritate ministrari faciant ac si personaliter in eisdem beneficiis residerent. (Reg. 29, fol. 313, n° 1637.)

« *Episcopo Ebroicensi et dilecto filio abbati de Nealphaveren, Carnotensis diocesis.* Volentes venerabili fratri —. Datum apud Urbemveterem, III nonas maii, anno tertio. »

1. En marge : « *Bene legit, satis bene construit, latinizat competenter, bonum habet instrumentum ad cantandum.* »

2. En marge : « *Male legit, male construit, latinizat competenter et bene cantat.* »

2586 Orvieto, 20 mai 1264.

Archiepiscopo Bituricensi mandat ut Radulfum de Carentono, capellanum episcopi Tusculani, in ecclesia Bituricensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 313 v°, n° 1638.)

« *Archiepiscopo Bituricensi.* Dilectus filius magister —. Datum apud Urbemveterem, XIII kalendas junii, anno tertio. »

2587 Orvieto, 3 avril 1264.

Infrascriptis mandat ut Conradum[1], canonicum ecclesiae in Dikirchen, Treverensis diocesis, consanguineum magistri Conradi, plebani ecclesiae b. Mariae in Confluentia, in ecclesia de Limpurg, ejusdem diocesis, in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 313 v°, n° 1639.)

« *Scolastico Palatiolensis, Treverensis diocesis, et Henrico de Epternaco, canonico b. Marie Treverensis ecclesiarum.* Inducunt nos merita —. Datum apud Urbemveterem, III nonas aprilis, anno tertio. »

2588 Orvieto, 14 mai 1264.

Archidiacono Vallis Ossellae mandat ut, obtentu Eximii, cantoris ecclesiae Pampilonensis, nuncii regis Navarrae, Guillelmum, clericum Tutellanum et ejusdem nuntii socium, in ecclesia Tutellana, Tyrasonensis diocesis, in portionarium recipi faciat. (Reg. 29, fol. 313 v°, n° 1640.)

« *Archidiacono Vallis Osselle in ecclesia Pampilonensi.* Digne ac laudabiliter —. Datum apud Urbemveterem, II idus maii, anno tertio. »

2589 Orvieto, 14 mai 1264.

Praeposito ecclesiae s. Castoris in Confluentia, Treverensis diocesis, mandat ut, cassatis provisionibus in eadem ecclesia factis in contemptum ordinationis bonae memoriae P., s. Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis, easdem praebendas sic indebite collatas personis idoneis conferat. (Reg. 29, fol. 313 v°, n° 1641.)

« *Preposito ecclesie sancti Castoris in Confluentia, Treverensis diocesis*[2]. Quoniam nonnulli ecclesiarum pre-

1. En marge : « *Satis sufficiens est. P.* »

2. En marge : « *Cum fuit lecta per vicecancellarium, et etiam cassata, ultimo dominus concessit eam, et magister Laurentius promovebat eam.* »

lati et capitula regni Alamanie, auctoritati sedis apostolice intendentes obsistere ac obstruere sibi viam super provisionibus clericorum, ut opponentes super hoc ipsi sedi plurimorum potentiam, ecclesiastica benefi[fi]tia in suis consanguineis et amicis, quasi jure hereditario, possiderent, effrenatam clericorum multitudinem motu proprio in earundem ecclesiarum canonicos admittebant, bone memorie P., sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis, tunc in regno eodem predicte sedis legatus, electiones sive receptiones in ecclesiis dicti regni, motu proprio prelatorum et capitulorum earundem ad vacaturas prebendas factas sue legationis auctoritate decrevit irritas et inanes, statuens ut predicti prelati et capitula similes electiones sive receptiones amplius facere nullatenus attemptarent. Si vero aliqui statuti hujusmodi transgressores ad vacaturas prebendas aliquos eligere propria temeritate presumerent, idem cardinalis eligendi potestate ea vice privavit eosdem, volens et statuens ut beneficia et prebende vacature, ad quas contra tenorem constitutionis hujusmodi aliqui electi forent vel recepti, cum vacarent, per superiores, ad eos ipsa conferendi potestate propter hoc devoluta, personis idoneis conferrentur. Felicis quoque recordationis Alexander papa, predecessor noster, in constitutione per quam receptiones prebendas expectantium vacaturas factas in ecclesiis, quatuor dumtaxat exceptis, decrevit irritas et inanes, universis ecclesiarum prelatis et capitulis inhibuit ne aliquos motu proprio in ecclesiis ipsis, prebendis non vacantibus in eis, reciperent in canonicos et in fratres, si canonicam volebant effugere ultionem.

Verum in ecclesia sancti Castoris in Confluentia, ad cujus decanum et capitulum collatio prebendarum pertinet, cantoria et prebenda per mortem Henrici, ipsius ecclesie cantoris, vacantibus, .. decanus et sex vel septem ex canonicis ejusdem ecclesie sancti Castoris qui se capitulum asserebant, quamvis plures alii essent in ecclesia ipsa canonici, quorum aliqui debebant capituli tractatibus interesse, te, qui de antiqua, approbata ac hactenus pacifice observata consuetudine proximus superior in eadem ecclesia esse diceris, ad quem, ut dicitur spectat investire canonicos de prebendis, contradicente penitus, ordinarunt quod Otto clericus, nepos ipsius decani, ad ipsam reciperetur prebendam et obtineret eandem, et quod quilibet ex canonicis ipsis unum nepotem vel amicum suum nominaret, dictique decanus et canonici sic nominandos tenerentur recipere in canonicos et in fratres et providere ipsorum cuilibet de prebenda, facultate ad id se obstante, sicque singuli canonicorum ipsorum singulos nepotes, consanguineos vel amicos suos nominarunt, quos ipsi ac idem decanus in canonicos predicte ecclesie sancti Castoris, in qua certus erat canonicorum numerus et distinctio prebendarum, nullis in ea prebendis vacantibus, in contemptum prefate sedis minus canonice receperunt, et litteras, sigillatas sigillo capituli predicte ecclesie sancti Castoris, super hoc eorum cuilibet concesserunt. Cum igitur receptiones hujusmodi contra inhibitionem predicti predecessoris nostri et in fraudem constitutionis predicti legati, licet in ea minime, ut dicitur, sit expressum quod dicti clerici sint ad vacaturas prebendas electi, apparent esse presumpte, sintque alias exemplo pernitiose et per hoc nullatenus tollerande, nos, excessum hujusmodi taliter punire volentes quod aditus committendi similia ceteris precludatur, ex officio nostro receptiones hujusmodi et quicquid ex eis secutum est, veris predictis existentibus, presentium tenore cassamus, irritamus ac decernimus nullius existere firmitatis, etiam si sint in forma communi per sedem apostolicam confirmate. Et quia per hujusmodi eorundem decani et canonicorum ambitionem ac illicitam ipsorum affectionem quam ad suos consanguineos et amicos se habere per dictum excessum notabiliter demonstrarunt, verisimiliter datur intelligi quod iidem decanus et canonici, ambitione et affectione similibus ducti, prebendas ipsas in eosdem clericos vel consimiles debeant dispensare, nos, super hoc providere volentes ac attendentes quod tu, quantum in te fuit, tam predecessoris inhibitionem quam statutum legati predictorum in premissis observare, ex devotione quam ad Romanam geris ecclesiam, studuisti, tibi conferendi per te vel alium, auctoritate nostra, dictas prebendas de quibus premissa ordinatio facta erat, si jam vacaverunt vel etiam vacant ibidem, alioquin alias totidem, cum vacabunt, amotis predicto modo receptis et aliis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem, ac faciendi personas quibus eas contuleris, ad illas recipi in canonicos et in fratres ecclesie supradicte, contradictores etc., non obstante —, plenam auctoritate presentium concedimus facultatem. Datum apud Urbemveterem, II idus maii, anno tertio. »

**2590** Orvieto, 28 mai 1264.

Episcopo Xanctonensi mandat ut Guillelmo Petri, subdiacono Engolismensis diocesis, qui in Xanctonensi diocesi perpetuam facit mansionem, de aliquo ecclesiastico beneficio,

cum cura vel sine cura, ad cujuscumque collationem spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 314, n° 1642.)

« *Episcopo Xanctonensi.* Paterne oculo pietatis —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas junii, anno tertio. »

**2591** Orvieto, 27 avril 1264.

Magistrum Riccardum de Pofis de capellania spectante ad collationem episcopi Metensis, quam quondam Julianus, Metensis archidiaconus, capellanus apostolicus, nuper apud sedem apostolicam vita functus, obtinebat, necnon de curia seu terra de Dieveleres, de Pandons et de Jurimont, quam idem Julianus a monasterio s. Arnulphi Metensis obtinuit, per annulum investit. (Reg. 29, fol. 314, n° 1643.)

« *Magistro Riccardo de Pofis, canonico Metensi, capellano dilecti filii nostri J., sanctorum Cosme et Damiani [diaconi cardinalis]* [1]. Bonitatis tue meritis —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas maii, anno tertio. »

**2592** Orvieto, 28 avril 1264.

Infrascriptis praedictae executionem committit collationis. (Reg. 29, fol. 314 v°, n° 1644.)

« *Philippo de Florhauges* [2] *episcopo et Nicolao de Blorut, canonico ecclesie Metensis.* Meritis bonitatis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas maii, anno tertio. »

**2593** Orvieto, 7 mai 1264.

Episcopo Pictavensi mandat ut Gervasio [3] dicto *Meron*, pauperi clerico Dolensis diocesis, in Pictavensi diocesi commoranti nullumque adhuc ecclesiasticum beneficium assecuto, de aliquo beneficio ad collationem prioris s. Romani de Castro Ayraldi, ejusdem diocesis Pictavensis, ordinis s. Benedicti, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 314 v°, n° 1645.)

« *Episcopo Pictavensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, nonis maii, anno tertio. »

1. L'adresse est incomplète et il faut suppléer ces deux mots.
2. *Sic* pour *Florhanges*, puisque ailleurs ce nom est écrit *Florhenges*.
3. En marge : « *Bene legit, latinizat competenter et construit, de cantu parum novit.*

**2594** Orvieto, 14 mai 1264.

O., s. Adriani diacono cardinali, mandat ut Hugolinum de Bereeto et Johannem, capellanum ipsius cardinalis, de Cornilio plebum archipresbyteros, archipresbyteratus ad invicem commutari faciat. (Reg. 29, fol. 315, n° 1646.)

« *O., s. Adriani diacono cardinali.* Sicut te accepimus —. Datum apud Urbemveterem, II idus maii, anno tertio. »

**2595** Orvieto, 11 mai 1264.

Episcopo Constanciensi mandat ut Riccardo de Canneria [1], pauperi clerico ejusdem Constanciensis diocesis, nullum adhuc ecclesiasticum beneficium assecuto. de aliquo beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Mariae de Hambeia, ordinis s. Benedicti, praedictae diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 315, n° 1647.)

« *Episcopo Constanciensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, VI kalendas junii, anno tertio. »

**2596** Orvieto, 31 mai 1264.

Privilegium de provisione perpetuae vicariae ecclesiae s. Mariae de Andeuria, Wintoniensis diocesis. (Reg. 29, fol. 315, n° 1648.)

« *Magistro Berardo de Neapoli, subdiacono et notario nostro.* In nostra constitutus presentia retulisti quod ad te, ratione prioratus de Andeuria, quem canonice obtines, ad perpetuam vicariam ecclesie sancte Marie loci predicti, Wintoniensis diocesis, dum vicaria ipsa vacat, pro tempore abbati monasterii sancti Florentii de Salmuro, Andegavensis diocesis, cui prioratus ipse subesse dinoscitur, de antiqua et approbata et hactemus pacifice observata consuetudine, perpetuum vicarium per eundem abbatem, secundum hujusmodi consuetudinem, diocesano episcopo presentandum postmodum, pertinet presentare. Sane, licet vicaria eadem aliquandiu vacaverit, tamen, cum propter instantem adhuc turbationem regni Anglie, tum pro eo quod hujusmodi vacationis que ad te tarde pervenit, non habuisti notitiam, ad predictam vicariam nequivistis tu et dictus abbas personam ydoneam presentare, super quo tibi ac eidem abbati oportuno sub-

1. En marge : « *Competenter cantat et legit et latizinat.* »

veniri remedio per nostram sollicitudinem postulasti. Nos itaque, nolentes quod tu seu dictus abbas vestri juris circa hoc sentiatis aliquod detrimentum, tuis supplicationibus inclinati, tibi ac eidem abbati presentium auctoritate concedimus quod usque ad semestre tempus, computandum a tempore quo scivisti vicariam vacare prefatam, personam idoneam ad vicariam ipsam possitis, prout ad vos pertinet, libere presentare. Non obstantibus predictis seu collatione vel provisione sive investitura si que aut si qua per quoscunque ordinarios, motu proprio ipsorum, sive aliquos alios, eorumdem ordinariorum auctoritate, a tempore vacationis predicte, de vicaria ipsa facte sunt, quas necnon et quicquid aliud in tuum aut dicti abbatis juris prejudicium de vicaria eadem, usque ad semestre tempus predictum attemptari contigerit, viribus carere decernimus ac nullius existere firmitatis. Nulli ergo nostre concessionis et constitutionis infringere etc. Datum apud Urbemveterem, II kalendas junii, anno tertio.

**2597** Orvieto, 23 mai 1264.

Magistro Aymerico de Monte Acuto, canonico Narbonensi, mandat ut Raymundo de Fendelia, clerico Tholosanae diocesis, de ecclesia de Masers ad praesentationem abbatis et conventus monasterii de Soricino, ordinis s. Benedicti, Tholosanae diocesis, spectante et ad sedis apostolicae collationem ob diutinam vacationem devoluta, provideat. (Reg. 29, fol. 315 v°, n° 1649.)

« *Magistro Aymerico de Monte Acuto, canonico Narbonensi.* Adjutos morum et —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas junii, anno tertio. »

**2598** Orvieto, 25 mai 1264.

De provisione facienda Sancio pauperi scolari Ispano. (Reg. 29, fol. 315 v°, n° 1650.)

« *Episcopo Barchinonensi.* Si necessitatibus egentium specialiter ad fidem catholicam conversorum provideri de bonis affluentium procuramus, rem prosequimur et rationi proximam et pietati conformem. Hinc est quod, cum dilectus filius Sancius, pauper scolaris Ispanus, lator presentium, de paganorum spurcitiis redierit ad cultum catholice puritatis, nec habeat, sicut asseritur, unde sustentari valeat, nisi aliorum subsidio foveatur, nos circa ipsum, optentu dilecti filii fratris Raymundi de Pennaforti, professoris ordinis fratrum Predicatorum, capellani et penitentiarii nostri, qui eundem S. nobis per affectuosas litteras commendavit, fraternitati tue mandamus quatenus dicto S., si nondum sibi alibi est provisum, in aliquo monasterio tue civitatis vel diocesis tibi subjecto, quod non sit de mandato nostro simili provisione gravatum, facias in vite necessariis, quoad vixerit, provideri. Contradictores etc. usque compescendo. Non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum quod ad provisionem alicujus minime teneantur, sive aliqua indulgentia sedis ejusdem per quam effectus provisionis hujusmodi impediri valeat vel differri et de qua in nostris litteris fieri debeat mentio specialis. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas junii, anno tertio. »

**2599** Orvieto, 27 mai 1264.

Episcopo Cameracensi mandat ut Clementi de Busegnies [1], pauperi clerico Cameracensis diocesis, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, de perpetua capellania quae in ecclesia s. Martini de Inchiaco, ejusdem diocesis, ob diutinam vacationem, juxta Lateranensis statuta concilii, ad apostolicae sedis provisionem devoluta existit, provideat. (Reg. 29, fol. 315 v°, n° 1651.)

« *Episcopo Cameracensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, V idus maii, anno tertio. »

**2600** Orvieto, 21 mai 1264.

Episcopo Agennensi concedit facultatem conferendi hac vice personatus et dignitates ob diutinam vacationem, juxta Lateranensis statuta concilii, ad sedis apostolicae collationem devolutas. (Reg. 29, fol. 316, n° 1652.)

« *P., episcopo Agennensi.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas junii, anno tertio. »

**2601** Orvieto, 21 mai 1264.

Eidem concedit facultatem unum e clericis suis in ecclesia Agennensi faciendi recipi in canonicum. (Reg. 29, fol. 316, n° 1653.)

1. En note : « *Bene legit, satis bene cantat et competenter latinisat.* »

« *P., episcopo Agennensi.* Volentes tibi facere —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas junii, anno tertio. »

**2602** Orvieto, 7 mai 1264.

Episcopo Gratianopolitano mandat ut magistro Vincentio de Petracastri, clerico doctori Thomae, Amedaei et Lodoici, filiorum quondam Thomae de Sabaudia comitis, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, de aliquo ecclesiastico beneficio in Viennensi provincia, civitate et diocesi ad cujuscumque personae collationem spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 316, n° 1654.)

« .. *episcopo Grationopolitano* (sic). Ad faciendam dilecto —. Datum apud Urbemveterem, nonis maii, anno tertio. »

**2603** Orvieto, 13 mai 1264.

Archidiacono Flandriae in ecclesia Morinensi mandat ut Gussino dicto *Blancard* [1], pauperi clerico Morinensis diocesis, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, de aliquo beneficio ad collationem abbatissae et conventus monasterii Ginensis, ordinis s. Benedicti, ejusdem diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 316 n° 1655.)

« *Archidiacono Flandrie in ecclesia Morinensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, III idus maii, anno tertio. »

**2604** Orvieto, 23 mai 1264.

Archiepiscopo Rothomagensi mandat ut Petro de Fulcardimonte dicto *Jouin*, pauperi clerico Rothomagensis diocesis, nullum adhuc ecclesiasticum beneficium assecuto, de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem abbatissae et conventus s. Michaelis de Ulteriori-Portu spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 316, n° 1656.)

« *Archiepiscopo Rothomagensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas junii, anno tertio. »

**2605** Orvieto, 19 mai 1264.

Praeposito ecclesiae Aretinae mandat ut Petrum, dictum *Rubeum*, plebanum plebis de Clanno, Vulteranae diocesis, in ecclesia Vulterana, obtentu U., s. Eustachii diaconi cardinalis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 316 v°, n° 1657.)

« *Preposito ecclesie Aretine.* Ecclesiarum utilitatibus non —. Datum apud Urbemveterem, XIIII kalendas junii, anno tertio. »

**2606** Orvieto, 23 mai 1264.

Precibus capituli Compostellani inclinatus, archiepiscopo Compostellano mandat ut Rodericum Roderici, nepotem ipsius archiepiscopi, majorem portionarium ejusdem ecclesiae cui diu servivit, in eadem ecclesia in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 316 v°, n° 1658.)

« *Archiepiscopo Compostellano.* Compostellanam ecclesiam speciali —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas junii, anno tertio. »

**2607** Orvieto, 15 mai 1264.

Cantori ecclesiae Conchensis mandat ut Guillelmo Raymundi, archidiacono ecclesiae s. Mariae Albaracensis, cujus redditus valorem annuum viginti lib. tur. non excedunt, praestimonium ecclesiae de Oriola, Albaracensis diocesis, cui cura non imminet animarum nec residentiam exigit personalem, cujusque proventus valorem annuum sex lib. tur. non excedunt, conferat. (Reg. 29, fol. 317, n° 1659.)

« *Cantori ecclesie Conchensis.* Cum, sicut dilectus —. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno tertio. »

**2608** Orvieto, 28 mai 1264.

Episcopo Tiburtino et Pandulfo de Sebura, capellano apostolico, mandat ut Nicolao Pallonis, canonico Tiburtino, capellano Anibaldi, basilicae XII apostolorum presbyteri cardinalis, quia propter graves inimicitias quas sine culpa sua noscitur incurrisse, in Tiburtina ecclesia residere non potest, proventus ecclesiasticos cum ea integritate ministrari faciant ac si personaliter resideret. (Reg. 29, fol. 317, n° 1660.)

« .. *episcopo Tyburtino, et Pandulfo de Sebura, capellano nostro.* Volentes dilecto filio. — Datum apud Urbemveterem, V kalendas junii, anno tertio. »

1. En marge : « *Satis sufficiens est.* »

**2609** Orvieto, 16 avril 1264.

Episcopo Constanciensi mandat ut Firmino de Favarchiis, pauperi clerico Constanciensis diocesis, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, de beneficio aliquo ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Laudi, ordinis s. Augustini, Constanciensis diocesis, spectante provideat. (Reg. 29, fol. 317, n° 1661.)

« *Episcopo Constanciensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, xvi kalendas maii, anno tertio. »

**2610** Orvieto, 14 mai 1264.

Decano Tullensi mandat ut Toricum de Metis clericum, obtentu Philippi de Florehenges, episcopi, thesaurarii Metensis, cujus familiaris existit, in ecclesia s. Petri ad Ymagines recipi faciat in canonicum. (Reg. 29, fol. 317, n° 1662.)

« *Decano Tullensi.* Dilectum filium Toricum —. Datum apud Urbemveterem, ii idus maii, anno tertio. »

**2611** Orvieto, 15 mai 1264.

Archidiacono de Trivinio in ecclesia Burgensi mandat ut Pelagium Petri, clericum chori Ovetensis ecclesiae, a majori parte capituli Ovetensis in canonicum receptum, ab episcopo et aliis canonicis recipi faciat. (Reg. 29, fol. 317 v°, n° 1663.)

« *Archidiacono de Trivinio in ecclesia Burgensi.* Sua nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno tertio. »

**2612** Orvieto, 28 mai 1264.

Archiepiscopo Auxitano mandat ut magistrum Pascasium de Olerio, subdiaconum Baionensem, nullum adhuc ecclesiasticum beneficium assecutum, in ecclesia Baionensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 317 v°, n° 1664.)

« *Archiepiscopo Auxitano.* Adjutos morum et —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas junii, anno tertio. »

**2613** Orvieto, 18 mai 1264

Episcopo Eduensi mandat ut Girardo de Flaugneio [1], clerico Eduensis diocesis, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto et reperto idoneo, de rectoria domus leprosorum loci de Flaugneio provideat. (Reg. 29, fol. 317 v°, n° 1665.)

« *Episcopo Eduensi.* Dilectus filius Gerardus —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas junii, anno tertio. »

1. En marge : « *Satis transire potest.* »

**2614** Orvieto, 25 mai 1264.

Episcopo Anagnino mandat ut, a Berardo de Pileo libera resignatione recepta de loco et beneficio in ecclesia s. Johannis de Pileo, Anagninae diocesis, locum eumdem et beneficium Blasio, pauperi clerico, conferat. (Reg. 29, fol. 317 v°, n° 1666.)

« *Episcopo Anagnino.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas junii, anno tertio. »

**2615** Orvieto, 26 mai 1264.

Episcopo Herbipolensi mandat ut Rodulfo de Vetere, pauperi clerico Maguntinae diocesis, in Herbipolensi diocesi commoranti, et ab archidiacono Broliensi idoneo reperto [1], de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem abbatissae et conventus monasterii de Luzegensi, ordinis s. Benedicti, Herbipolensis diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 318, n° 1667.)

« *Episcopo Herbipolensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas junii, anno tertio. »

**2616** Orvieto, 11 mai 1264.

Abbati de Cisonio, Tornacensis diocesis, mandat ut Balduinum de Rosebech, subdiaconum, qui diu in artibus et jure canonico studuit, obtentu J., s. Mariae in Cosmidin diaconi cardinalis, in ecclesia Casletensi, Morinensis diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 318, n° 1668.)

« *Abbati de Cisonio, Tornacensis diocesis.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, v idus junii, anno tertio. »

**2617** Orvieto, 18 mai 1264.

Praeposito ecclesiae de Fino, Cumanae diocesis, mandat ut

1. En marge : « *Bene potest transire.* »

Albertino Casalis, canonico ecclesiae de Dugno, Cumanae diocesis, praebendam in eadem ecclesia vacantem per mortem magistri Anselmi, presbyteri ejusdem ecclesiae canonici, ipsi a Gregorio de Neapoli, capellano apostolico, in lite adjudicatam, assignet, amoto ab ea Paganino de Lamota de Dugno clerico. (Reg. 29, fol. 318, n° 1669.)

« *Preposito ecclesie de Fino, Cumane diocesis.* Lecta coram nobis —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas junii, anno tertio. »

**2618** Orvieto, 13 juin 1264.

Episcopi Eduensis et Guillelmi, capellani apostolici, archidiaconi in ecclesia Parisiensi, precibus annuens, episcopo Eduensi mandat ut Petrum de Tiliaco clericum, ejusdem archidiaconi consanguineum, in ecclesia Avalonensi, Eduensis diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 318, n° 1670.)

« *Episcopo Eduensi.* Tuis quas nobis —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**2619** Orvieto, 24 juin 1264.

Archipresbytero de Lagusto Januensi mandat ut Petro dicto *Blanco*, de Lavania, canonico ecclesiae Januensis, praebendam diaconalem in praedicta ecclesia vacantem per mortem Balduini, ejusdem ecclesiae canonici, assignet. (Reg. 29, fol. 318 v°, n° 1671.)

« *Archipresbytero de Lagusto Januensi.* Sua nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas julii, anno tertio. »

**2620** Orvieto, 28 mai 1264.

Archiepiscopo Bituricensi mandat ut Mathaeo dicto *Bloin*, pauperi clerico Bituricensis diocesis, nullum adhuc ecclesiasticum beneficium assecuto et reperto idoneo, de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii Exoldunensis spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 318 v°, n° 1672.)

« *Archiepiscopo Bituricensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas junii, anno tertio. »

**2621** Orvieto, 12 juin 1264.

Episcopo Aretino mandat ut Jacobum archipresbyterum, capellanum U., s. Eustachii diaconi cardinalis, in canonicum a capitulo Vulterano recipi faciat. (Reg. 29, fol. 318 v°, n° 1673.)

« *Episcopo Aretino.* Ecclesiarum utilitatibus non —. Datum apud Urbemveterem, ii idus junii, anno tertio. »

**2622** Orvieto, 12 juin 1264.

Abbati s. Genovefae Parisiensis mandat ut, obtentu fratris Amalrici de Rupe, ordinis domus Militiae Templi Jerosolimitani, Johannem dictum *Nigrum* de Currilia clericum, in ecclesia Gelboredensi, Belvacensis diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 319, n° 1674.)

« *Abbati s. Genovefe Parisiensis.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, ii idus junii, anno tertio. »

**2623** Orvieto, 25 mai 1264.

S., tituli s. Martini presbytero cardinali, indulget ut ecclesiam de Piber, Salzeburgensis diocesis, in qua abbas monasterii s. Lamberti jus obtinet patronatus et quae ad sedis apostolicae collationem, ob diutinam vacationem, juxta Lateranensis concilii statuta, est devoluta, personae idoneae conferre valeat. (Reg. 29, fol. 319, n° 1675.)

« *S., tituli s. Martini presbitero cardinali, apostolice sedis legato.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas junii, anno tertio. »

**2624** Orvieto, 31 mai 1264.

Officiali Parisiensi mandat ut, obtentu Corisopitensis episcopi, magistrum Jacobum, rectorem ecclesiae de Ploechineo, Corisopitensis diocesis, « qui in dialetica (*sic*) et in arte phisice diu docuisse dicitur », in ecclesia Corisopitensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 319, n° 1676.)

« *Officiali Parisiensi.* Venerabilis frater noster —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas junii, anno tertio. »

**2625** Orvieto, 13 juin 1264.

Archipresbytero de Baysio mandat ut, obtentu magistri

Bartholomaei de Regio, in curia Romana advocati, Johanni Bono de Cassinago, Reginae diocesis, ejusdem magistri familiari, de aliquo ecclesiastico beneficio in civitate et diocesi Regina provideat (Reg. 29, fol. 319 n° 1677.)

« *Archipresbitero de Baysio.* Dilectum filium Johannem —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**2626** Orvieto, 5 juin 1264.

Archidiacono de Ledesina in ecclesia Salamantina mandat ut magistrum Petrum dictum *Abbatem*, canonicum ecclesiae Palentinae, capellanum R., s. Angeli diaconi cardinalis, praestimonia quae obtinet cum aliis cedentis vel decedentis, eidem magistro magis utilibus, permutare faciat. (Reg. 29, fol. 319, v°, n° 1678.)

« *Archidiacono de Ledesina in ecclesia Salamantina.* Ut dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**2627** Orvieto, 31 mai 1264.

Episcopo et capitulo Ulixbonensibus indulget ut magistrum Johannem, clericum, decretorum doctorem, in canonicum recipere valeant. (Reg. 29, fol. 319 v°, n° 1679.)

« *Episcopo et capitulo Ulixbonensibus.* Per vestras patentes —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas junii, anno tertio. »

**2628** Orvieto, 25 mai 1264.

Episcopo Xanctonensi mandat ut Helyae dicto *Theus*, pauperi clerico Xanctonensis diocesis, familiari quoudam G., episcopi Agennensis, [1] de aliquo beneficio ecclesiastico competenti ad cujuscumque collationis spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 319 v°, n° 1680.)

« *Episcopo Xanctonensi.* Cum dilectus filius —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas junii, anno tertio. »

**2629** Orvieto, 11 juin 1264.

Episcopo Convenarum mandat ut Raymundum de Bradel, clericum Convenarum diocesis, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecutum et per archidiaconum Bruliensem idoneum repertum [1], in ecclesia s. Gaudentii, ejusdem diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 319 v°, n° 1681.)

« *Episcopo Conventuarum* (sic.) Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, III idus junii, anno tertio. »

**2630** Orvieto, 9 juin 1264.

Dispensatio super defectu natalium magistro Johanni de Hesche conceditur de subdiacono genito et soluta. (Reg. 29, fol. 319 v°, n° 1682.)

« *Magistro Johanni de Hesche, capellano illustris regis Datie.* Is cujus ingressum —. Datum apud Urbemveterem, V idus junii, anno tertio. »

**2631** Orvieto, 25 mai 1264.

Magistro Petro de Soreia mandat ut Bartholomeum Johannis Sebi, presbyterum ecclesiae s. Mariae de Vergariis de Urbe, obtentu J., s. Mariae in Cosmedin diaconi cardinalis, in ecclesia Narniensi recipi faciat in canonicum. (Reg. 29, fol. 320, n° 1683.)

« *Magistro Petro de Soreia, scriptori nostro, canonico ecclesie s. Gaugerici Cameracensis.* Dilecto filio Bartholomeo —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas junii, anno tertio. »

**2632** Orvieto, 18 mai 1264.

Significantibus abbate et conventu monasterii Aureliacensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, Claromontensis diocesis, « quod redditus mense ipsius abbatis sunt adeo tenues et exiles quod summam sexaginta librarum turonensium vix excedunt », episcopo Lemovicensi mandat ut mensae praedicti abbatis de bonis monasterii utiliter provideat. (Reg. 29, fol. 320, n° 1684.)

« *Episcopo Lemovicensi.* Dilecti filii . . abbas —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas junii, anno tertio. »

**2633** Orvieto, 5 juin 1264.

Episcopo Avenionensi mandat ut Rostaguo, praeposito eccle-

1. En marge : « *Bene latinizat, debiliter construit et ruditer cantat, novit aliquantulum in pluralibus gramatice.* »

1. En marge : « *Tollerari potest ut transeat.* »

siae Avenionensis, capellano apostolico, ordinis s. Augustini, possessiones et jura quae monasterium Montis Majoris, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinens, ordinis s. Benedicti, Arelatensis diocesis, in villa de Gravesons, Avenionensis diocesis obtinet et quae per mortem Bertrandi Cavalerii clerici, qui ab eodem monasterio ea in personale beneficium tenuit, ad ipsum monasterium redierant, assignet, si id sine scandalo fieri potest. (Reg. 29, fol. 320 v°, n° 1685.)

« *Episcopo Avenionensi.* Probitatis dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**2634** Orvieto, 21 mai 1264.

Archiepiscopo Burdegalensi indulget ut uni de suis clericis de canonicatu et praebenda in ecclesia s. Asterii, Petragoricensis diocesis, providere valeat. (Reg. 29, fol. 320, n° 1686.)

« *Archiepiscopo Burdegalensi.* Personam tuam honorare —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas junii, anno tertio. »

**2635** Orvieto, 13 juin 1264.

Priori s. Mansueti Tullensis mandat ut Saufridum, rectorem ecclesiae de Trondes, Tullensis diocesis, per archidiaconum Bruliensem repertum idoneum [1], in ecclesia Liberdunensi in canonicum recipi faciat, dummodo ad id episcopi Tullensis, ad quem praebendarum collatio in eadem ecclesia pertinet, accedat assensus. (Reg. 29, fol. 320, n° 1687.)

« *Priori s. Mansueti Tullensis.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio. »

**2636** Orvieto, 19 juin 1264.

Magistro Petro, archidiacono Bruliensi, indulget ut proventus suos ecclesiasticos, quamdiu in cancellaria apostolica moram traxerit, cum ea integritate percipere valeat, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, ac si personaliter in beneficiis resideat. (Reg. 29, fol. 320 v°, n° 1688.)

« *Magistro Petro, archidiacono Bruliensi in ecclesia Agennensi.* Provenit ex tue —. Datum apud Urbemveterem, xiii kalendas julii, anno tertio. »

1. En marge : « *Bene cantat, satis competenter legit et aliquantulum latinizat. M.* ; *ita erat in patria.* »

**2637** Orvieto, 19 juin 1264.

Infrascriptis praedicti mandati executionem committit (Reg. 29, fol. 320 v°, n° 1689.)

« *Episcopo Lectorensi et | abbati Condomensi, Agennensis diocesis.* Pervenit (*sic*) ex meritis —. Datum apud Urbemveterem, xiii kalendas julii, anno tertio. »

**2638** Orvieto, 5 juin 1264.

Dispensatio pro defectu natalium conceditur magistro Andreae de Wratislavia, acolyto de presbytero genito et soluta. (Reg. 29, fol. 320 n° 1690.)

« *Episcopo Wratislaviensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**2639** Orvieto, 29 août 1264.

Mandat ut Guillelmo Rudilossi, clerico Urbevetano, familiari magistri Abbaiamontis de Sublacu, scriptoris apostolici, obtentu ejusdem scriptoris, de canonicatu et praebenda in civitate et diocesi Urbevetana provideatur. (Reg. 29, fol. 320 v°, n. 1691.)

(*Pas d'adresse* [1].) Ascriptis militie clericali —. Datum apud Urbemveterem, iiii kalendas septembris, anno tertio. »

**2640** Orvieto, 7 juillet 1264.

Patriarchae Jerosolimitano mandat ut Jacobo, canonico Acconensi, scriptori apostolico, aut praebendam in ecclesia s. Felicis Acconensis restituat aut pensionem exhibeat. (Reg. 29, fol. 321, n° 1692.)

« *Patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato.* Dilectus filius magister Jacobus, canonicus Acconensis, scriptor noster, nobis exposuit quod, cum olim in causa que inter ipsum et dilectum filium magistrum Felicem, capellanum nostrum, super rectoria seu prioratu secularis ecclesie sancti Egidii Acconensis, quem ipse sibi per venerabilem fratrem nostrum J., archiepiscopum Arelatensem, tunc episcopum Acconensem, auctoritate apostolica collatum, dictus vero capellanus se

1. La rubrique a été effacée ; on distingue toutefois à la fin les mots « *capellano nostro.* »

ipso per eundem episcopum contra justitiam spoliatum, eique in ejus prejudicium collatum esse dicebant, vertebatur, ad sedem apostolicam per appellationem ejusdem capellani devoluta, felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, dilectum filium nostrum R., sancti Angeli diaconum cardinalem, nosque postmodum, ad apicem apostolatus assumpti, dilectum filium magistrum Berardum de Neapoli, notarium, tunc capellanum nostrum, de consensu ipsius cardinalis, dedissemus partibus auditores, tandem predictus magister Jacobus ac dictus magister Felix, post diversas altercationes coram auditoribus ipsis habitas, vitare cupientes litigiorum anfractus ac viam pacis et concordie eligentes, gratie nostre super premissis, ut causam hujusmodi judicio vel ordinatione terminari faceremus, juxta nostre beneplacitum voluntatis, se libere ac spontanee submiserunt. Porro idem magister Berardus, hujusmodi submissione vice nostra recepta et super terminanda causa predicta a nobis obtenta licentia, de speciali mandato nostro, ipso Jacobo ac parte adversa presentibus, prelibatam ecclesiam ad prefatum F. pertinere decernens, ipsam per diffinitivam sententiam adjudicavit eidem, super illa dicto Jacobo perpetuum silentium imponendo. Et quia consideravimus quod idem episcopus conferendo ipsi Jacobo dictam ecclesiam, cum non posset, sicut plenius nobis constat, ad conferendum sibi equivalens beneficium teneretur, predictus magister Berardus, a nobis viva voce mandato et auctoritate receptis, de nostre plenitudine potestatis eidem Jacobo canonicatum et prebendam ecclesie Acconensis nulli alii debitos, si tunc vacabant ibidem, cum plenitudine juris canonici contulit, ac ipsum de ipsis per suum birretum investiens, predicto Jacobo etiam de illis providit. Si vero tunc in predicta ecclesia prebenda aliqua non vacabat, prebendam primo in eadem ecclesia vacaturam, conferendam ipsi Jacobo, apostolice donationi reservans, decrevit irritum et inane si secus de prebenda hujusmodi vacante vel vacatura, nostra vel quavis auctoritate, a quoquam contingeret attemptari. Ordinavit etiam quod idem episcopus et successores ipsius tamdiu eidem Jacobo vel procuratori suo pensionem equivalentem proventibus dicte ecclesie de camera sua persolvant certo termino in civitate Acconensi annis singulis, donec ipse Jacobus canonicatum et prebendam hujusmodi fuerit assecutus et pacifice perceperit ejus fructus, prout in instrumento publico exinde confecto plenius continetur. Nos quoque, ipsius Jacobi devotis supplicationibus inclinati, quod ab eodem magistro Berardo circa predictum Jacobum factum extitit, ratum et firmum habentes, id per nostras litteras duximus confirmandum, ac defectum si quis super hiis ex quacunque causa fuit, supplevimus de plenitudine potestatis, eidem cardinali per nostras sub certa forma litteras demandantes ut per se vel per alium aut alios, eundem scriptorem vel procuratorem suum aut alium, ejus nomine, in predicte ecclesie canonicum recipi et in fratrem, ac sibi pensionem predictam, juxta ipsius ordinationis tenorem, faceret exhiberi, ac nichilominus eum in corporalem possessionem canonicatus et prebende ejusdem ecclesie, si prefate collationis tempore vacabant ibidem, induceret et tueretur inductum; quod si tunc in eadem ecclesia nulla prebenda vacabat, ei de prebenda quamprimo ibidem vacare contingeret, juxta reservationem et constitutionem hujusmodi, providere curaret. Contradictores per censuram etc.

Quare dictus episcopus ac dilecti filii capitulum Acconenses, juxta mandatum dicti cardinalis factum eis per suas litteras speciales, Jacobum Andree, civem Anconitanum, procuratorem dicti magistri Jacobi, ejus nomine, recipientes in canonicum et in fratrem ecclesie supradicte, assignarunt ei prebendam que fuerat magistri Egidii de Brugis, olim ejusdem ecclesie canonici, qua dicebat idem episcopus se dictum Egidium sententialiter, justitia exigente, privasse, dictumque procuratorem de dicta prebenda investire curarunt, stallo in choro et loco in capitulo sibi nichilominus assignatis. Promisit insuper dictus episcopus procuratori eidem, nomine memorati magistri, quod, si contingeret eundem magistrum J. molestari super eadem prebenda, vel non posse pacifice percipere fructus ejus, aut illam per sedem apostolicam alteri forte concedi, extunc annis singulis in festo Assumptionis beate Marie Virginis, daret et solveret eidem magistro Jacobo vel ejus procuratori suo nomine pensionem equivalentem proventibus ecclesie memorate sancti Egidii Acconensis, quousque prebendam in eadem Acconensi ecclesia foret assecutus et pacifice perciperet fructus ejus, obligando se nichilominus ad conferendum ipsi magistro prebendam in eadem Acconensi ecclesia, tunc proximo vacaturam, si forsan inveniretur quod prelibata prebenda que fuerat predicti magistri, non vacasset, prout in instrumento publico inde confecto, venerabilium fratrum nostrorum . . archiepiscopi Nazareni, et . . episcopi Bethleemitani, tunc in illis partibus apostolice sedis legati, ac ejusdem Acconensis episcopi sigillo munito, plenius continetur.

Cum autem tu, cui Acconensis ecclesia per sedem

apostolicam est commissa, dictam prebendam, que fuerat ipsius magistri Egidii, sequestrasse ac in sequestro tenere dicaris, sicque dictus magister J. nec illam nec aliquam aliam prebendam in eadem Acconensi ecclesia adhuc fuerit, juxta ordinationem hujusmodi, assecutus, nos, compatientes suis laboribus et expensis, ac volentes ut ipse quem, suis exigentibus meritis, gratioso favore prosequimur, facte sibi gratie ac ordinationis predicte obtatum sortiatur effectum, fraternitatem tuam monemus, rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus dicto scriptori vel ejus procuratori, suo nomine, aut prefatam prebendam, cum fructibus ex ea medio tempore perceptis, restituas, aut de predicta pensione a tempore quo fuisti adeptus possessionem Acconensis episcopatus, tue cure ab apostolica sede commissi, respondeas, ac pensionem ipsam exhibeas sibi deinceps, donec dictam prebendam vel aliam idem magister inibi fuerit assecutus, et pacifice perceperit fructus ejus, nichilominus ad provisionem ipsius de prefata prebenda vel alia, si qua in dicta ecclesia Acconensi vacat ad presens vel quamcito ad id se facultas obtulerit, processurus, juxta predictorum instrumenti ac litterarum ad cardinalem eundem continentiam directarum. Non obstante etc. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**2641** Orvieto, 29 juin 1264.

Archiepiscopo Bituricensi mandat ut Stephanum, rectorem ecclesiae s. Boniti Bituricensis, et Stephanum de Albiniaco, canonicum ecclesiae de Magduno, Bituricensis diocesis, rectoriam et canonicatum ad invicem commutare faciat (Reg. 29, fol. 221 v°, n° 1693.)

« *Archiepiscopo Bituricensi.* Ex parte dilectorum —. Datum apud Urbemveterem, iii kalendas julii, anno tertio. »

**2642** Orvieto, 22 juin 1264.

Episcopo Trecensi mandat ut Dionysio de Campo Guidonis, officiali Trecensi, praebendam per mortem Philippi de Planceio vacantem, conferat, proxima deinde vacatura Felici, capellano apostolico, priori ecclesiae s. Egidii Acconensis, in canonicum Trecensem jam recepto, reservata. (Reg. 29, fol. 321 v°, n° 1694.)

« *Episcopo Trecensi.* Ex parte dilecti —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**2643** Orvieto, 4 juillet 1264.

Petro Eximii de Aynar, obtentu regis Navarrae, comitis Campaniae ac Briae, indulget ut praeter archidiaconatum Calagurritanum, curam animarum habentem annexam, aliam dignitatem vel personatum sine cura recipere ac licite retinere valeat. (Reg. 29, fol. 321 v°, n° 1695.)

« *Petro Eximii de Aynar, archidiacono Calagurritano.* Personam tuam favore —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas julii, anno tertio. »

**2644** Orvieto, 5 juillet 1264.

Episcopo Alberstadensi mandat ut Hermanno, scolastico ecclesiae Alberstadensis, capellano Johannis, marchionis Brandeburgensis, scolastriam resignare parato, alium personatum vel dignitatem conferat. (Reg. 29, fol. 322, n° 1696.)

« . . *episcopo Alberstadensi.* Meritis laudabilis conversationis —. Datum apud Urbemveterem, iii nonas julii, anno tertio. »

**2645** Orvieto, 12 juin 1264.

Decano Parisiensi mandat ut Galtero de Fano, pauperi clerico Lingonensis diocesis, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto et per archidiaconum Broliensem idoneo reperto [1], aliquod beneficium ad collationem decani ecclesiae s. Quintini in Viromandia, Noviomensis diocesis, spectans, conferat. (Reg. 29, fol. 322, n° 1697.)

« *Decano Parisiensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, ii idus junii, anno tertio. »

**2646** Orvieto, 27 juin 1264.

Episcopo Halberstadensi mandat ut magistro Herberto de Halis, clericum episcopi Olomucensis, ejusdem episcopi obtentu, de aliquo beneficio in Halberstadensi civitate vel diocesi provideat. (Reg. 29, fol. 322, n° 1698.)

« *Episcopo Halberstadensi.* Devotos ecclesie in —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas julii, anno tertio. »

1. En marge : « *Satis potest transire.* »

2647 Orvieto, 18 juin 1264.

Episcopo Biterrensi indulget ut hac vice personis idoneis conferre valeat dignitates, personatus et beneficia quae, ob diutinam vacationem, juxta Lateranensis statuta concilii, ad sedis apostolicae collationem sunt devoluta. (Reg. 29, fol. 322 v°, n° 1699.)

« *Episcopo Biterrensi.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem, xiiii kalendas julii, anno tertio. »

2648 Orvieto, 18 juin 1264.

Magistro Philippo de Langesio, praeposito de Blandalaio in ecclesia b. Martini Turonensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente, indulget ut, praeter ipsam praeposituram cujus proventus decem librarum tur. summam annuam non excedunt, succentoriam in ecclesia s. Martini Turonensis accipere et retinere valeat. (Reg. 29, fol. 322 v°, n° 1700.)

« *Magistro Philippo de Langesio, preposito de Blandalaio in ecclesia b. Martini Turonensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinente.* Olim fuit ad —. Datum apud Urbemveterem, xiiii kalendas julii, anno tertio. »

2649 Orvieto, 9 juin 1264.

Episcopo Cameracensi mandat ut Petro de Valcucenis, pauperi clerico Cameracensis diocesis, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto et per magistrum Petrum, archidiaconum Bruliensem, reperto idoneo [1], de aliquo beneficio ecclesiastico provideat, ad collationem prioris et conventus prioratus s. Salvii juxta Valencenas, ordinis Cluniacensis, spectante. (Reg. 29, fol. 322 v°, n° 1701.)

« *Episcopo Cameracensi.* Constitutus in nostra —. Datum apud Urbemveterem, v idus junii, anno tertio. »

2650 Orvieto, 19 juin 1264.

Infrascriptis mandat ut, obtentu G., s. Georgii ad Velum aureum diaconi cardinalis, Thomam clericum, natum Johannis Odoresii de Frusinone militis, in ipsorum ecclesia in clericum recipiant. (Reg. 29, fol. 322 v°, n° 1702.)

« *Abbati et clericis secularis ecclesie s. Benedicti de Frusinene* (sic), *Verulane diocesis.* Obtentu dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, xiii kalendas julii, anno tertio. »

1. En marge : « *Satis potest transire.* »

2651 Orvieto, 27 juin 1264.

Episcopo Atrebatensi mandat ut Jacobo dicto *Lovace* de Atrebato, pauperi subdiacono, nullum adhuc beneficium assecuto et per archidiaconum Broliensem reperto idoneo, de aliquo ecclesiastico beneficio provideat, ad collationem capituli Atrebatensis spectante. (Reg. 29, fol. 323, n° 1703.)

« *Episcopo Atrebatensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas julii, anno tertio. »

2652 Orvieto, 27 juin 1264.

Priori s. Mariae in Campis Metensibus mandat ut tribus clericis Philippi de Florenges episcopi, thesaurarii Metensis, de totidem beneficiis in civitate et diocesi Metensi provideat. (Reg. 29, fol. 323, n° 1704.)

« *Priori s. Marie in Campis Metensibus.* Volentes ut venerabilis —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas julii, anno tertio. »

2653 Orvieto, 27 juin 1264.

Episcopo Metensi mandat ut Philippo de Florenges, episcopo, thesaurario Metensi, aliquem prioratum vel alium decentem locum conferat. (Reg. 29, fol. 323, n° 1705.)

« *Episcopo Metensi.* Dum nobilitatem generis —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas julii, anno tertio. »

2654 Orvieto, 27 juin 1264.

Priori s. Mariae in Campis Metensibus mandat ut, obtentu Philippi de Florenges episcopi, thesaurarii Metensis, Bartholomaeum clericum, ejusdem episcopi nepotem, in ecclesia Tullensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 323, n° 1706.)

« *Priori s. Marie in Campis Metensibus.* Obtentu venerabilis fratris —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas julii, anno tertio. »

**2655** Orvieto, 1er juillet 1264.

Infrascriptis mandat ut Johanni de Wluringhem, pauperi clerico Morinensis diocesis, de nobilibus orto, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, et per magistrum Petrum, archidiaconum Bruliensem reperto idoneo [1], de ecclesia praedicti loci de Wluringhem, « cujus parochianus existit, » ad collationem episcopi Morinensis spectante, « cujus redditus rectorem ipsius contingentes valorem annuum quinquaginta librarum parisiensium non excedunt », provideat. (Reg. 29, fol. 323, n° 1707.)

« *. . archidiacono Tornacensi, et . . decano ecclesie s. Marie Brugensis, Tornacensis diocesis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**2656** Orvieto, 17 juin 1264.

Archiepiscopo Maguntino mandat ut Conrado de Gorde, pauperi clerico Maguntinae diocesis, nullum adhuc ecclesiasticum beneficium assecuto et per magistrum P.. archidiaconum Bruliensem, reperto idoneo [2], de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem abbatissae et conventus monasterii de Cofugen, ordinis s. Benedicti, Maguntinae diocesis, spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 323 v°, n. 1708.)

« *Archiepiscopo Maguntino.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas julii, anno tertio. »

**2657** Orvieto, 6 juillet 1264.

Abbati s. Georgii de Nemore, Cenomanensis diocesis, mandat ut, obtentu Petri de Vindocino, capellani apostolici, cantoris Cenomanensis, Guillelmum dictum *Cochet*, qui cum eodem cantore diu tam in artibus quam in jure studuit, in ecclesia b. Martini de Basilica Turonensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 323 v°, n° 1709.)

« *Abbati s. Georgii de Nemore, Cenomanensis diocesis.* Dilecti filii Petri —. Datum apud Urbemveterem, ii nonas julii, anno tertio. »

**2658** Orvieto, 24 juin 1264.

Abbati s. Petri de Cultura Cenomanensis mandat ut magistrum Guillelmum de Polleio clericum, qui « Parisius in artibus cathedram meruit ascendere magistralem et diu studuit in jure canonico et civili nec aliquod ecclesiasticum beneficium obtinere dicitur », in ecclesia Nannetensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 323 v°, n° 1710.)

« *Abbati s. Petri de Cultura Cenomanensis.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas julii, anno tertio. »

**2659** Orvieto, 30 juin 1264.

Praeposito et cantori ecclesiae s. Audomari, Morinensis diocesis, mandat ut Eustachio dicto *Scalin*, canonico ecclesiae Furnensis, Morinensis diocesis, de praebenda in eadem ecclesia provideant. (Reg. 29, fol. 324, n° 1711.)

« *Preposito et cantori ecclesie s. Audomari, Morinensis diocesis.* Significavit nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas julii, anno tertio. »

**2660** Orvieto, 1er juillet 1264.

Episcopis Wibergensi et Arusiensi mandat ut, obtentu fratris Hermanni, de ordine fratrum Praedicatorum, capellani et poenitentiarii apostolici, Petrum, subdiaconum Lundensem, in ecclesia Lundensi recipi faciant in canonicum. (Reg. 29, fol. 324, n° 1712.)

« *. . Wibergensi, et . . Arusiensi episcopis.* Volentes dilectum filium —. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**2661** Orvieto, 7 juillet 1264.

Abbati s. Donysii Mediolanensis mandat ut Raymundo dicto *Alamanno*, diacono, canonico ecclesiae s. Martini de Trivilio, Mediolanensis diocesis, de praebenda in eadem ecclesia provideat. (Reg. 29, fol. 324, n° 1713.)

« *Abbati s. Dyonisii Mediolanensis.* Dilectus filius Raymundus —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**2662** Orvieto, 7 juillet 1264.

Praeposito ecclesiae s. Salvatoris de Lavania mandat ut, obtentu O., s. Adriani diaconi cardinalis, Benevenutum, natum

1. En marge : « *Satis sufficiens est ad beneficium oblinendum.* »
2. En marge : « *Bene cantat, bene latinizat et competenter construit.* »

Jacobi Grilli, civis Florentini, clericum, in ecclesia Bruniatensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 324, n° 1714.)

« *Preposito ecclesie s. Salvatoris de Lavania, Januensis diocesis.* Ad provisionem illorum —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**2663** Orvieto, 1er juillet 1264.

Episcopo Lemovicensi mandat ut Guillelmo de Lebestem, pauperi clerico Lemovicensis diocesis, provideat de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem prioris de Nontronio, ordinis s. Benedicti, Lemovicensis diocesis, spectante. (Reg. 29, fol. 324, n° 1715.)

« *Episcopo Lemovicensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**2664** Orvieto, 25 juin 1264.

Archiepiscopo Bituricensi mandat ut Petro de Annoya, pauperi clerico Bituricensis diocesis [1], de aliquo beneficio ecclesiastico provideat ad collationem decani et capituli ecclesiae b. Austregisilii de Castro Bituricensi spectante. (Reg. 29, fol. 324 v°, n° 1716.)

« *Archiepiscopo Bituricensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, vii idus julii, anno tertio. »

**2665** Orvieto, 22 juin 1264.

S., Casertae comitissae viduae, indulget ut in locis ecclesiastico suppositis interdicto occasione Manfredi, quondam principis Tarentini, Riccardi Casertani, et Thomae Acerrarum comitum, Galviani et Frederici Lancea fratrum, missas cum quinque honestis mulieribus audire valeat. (Reg. 29, fol. 324, n° 1717.)

« *Dilecte in Christo nobili mulieri S., Caserte comitisse vidue.* Quia Deo et —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**2666** Orvieto, 22 juin 1264.

Cantori ecclesiae Dolensis mandat ut Johannem dictum *Grellier*, clericum Cenomauensem, qui in studio litterarum Parisiensi cathedram magistralem in artibus ascendere meruit et in jure canonico et civili bene profecit, in ecclesia s. Monobodi Andegavensis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 324 v°, n° 1718.)

« *Cantori ecclesie Dolensis.* In muneribus gratiarum —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**2667** Orvieto, 22 juin 1264.

Archiepiscopo Turonensi mandat ut Guillelmo de Novovico, pauperi clerico, qui in diocesi Turonensi perpetuam mansionem elegit, de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem abbatis Villelupensis spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 324 v°, n° 1719.)

« *Archiepiscopo Turonensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas junii, anno tertio. »

**2668** Orvieto, 17 juin 1264.

Episcopo et capitulo Anagninis mandat ut in canonicum recipiant Landonem, clericum ecclesiae s. Olivae de Anagnia, « natum quondam Bernacionis, militis Anagnini, qui dudum morans in ecclesiae Romanae servitio, ab ipsius ecclesie hostibus fuisse dicitur interemptus. » (Reg. 29, fol. 325, n° 1720.)

« *Episcopo et capitulo Anagninis.* Licet viri quos —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas julii, anno tertio. »

**2669** Orvieto, 4 juillet 1264.

Praeposito ecclesiae de Masalia, Mediolanensis diocesis, mandat ut, a Leone de Marliano, canonico ecclesiae de Aliate, Mediolanensis diocesis, libera resignatione recepta, canonicatum et praebendam quos idem Leo de Marliano in eadem ecclesia obtinebat, Durantino, pauperi clerico, nato quondam Fidelis de Merate, civis Mediolanensis, consanguineo Gemmae, uxoris Pipionis de Petrasancta, rectoris Patrimonii b. Petri in Tuscia, conferat. (Reg. 29, fol. 325, n° 1721.)

« *Preposito ecclesie de Masalia, Mediolanensis diocesis.* Ex parte dilecti —. Datum apud Urbemveterem, iiii nonas julii, anno tertio. »

1. En marge : « *Satis bene cantat et latinizat, sed non bene legit et construit.* »

**2670** Orvieto, 22 juin 1264.

Archipresbytero et capitulo ecclesiae s. Dalmatii de Quargnanco, Aquensis diocesis, mandat ut Guillelmum dictum *Conem*, de Rusinano, clericum ecclesiae s. Mariae de Pruniano, cujus beneficium in eadem ecclesia viginti solidos imperiales non valet, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 325, n° 1722.)

« *Archipresbitero et capitulo ecclesie s. Dalmatii de Quarqnanco, Aquensis diocesis.* Cum, sicut dilectus —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**2671** Orvieto, 6 juin 1264.

Episcopo Ebroicensi mandat ut Rogero dicto *Bernouf*, pauperi clerico Constanciensis diocesis [1], de aliquo ecclesiastico beneficio provideat ad collationem abbatis et conventus monasterii de Veteri-Lyra, ordinis s. Benedicti, Ebroicensis diocesis, spectante. (Reg. 29, fol. 325, n° 1723.)

« *Episcopo Ebroicensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, viii idus junii, anno tertio. »

**2672** Orvieto, 26 juin 1264.

Episcopo Nannetensi mandat ut Gaufrido dicto *Ferrant*, pauperi clerico chori ecclesiae Naunetensis, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, [2] de aliquo ecclesiastico beneficio provideat ad collationem capituli ecclesiae Nannetensis spectante. (Reg. 29, fol. 325 v°, n° 1724.)

« . . *episcopo Nannectensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas julii, anno tertio. »

**2673** Orvieto, 30 juin 1264.

Episcopo Segobiensi mandat ut Egidium, subdiaconum clericum chori ecclesiae Segobiensis, in eadem ecclesia Segobiensi in canonicum recipi faciat, quum ab archidiacono Broliensi idoneus repertus sit [3]. (Reg. 29, fol. 325 v°, n° 1725.)

« . . *episcopo Segobiensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, ii kalendas julii, anno tertio. »

1. En marge : « *Competenter latinizat et legit, debiliter construit, audivit in medicina sed valde parum scit in medicina ipsa.* »

2. En marge : « *Satis est sufficiens.* »

3. En marge : « *Bene cantat et legit, competenter latinizat et construit.* »

**2674** Orvieto, 8 juillet 1264.

Episcopo Laudensi mandat ut Philippum clericum, natum quondam Davidis de Gibbo, civis Mediolanensis, consanguineum magistri Comitis de Casate, in Romana curia advocati [1], in ecclesia s. Theclae Mediolanensis in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 325 v°, n° 1726.)

« *Episcopo Laudensi.* Dilectus filius Philippus —. Datum apud Urbemveterem, viii idus julii, anno tertio. »

**2675** Orvieto, 30 juillet 1264.

Patriarchae Aquilegensi mandat ut Warachinum de Vultabio, clericum familiarem magistri Gualae, praebendae et quotidianarum distributionum in eadem ecclesia Aquilegensi pacifica faciat possessione gaudere. (Reg. 29, fol. 325 v°, n° 1727.)

« *Patriarche Aquilegensi.* Sua nobis dilectus filius Warachinus de Vultabio clericus, familiaris dilecti filii magistri Guale, notarii nostri, petitione monstravit quod ipse olim, auctoritate litterarum felicis recordationis Innocentii pape, predecessoris nostri, in Aquilegensi ecclesia receptus fuit in canonicum et in fratrem. Verum per constitutionem pie memorie Alexandri pape, predecessoris nostri, per quam receptiones prebendas expectantium vacaturas factas in ecclesiis, quatuor dumtaxat exceptis, decrevit irritas et inanes, ipsius clerici receptione cassata, dictus predecessor Alexandri, obtentu ipsius notarii, volens ei gratiam facere specialem ac jus quod sibi ex receptione hujusmodi in dicta ecclesia competebat, non obstante constitutione predicta seu si aliis similem in predicta ecclesia gratiam fecit, in statum pristinum suscitans ac nolens ei per constitutionem eandem super receptione sua in dicta ecclesia, jure ipsius et assecutione prebende in ea prejudicium aliquod generari, decernens quoque sibi ex receptione predicta in eadem ecclesia prebendam competere ac deberi sibi, suis dedit litteris in mandatis ut eidem clerico de prebenda nulli alii de jure debita, si qua in eadem ecclesia tunc vacabat vel quamprimum ad id se facultas offerret, per te vel per alium providere curares. Contradictores etc.

1. En marge : « *Cantat ad modum terre sue, construit et latinizat competenter.* »

Hujusmodi autem litteris tibi presentatis, dicto predecessore Alexandro annuente, nominatus predecessor Alexander, cum dictus Warachinus nullum esset ex hoc commodum assecutus, dilecto filio . . abbati Bellinensi juxta Aquilegiam suis dedit litteris in mandatis ut eidem W. de hujusmodi prebenda, si in dicta ecclesia tunc vacabat vel quamprimum ad id se offerret oportunitas, per se vel per alium provideret, juxta directarum ad te continentiam litterarum, non obstante quod antiquus canonicorum numerus in eadem ecclesia institutus, auctoritate ipsius predecessoris Alexandri, post receptionem ipsius W., ad minorem numerum est redactus. Demum autem prefatus predecessor A. venerabili fratri nostro . . episcopo Torcellano, per alias suas injunxit litteras ut eidem W., in predicta ecclesia personaliter residenti, de cotidianis distributionibus, sicut uni ex aliis dicte ecclesie canonicis ibidem residentibus, faceret provideri. Contradictores etc. Sed predicto predecessore A., antequam hujusmodi littere ad abbatem et episcopum predictos obtente presentate fuissent, viam universe carnis ingresso, predictus W. nullum est ex predictis litteris comodum assecutus. Quare nobis humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, volentes ei, obtentu prefati notarii, gratiam facere specialem, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita et tibi placuerit, super hoc procedas per te vel per alium, juxta predictarum continentiam litterarum. Datum apud Urbemveterem, III kalendas augusti, anno tertio. »

**2676** Orvieto, 23 juillet 1264.

Episcopo Astoricensi mandat ut Martino Dominici, ecclesiae Astoricensis canonico, de praestimoniis sicut uni ex aliis canonicis ejusdem ecclesiae provideat. (Reg. 29, fol. 326, n° 1728.)

« . . *episcopo Astoricensi.* Firmam spem securamque fiduciam dilectus filius Martinus Dominici, ecclesie tue canonicus, de tua, sicut asserit, sinceritate concepit quod super provisione sua te ita sibi propitium invenire debeat ut, post obtentas ad te precum nostrarum litteras, sibi executorie non sint processu temporis oportune. Sane, sicut eo accepimus exponente, ipse nullum est nisi quoddam adeo tenue quod ipsius proventus dimidie marce argenti valorem annuum non excedit, in ipsa ecclesia prestimonium assecutus, licet multi alii canonici et persone ipsius ecclesie ibidem decem, alii viginti, et quidam triginta marcas argenti habeant in prestimoniis annuatim. Cum igitur non videatur consonum equitati quod dictus canonicus in eadem ecclesia egeat, aliis habundantibus quibus forsitan non majora quam sibi merita suffragantur, et prestimoniorum collatio ad te in dicta ecclesia pertinere dicatur, fraternitatem tuam rogamus attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus eidem canonico, secundum probitatis sue merita, sicut uni ex aliis canonicis supradictis quibus est competenter provisum, procures de hujusmodi prestimoniis, si ad presens in ipsa vacant ecclesia vel quamprimum ad id se facultas obtulerit, providere ita quod, eodem canonico nostra sibi super hoc profuisse precamina sentiente, tua exinde possit devotio commendari. Datum apud Urbemveterem, X kalendas augusti, anno tertio. »

**2677** Orvieto, 3 juillet 1264.

Episcopo Andegavensi mandat ut Roberto de Valle Martini, pauperi clerico Baiocensis diocesis, qui in diocesi Andegavensi mansionem elegit nullumque assecutus est adhuc beneficium ecclesiasticum, informatione de ejusdem meritis praevia, de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem spectante abbatissae s. Mariae Andegavensis, ordinis s. Benedicti, provideat. (Reg. 29, fol. 326, n° 1729.)

« . . *episcopo Andegavensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, V nonas julii, anno tertio. »

**2678** Orvieto, 13 juillet 1264.

Praeposito ecclesiae b. Mariae Virdunensis mandat ut Petro de Sarnaco, presbytero Remensis diocesis, capellano J., sanctorum Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, qui olim de quodam beneficio in civitate et diocesi Remensi provisionis litteras a sede apostolica obtinuerat sine effectu, de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem spectante abbatis monasterii Maurimontis, ordinis s. Benedicti, Cathalaunensis diocesis, provideat. (Reg. 29, fol. 326, n° 1730.)

« . . *preposito ecclesie b. Marie Virdunensis.* Dilectus filius Petrus —. Datum apud Urbemveterem, III idus julii, anno tertio. »

**2679** Orvieto, 23 mai 1264.

Episcopo Cenomanensi mandat ut Johanni de Livardino, pauperi clerico qui in Cenomanensi diocesi mansionem elegit,

nullum adhuc beneficium assecuto [1], de aliquo ecclesiastico beneficio provideat ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Karilefi spectante (Reg. 29, fol. 326, n° 1731.)

« *Episcopo Cenomanensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas junii, anno tertio. »

**2680** Orvieto, 9 août 1264.

Archiepiscopo Bracharensi mandat ut Johannem subdiaconum, dictum *Monachum*, Compostellanae diocesis, ab abbate et conventu monasterii s. Martini de Fos, ordinis s. Benedicti, in monachum recipi faciat, juxta priorum continentiam litterarum. (Reg. 29, fol. 326 v°, n° 1732.)

« *Archiepiscopo Bracharensi.* Lecta nobis dilecti —. Datum apud Urbemveterem, v idus augusti, anno tertio. »

**2681** Orvieto, 27 juin 1264.

Abbati s. Michaelis Hildesemensis mandat ut Johanni, subdiacono ecclesiae secularis Hervodensis, Padeburnensis diocesis, qui in ipsa ecclesia praebendam obtinet valoris tantum duarum marcarum, per magistrum Petrum archidiaconum Bruliensem reperto idoneo [2], de ecclesiastico beneficio competente provideat ad collationem abbatissae ejusdem ecclesiae spectante. (Reg. 29, fol. 326 v°, n° 1733.)

« *Abbati s. Michaelis Hildesemensis, ordinis s. Benedicti.* Dilectus filius Johannes —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas julii, anno tertio. »

**2682** Orvieto, 18 juillet 1264.

Abbati s. Vedasti Atrebatensis mandat ut Johanni, presbytero rectori parrochialis ecclesiae de Nue, Atrebatensis diocesis, ad curam ejusdem ecclesiae, parrochianorum multitudinem nimiam obtinentis, se insufficientem recognoscenti, eamque resignare parato, de aliqua capellania provideat ad collationem decani et capituli Atrebatensis spectante. (Reg. 29, fol. 326 v°, n° 1733 *bis*. [3].)

« *Abbati s. Vedasti Atrebatensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno tertio. »

1. En marge : « *Bene potest transire.* »
2. En marge : « *Satis sufficiens est.* »
3. Cette lettre ne porte pas de numéro dans le registre.

**2683** Orvieto, 2 juin 1264.

Episcopo Legionensi mandat ut Alfonso Petri de Arvis, pauperi clerico diocesis Ovetensis, in diocesi Legionensi perpetuam facienti mansionem, de aliquo provideat beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Isidori, ordinis s. Augustini, Legionensis diocesis, spectante. (Reg. 29, fol. 327, n° 1734.)

« *Episcopo Legionensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, iii nonas junii, anno tertio [1]. »

**2684** Orvieto, 6 juin 1264.

Praeposito ecclesiae de Carpineto, Reginae diocesis, mandat ut, obtentu Bonifacii de Canusa, marescalli apostolici, Prosperum de Lavalle, clericum ecclesiae Montis Johannis, Reginae diocesis, in qua beneficium tenue obtinet, in ecclesia s. Antonini de Quatuor Castellis, ejusdem diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 327, n° 1735.)

« *Preposito ecclesie de Carpineto, Regine diocesis.* Dilectus filius Prosper —. Datum apud Urbemveterem, viii idus junii, anno tertio. »

**2685** Orvieto, 13 juin 1264.

Episcopo Cenomanensi mandat ut Thomae de Ver, pauperi clerico Cenomanensis diocesis [2], de quodam ecclesiastico beneficio provideat ad collationem abbatis monasterii de Ebronio, ordinis s. Benedicti, ejusdem diocesis, spectante. (Reg. 29, fol. 327, n° 1736.)

« *Episcopo Cenomanensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, anno tertio »

**2686** Orvieto, 6 juillet 1264.

Abbati s. Galli, Constantiensis diocesis, mandat ut Rainaldum de Clusura, presbyterum diocesis Reatinae, in ecclesia s. Pelagiae de Rotenil, Constantiensis diocesis, in canonicum recipi faciat, juxta praesentationem nobilis viri Bertholdi et ejus fratrum, ejusdem ecclesiae patronorum. (Reg. 29, fol. 327, n° 1737.)

« *Abbati s. Galli, Constantiensis diocesis.* Constitutus

1. En marge : « *Gratia facta sine examinatione.* »
2. En marge : « *Nescit cantare, ut dicit, competenter legit et construit.* »

in presentia —. Datum apud Urbemveterem, II nonas julii, anno tertio. »

**2687** Orvieto, 29 juin 1264.

Priori et capitulo ecclesiae Tudertinae mandat ut, obtentu episcopi Tudertini, Rusticum, canonicum ecclesiae s. Valentini de Arci, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 327 v°, n° 1738.)

« *Priori et capitulo ecclesie Tudertine.* Venerabilis fratris nostri —. Datum apud Urbemveterem, III kalendas julii, anno tertio. »

**2688** Orvieto, 30 juin 1264.

Magistro scolarum ecclesiae s. Hilarii Pictavensis mandat ut, partibus convocatis, audiat causam de executione testamenti quondam Gilonis Milonis, canonici ecclesiae b. Martini Turonensis. (Reg. 29, fol. 327 v°, n° 1739.)

« *Magistro scolarum ecclesie sancti Ylarii Pictavensis.* Ex parte dilecti filii Egidii de Bonavalle, granaterii et canonici ecclesie beati Martini Turonensis, executoris testamenti quondam Gilonis Milonis, canonici ipsius ecclesie, fuit propositum coram nobis quod nonnulli ecclesiarum prelati, nobiles et clerici diversarum civitatum et diocesum regni Francie quasdam pecuniarum summas, terras, possessiones et res alias, quas idem G. Milonis, ad se ratione persone spectantes, per manus ipsius executoris in pios usus erogari precepit, contra justitiam detinent et dicto executori exhibere indebite contradicunt, propter quod ipsius testamenti executio impeditur. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis, audias causam et, appellatione remota, usuris cessantibus, debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem etc. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam aliquis extra suam diocesim auctoritate presentium ad judicium non trahatur. Datum apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

**2689** Orvieto, 1er juillet 1264.

Praeposito ecclesiae Arusiensis mandat ut, ecclesia Burglanensi pastoris solatio destituta, obtentu fratris Hermanni de ordine Praedicatorum, capellani et poenitentarii apostolici, Thrugillum subdiaconum, rectorem ecclesiae de Saltu, Burglanensis diocesis, clericum regis Datiae, in praepositurae de Thyuthesisel possessionem mittat. (Reg. 29, fol. 327 v°, n° 1740.)

« *Preposito ecclesie Arusiensis.* Cum ecclesia Burglanensis —. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**2690** Orvieto, 18 mai 1264.

Episcopo Carnotensi mandat provideat magistro Petro, capellano apostolico, cantori Cenomanensi, de aliqua praepositura ecclesiae b. Martini Turonensis, cum assensu ejusdem ecclesiae decani. (Reg. 29, fol. 327 v°, n° 1741.)

« . . *episcopo Carnotensi.* Dilectus filius magister —. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas junii, anno tertio. »

**2691** Orvieto, 1er juillet 1264.

Archidiacono de Riba de Sal in ecclesia Astoricensi mandat ut Petrum dictum *Maurum* in possessionem mittat praebendae seu tituli in ecclesia Ovetensi. (Reg. 29, fol 327 v°, n° 1742.)

« . . *archidiacono de Riba de Sal in ecclesia Astoricensi.* Petitio dilecti filii Petri dicti *Mauri*, canonici ecclesie Ovetensis, nobis exposita continebat quod, cum in causa que inter ipsum et Garsiam Cathe. canonicum ejusdem ecclesie, super quadam prebenda que *titulus* vulgariter appellatur, queque in ecclesia ipsa vacavit per mortem Sugeri Petri, dicte ecclesie canonici, et super loco in processione et capitulo ejusdem ecclesie ventilatur, ad sedem apostolicam per appellationem legitime devoluta, dilectum filium nostrum U., sancti Eustachii diaconum cardinalem, dederimus partibus auditorem, tandem, lite in causa ipsa legitime contestata, factisque positionibus et responsionibus ad easdem ac formatis articulis, Petrus et Garsias predicti, volentes vitare litigiorum anfractus, in eundem cardinalem, tanquam in arbitrum, arbitratorem, laudatorem, ordinatorem et diffinitorem super hiis compromittere curaverunt, se ordinationi, laudo et diffinitioni cardinalis ejusdem alte ac basse, libere ac totaliter summittentes, de observanda ordinatione seu arbitrio ipsius in ipsis corporali prestito juramento. Idem vero cardinalis, hujusmodi compromisso re-

cepto et auditis omnibus que predicti P. et G. proponere voluerunt, obtentaque a nobis potestate ac licentia ordinandi, arbitrandi, statuendi, sententiandi et diffiniendi super predictis, prout sibi expediens videretur, inter alia dixit, ordinavit, arbitratus fuit et diffinivit quod dictus P. prebendam seu titulum et locum in processione et capitulo predictis habeat et possideat pacifice et quiete, ipsosque adjudicavit eidem, super ipsis dicto Garsie perpetuum silentium imponendo, prout in instrumento publico inde confecto, sigillato sigillo ipsius cardinalis plenius dicitur contineri. Nos itaque, ipsius P. supplicationibus inclinati, quod super premissis ab eodem cardinali factum est, ratum et firmum habentes ac id auctoritate apostolica confirmantes, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus illud per te vel per alium executioni debite demandare procures. Contradictores etc. usque compescendo. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**2692** Orvieto, 18 juillet 1264.

G., s. Georgii ad Velum Aureum diacono cardinali, mandat ut Johanne, clerico R., s. Angeli diaconi cardinalis, ecclesiam parrochialem de Terniaco resignare parato, eamdem ecclesiam Petro Berardi presbytero, canonico ecclesiae s. Marci de Urbe, ejusdem cardinalis clerico, conferat. (Reg. 29, fol. 328, n° 1743.)

« *G., s. Georgii ad Velum Aureum diacono cardinali.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno tertio. »

**2693** Orvieto, 30 juin 1264.

Magistro Petro de Sereya [1], canonico ecclesiae s. Gaugerici Cameracensis, mandat ut in ecclesia cathedrali s. Juvenalis Narniensis, Bartholomaeum Johannis Lelli, presbyterum ecclesiae b. Mariae de Vergeriis de Urbe, in canonicum recipi faciat, juxta mandatum apostolicum antea sibi factum, non obstante quod in litteris apostolicis antea sibi directis mentio non habetur quod praedicta ecclesia s. Juvenalis cathedralis existit. (Reg. 29, fol. 328, n° 1744.)

« *Magistro Petro de Sereya, scriptori nostro, canonico ecclesie s. Gaugerici Cameracensis.* Per vestras dudum —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas julii, anno tertio. »

1. Plus haut, au n° 2631, ce nom est écrit *Soreia*.

**2694** Orvieto, 5 juin 1264.

Episcopo Cenomanensi mandat ut Gaufrido dicto *Ruffo*, in Cenomanensi diocesi perpetuam facienti mansionem, pauperi clerico [1], de aliquo ecclesiastico beneficio provideat ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Vincentii Cenomanensis, ordinis s. Benedicti, spectante. (Reg. 29, fol. 328, n° 1745.)

« *Episcopo Cenomanensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, nonis junii, anno tertio. »

**2695** Orvieto, 26 mai 1264.

Archipresbytero ecclesiae Vosiensis, Lemovicensis diocesis, mandat ut Johanni de s. Sagittario, pauperi clerico, de canonicatu ecclesiae Ransoliensis, Lemovicensis diocesis, provideat. (Reg. 29, fol. 328, n° 1746.)

« *Archipresbitero Vosiensi, Lemovicensis diocesis.* Personam dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas junii, anno tertio. »

**2696** Orvieto, 31 mai 1264.

Episcopo Macloviensi mandat ut magistro Gaufrido, clerico comitis Britanniae [2], ecclesiam de Bren, Macloviensis diocesis, conferat. (Reg. 29, fol. 328, n° 1747.)

« *Episcopo Macloviensi.* Dilectus filius magister —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas junii, anno tertio. »

**2697** Orvieto, 23 mai 1264.

Episcopo Lemovicensi mandat ut, obtentu comitis Marchiae, Clementem Bosseti, ejusdem comitis clericum [3], in ecclesia seculari Dauratensi, Lemovicensis diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 328 v°, n° 1748.)

« *Episcopo Lemovicensi.* Personas benemeritas brachiis —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas junii, anno tertio. »

1. En marge : « *Bene potest transire.* »
2. En marge : « *Bene sufficiens est.* »
3. En marge : « *Examinatus fuit.* »

**2698** Orvieto, 28 juin 1264.

Paulo Cinthii, canonico ecclesiae s. Marci de Urbe, mandat ut Egidium Johannis Milonis, pauperem clericum Romanum, informatione de ejus meritis praevia, in ecclesia s. Mariae in Monticellis Arenulae de Urbe in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 328 v°, n° 1749.)

« *Paulo Cinthii, canonico ecclesie s. Marci de Urbe.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas julii, anno tertio. »

**2699** Orvieto, 4 juillet 1264.

Abbati s. Petri de Cultura Cenomanensis mandat ut Thomam de Ver clericum, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecutum, informatione de ejus meritis praevia, in ecclesia s. Mariae Andegavensis, ordinis s. Benedicti, « in qua canonici seculares deserviunt, » in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 328 v°, n° 1750.)

« *Abbati s. Petri de Cultura Cenomanensis.* Dilectum filium Thomam —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas julii, anno tertio. »

**2700** Orvieto, 4 juillet 1264.

Episcopo, decano et capitulo Ovetensibus mandat ut Alfonsum Johannis, subdiaconum chori ecclesiae Ovetensis, qui diu in eadem ecclesia deservivit et beneficium unicum tenue obtinet, recipiant in portionarium et in fratrem. (Reg. 29, fol. 328 v°, n° 1751.)

« *. . episcopo, . . decano et capitulo Ovetensibus.* Onerosum vobis non —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas julii, anno tertio. »

**2701** Orvieto, 1er juillet 1264.

Vapincensis et Cardaonensis, Vapincensis diocesis, ecclesiarum praepositis mandat ut, obtentu Raymundi Chaobaudi, marescalci Urbis, Willelmo Pascalis, pauperi presbytero Vapincensis diocesis, ejusdem marescalci capellano, de ecclesia b. Mariae de Tornaforti, ejusdem diocesis, ad sedis apostolicae provisionem, ob diutinam vacationem, juxta Lateranensis statuta concilii, devoluta, provideant [1]. (Reg. 29, fol. 329, n° 1752.)

1. En marge : « *Dominus Ricardus cardinalis misit eum tanquam examinatum ; dominus noster admisit hoc obtentu marescalci.* »

« *Vanpincensis* (sic) *et Cardaonensis, Vapincensis diocesis, ecclesiarum prepositis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, anno tertio. »

**2702** Orvieto, 31 mai 1264.

Archiepiscopo Bremensi concedit facultatem « faciendi recipi per se vel per alium aut alios in singulis collegiatis ecclesiis secularibus Bremensis civitatis et diocesis singulas personas ydoneas in canonicos et in fratres. » (Reg. 29, fol. 329, n° 1753.)

« *. . archiepiscopo Bremensi.* Exigentibus tue devotionis —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas junii, anno tertio. »

**2703** Orvieto, 15 mai 1264.

Episcopo Seguntino mandat ut Fernando Johannis, clerico Toletanae diocesis, exilia beneficia obtinenti, quatuor librarum turonensium annui redditus valorem non excedentia, in ecclesia Toletana conferat portionem cum praestimoniis quae Petrus Petri, canonicus Toletanus, ibidem obtinebat. (Reg. 29, fol. 329, n° 1754.)

« *. . episcopo Seguntino.* Probitatis et scientie —. Datum apud Urbemveterem, idus maii, anno tertio. »

**2704** Orvieto, 27 juin 1264.

Praeposito et capitulo de Vicomercato, Mediolanensis diocesis, mandat ut Ubertinum, clericum ecclesiae de Trizio, ejusdem diocesis, natum Suzii de Subiace, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 329, n° 1755.)

« *Preposito et capitulo ecclesie de Vicomercato, Mediolanensis diocesis.* Firmam spem securamque —. Datum apud Urbemveterem, V kalendas julii, anno tertio. »

**2705** Orvieto, 22 juin 1264.

Infrascriptis concedit facultatem ex duabus regulae ordinis s. Clarae formulis, parum inter se differentibus, assumendi et observandi quam velint. (Reg. 29, fol. 329, n° 1756 ; Potthast, 18953.)

« *Abbatisse et conventui monasterii Sororum Minorum*

*inclusarum monasterii b. Catarine juxta Pruvinum, Senonensis diocesis.* Carissimi in Christo —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**2706** Orvieto, 7 juillet 1264.

De provisione annua centum librarum parisiensium Petro Alfonso, nato quondam Saladini, soldani de Conio, e Sarracenico errore reverso, a monasteriis s. Benedicti et Cluniacensis ordinum, Remensis provinciae, exhibenda. (Reg. 29, fol. 329 v°, n° 1757.)

« . . *priori sancte Genovefe Parisiensis.* Licet cunctos Dei et Romane ecclesie devotos, depressos onere paupertatis, pietatis oculo respicere teneamur, tamen viris nobilibus, ad fidem catholicam de gentilitatis errore conversis, eo favorabiliores exhibere nos convenit quo ipsi apostolico presidio noscuntur potius indigere. Cum igitur dilectus filius nobilis vir Petrus Alfonsus, natus quondam Saladini, soldani de Conio, de Sarracenice labis et cecitatis errore per regenerationis lavacrum redierit ad ecclesiasticam unitatem nec habeat unde valeat sustentari, nos, ad eum apostolice provisionis dexteram misericorditer extendentes, mandamus quatinus eidem P. a monasteriis Remensis provincie, sancti Benedicti et Cluniacensis ordinum, tam exemptis quam non exemptis, in centum libris Parisiensium, annis singulis, quoad vixerit, per te vel per alium provideri [procures]. Non obstante —. Contradictores etc. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**2707** Orvieto, 14 juillet 1264.

Rolando, ecclesiae s. Mariae Alatrinae canonico, mandat ut in ecclesia cathedrali Alatrina Gregorium clericum, germanum Thomasii, dicti *Rubei*, domicelli Alatrini, familiaris nobilis viri Anibaldi, nepotis R., s. Angeli diaconi cardinalis, recipi faciat in canonicum. (Reg. 29, fol. 329 v°, n° 1758.)

« *Rolando, canonico ecclesie s. Marie Alatrine.* Affectionis paterne studium —. Datum apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio. »

**2708** Orvieto, 18 juillet 1264.

Adenulfo de Beezo, canonico Anagnino, mandat ut Heremitam, clericum ecclesiae de Guarcino, Alatrinae diocesis, familiarem magistri Adenulfi, capellani apostolici, praepositi ecclesiae s. Audomari, qui a Petro, archidiacono Senonensi, camerario apostolico, canonicatum et portionem obtinuit quos Giffredus, archidiaconus Tudertinus, in ecclesia s. Olivae Anagninae obtinebat, in possessionem eorumdem canonicatus et portionis mittat. (Reg. 29, fol. 329 v°, n° 1759.)

« *Adenulfo de Beezo, canonico Anagnino.* Sua nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas augusti, anno tertio. »

**2709** Orvieto, 9 août 1264.

Obtentu regis Navarrae, episcopo Calaguritano facultatem concedit « recipiendi et faciendi recipi duos clericos suos ad hoc ydoneos in ecclesia Calagurritana in canonicos et in fratres. » (Reg. 29, fol. 329 v°, n° 1760.)

« . . *episcopo Calaguritano.* Tuis et carissimi —. Datum apud Urbemveterem, v idus augusti, anno tertio. »

**2710** Orvieto, 31 juillet 1264.

Nicolao, dicto *de Thesauro,* capellano apostolico, confert « archidiaconatum, canonicatum et prebendam cum domibus ac juribus omnibus et pertinentiis vacantes ad presens in Famagustana ecclesia per mortem quondam Johannis, archidiaconi Famagustani, nuper apud sedem apostolicam decedentis. » (Reg. 29, fol. 329 v°, n° 1761.)

« *Nicolao, dicto* de Thesauro, *capellano nostro.* Nostris et apostolice —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas augusti, anno tertio. »

**2711** Orvieto, 31 juillet 1264.

Infrascriptis praedictae committit collationis executionem. (Reg. 29, fol. 330, n° 1762.)

« . . *priori domus Militie Templi, et . . cantori Nicosiensi.* Nostris et apostolice —. Datum ut supra. »

**2712** Orvieto, 11 août 1264.

Decano et capitulo s. Symphoriani Remensis mandat ut non solum a molestiis super residentia personali facienda et ordinibus suscipiendis a magistro Synitio, subdiacono apostolico, camerae apostolicae clerico, omnino desistant, sed etiam eidem magistro de domibus congruis cedentis vel decedentis canonici quamcito provideant. (Reg. 29, fol. 330, n° 1763.)

« .. *decano, et capitulo sancti Simphoriani Remensis.* Ex relatu dilecti filii magistri Synitii, subdiaconi nostri, camere nostre clerici, canonici ecclesie vestre, mirantes accepimus quod, quanquam sibi a sede apostolica sit indultum ut ipse, quandiu obsequiis nostris et apostolice sedis institerit, prebendarum et beneficiorum suorum proventus ac fructus possit in absentia cum ea integritate, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, percipere cum qua illos perciperet si in ecclesiis, in quibus prebendas et beneficia hujusmodi obtinet, personaliter resideret, ac interim ad suscipiendum superiores ordines et personalem residentiam in eisdem ecclesiis faciendam nequeat coartari, vos tamen, super fructibus et proventibus prebende sue ipsius ecclesie injuriantes eidem, eum ad suscipiendum sacerdotium et residendum in ipsa ecclesia infra certum terminum quem sibi ad hoc per vestras citatorias litteras prefixistis, nitimini compellere ac super hiis presumitis pro vestre voluntatis libito molestare. Cum itaque nos, de ipsius magistri fidelitate et circumspectione confisi, quedam non modica nostra et ecclesie Romane negotia sibi duxerimus fiducialiter committenda, ne ipse obsequiis nostris insistens inde dampnum sustineat unde debet comodum reportare, universitatem vestram attente rogandam duximus et monendam, per apostolica vobis scripta mandantes quatinus circa dictum magistrum, pro dicte sedis et nostra reverentia, benignum dirigentes affectum, non solum a prefatis ejus injuriis et molestiis seu quibuscunque coactionibus super hujusmodi residentia et susceptione ordinum penitus desistatis, verum etiam sibi, qui, prout nobis asseruit, quamcitius comode poterit et de nostre processerit beneplacito voluntatis, paratus est superiores ordines temporibus statutis suscipere ac in eadem ecclesia vestra, prout exigit onus prebende quam in ea obtinet, residere, de domibus congruis cedentis vel decedentis canonici aut aliis ad vos pertinentibus, si vacant ad presens vel quamcito se facultas obtulerit, providere curetis, eas procuratori suo, ejus nomine, assignando. — Alioquin dilectis filiis . . officiali dilecti filii . . majoris archidiaconi Remensis, et magistro Angelo Romano, canonico Cathalaunensi, damus nostris litteris in mandatis ut ipsi vel alter eorum vos ab hujusmodi injuriis seu molestiis et coactionibus compescentes, super provisione dictarum domorum per se vel per alium sive alios mandatum apostolicum exequantur. Contradictores etc. Datum apud Urbemveterem, III idus augusti, anno tertio. »

**2713** Orvieto, 11 août 1264.

Infrascriptis executionem committit praedicti negotii. (Reg. 29, fol. 330, n° 1764.)

« . . *officiali dilecti filii . . majoris archidiaconi Remensis, et magistro Romano, canonico Cathalaunensi.* Ex relatu dilecti —. Datum ut supra. »

**2714** Orvieto, 19 août 1264.

Priori s. Amatoris Autisiodorensis mandat ut magistrum Erardum de Lesignies, capellanum apostolicum, canonicum Autisiodorensem, episcopi Autisiodorensis nepotem, in ecclesia Senonensi in canonicum recipi faciat, dummodo ad id archiepiscopi Senonensis assensus accedat. (Reg. 29, fol. 330, n° 1765.)

« .. *priori s. Amatoris Autisiodorensis.* Illos precipue nos —. Datum apud Urbemveterem, XIIII kalendas septembris, anno tertio. »

**2715** Orvieto, 6 août 1264.

Episcopo Narniensi mandat ut Berardum, clericum, natum quondam Angeli, militis Narniensis, nullum adhuc beneficium assecutum, obtentu A., basilicae duodecim apostolorum presbyteri cardinalis, in ecclesia Narniensi in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 330 v°, n° 1766.)

« .. *episcopo Narniensi.* Dignum est ut —. Datum apud Urbemveterem, VIII idus augusti, anno tertio. »

**2716** Orvieto, 13 août 1264.

Magistro Johanni de Guarcino canonicatum confert quem Godefridus de Blangisel in ecclesia s. Mariae de Castello, Morinensis diocesis, resignavit, cum praebenda quae eidem Godefrido ratione ejusdem canonicatus debebatur. (Reg. 29, fol. 330 v°, n° 1767.)

« *Magistro Johanni de Guarcino, canonico Alatrino, scriptori et familiari nostro, capellano dilecti filii nostri A., tituli s. Praxedis presbitero* (sic) *cardinali* (sic). Inspecta obsequiorum gratitudine — Datum apud Urbemveterem, idus augusti, anno tertio. »

**2717** Orvieto, 18 août 1264.

Infrascriptis praedictae collationis committit executionem. (Reg. 29, fol. 330 v°, n° 1768.)

« . . *preposito et magistro Raynaldo dicto* Romano, *canonico ecclesie s. Audomari, Morinensis diocesis.* Inspecta obsequiorum gratitudine —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas septembris, anno tertio. »

**2718** Orvieto, 25 août 1264.

Episcopo Imolensi mandat inhibeat potestati, ancianis et consulibus Bononiensibus quominus Johannem de Vercellis, subdiaconum apostolicum, canonicum Belvacensem, Bononiae commorantem, occasione necis quondam Nicolai Bonigerardi a Nigro Guasconis patratae, extra curam et protectionem potestatis et communis Bononiensium ponant. (Reg. 29, fol. 330 v°, n° 1769.)

« . . *episcopo Imolensi.* Cives Bononienses —. Audivimus siquidem quod, cum quidam laicus de Vercellis, Niger Guasconis nomine, consanguineus dilecti filii Johannis de Vercellis, subdiaconi nostri, canonici Belvacensis, Bononie commorantis, apud civitatem Bononiensem quondam Nicolaum Bonigerardi, civem Bononiensem, instinctu diabolico duxerit occidendum, filii, consanguinei et amici ejusdem Nicolai, eo pretextu quod idem malefactor est consanguineus ejusdem Johannis, quamvis in gradu remoto, et aliquando familiaris ejus fuit, ancianos et consules populi, cambii et mercadantie Bononiensis requirunt ut eundem Johannem extra curam et protectionem . . potestatis, et communis Bononiensium ponant, ita quod, si aliquis eum offenderit in persona vel bonis suis, propter hoc minime puniatur, licet hujusmodi maleficium eodem Johanne inscio et absente et non dante ad hoc consilium, auxilium vel favorem fuerit perpetratum dictusque malefactor, cui predictus Jo[hannes] elapsis pluribus annis locutus non fuerat, de familia non esset ipsius Johannis, qui eundem civem diligebat affectione sincera, prout per inquisitionem per venerabilem fratrem nostrum . . episcopum Bononiensem, super hoc factam, evidenter apparet. Sane nichil aliud esset predictum Jo. extra curam et protectionem dictorum potestatis et communis ponere quam bannire ipsum et predictis filiis, consanguineis et amicis dicti civis dare materiam et occasionem interficiendi eundem. Quia vero id redundaret in apostolice sedis injuriam et contemptum et conculcationem ecclesiastice libertatis, quam potestas, anciani et consules predicti et consilium et commune Bononienses defensare tenentur, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus potestatem, ancianos, consules, consilium et commune prefatos, numero quadraginta novem, et consilium populi Bononiensis quod dictum Johannem extra curam et protectionem suam non ponant nec poni permittant nec ab aliquibus, quantum in eis fuerit, hujusmodi occasione, in persona vel bonis suis patiantur offendi, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam in personas potestatis, ancianorum, consulum et quadragintanovem predictorum ac officialium et consiliariorum civitatis Bononiensis exercendam, appellatione remota, compellas, proviso ne in universitatem Bononiensem excommunicationis vel interdicti etc. usque speciale. Quicquid autem super hiis duxeris faciendum, nobis per tuas litteras, harum seriem continentes, studeas fideliter intimare. Datum apud Urbemveterem, viii kalendas septembris, anno tertio. »

**2719** Orvieto. 21 août 1264.

Episcopo Perusino mandat ut plebem sanctorum Fabiani et Sebastiani, Perusinae dioecesis, conferat Venturae, clerico Perusino, fratri Pauli, ostiarii apostolici. (Reg. 29, fol. 331, n° 1770.)

« . . *episcopo Perusino.* Sua nobis dilectus —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas septembris, anno tertio. » [1]

**2720** Orvieto, 22 juin 1264.

J., ss. Cosmae et Damiani diacono cardinali, mandat ut perpetuum beneficium decimarum exeuntium de possessionibus spectantibus ad demanium curiae castri Itri, Gaietanae dioecesis, Andreae, archipresbytero dicti castri, assignet. (Reg. 29, fol. 331, n° 1771.)

« *J., ss. Cosme et Damiani diacono cardinali.* Cum, sicut accepimus, perpetuum beneficium decimarum de possessionibus spectantibus ad demanium curie castri Itri, Gaietane diocesis, quod bone memorie A., Ter-

1. Cette lettre est suivie d'un fragment de lettre barré. Dans ces onze lignes, datées des nones de juillet, an iii du pontificat (7 juillet 1264), il est question de la nomination comme chanoine de Bruniate de Jacques Grilli, citoyen de Florence recommandé par le cardinal de s. Adrien.

racinensis episcopus, tempore sue promotionis, nomine capelle ipsius castri, obtinuit, vacare dicatur ad presens, nos, volentes dilectum filium Andream, archipresbiterum dicti castri, scriptorem nostrum, dicti episcopi nepotem, obtentu tui nobis supplicantis pro ipso, prosequi favore gratie specialis, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus beneficium ipsum sic vacans, cujus redditus et proventus valorem unius uncie auri annis singulis, ut asseritur, vix excedunt, eidem scriptori, prout idem episcopus usque ad tempus predicte sue promotionis possedit, auctoritate nostra per te vel per alium conferas et assignes, in corporalem possessionem inducens eundem et defendens inductum, amoto ab eo quolibet illicito detentore. Contradictores —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas julii, anno tertio. »

**2721** Orvieto, 20 juin 1264.

Priori de Brageiraco, Petragoricensis diocesis, mandat ut abbatem et conventum monasterii s. Emiliani, ordinis s. Augustini, Burdegalensis diocesis, compellat ad recipiendum in canonicum Bernardum Seguini clericum, juxta mandata Innocentii papae IIII et ipsius quoque Urbani IIII. (Reg. 29, fol. 331 v°, n° 1772.)

« . . *priori de Brageiraco, Petragoricensis diocesis.* Cum olim felicis recordationis Innocentius papa, predecessor noster, . . abbati et conventui monasterii sancti Emiliani, ordinis sancti Augustini, Burdegalensis diocesis, suis dederit litteris in mandatis ut Bernardum Seguini clericum, cupientem una cum eis in eodem monasterio sub regulari habitu virtutum Domino perpetuo famulari, reciperent in canonicum et in fratrem et sincera tractarent in Domino caritate, ac nos postmodum universitatem eorum rogaverimus et per iterata scripta eis precipiendo mandaverimus ut eundem clericum reciperent in canonicum et in fratrem, juxta predicti predecessoris continentiam litterarum, ipsi, ejusdem predecessoris et nostrum mandatum, sicut idem B. sua nobis petitione monstravit, surdis auribus transeuntes, id efficere non curarunt. Nolentes igitur imperfectum relinquere quod de ipso misericorditer dedit pietas inchoari, eisdem abbati et conventui damus in virtute obedientie districte nostris litteris in preceptis ut dictum clericum saltem hac vice recipiant in canonicum et in fratrem, et sincera tractent in Domino caritate, juxta priorum continentiam litterarum. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si dicti abbas et conventus preceptum nostrum in hac parte neglexerint adimplere, tu eos ad id moneas efficaciter et inducas, rescripturus nobis causam rationabilem propter quam id non possint facere vel minime teneantur. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas julii, anno tertio. »

**2722** Orvieto, 20 juin 1264.

Abbati et conventui monasterii s. Emiliani mandat ut Bernardum Seguini clericum in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 331 v°, n° 1773.)

« . . *abbati et conventui monasterii s. Emiliani, ordinis s. Augustini, Burdegalensis dioecesis.* Cum olim felicis —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas julii, anno tertio. »

**2723** Orvieto, 6 juillet 1264.

Episcopo Interamnensi mandat exhiberi faciat a monasterio s. Gemini, ordinis s. Benedicti, quondam Narniensis diocesis, certam frumenti et vini quantitatem Barnabae clerico, nato Orlandini de castro s. Gemini. (Reg. 29, fol. 331 v°, n° 1774.)

« . . *episcopo Interamnensi.* Exposuit coram nobis dilectus filius Barnabas clericus, natus nobilis viri Orlandini de castro sancti Gemini, quod cum nos redditus et proventus beneficii quod ipse olim obtinuit in ecclesia sancti Herasmi de Civitella prope roccam de Cese, cujus idem Barnabas clericus existebat, dicte rocce pro ipsius utilitatibus duxerimus deputandos, abbati monasterii sancti Nicolai de sancto Gemino nostris sub certa forma dedimus litteris in mandatis ut prefato clerico in ecclesia sancti Gregorii de Podio, Spoletane diocesis, ad monasterium sancti Pastoris, Cisterciensis ordinis, ejusdem diocesis, pertinente, de duabus saumatis frumenti et totidem vini, ad majorem saumatam ipsius terre vel loci, providere procurans, sibi vel procuratori suo, ejus nomine, dictas saumatas, tamdiu annis singulis facerent exhiberi donec ipse clericus prebendam in ecclesia Tudertina, in qua pro eo scripta nostra direxeramus, juxta mandati nostri tenorem, foret pacifice assecutus. Contradictores etc. Verum, quia factam predicto clerico gratiam circa exhibendam sibi prelibatam frumenti et vini quantitatem postmodum duximus, ut dicitur, revocandam, memoratus clericus qui, sicut asserit, in prelibata Tudertina ecclesia nondum prebendam aliquam est adeptus, nullum de gratia ipsa comodum sed labores et expensas

potius reportavit. Quia vero idem clericus super hoc apostolice providentie remedium suppliciter imploravit, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si premissa veritate nituntur, provisionem hujusmodi predicte frumenti et vini quantitatis in monasterio sancti Gemini, ordinis sancti Benedicti, quondam Narniensis diocesis, ipsi clerico, per te vel per alium, facias exhiberi, secundum predictarum directarum prefato abbati continentiam litterarum. Datum apud Urbemveterem, II nonas julii, anno tertio. »

**2724** Orvieto, 6 juillet 1264.

Magistro Renero, scolastico ecclesiae Tungrensis, Leodiensis diocesis, mandat ut praelatis, canonicis et clericis ecclesiarum secularium regni Alamanniae qui cum Henrico, episcopo Leodiensi, ad Terrae sanctae profecti erunt, beneficiorum proventus cum integritate ministrari faciat per triennium. (Reg. 29, fol. 331 v°, n° 1775.)

« *Magistro Renero, scolastico ecclesie Tungrensis, Leodiensis diocesis.* Venerabilis frater noster —. Datum apud Urbemveterem, II nonas julii, anno tertio. »

**2725** Orvieto, 14 juillet 1264.

Priori de Catusio, Caturcensis diocesis, mandat ut Guillelmo Dornhat, subdiacono apostolico, ecclesiae Caturcensis canonico, de praebenda sibi debita provideat. (Reg. 29, fol. 331 v°, n° 1776.)

« . . *priori de Catusio, Caturcensis diocesis.* Dilectus filius Guillelmus —. Datum apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio. »

**2726** Orvieto, 14 août 1264.

Archidiacono de Estensi in ecclesia Cathalaunensi mandat ut Garnetum, rectorem ecclesiae de Curialimonte, Cathalaunensis diocesis, germanum Johannis de Poiz, familiaris apostolici, in ecclesia s. Mariae de Vallibus, ejusdem diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 331 v°, n° 1777.)

« . . *archidiacono de Estensi in ecclesia Cathalaunensi.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, XVIII kalendas septembris, anno tertio. »

**2727** Orvieto, 1er septembre 1264.

Magistro Johanni, dicto *Baccerio*, archidiacono Baiocensi, mandat ut Nicolao Sotin, clerico et procuratori magistri Pauli de s. Helya, thesaurarii Baiocensis, rectori parrochialis ecclesiae s. Albini super Algot, Lexoviensis diocesis, cujus redditus valentiam viginti librarum turonensium non excedunt, eamdem ecclesiam in aliam pinguiorem commutet. (Reg. 29, fol. 331 v°, n° 1778.)

« *Magistro Johanni dicto* Buccerio, *capellano nostro, archidiacono Baiocensi.* Cum, sicut dilectus —. Datum apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

**2728** Orvieto, 26 août 1264.

Archidiacono de Transtamar in ecclesia Compostellana mandat ut, obtentu Johannis de Tudino, nuntii et familiaris regis Castellae ac Legionis, Fernando Martini, clerico Compostellano, de aliquo ecclesiastico beneficio competenti provideat. (Reg. 29, fol. 332, n°, 1779.)

« . . *archidiacono de Trans[ta]mar in ecclesia Compostellana.* Dilecto filio Fernando —. Datum apud Urbemveterem, VII kalendas septembris, anno tertio. »

**2729** Orvieto, 23 août 1264.

Dispensatio super defectu natalium conceditur Petro Martini, canonico Ovetensi, clerico et camerario magistri Johannis, archidiaconi Compostellani, de subdiacono genito et soluta. (Reg. 29, fol. 332, n° 1780.)

« *Magistro Johanni, archidiacono Compostellano, notario carissimi in Christo filii nostri.. regis Castelle ac Legionis illustris.* Dilectus filius Petrus —. Datum apud Urbemveterem, X kalendas septembris, anno tertio. »

**2730** Orvieto, 15 juillet 1264.

Episcopo Exoniensi mandat ut Waltero de Seokebroch, pauperi presbytero Exoniensis diocesis, de beneficio ecclesiastico competenti provideat, ad collationem prioris et conventus de Tywardrayt, ordinis s. Benedicti, ejusdem diocesis, spectante. (Reg. 29, fol. 332, n° 1781.)

« . . *episcopo Exoniensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

2731 Orvieto, 28 août 1264.

Infrascriptis mandat ut Arnaldum de Naganzia, clericum Agennensis diocesis, in ecclesia Agennensi in canonicum sub exspectatione praebendae recipi faciant. (Reg. 29, fol. 332, n° 1782.)

« . . *abbati Bellepertice, Cisterciensis ordinis, Tholosane diocesis, et magistro Arnaldo Gauselini, juris civilis professori, canonico Vasatensi.* Dilectus filius magister Arnaldus de Naganzia, clericus Agennensis diocesis, nobis exposuit quod nos venerabili fratri nostro.. Auxitano archiepiscopo, et dilecto filio.. priori Bellepertice, Tholosane diocesis, nostris dedimus litteris in mandatis ut eundem magistrum, qui diu disciplinis scolasticis institit et in artibus cathedram meruit ascendere magistralem, nullumque est ecclesiasticum beneficium assecutus, in Agennensi ecclesia, si ad hoc bone memorie Agennensis episcopi assensus accederet, recipi facientes in canonicum et in fratrem, providerent ei de prebenda si qua tunc vacabat ibidem vel quam primum ad id oportunitas se offerret. Contradictores etc. Verumtamen, ob sincere devotionis affectum quem ad nos idem gessit episcopus, noluimus quod duobus clericis ipsius episcopi cui per nostras litteras faciendi eos recipi ac providendi eorum utrique de prebenda in ipsa ecclesia concesseramus liberam facultatem, per hoc aliquod generaretur prejudicium, quin iidem clerici dicto magistro Arnaldo preferrentur in assecutionibus prebendarum. Cumque predictus magister Ar. super hoc episcopum requisivisset eundem, dictus episcopus, antequam super receptione predicti magistri A. prestitisset assensum, diem clausit extremum, sicque prelibatus magister Ar. nullum est ex hoc commodum assecutus. Quare nobis humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, perduci volentes inchoatam circa ipsum gratiam ad effectum, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel alter vestrum, per vos vel per alium aut alios, eundem magistrum Ar. vel procuratorem suum, ejus nomine, in sepedicta ecclesia, non obstante quod tunc predicti episcopi assensum requiri mandavimus, recipi facientes in canonicum et in fratrem, ei de prebenda, si qua in predicta ecclesia vacat ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, providere curetis, juxta predictarum directarum ad.. archiepiscopum, et.. priorem predictos continentiam litterarum. Datum apud Urbemveterem, v kalendas septembris, anno tertio. »

2732 Orvieto, 1<sup>er</sup> septembre 1264.

Episcopo Virdunensi mandat ut Symoni de Antella, presbytero pauperi Virdunensis diocesis, de aliquo beneficio ecclesiastico provideat ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Mauritii de Belloloco, ordinis s. Benedicti, ejusdem diocesis, spectante. (Reg. 29, fol. 332, n° 1783.)

« . . *episcopo Virdunensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

2733 Orvieto, 29 août 1264.

Majoris et s. Salvatoris ecclesiarum Metensium decanis mandat compellant Kymerum, presbyterum s. Gorgonii Metensis, ad exhibendum Berwardo, canonico ecclesiae s. Petri Argentinensis, certam pecuniae summam eidem canonico debitam. (Reg. 29, fol. 332 v°, n° 1784.)

« . . *majoris, et . . sancti Salvatoris ecclesiarum decanis Metensibus.* Sua nobis dilectus filius Berwardus, canonicus ecclesie sancti Petri Argentinensis, petitione monstravit quod, cum Kymerus, presbiter sancti Gorgonii Metensis, quem idem Berwardus constituit [1] procuratorem suum ad colligendum redditus suos et recipiendum quandam pecunie summam in qua . . abbas Mauri-monasterii tenebatur eidem, receperit et recognoverit coram bonis viris se recepisse tam ex pecunia quam ex redditibus hujusmodi septingentas libras Turonensium, nomine canonici supradicti, tamen idem presbiter dicto canonico de hujusmodi septingentis libris rationem reddere indebite contradicit, partem ipsius quantitatis et quedam instrumenta dicti canonici nichilominus detinendo, et ea sibi exhibere contra justitiam denegando. Quare dictus canonicus nobis humiliter supplicavit ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Intuitu itaque dilecti filii nostri J., sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis, super hoc pro eodem canonico humiliter supplicantis, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, vos vel alter vestrum, per vos vel alium seu alios, dictum presbiterum, ex parte nostra, monere et inducere procuretis ut, infra octo dies post monitionem vestram, eidem canonico vel procuratori suo, ejus nomine, de predicta summa septingentarum librarum turonensium rationem reddat et partem quam ex eadem

1. Le manuscrit porte *constiinrit.*

summa retinet et instrumenta hujusmodi restituere non postponat; alioquin ipsum presbiterum ex tunc ad hec per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, ratione presentium compellatis, et usque ad satisfactionem condignam, si per vos in eum propter hoc sententia fuerit promulgata, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, excommunicatum publice nuntietis et ab aliis per omnia loca in quibus expedire videritis nuntiari faciatis et ab omnibus artius evitari. Quod si dictus presbiter hujusmodi sententiam per duos menses animo sustinuerit indurato, eum ab officio et beneficio suspendatis et nichilominus citetis eundem ut infra alios duos menses post vestre citationis edictum, personaliter compareat coram nobis, nostris super hoc parituros beneplacitis et mandatis, penam pro meritis recepturus. Diem vero citationis et formam et quicquid super premissis duxeritis [1] faciendum, nobis per vestras patentes litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas septembris, anno tertio. »

**2734** Orvieto, 2 septembre 1264.

Magistro Paulo de Belvaco mandat ut Johanni de Creusa, pauperi clerico Ambianensis diocesis, de aliquo beneficio ecclesiastico provideat, ad collationem abbatis et conventus monasterii de Morolio, ordinis s. Benedicti, Ambianensis diocesis, spectante. (Reg. 29, fol. 332 v°, n° 1785.)

« *Magistro Paulo de Belvaco, canonico Ambianensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas septembris, anno tertio. »

**2735** Orvieto, 31 août 1264.

Dispensatio quoad pluralitatem beneficiorum magistro Petro, archidiacono Bracharensi, conceditur. (Reg. 29, fol. 332 v°, n° 1786.)

« *Jordano, sanctorum Cosme et Damani diacono cardinali.* Dilectus filius magister —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas septembris, anno tertio. »

**2736** Orvieto, 11 juillet 1264.

Episcopo Maclovieusi mandat ut magistro Gaufrido de s. Nicolao subdiacono, qui in jure canonico meruit cathedram ascendere magistralem, provideat de ecclesia de Guet, Macloviensis diocesis, ad sedis apostolicae provisionem, juxta Lateranensis statuta concilii, devoluta. (Reg. 29, fol. 332 v°, n° 1787.)

« . . *episcopo Macloviensi.* Cum, sicut accepimus —. Datum apud Urbemveterem, V idus julii, anno tertio. »

**2737** Orvieto, 3 juin 1264.

Praeposito ecclesiae Havelbergensis mandat ut Gerhardum, dictum *Rosche*, jam in ecclesia Lubicensi per bonae memoriae P., s. Georgii ad Velum Aureum diaconum cardinalem, tunc in partibus Alamaniae apostolicae sedis legatum, in canonicum receptum, de novo in eadem ecclesia, precibus praedictae ecclesiae episcopi, praepositi, decani et capituli, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 333, n° 1788.)

« *Preposito ecclesie Havelbergensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, III nonas junii, anno tertio. »

**2738** Orvieto, 1^er^ septembre 1264.

Magistro Stephano, subdiacono et capellano apostolico, archidiacono Wratislaviensi, confert canonicatum et praebendam in ecclesia Cracoviensi. (Reg. 29, fol. 333, n° 1789.)

« *Magistro Stephano, subdiacono et capellano apostolico, archidiacono Wratislaviensi.* Ex dispensatione quam —. Datum apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

**2739** Orvieto, 1^er^ septembre 1264.

Infrascriptis mandat ut magistrum Stephanum, subdiaconum et capellanum apostolicum, archidiaconum Wratislaviensem, in ecclesia Cracoviensi in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 333, n° 1790, Potthast, 19008.)

« . . *decano, et Bartholomeo, canonico Olomucensibus.* Ex dispensatione quam —. Datum apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

**2740** Orvieto, 5 septembre 1264.

Episcopo Grassensi concedit facultatem unum ex clericis suis

1. Le manuscrit porte par erreur *duxeris*.

in ecclesia Grassensi in canonicum recipi faciendi. (Reg. 29, fol. 333, n° 1791.)

« . . *episcopo Grassensi.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem, nonis septembris, anno quarto [1]. »

**2741** Orvieto, 2 septembre 1264.

S., tituli s. Ceciliae presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat ut magistro Symoni, dicto *de Parisius*, rectori ecclesiae de Escremevilla, Baiocensis diocesis, qui in jure civili alios edocuit et juris canonici disciplinis insistere cupit, ecclesiam resignare parato, de beneficio praebendali in civitate vel diocesi Morinensi ad cujuscumque collationem spectante, provideat. (Reg. 29, fol. 333 v°, n° 1792.)

« *S., tituli s. Cecilie presbytero cardinali, apostolice sedis legato.* Adeptis scientie titulum —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas septembris, anno tertio. »

**2742** Orvieto, 3 septembre 1264.

Abbati s. Leodogarii Suessionensis mandat ut Colino de Loiri, pauperi clerico Suessionensis diocesis, conferat aliquod ecclesiasticum beneficium ad collationem decani et capituli ecclesiae Gerboradensis, Belvacensis diocesis, spectans. (Reg. 29, fol. 333 v°, n° 1793.)

« . . *abbati s. Leodogarii Suessionensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, III nonas septembris, anno tertio. »

**2743** Orvieto, 7 juillet 1264.

Episcopo Ambianensi mandat ut Petro dicto *Boterel*, de Monsterolo, pauperi clerico, de aliquo ecclesiastico beneficio provideat ad collationem abbatissae et conventus monasterii s. Austrebertae in Monsterolo, ordinis s. Benedicti, Ambianensis diocesis, spectante. (Reg. 29, fol. 333 v°, n° 1794.)

« . . *episcopo Ambianensi.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, nonis julii, anno tertio. »

**2744** Orvieto, 11 juillet 1264.

Decano ecclesiae Remensis, vacante sede Remensi, mandat ut Gossvino de Montecornuto, pauperi clerico, familiari episcopi Tusculani, in Remensi diocesi perpetuam facienti mansionem, de aliquo beneficio praebendali vel alio, ad cujuscumque collationem spectante, in civitate vel diocesi Remensi provideat. (Reg. 29, fol. 333 v°, n° 1795.)

« . . *decano ecclesie Remensis.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, v idus julii, anno tertio. »

**2745** Orvieto, 1[er] septembre 1264.

Archiepiscopo Ravennatensi mandat exhiberi faciat a monasteriis suae ipsius provinciae annuam persionem Johanni Formosi laico, olim cursori apostolico, non obstantibus quibuscumque litteris contrariis. (Reg. 29, fol. 333 v°, n° 1796.)

« . . *archiepiscopo Ravennatensi.* Sicut exhibita nobis dilecti filii Johannis Formosi laici, olim cursoris nostri, petitio continebat, nos olim, attendentes quod ipse, qui felicis recordationis Gregorio, Innocentio et Alexandro, Romanis pontificibus, predecessoribus nostris, et aliquandiu nobis in cursorie ministerio fideliter et devote servivit, vergens in senium, non haberet unde posset vite sue consequi fulcimentum, tum propter hoc, tum obtentu dilectorum filiorum nostrorum A., basilice duodecim apostolorum presbiteri, et R., sancti Angeli diaconi cardinalium, pro eo nobis supplicantium, tibi dedimus per nostras litteras in mandatis ut eidem Johanni, dum viveret, a monasteriis et ecclesiis tue provincie, que non essent super aliorum provisione gravata, faceres per te vel per alium de vite necessariis provideri, contradictores etc. ; sicque tu, volens hujusmodi mandatum nostrum executioni mandare, prefato Johanni certam provisionem, auctoritate dictarum litterarum nostrarum, in quibusdam ecclesiis et monasteriis ejusdem provincie assignasti. Sane jamdictus Johannes ex eo sibi super hujusmodi provisione sua timet prejudicium generari quod nos postmodum omnes provisiones annuas et subventiones prelatis, clericis et ecclesiis legationis dilecti filii nostri S., tituli sancti Martini presbiteri cardinalis, in partibus illis apostolice sedis legati, auctoritate ipsius sedis pro quibuscunque personis impositas, per nostras litteras totaliter revocavimus, decernentes ecclesias, prelatos et clericos ipsos ad solutionem vel exhibitionem provisionum et subventionum hujusmodi aliquatenus non teneri. Quare idem Johannes humiliter petebat a nobis ut providere super hoc sibi paterna diligentia curaremus. Nos itaque, obtentu dictorum

1. Cette lettre de la quatrième année est enregistrée par erreur au milieu de celles de la troisième.

cardinalium qui propter hoc apostolicam gratiam implorarunt, volentes ut prefato Jo. de provisione ipsa commodum proveniat affectatum, fraternitati tue mandamus quatinus, si est ita, hujusmodi revocatione et constitutione nostris per quas nullum eidem Johanni volumus super dicta provisione sua prejudicium generari, vel obstacultum interponi, nequaquam obstantibus, super eadem provisione ipsius Johannis, juxta priorum litterarum nostrarum tenorem pro eodem Johanne tibi directarum, per te vel alium procedere non omittas. Datum apud Urbemveterem, kalendis septembris, anno tertio. »

**2746** Orvieto, 5 septembre 1264.

Praeposito ecclesiae s. Stephani Aquilegensis mandat ut Johanni, archidiacono Aquilegensi, nepoti patriarchae Aquilegensis, de praebenda in eadem ecclesia quamprimum vacatura, provideat. (Reg. 29, fol. 334, n° 1797.)

« . . *preposito ecclesie sancti Stephani Aquilegensis.* Dilectus filius Johannes, archidiaconus Aquilegensis, nepos venerabilis fratris nostri . . Aquilegensis patriarche, nobis exposuit quod ipse in eadem ecclesia nondum est prebendam aliquam assecutus, et licet ipse de quadam prebenda, que per mortem Conradi de Brazato, ejusdem ecclesie canonici, ibidem vacavit, sibi fecerit provideri, tamen ipsam dilecto filio Wladislao, nato quondam . . illustris ducis Polonie, capellano nostro, quem in ipsa ecclesia recipi mandavimus, et omnibus ibidem prebendam expectantibus, in prebende assecutione preferri, ad mandatum nostrum dimisit. Cum igitur idem archidiaconus super hoc nobis se gratum reddiderit et acceptum, nos, volentes eum propter hoc et probitatis sue merita necnon consideratione dicti patriarche favore prosequi gratie specialis, discretioni tue mandamus quatinus eidem archidiacono de aliqua alia prebenda, si vacat ibidem ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, per te vel per alium providere procures, faciens ipsum pacifica illius possessione gaudere et ad omnes ipsius ecclesie tractatus admitti ac omnes distributiones, dum residens fuerit in ipsa ecclesia sicut uni ex aliis integre ministrari, stallo in choro sibi et loco in capitulo assignatis, non obstante si in dicta ecclesia sint aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate recepti, vel ut recipiantur insistant, etiam si deberent ex beneficio litterarum sedis apostolice ceteris anteferri, quibus dictum archidiaconum preferri volumus in assecutione hujusmodi prebende de gratia speciali, sed quo ad alios nullum per hoc prejudicium generari, seu si capitulo ecclesie supradicte a sede apostolica sit indultum quod excommunicari, suspendi vel interdici non possint, vel quod alias nequeat de prebendis ejusdem ecclesie aliquibus provideri per litteras apostolicas non facientes —, vel quod idem archidiaconus alias beneficiatus existit, seu quod antiquus canonicorum numerus ejusdem ecclesie sit auctoritate sedis apostolice diminutus, quodque . . decanus, et capitulum ipsius ecclesie juramento prestito statuerunt quod nullus recipiatur ad omnes tractatus capituli vel prebendam aliquam assequatur ibidem, vel cotidiane distributiones alicui ministrentur donec predictus canonicorum numerus devenerit ad numerum taliter diminutum, predictis diminutione et juramento quo ad alios in suo robore duraturis. Contradictores etc. Datum apud Urbemveterem, nonis septembris, anno quarto [1]. »

**2747** *Date incomplète.*

Cancellario et priori s. Antonii Tolosani mandat ut Johanni Lombardi, pauperi clerico Tolosanae diocesis, nullum adhuc beneficium assecuto, de aliquo ecclesiastico beneficio provideat ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Antonii de Appamiis, Tolosanae diocesis, spectante. (Reg. 29, fol. 334, n° 1798.)

« . . *cancellario, et . . priori s. Antonii Tolosani.* Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, II nonas (*nom du mois manque*), anno tertio. »

**2748** Orvieto, 21 mai 1264.

Bernardo Albonii, rectori ecclesiae de Cassac, nepoti episcopi Lemovicensis, obtentu ejusdem episcopi, canonicatum et praebendam confert in ecclesia Lemovicensi, de quibus, Bernardi Albonii nomine, Berardum de Neapoli, subdiaconum et notarium apostolicum, per annulum investit. (Reg. 29, fol. 335, n° 1799.)

« *Bernardo Albonii,* (sic) *rectori ecclesie de Cassac, Lemovicensis diocesis, nepoti venerabilis fratris nostri . . episcopi Lemovicensis.* Grandis affectus quem —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas junii, anno tertio. »

1. Cette lettre de la quatrième année a été enregistrée ici par erreur, parmi celles de la troisième.

**2749** Orvieto, 21 mai 1264.

Priori Brivensi mandat ut Bernardum Alboyni (*sic*) in canonicatus et praebendae possessionem mittat. (Reg. 29, fol. 335, n° 1800.)

« . . *priori Brivensi, Lemovicensis diocesis.* Grandis affectus etc. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas junii, anno tertio. »

**2750** Orvieto, 21 mai 1264.

Eidem mandat ut Bernardo Alboini (*sic*) de personatu vel dignitate provideat in Lemovicensi aut Dauratensi aut s. Juniani seu s. Aredii vel Actitensi ecclesiis, Lemovicensis diocesis. (Reg. 29, fol. 335, n° 1801.)

« *Eidem.* Grandis affectus quem —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas junii, anno tertio. »

**2751** Orvieto, 20 mai 1264.

Episcopo Lemovicensi facultatem concedit uni ex suis clericis canonicatum et praebendam in ecclesia Lemovicensi conferendi. (Reg. 29, fol. 335, n° 1802.)

« *Episcopo Lemovicensi.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem, xiii kalendas junii, anno tertio. »

**2752** Orvieto, 19 mai 1264.

Eidem concedit facultatem « dispensandi cum duobus clericis suis quod eorum quilibet preter beneficia ecclesiastica que cum cura vel sine cura obtinet animarum, adhuc unum beneficium ecclesiasticum, personatum vel dignitatem, etiamsi curam animarum habeant, licite recipere ac libere cum obtentis valeat retinere. » (Reg. 29, fol. 335 v°, n° 1803.)

« *Episcopo Lemovicensi.* Devotionis tue precibus —. Datum apud Urbemveterem, xiiii kalendas junii, anno tertio. »

**2753** Orvieto, 20 mai 1264.

Eidem concedit facultatem quatuor personis idoneis in totidem collegiatis ecclesiis secularibus suae diocesis canonicatus et praebendas conferendi. (Reg. 29, fol. 335 v°, n° 1804.)

« *Eidem.* Tuam volentes honorare —. Datum apud Urbemveterem, xiii kalendas junii, anno tertio. »

**2754** Orvieto, 21 mai 1264.

A., episcopo Lemovicensi, indulget ut prioratus de Manhac et de Maravalle, Lemovicensis diocesis, necnon et domum de Stricto-Cornu cum episcopatu Lemovicensi retinere valeat. (Reg. 29, fol. 335 v°, n° 1805.)

« *A., episcopo Lemovicensi.* Meritis tue probitatis inducimur ut tibi specialem gratiam faciamus. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum de Manhac et de Maravalle prioratus, Lemovicensis diocesis, tanta premerentur sarcina debitorum quod non possent de facili ab hujusmodi debitis liberari, . . abbas monasterii Dolensis, ad quem ipsius prioratus de Manhac, et . . prepositus ecclesie de Cambonio, ad quem dicti prioratus de Maravalle, ordinis sancti Benedicti, ejusdem et Bituricensis diocesum, collatio et institutio ac destitutio priorum in ipsis plene ac libere pertinent, attendentes, quod prioratus ipsi per industriam tuam poterant a predictis debitis liberari, et eorum jura plenius defensari, penes te precibus institerunt ut prioratus reciperes supradictos, et tibi, annuenti eorum precibus, prioratus contulerunt eosdem, a te quoad viveres retinendos, ita tamen quod in quolibet prioratuum ipsorum per certum monachorum numerum facias deserviri. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, collationes de predictis prioratibus taliter tibi factas, ratas habentes et firmas, eas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tibi nichilominus concedentes ut predictos prioratus quos, prout asseris, a predictis debitis liberasti, necnon et domum de Stricto-Cornu, quam ex collatione prioris Grandimontensis, ejusdem diocesis, obtines, una cum episcopatu Lemovicensi possis, juxta collationem hujusmodi, quoad vixeris, licite retinere, constitutione generalis concilii vel alia contraria non obstante, tibi auctoritate presentium indulgemus. Ita tamen quod predicti prioratus et domus, cum te ipsis cedere vel decedere forte contigerit, ad eos ad quos, ut premittitur, pertinent, sublato cujuslibet impedimenti obstaculo, libere revertantur. Nulli ergo nostre confirmationis et concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas junii, anno tertio. »

**2755** Orvieto, 21 mai 1264.

Cantorem ecclesiae s. Frontonis Petragoricensis, executorem constituit praedictae concessionis episcopo Lemovicensi factae. (Reg. 29, fol. 335 v°, n° 1806.)

« . . *cantori ecclesie sancti Frontonis Petragoricensis.* Merita devotionis venerabilis —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas junii, anno tertio. »

**2756** Orvieto, 21 mai 1264.

Episcopo Lemovicensi qui solus inter ceteros praelatos regni Franciae, sinceritatis quam ad Romanam ecclesiam gerit, manifesta exhibens argumenta, graves subeundo labores, papam visitavit, indulget ut redditus et proventus ecclesiarum parrochialium, praebendarum, dignitatum, personatuum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quae per triennium in Lemovicensi ecclesia vacare contigerit, per unum annum percipere valeat, postquam in eis instituti fuerint rectores. (Reg. 29, fol. 335 v°, n° 1807.)

« . . *episcopo Lemovicensi.* Illa singularis erga —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas junii, anno tertio. »

**2757** Orvieto, 21 mai 1264.

Cantori ecclesiae s. Frontonis praedicti committit executionem indulti. (Reg. 29, fol. 336, n° 1808.)

« *Cantori ecclesie s. Frontonis Petragoricensis.* Illa singularis erga —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas junii, anno tertio. »

**2758** Orvieto, 21 mai 1264.

Ecclesias de Byamco prope castrum de Rupecavardi et de Grauleria parrochiales mensae episcopali Lemovicensi unit. (Reg. 29, fol. 336, n° 1809.)

« . . *episcopo Lemovicensis.* Illa singularis erga —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas junii, anno tertio. »

**2759** Orvieto, 21 mai 1264.

Privilegium de visitationis officio. (Reg. 29, fol. 336, n° 1810.)

« *Eidem.* Illa singularis erga —. Proinde itaque volentes te prosequi specialis prerogativa favoris, ut a monasteriis, prioratibus et aliis locis religiosis ac ecclesiis secularibus parrochialibus et aliis Lemovicensium civitatis et diocesis, eis per te vel per alium aut alios ad hoc ydoneos visitatis, per triennium procurationes que ratione visitationis debentur, a prelatis, rectoribus et clericis ecclesiarum et locorum predictorum in pecunia recipere numerata, contradictores —, valeas, et ad restitutionem pecunie quam recepisti nomine vel occasione procurationum minime tenearis auctoritate presentium tibi concedimus. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas junii, anno tertio. »

**2760** Orvieto, 15 juillet 1264.

Archiepiscopo Strigoniensi notificat regem Hungariae reginae, uxori ipsius, castrum de Wissegrad cum comitatu et districtu de Pelys donasse et statuisse ut regina ipsa praedictum castrum uni ex dictorum regis et reginae liberis, qui magis eidem reginae fuerit obsecutus, in vita donare vel in morte legare possit. Mandat ei curet ne regina super praemissis ab aliquibus indebite molestetur. (Reg. 29, fol. 336 v°, n° 1811.)

« . . *archiepiscopo Strigoniensi.* Justa desideria carissime —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**2761** Orvieto, 15 juillet 1264.

Priori provinciali fratrum Praedicatorum de Hungaria mandat curet ne regina Hungariae super castro de Possega, in ducatu Sclavoniae sito, quod ei rex, ejus vir, donavit, ab aliquo indebite molestetur. (Reg. 29, fol. 336 v°, n° 1812 ; Potthast, n° 18978.)

« . . *priori provinciali fratrum Predicatorum de Ungaria.* Juxta desideria carissime —, ut supra in proxima usque in finem. »

**2762** Orvieto, 15 juillet 1264.

Duci Sclavoniae castra de Nitria, de Posonio, de Musum, de Supprio et Ferreum, in confinis regni Hugariae sita, quae ei Hungariae rex, pater ejus, donavit, confirmat. (Reg. 29, fol. 336 v°, n° 1813 ; Potthast, n° 18972.)

« *Dilecto filio nobili viro B., duci Sclavonie.* Pro fidei

meritis —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**2763** Orvieto, 15 juillet 1264.

Archiepiscopo Strigoniensi de superiore epistola significat eique mandat ne permittat ut praefatus dux super praemissis indebite molestetur. (Reg. 29, fol. 337, n° 1814; Potthast, n° 18973.)

« . . *archiepiscopo Strigoniensi*. Pro fidei meritis —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**2764** Orvieto, 15 juillet 1264.

Belae, duci Sclavoniae, castra de Baragna, Vulco, Simigio, Zala et Olcha necnon sales aquaticos ad ducatum Sclavoniae pertinentes confirmat. (Reg. 29, fol. 337, n° 1815; Potthast, n° 18974.)

« *Nobili viro B., duci Sclavonie*. Quia Deo et —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**2765** Orvieto, 15 juillet 1264.

Episcopo Vesprimiensi scribit se duci Sclavoniae castra de Baragna, Vulco, Simigio, Zala et Olcha confirmasse. Mandat ei ne permittat praefatum ducem super praemissis ab aliquibus indebite molestari. (Reg. 29, fol. 337, n° 1816; Potthast, n° 18976.)

« *Episcopo Vesprimiensi*. Quia dilectus filius —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**2766** Orvieto, 15 juillet 1264.

Agneti viduae, ducissae Galitiae, ac Michaeli et Belae, natis ejusdem, terras et possessiones quae *Belin* et *de s. Demetrio* nuncupantur, confirmat. (Reg. 29, fol. 337, n° 1817; Potthast, n° 18976.)

« *Nobili mulieri Agne* (sic) *vidue, ducisse Galitie, de Bosna et de Mazo domine, ac nobilibus viris Michaeli et Bele, natis ejusdem*. Cum a nobis —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**2767** Orvieto, 15 juillet 1264.

Priori provinciali fratrum Praedicatorum de Hungaria notificat se Agneti ejusque filiis Michaeli et Belae terras et possessiones quas Bela, Hungariae rex, pater ipsius ducissae, quondam Radislao, duci Galitiae, ejus viro, ac ipsi ducissae eorumque haeredibus in proprium dederit, confirmasse. Mandat ei faciat ut praefati ducissa et filii super praemissis minime ab aliquibus molestentur. (Reg. 29, fol. 338, n° 1818; Potthast, n° 18977.)

« *Priori provinciali fratrum Predicatorum de Ungaria*. Exhibita nobis dilecte —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**2768** Orvieto, 15 juillet 1264.

Episcopo Nitriensi mandat ut magistro Sisto, capellano apostolico, scolastico Strigoniensi, clerico et nuntio Belae, Hungariae regis, in Zagabriensi vel alia ecclesia provinciae Strigoniensis de personatu vel dignitate et etiam de praebenda provideat. (Reg. 29, fol. 337, n° 1819; Potthast, n° 18979.)

« *Episcopo Nitriensi*. Apostolice benignitatis affectum —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

**2769** Orvieto, 14 juillet 1264.

Strigoniensi et Colocensi archiepiscopis mandat moneant universos Cumanos ut illi ex eis quibus provenit perceptio gratiae baptismalis, fidem catholicam firmiter et reverenter observent, reliqui vero infra terminum eis praefigendum sacramentum baptismatis, juxta conditionem praescriptam, recipiant. Si vero ipsi cor suum posuerint adamantem ita ut nec igne caritatis nec divini verbi malleo confringantur, archiepiscopi extunc contra Cumanos, de regno ipso expellendos, verbum crucis in Hungaria, Polonia, Boemia, Austria praedicent. (Reg. 29, fol. 337 v°, n° 1820; Potthast, n° 18970.)

« . . *Strigoniensi, et . . Colocensi archiepiscopis*. Pro nostris humiliter —. Datum apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio. »

**2770** Orvieto, 16 juillet 1264.

Priori provinciali fratrum Praedicatorum de regno Hungariae mandat moneat episcopos et ecclesiarum praelatos ejusdem regni qui dissensiones ac jurgia inclinato regno damnabiliter seminant, ut a culpis et excessibus tam indignis penitus

desistentes, Belae regi honorem debitum impendant ac fidelitatis plenitudinem circa ipsum observent. (Reg. 29, fol. 338, nº 1821; Potthast, nº 18983.)

« . . priori provinciali fratrum Predicatorum de regno Ungarie. In gravem nostri —. Datum apud Urbemveterem, xvii kalendas augusti, anno tertio. »

**2771** Orvieto, 16 juillet 1264.

Stephanum juniorem, regem Hungariae, monet ut terras *Bistichae, Rodanu, Zolosum* et *Querali* vulgariter nuncupatas, et Mariae, reginae matri, ablatas, eidem restituat. (Reg. 29, fol. 338, nº 1822; Potthast, nº 18984.)

« *Carissimo in Christo filio Stephano regi, primogenito karissimi in Christo filii nostri B., illustris regis Ungarie.* A tua sollicite —. Datum apud Urbemveterem, xvii kalendas augusti, anno tertio. »

**2772** Orvieto, 16 juillet 1264.

Strigoniensi episcopo mandat ut Stephanum regem ad restituendum matri jura erepta flectat. (Reg. 29, fol. 338, nº 1823; Potthast, nº 18985 [1].)

« . . *archiepiscopo Strigoniensi.* Debet ab excellentia —. Datum apud Urbemveterem, xvii kalendas augusti, anno tertio. »

**2773** Orvieto, 16 juillet 1264.

Stephanum regem hortatur ut Agneti viduae, sorori ipsius ducissae Galitiae, et Michaeli et Belae orphanis, natis ejus, de Berez et Fizer castra ac Salomon et de Borsna villas, quae ei rapuerat, cum juribus et pertinentiis suis restituat. (Reg. 29, fol. 338, nº 1824; Potthast 18981.)

« *Carissimo in Christo filio Stephano regi, primogenito karissimi in Christo filii nostri B., illustris regis Ungarie.* Mente vigili et —. Datum ut supra. »

**2774** Orvieto, 16 juillet 1264.

Episcopo Vesprimiensi mandat ut eumdem Stephanum regem ad ea restituenda compellat. (Reg. 29, fol. 338 vº, nº 1835; Potthast, nº 18982.)

1. En marge : « *De speciali gratia sine audientia transierunt.* »

« . . *episcopo Vesprimiensi.* Mente vigili et —. Datum ut supra. »

**2775** Orvieto, 10 juillet 1264.

Episcopo Lemovicensi indulget ut decanatum Lemovicensis ecclesiae personae idoneae conferre valeat. (Reg. 29, fol. 338 vº, nº 1826.)

« *Episcopo Lemovicensi.* Desideriis tuis in —. Datum apud Urbemveterem, vi idus julii, anno tertio. »

**2776** Orvieto, 14 juillet 1264.

Licentia testandi de bonis mobilibus episcopo Lemovicensi conceditur. (Reg. 29, fol. 338 vº, nº 1827.)

« *Aymerico, episcopo Lemovicensi.* Desideriis tuis in —. Datum apud Urbemveterem, ii idus julii, anno tertio. »

**2777** Orvieto, 11 juillet 1264.

Eidem indulget hac vice facultatem conferendi personis ydoneis dignitates ac beneficia quae tamdiu vacaverunt quod ad sedem apostolicam eorum collatio devenerit. (Reg. 29, fol. 338 vº, nº 1828.)

« *Eidem.* Ex parte tua —. Datum apud Urbemveterem, v idus julii, anno tertio. »

**2778** Orvieto, 4 août 1264.

Privilegium de beneficiis conferendis quatuor clericis episcopi Lemovicensis obsequiis insistentibus. (Reg. 29, fol. 338 vº, nº 1829.)

« *Eidem.* Inducunt nos tue —. Sane tua petitio nobis exhibita continebat quod tu habes quatuor clericos socios tuos, quorum singuli ex apostolica dispensatione singula beneficia ecclesiastica, curam animarum habentia, et singulos personatus vel dignitates non habentes animarum curam obtinere noscuntur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, dispensandi cum eisdem clericis quod ipsorum quilibet, si eum hujusmodi beneficium curam animarum habens quod obtinet, resignare forte contigerit, possit loco illius aliud beneficium ecclesiasticum, personatum vel dignitatem,

etiam si similem curam animarum habeat et ei canonice offeratur, licite recipere, et cum personatu vel dignitate quem vel quam sine cura est adeptus, libere retinere, constitutione generalis concilii super hoc edita, non obstante, liberam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Proviso quod personatus et dignitates ac beneficia hujusmodi debitis non fraudentur obsequiis, et animarum [cura] in eis quibus ipsa imminet, nullatenus negligatur. Datum apud Urbemveterem, II nonas augusti, anno tertio. »

**2779** Orvieto, 11 juillet 1264.

Guillelmo de Lagarda indulget ut in assecutione praebendae in ecclesia Lemovicensi nonnullis jam receptis praeferatur. (Reg. 29, fol. 339, n° 1830.)

« *Guillelmo de Lagarda, canonico Lemovicensi, consanguineo venerabilis fratris nostri . . episcopi Lemovicensis.* Inducunt nos tue —. Datum apud Urbemveterem, V idus julii, anno tertio. »

**2780** Orvieto, 11 juillet 1264.

Priori Brivensi mandat ut Guillelmo de Lagarda, canonico ecclesiae Lemovicensis, de praebenda in eadem ecclesia provideat. (Reg. 29, fol. 339, n° 1831.)

« *Priori Brivensi, Lemovicensis diocesis.* Inducunt nos dilecti —. Datum ut supra. »

**2781** Orvieto, 14 juillet 1264.

Bernardo Albonii indulget ut praeter ecclesiam parrochialem de Cassac (*sic*), curam animarum habentem, unum adhuc ecclesiasticum beneficium sine cura recipere ac libere retinere valeat. (Reg. 29, fol. 339, n° 1832.)

« *Bernardo Albonii, nepoti venerabilis fratris nostri . . episcopi Lemovicensis, rectori ecclesie de Cassac, Lemovicensis diocesis.* Inducunt etc., ut supra. Datum apud Urbemveterem, II idus julii, anno tertio. »

**2782** Orvieto, 14 juillet 1264.

Bernardo de Montepessulano indulget ut praeter ecclesiam de Lezerac, curam animarum habentem, unum aliud beneficium ecclesiasticum sine cura recipere ac retinere valeat. (Reg. 29, fol. 339, n° 1833.)

« *Bernardo de Montepessulano, rectori ecclesie de Lezerac, Lemovicensis diocesis, nepoti venerabilis fratris nostri . . episcopi Lemovicensis.* Inducunt nos etc —. Datum ut supra. »

**2783** Orvieto, 15 juillet 1264.

Episcopo Caturcensi mandat ut ab abbate monasterii Tutellensis, Lemovicensis diocesis, in medio nationis indomitae positi, liberam resignationem recipiat eique de bonis dicti monasterii provisionem assignet. (Reg. 29, fol. 339, n° 1834.)

« *Episcopo Caturcensi.* Cum monasterium Tutellense —. Datum apud Urbemveterem, idus julii, anno tertio. »

# QUATRIÈME ANNÉE

## REGESTUM DOMINI URBANI PAPE IIII DE LITTERIS BENEFICIORUM ET ALIARUM GRATIARUM ANNO QUARTO PONTIFICATUS EJUSDEM.

**2784** Orvieto, 5 septembre 1264.

Magistro Renero, scolastico ecclesiae Tungrensis, Leodiensis diocesis, mandat compellat episcopum Leodiensem et archidiaconum Campinae in ecclesia Leodiensi ad restituendum Henrico de Othoncurt, capellano apostolico, rectori ecclesiae de Boscoducis, Leodiensis diocesis, redditus ejusdem ecclesiae ab ipsis indebite perceptos. (Reg. 29, fol. 340, n° 1.)

« *Magistro Renero, scolastico ecclesie Tungrensis, Leodiensis diocesis.* Dilectus filius Henricus de Othoncurt, capellanus noster, rector ecclesie de Boscoducis, Leodiensis diocesis, lamentabili nobis conquestione monstravit quod, ipso pro defensione jurium predicte ecclesie ad sedem apostolicam accedente, venerabilis frater noster, Leodiensis episcopus, et dilectus filius archidiaconus Campine in ecclesia Leodiensi, in cujus archidiaconatu ecclesia predicta consistit, sumpta oc-

casione quod idem Henricus non faciebat in eadem ecclesia residentiam personalem, proventus et redditus ipsius ecclesie, eo non monito nec citato, juxta sue voluntatis libitum, occuparunt et detinent occupatos, in ipsius rectoris prejudicium et gravamen. Et licet nos eidem Henrico per nostras sub certa forma litteras duxerimus indulgendum ut hujusmodi ejusdem ecclesie fructus, redditus et proventus pro eo tempore pro quo, postquam iter arripuit ad sedem veniendi predictam, ab eadem ecclesia absens fuit, ac morando apud sedem eandem et redeundo ad ipsam ecclesiam, eum abesse contigerit, cum ea integritate possit percipere cum qua illos perciperet si in ipsa ecclesia personaliter resedisset, certis eidem super hoc executoribus deputatis, dicti tamen episcopus et archidiaconus predictos redditus et proventus adhuc percipiunt et in usus proprios applicant, indulto hujusmodi non obstante. Sed dilectus filius Egidius, procurator ipsius episcopi, ex adverso proponit quod dictus episcopus et archidiaconus non solum ea occasione quod dictus Henricus non faciebat in predicta ecclesia residentiam, saysiverant predictos fructus, redditus et proventus, sed pro eo etiam quod idem Henricus ecclesiam ipsam numero vicariorum qui in ea esse consueverant, pro sua destituerat voluntate, et portiones quas iidem vicarii de hujusmodi fructibus, redditibus et proventibus habere solebant, in usus proprios convertebat, propter quod cultus divinus erat in ipsa ecclesia non modicum diminutus et apud ejus parrochianos grave scandalum est exortum. Nos igitur, volentes super hoc et predicti Henrici quieti et salubri ejusdem ecclesie statui apostolica sollicitudine providere, discretioni tue per apostolica scripta, in virtute obedientie et sub pena excommunicationis, districte precipiendo mandamus quatinus predictos episcopum et archidiaconum ut fructus, redditus et proventus ex ecclesia predicta perceptos eidem Henrico vel procuratori suo, ejus nomine, infra unum mensem post monitionem tuam, cum integritate restituant, ipsumque super eadem ecclesia ejusque bonis ulterius non molestent moneas efficaciter et inducas, ipsos ad hec auctoritate nostra, si necesse fuerit, sublato cujusque appellationis obstaculo, coartando. Eandem vero ecclesiam quoad vicarios, si non est in eo statu in quo esse consueverat tempore quo nos predictum archidiaconatum obtinuimus, ad statum hujusmodi auctoritate nostra plene reducas, dictum H. ad ministrandum integre hujusmodi vicariis debitam et consuetam de hujusmodi proventibus portionem, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo, non obstante si predictis episcopo, archidiacono et Henrico a memorata sit sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas in quibus de indulto hujusmodi plena et expressa mentio non habetur, et qualibet alia prefate sedis indulgentia per quam hujus mandati nostri executio impediri valeat vel differri et de qua in nostris litteris mentio fieri debeat specialis. Datum apud Urbemveterem, nonis septembris, anno quarto. »

**2785** Orvieto, 5 septembre 1264.

Bernardo de Montepesulano, nepoti episcopo Lemovicensis, ejusdem episcopi obtentu, canonicatum in ecclesia Engolismensi confert. (Reg. 29, fol. 340, n° 2.)

« *Bernardo de Montepesulano, rectori ecclesie de Legeyraco* (sic), *Lemovicensis diocesis, nepoti venerabilis fratris nostri . . episcopi Lemovicensis.* Personam tuam paterna —. Datum ut supra. »

**2786** Orvieto, 5 septembre 1264.

Archidiacono Marchiae in ecclesia Lemovicensi praedictae committit executionem collationis. (Reg. 29, fol. 340, n° 3.)

« *Archidiacono in ecclesia Lemovicensi.* Personam dilecti filii —. Datum ut supra. »

**2787** Orvieto, 9 septembre 1264.

Andreae, priori Wintoniensis ecclesiae, indulget ut, cum pro expediendis suis et ecclesiae Wintoniensis negotiis pro quibus apud sedem apostolicam accessit, eum subire oporteat onera expensarum, contrahere mutuum possit usque ad summam centum librarum sterlingorum. (Reg. 29, fol. 340, n° 4.)

« *Andree, priori Wintoniensis ecclesie.* Cum, sicut in —. Datum apud Urbemveterem, v idus septembris, anno quarto. »

**2788** Orvieto, 6 septembre 1264.

Episcopo Lingonensi mandat ut Guidoni de Mant. clerico nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, consideratione Gualcherii de Brecis, canonici Remensis, de aliquo beneficio in Lingonensi civitate vel diocesi provideat. (Reg. 29, fol. 340, n° 5.)

« . . *episcopo Lingonensi.* Dilectum filium Guidonem —. Datum apud Urbemveterem, VIII idus septembris, anno quarto. »

**2789** Orvieto, 5 septembre 1264.

Ecclesias Anthipolitanam et de Lobeto mensae Grassensis episcopi applicat. (Reg. 29, fol. 340 v°, n° 6.)

« . . *episcopo Grassensi.* Desideriis tuis in —. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, episcopali sede Grassensi de Anthipolitana ecclesia, tunc cathedrali, ad ecclesiam Grassensem apostolica auctoritate translata, et orta inter bone memorie B., Grassensem episcopum, predecessorem tuum, et ipsius Grassensis ecclesie, quondam Anthipolitane ecclesie, capitulum super divisione bonorum et reddituum episcopatus Grassensis, quondam Anthipolitani, coram bone memorie A., Ebredunensi archiepiscopo, loci metropolitano, auctoritate apostolica cognoscente de hoc, materia questionis, idem archiepiscopus, bona et redditus hujusmodi inter episcopum et capitulum dividens, assignavit eandem Anthipolitanam et de Lobeto ecclesias, Grassensis diocesis, quas predictum capitulum in usus proprios detinebant, eidem episcopo et ejus successoribus, in recompensationem ecclesiarum ipsarum quibusdam castris, ecclesiis et aliis redditibus ipsius episcopatus predicto capitulo assignatis. Quare nobis humiliter supplicasti ut, cum in eisdem ecclesiis Anthipolitana et de Lobeto, que non sunt collegiate, quasque tu et tres predecessores tui, Grassenses episcopi, a tempore divisionis hujusmodi continue possedistis pacifice et quiete, magna pars reddituum tuorum consistat, ecclesias ipsas usibus mense tue que tenues habet redditus et exiles, applicare de benignitate sedis apostolice curaremus. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, premissis veris existentibus, predictas ecclesias Anthipolitanam et de Lobeto, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, usibus episcopalis mense Grassensis, dummodo ex hoc Grassensi capitulo seu alicui alii prejudicium nullum fiat, auctoritate presentium applicamus, nichilominus concedentes ut tu et successores tui Grassenses episcopi, qui fuerint pro tempore, dictas ecclesias cum juribus et pertinentiis predictis in hujusmodi usus possitis licite retinere. Volumus autem ut vicariis ipsarum ecclesiarum congrua de ipsarum proventibus portio assignetur, de qua commode sustentari et alia ecclesiarum ipsarum onera valeant supportare. Nulli ergo nostre applicationis et concessionis etc. Datum apud Urbemveterem, nonis septembris, anno quarto. »

**2790** Orvieto, 5 septembre 1264.

Episcopo et capitulo Vencieusibus mandat ut, obtentu episcopi Grassensis, in canonicum recipiant Petrum Galteri, episcopi Venciensis clericum. (Reg. 29, fol. 340 v°, n° 7.)

« . . *episcopo et dilectis filiis capitulo Venciensibus.* Venerabilis fratris nostri —. Datum ut supra. »

**2791** Orvieto, 5 septembre 1264.

Episcopo et capitulo Grassensibus mandat ut, obtentu episcopi Grassensis, Guillelmum de Canneto clericum, in canonicum recipiant. (Reg. 29, fol. 340 v°, n° 8.)

« . . *episcopo et dilectis filiis preposito et capitulo Grassensibus.* Venerabilis fratris nostri —. Datum ut supra. »

**2792** Orvieto, 5 septembre 1264.

Precentori ecclesiae Senecensis mandat ut Tadeo presbytero, capellano episcopi Ostiensis, jam in ecclesia Grassensi auctoritate litterarum Alexandri papae IIII in canonicum recepto, de praebenda in eadem ecclesia provideat. (Reg. 29, fol. 340 v°, n° 9.)

« *Precentori ecclesie Senecensis.* Dilectus filius Tadeus —. Datum ut supra. »

**2793** Orvieto, 6 septembre 1264.

Capitulo ecclesiae s. Frontonis Petragoricensis mandat ut Guidonem de Malamorte clericum, consanguineum Lemovicensis episcopi, in canonicum recipiant eique de praebenda provideant. (Reg. 29, fol. 340 v°, n° 10.)

« *Capitulo ecclesie s. Frontonis Petragoricensis.* Petitio dilecti filii —. Datum apud Urbemveterem, VIII idus septembris, anno quarto. »

**2794** Orvieto, 6 septembre 1264.

Episcopo Lemovicensi mandat ut Heliae Bartholomei,

pauperi subdiacono, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, provideat de aliquo beneficio ad collationem abbatissae et conventus monasterii de Regula Lemovicensis, ordinis s. Benedicti, spectante. (Reg. 29, fol. 340 v°, n° 11.)

« .. *episcopo Lemovicensi*. Constitutus in presentia —. Datum ut supra. »

**2795** Orvieto, 5 septembre 1264.

Praeposito de Aliate, Mediolanensis diocesis, mandat ut magistrum Petrum de Canturio, pauperem clericum, in ecclesia s. Uscetii de Galiano, Mediolanensis diocesis, in canonicum recipi faciat. (Reg. 29, fol. 341, n° 12.)

« .. *preposito de Aliate, Mediolanensis diocesis*. Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, nonis septembris, anno quarto. »

**2796** Orvieto, 5 septembre 1264.

Episcopo Grassensi concedit facultatem personis idoneis conferendi beneficia quae in sua diocesi a tanto tempore vacaverint quod ad sedem apostolicam eorum collatio devenerit. (Reg. 29, fol. 341, n° 13.)

« .. *episcopo Grassensi*. Devotionis tue precibus —. Datum apud Urbemveterem, nonis septembris, anno quarto. »

**2797** Orvieto, 9 septembre 1264.

Infrascriptis mandat ut Johannem Oberti de Guarcino, capellanum J., sanctorum Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, in ecclesia s. Angeli de Guarcino, Alatrinae diocesis, in canonicum recipi faciant. (Reg. 29, fol. 341, n° 14.)

« *Riccardo de Pofis et Petro Saxonis, canonicis Verulanis*. Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, v idus septembris, anno quarto. »

**2798** Orvieto, 8 septembre 1264.

Episcopo et sacristae Caesaraugustanis mandat faciant ut Enetus Petri de Roda, canonicus Ilerdensis, nepos fratris Velasci, capellani et poenitentiarii apostolici, possessione praebendae in ecclesia Ilerdensi pacifica gaudeat, non obstante Ilerdensis episcopi contradictione. (Reg. 29, fol. 341, n° 15; Potthast, 19015.)

« .. *episcopo, et dilecto filio .. sacriste Cesaraugustanis*. Dilecti filii Eneti —. Datum apud Urbemveterem, vi idus septembris, anno quarto. »

**2799** Orvieto, 5 septembre 1264.

Johanni Martini, canonico Compostellano, mandat ut Fernando Martini, pauperi clerico Compostellanae diocesis, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, provideat de beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii de Cinis, ordinis s. Benedicti, ejusdem diocesis, spectante. (Reg. 29, fol. 341, n° 16.)

« *Johanni Martini, canonico Compostellano*. Constitutus in presentia —. Datum apud Urbemveterem, nonis septembris, anno quarto. »

**2800** Orvieto, 8 septembre 1264.

Priori s. Benigni, Tullensis diocesis, mandat ut Pagano, clerico magistri Guarini, archidiaconi de Jonvilla in ecclesia Cathalaunensi, capellani apostolici, de aliquo beneficio parrochiali vel alio provideat, ad collationem decani et capituli Lingonensium spectante. (Reg. 29, fol. 341 v°, n° 17 [1].)

« . . *priori s. Benigni, Tullensis diocesis*. Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, vi idus septembris, anno quarto. »

**2801** Todi, 12 septembre 1264.

Magistro Gerardo de Linea, capellano apostolico, canonico Cameracensi, confert canonicatum et praebendam in ecclesia Leodiensi vacantes per mortem Johannis de Guiminhiaco, « qui nuper apud Bononiam dicitur viam universe carnis ingressus. » (Reg. 29, fol. 341 v°, n° 20.)

« *Magistro Gerardo de Linea, capellano nostro, canonico Cameracensi*. Adjutos morum et —. Datum Tuderti, II idus septembris, anno quarto. »

**2802** Todi, 12 septembre 1264.

Abbati monasterii s. Auberti, Cameracensis diocesis, praedictae committit collationis executionem. (Reg. 29, fol. 341 v°, n° 21.)

1. Les numéros suivants 18 et 19 sont restés en blanc.

« . . *abbati monasterii s. Auberti, Cameracensis diocesis.* Adjutos morum et —. Datum ut supra. »

**2803** Todi, 12 septembre 1264.

Magistro Guillelmo de Corneria, capellano apostolico, canonico Eboracensi, canonicatum et praebendam in ecclesia Saresbiriensi confert. (Reg. 29, fol. 341 v°, n° 22.)

« *Magistro Guillelmo de Corneria, capellano nostro, canonico Eboracensi.* Laudabilis conversationis et —. Datum ut supra. »

**2804** Todi, 13 septembre 1264.

Episcopo Wintoniensi et abbati s. Albani, Lincolniensis diocesis, praedictae committit executionem collationis. (Reg. 29, fol. 342, n° 23.)

« . . *episcopo Wintoniensi, et dilecto filio . . abbati s. Albani, Lincolniensis diocesis.* Laudabile conversationis et —. Datum Tuderti, idus septembris, anno quarto. »

**2805** Orvieto, 8 septembre 1264.

Abbati monasterii s. Severi Urbevetani mandat ut de aliquo beneficio ecclesiastico sine cura in Urbevetana aut Clusina diocesi provideat Bonocomiti, canonico Urbevetano, nepoti nobilis viri Bonocomitis de Monaldis, militis Urbevetani. (Reg. 29, fol. 342, n° 24.)

« . . *abbati monasterii s. Severi Urbevetani.* Volentes dilecto filio —. Datum apud Urbemveterem, vi idus septembris, anno quarto. »

**2806** Todi, 11 septembre 1264.

Petro, rectori ecclesiae de Rivo Ulmorum, Terraconensis diocesis, obtentu episcopi Terraconensis, indulget ut praeter ecclesiam de Rivo Ulmorum quam obtinet, unicum aliud beneficium ecclesiasticum sine cura recipere ac libere retinere valeat. (Reg. 29, fol. 342, n° 25.)

« *Petro, rectori ecclesie de Rivo Ulmorum, Terraconensis diocesis.* Licet ne quis — Datum Tuderti, iii idus septembris, anno quarto. »

FIN DU REGISTRE.

BIBLIOTHÈQUE

DES

ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME

2e SÉRIE

T. XIII

LES

# REGISTRES D'URBAIN IV

PUBLIÉS PAR

M. JEAN GUIRAUD

quatrième

TOME [redacted]

# LES REGISTRES
# D'URBAIN IV
## (1261-1264)

RECUEIL DES BULLES DE CE PAPE

PUBLIÉES OU ANALYSÉES

D'APRÈS LES MANUSCRITS ORIGINAUX DU VATICAN

PAR

**M. JEAN GUIRAUD**

ANCIEN ÉLÈVE DE L'ÉCOLE NORMALE SUPÉRIEURE, ANCIEN MEMBRE DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME

---

quatrième

TOME ~~TROISIÈME~~

REGISTRE ORDINAIRE

TOME II

PARIS

ANCIENNE LIBRAIRIE THORIN ET FILS

ALBERT FONTEMOING, ÉDITEUR

LIBRAIRE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME

DU COLLÈGE DE FRANCE ET DE L'ÉCOLE NORMALE SUPÉRIEURE

4, Rue Le Goff, 4

1904

# APPENDICES

25195 2
27 2 31

# AVANT-PROPOS

Les Registres du XIII^e siècle ne représentent qu'une partie, la plus faible peut-être, des pièces émanées de la chancellerie pontificale. On peut déjà s'en douter en les comparant les uns aux autres, car on constate que l'importance de l'enregistrement variait parfois dans de grandes proportions d'un pontificat à un autre. Au cours de trois années de règne (1261-1264), Urbain IV a laissé dans ses registres environ 1000 bulles; en quatre ans (1272-1276), Grégoire X n'en a fait transcrire que 656 dans le sien. Il est à remarquer d'autre part que des lettres politiques fort importantes ne figurent pas dans les registres tandis qu'ils nous ont fidèlement conservé des actes minutieux et parfois insignifiants de la cour pontificale.

Cette double constatation prouve la nécessité de compléter par des recherches d'originaux dans les archives et les bibliothèques, la collection des bulles enregistrées.

Un pareil travail exigerait un temps considérable. Si j'avais subordonné à son exécution la publication présente, il est à croire qu'elle aurait été reculée encore de plusieurs dizaines d'années. Aussi ne l'ai-je pas essayé. Je me suis contenté de transcrire les bulles que le hasard de mes recherches et de mes voyages me mettaient sous la main. Je les donne en appendice au registre d'Urbain IV sans avoir le moins du monde la prétention d'être complet. Une simple statistique montrera cependant combien serait utile une publication systématique de toutes les bulles non enregistrées : le registre de Grégoire X renferme 656 bulles; les appendices dont je le fais suivre portent à près de 1100 le total des lettres de Grégoire X que j'ai publiées.

J'ai puisé à trois sources diverses les bulles non enregistrées; aussi les ai-je groupées en trois appendices différents.

# APPENDICE I

L'appendice I comprend les lettres pontificales qu'à la fin du XIIIe siècle, Bérard de Naples, notaire de la chancellerie romaine, avait réunies, pour son usage particulier, en deux collectious, les *Dictamina* et les *Epistolæ notabiles*.

A propos du manuscrit 761 de la bibliothèque de Bordeaux, qu'il a analysé au tome XXVII des *Notices et extraits* de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, M. Léopold Delisle a étudié les deux recueils de Bérard de Naples.

A Paris il a retrouvé les *Dictamina* dans les manuscrits latins 14173 et 8581 de la Bibliothèque nationale.

Le manuscrit 14173 a tour à tour appartenu à Nicolas Chorcer, au président Harlay, au ministre Chauvelin et à l'abbaye de Saint-Germain-des-Prés avant d'entrer, en 1795, à la Bibliothèque nationale. Il est probable qu'avant même de figurer dans un dépôt public, ce manuscrit fut consulté plusieurs fois par les érudits ; dans le tome VII de son *Amplissima collectio*, Martène le cite plusieurs fois sous le titre de « Manuscrit Chauvelin [1] ».

Le manuscrit 8581 est une copie du n° 14173 exécutée pour la bibliothèque de Colbert. Aussi ai-je cru inutile de l'étudier, me contentant de celui qui lui a servi d'original.

Le manuscrit latin 4043 de la Bibliothèque nationale est lui-même une collection d'extraits des *Dictamina*. « C'est un recueil épistolaire écrit dans la seconde moitié du XIVe siècle ; il procède d'une manière évidente de la même source que le ms. latin 14173, qui a été composé plus d'un demi-siècle avant lui, soit au commencement du XIVe siècle. »

Qu'il s'agisse, dans les nos 14173, 8581 et 4043, de *Dictamina* c'est ce qui ne fait de doute pour personne, puisque le ms. 14173 duquel les deux autres proviennent, porte en tête de ses 447 lettres ce titre : *Incipiunt dictamina magistri Berardi de Neapoli, domini pape notarii.*

Ce titre nous révèle la pensée qui a inspiré à Bérard de Naples cette collection et l'usage qu'il voulait en faire. « C'est [2] bien un de ces recueils épistolaires dont les rédacteurs entendaient avant tout faire des modèles de style. Mais tandis que les *artes dictaminis* ne se composaient guère que de compositions purement fantaisistes, comme on en faisait dans les écoles de rhétorique, ou de documents historiques, mutilés et modifiés selon les nécessités pédagogiques qui avaient inspiré le collectionneur, les *Dictamina* de Bérard de Naples ne comprennent que des

1. Delisle. *Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque Nationale et autres bibliothèques*, t. XXVII, p. 93.
2. *Ibidem.*

pièces absolument authentiques, copiées par Bérard de Naples lui-même sur les originaux de la chancellerie pontificale. » L'historien peut s'en servir en toute sécurité.

Comme l'indique son titre même : « *Incipiunt epistole notabiles composite a magistro Berardo de Neapoli, domini pape notario*, le manuscrit latin 1311 de la Bibliothèque nationale forme un second recueil de lettres pontificales fait par Bérard de Naples qui les a conservées non plus dans une intention purement littéraire mais pour des particularités intéressantes (*notabiles*) qu'elles lui semblaient présenter.

Une grande partie des *Epistolæ notabiles* se retrouve aussi dans le manuscrit 8581 de la Bibliothèque. Comme le n° 1311 il a été exécuté au xiv$^e$ siècle.

En étudiant le manuscrit 761 de la Bibliothèque de Bordeaux M. Léopold Delisle n'a pas tardé à reconnaitre qu'il procède à la fois des *Dictamina* et des *Epistolæ notabiles* puisque les 633 documents qu'il renferme viennent de l'une et de l'autre de ces deux collections. Il est plus ancien que les manuscrits des *Dictamina* et des *Epistolae notabiles* ; ils datent du xiv$^e$ siècle, et comme lui-même renferme des bulles d'Honorius IV datées de 1290, nous pouvons admettre qu'il est presque contemporain des originaux dont il nous a conservé les copies. De là vient l'importance toute particulière qui lui a été reconnue : « En somme, dit M. Léopold Delisle, le manuscrit de Bordeaux l'emporte de beaucoup sur les autres. Sans parler de l'étendue qui est notablement plus considérable, il nous présente les pièces dans un état plus voisin de la forme originale et primitive. Nombre de pièces qui, dans les *Dictamina* et les *Epistolæ notabiles*, sont déjà passées à l'état de pures formules et sont, comme telles, dépourvues de dates et de noms propres, sont conservées, dans le recueil de Bordeaux, à l'état de minutes, avec les noms propres et avec des dates complètes ou abrégées[1] ».

C'est d'après le manuscrit de Bordeaux qu'a été préparée l'édition de cet Appendice I.

M. Kaltenbrunner dans les *Mittheilungen des Instituts für œsterreichische Geschichtsforschung*, VII pp. 21-118 et 555-635, a signalé, à Rome, plusieurs manuscrits qui renferment, en tout ou en partie, les deux collections de Bérard de Naples. Ce sont les manuscrits latins 3977 et 6735 de la bibliothèque du Vatican, un manuscrit des archives du Vatican intercalé dans la série des registres, au n° 29 $^A$ ; enfin le manuscrit C 49 de la Vallicelliane, (ancienne bibliothèque de l'Oratoire dont les origines remontent à l'illustre Baronius.) M. Kaltenbrunner ne s'est pas contenté d'indiquer ces exemplaires romains des collections de Bérard de Naples. Il les a largement étudiés et en a fait une description minutieuse. Il l'a complétée par une table de

1. Delisle. *Op. cit.*, p. 123.

concordance marquant la cote exacte de chaque pièce dans chacun des manuscrits romains ou français qui la reproduit. Grâce à ces indications, j'ai consulté également les manuscrits romains en les confrontant sans cesse avec le manuscrit de Bordeaux qui servait de base à mon édition. Lorsque tous les documents qu'il contient ont été publiés, je me suis adressé directement aux autres copies; c'est toujours la première que je cite qui m'a donné le texte qui a été collationné ensuite sur les autres.

Sauf de très rares exceptions, les bulles ainsi conservées par Bérard de Naples ne sont pas datées ; c'est à peine si quelques-unes, surtout dans le ms. de Bordeaux, portent l'indication du lieu d'où elles ont été envoyées. J'ai eu un moment l'intention d'essayer de les placer par ordre chronologique et par conséquent de leur rendre la date qui leur manque. J'y ai renoncé quand j'ai vu le nombre considérable de ces lettres. Ce travail m'aurait demandé pour le pontificat de Grégoire X, 314 dissertations et 63 pour celui d'Urbain IV. Ces discussions souvent fort difficiles ne m'auraient toujours pas conduit à un résultat certain et auraient retardé de beaucoup l'achèvement de ces registres. J'ai laissé le soin de dater ces pièces à ceux qui pour des études spéciales auront à s'en servir; les documents qu'ils auront réunis par ailleurs, leur permettront de le faire plus facilement. Je me suis contenté de publier ces bulles dans l'ordre que leur donne le manuscrit dont je me suis particulièrement servi pour éditer chacune d'elles.

Je me suis presque toujours abstenu de relever les variantes qui se trouvent dans les divers exemplaires que j'ai utilisés ; elles sont généralement des bévues évidentes ou des lapsus des copistes. Je les ai indiquées toutefois lorsqu'elles pouvaient modifier le sens du texte.

Assez souvent les copistes du XIII^e^ ou du XIV^e^ siècle ont ajouté à ces bulles des notes marginales les résumant. Dans ces cas, j'ai laissé la parole aux copistes, en m'appropriant leur propre résumé, en général sommaire et concis.

Il arrive parfois que les lettres réunies par Bérard de Naples figurent aussi dans le registre, nouvelle preuve soulignée par MM. Delisle et Kaltenbrunner de leur valeur historique. Ces concordances seront mentionnées dans la table générale des bulles qui terminera la publication de ce registre.

## APPENDICE II

L'appendice II comprend les bulles dont j'ai trouvé les originaux ou les copies authentiques dans les dépôts publics de France et d'Italie que j'ai pu fouiller. J'en ai ainsi ajouté 106 au registre de Grégoire X et 126 à celui d'Urbain IV. Quelques-unes, il est vrai, figurent déjà

dans le corps même du registre. Ce total aurait été singulièrement accru si mes voyages m'avaient permis de parcourir les fonds d'Espagne, d'Angleterre, d'Allemagne et d'Autriche-Hongrie; je n'ai pas même pu étudier tous ceux de France. D'autre part, un grand nombre d'archives et de bibliothèques ne sont pas encore classées et contiennent des bulles inédites parfaitement ignorées. Il en sera ainsi tant que les inventaires continueront à se faire avec une lenteur désespérante par des archivistes qui, surtout en France, gardent leurs dépôts avec un soin vraiment trop jaloux. Cette absence d'inventaire pour les fonds G et H m'a rendu fort difficiles mes recherches dans des dépôts importants tels que ceux de Rouen. A cette difficulté s'en est ajoutée une autre : l'incapacité absolue de la plupart des archivistes auxiliaires. Au courant seulement des archives administratives et modernes, ignorant la paléographie et les fonds anciens, ils ne sont d'aucune utilité à l'érudit, qui doit renoncer à ses recherches si le directeur du dépôt départemental est absent. Or cela arrive pendant les mois de vacances, lorsque les voyages sont permis aux historiens qui sont retenus chez eux, le reste de l'année, par leurs occupations professionnelles. J'ai éprouvé personnellement cet inconvénient à Quimper, à Mâcon et ailleurs encore. Je ne saurais, au contraire, trop remercier les archivistes qui ont mis à ma disposition le secours précieux de leur complaisance et de leur science.

En publiant ces bulles, j'ai eu soin d'indiquer si je les ai transcrites sur l'original, sur un vidimus ou sur une copie tout-à-fait moderne, si l'original avait conservé ou perdu sa bulle de plomb et les lacs de soie rouge et jaune ou de corde de chanvre. J'ai essayé d'en donner toujours la cote exacte; lorsque mes documents n'en ont pas, c'est que le fonds où ils se trouvent n'était pas classé, quand je l'ai dépouillé.

## APPENDICE III

Au XVII^e^ et au XVIII^e^ siècles, un grand nombre de chapitres, monastères, évêchés ou archevêchés dressèrent l'inventaire complet et souvent fort détaillé de leurs archives. Heureuse précaution, puisque le vandalisme révolutionnaire devait brûler ou disperser un grand nombre de fonds importants d'archives ! Du moins conservons-nous dans ce cas, des résumés souvent fort complets, de pièces disparues. Ces catalogues ont naturellement une valeur inégale selon la conscience et l'érudition de ceux qui les ont rédigés.

La plupart de nos archives départementales ou communales et de nos bibliothèques en contiennent plusieurs. Il serait fort utile d'en faire un dépouillement systématique : on y trouve-

rait assurément beaucoup de résumés à glaner. Je l'ai fait pour deux inventaires fort détaillés que le hasard a mis entre mes mains, celui de l'abbaye cistercienne de Grandselve, aux archives départementales de Toulouse, et celui de l'ancien archevêché de Narbonne, à la bibliothèque municipale de cette même ville. J'ai eu la bonne fortune de retrouver plusieurs originaux dont l'inventaire de Narbonne donne le sommaire et j'ai pu constater, par ces exemples fortuits, qu'il a été fort bien rédigé. J'ai donné dans l'appendice III les résumés des bulles d'Urbain IV que j'ai trouvés dans ces deux catalogues, en ayant soin de rajeunir un peu l'orthographe des copistes du XVII^e^ siècle qui les ont exécutés.

Ces trois appendices seront suivis de deux index, le premier contenant les sommaires de toutes les bulles de la publication, rangées par ordre chronologique, le second la liste de tous les noms propres, de personnes ou de lieux, mentionnés dans les bulles.

# LES REGISTRES D'URBAIN IV

## APPENDICE I

**2807**

J. comitem hortatur ut, pellice abjecta, uxorem legitimam, sororem videlicet regis Armeniae, ejusque ex ea natos filios debita tractet dilectione. (Bordeaux 761, n° 1; Arch. Vatic. Reg. 29 a, n° 1; Vallic. c 49, n° 279; Bibl. Vatic. 6735 n° 7; Bibl. Nat. 4311, n° 7.)

« *Nobili viro J. comiti.* De sinu patris —. »

**2808**

Reginam Cypri hortatur ut ad melioris vitae studia redeat, gravius in eam processurus nisi apostolicis mandatis parere curet. (Bordeaux 761, n° 2, Arch. Vatic. Reg, 29 a n° 2; Vallic. c 49 n° 3; Bibl. Vatic. 6735 n° 8; Bibl. Nat. 4311, n° 8.)

« *Regine Cypri.* Audi filia et —. »

**2809**

Populum Florentinum hortatur ne contra Lucanos, ecclesiae Romanae devotos, Senensibus et Pisanis auxilium impendant, gravius in eos processurus si mandatis ecclesiae parere postponant. (Bordeaux 761, n° 3; Arch. Vatic. Reg. 29 a n° 3; Vallic. c 49 n° 286; Bibl. Vatic. 6735 n° 16; Bibl. Nat. 4311, n° 18; Bibl. Vatic. 3977, n° 5; Bibl. Nat. 14173 n° 5; Bibl. Nat. 4043 n° 5.)

« *Potestati, capitaneo, ancianis, consilio et communi Florentinis spiritum consilii sanioris.* Nuper ex multorum relatione didicimus quod Senenses et Pisani, solite indevotionis eo amplius aggravando malitiam quo magis ipsam, excessus accumulando multiplices, continuare non desinunt, spiritu indurato, Lucanos, nostros et ecclesie Romane devotos, qui per fidei explorate constantiam et indefesse devotionis studia nulla personarum vel rerum pericula formidantes, ipsi ecclesie adheserunt, non sine injuria et contemptu ejusdem ecclesie que Lucanos eosdem tanquam speciales filios, eorum laudabilibus exigentibus meritis, sub sua protectione receperit, invadere ac eorum depopulari districtum cum suis complicibus et fautoribus, exercitu congregato, proponunt ut, sic saltem eos a devotione nostra et ipsius ecclesie revocantes, et a via veritatis abducant et convertant ad sue indevotionis invium et erroris. Et licet vos ad hujusmodi exercitum cum ipsis non progredi, sano in hoc usi consilio, proinde du-

xeritis ordinandum, tamen eis quinquaginta milium, librarum usualis monete et quingentorum militum, exercitu ipso durante, ad eorundem Lucanorum impugnationem, prout fertur, subsidium promisistis. Sane non vestra demerita recensentes sed debitum patris consequentes affectum, amare dolemus nec vos preterire debet hujus doloris acerbitas quod nos et Romanam ecclesiam in nostris fidelibus taliter persequendo, animarum vestrarum saluti detrahitis et iram Dei contra vos procul dubio provocatis.

Verum, si recto judicio extimetis quantum id ad vestrum et civitatis vestre cedat opprobrium, illud etiam profecto vobis immense dolendum occurreret quod vos et civitas ipsa qui inter ceteras civitates et universitates Tuscie tanta vigere libertate soletis tantaque potestate preminere ut reliqui partium vicinarum populi vobis obedire cogerentur in auris auditu, nunc estis jugo tante servitutis adicti, sic omnino a statu solito decidistis quod etiam contra eos quibus fuistis antiqua societate conjuncti, eorum imperium sequi cogimini quorum aliquibus solebatis hactenus imperare. Certe si diligenter attenditis, si debita meditatione pensatis vestros, ne loquamur apertius, mores et vitam, que propter peccata inhabitantium acciderant civitati vestre ac vobis ista.... [1] procul dubio agnoscetis. Ad cor igitur redeuntes, quesumus, actus vestros corrigite, redire ad sinum matris ecclesie festinate, ipsam et fideles ipsius desinite molestare, ab hujusmodi subventione penitus desistentes. Nos vero, ne prefatis Senensibus vel Pisanis contra Lucanos predictos subventionem hujusmodi aut alias favorem, auxilium vel consilium impertiri quomodolibet presumatis tenore presentium districtius inhibemus, in illas penas et sententias, si s eus feceritis, vos, civitatem predictam, cives ipsius et specialiter mercatores eo ipso decernentes incidere, quibus civitatem, cives et mercatores Senenses, propter ipsorum culpas, olim decrevimus subjacere. »

**2810** Viterbe, 26 avril 1226.

Jacobo, Aragonum regi, qui ad tractandam concordiam inter Manfredum, quondam principem Tarentinum, et ecclesiam Romanam personaliter partes suas interpositurus erat, summotenus explanat ejusdem Manfredi multiplices ac importabiles offensas quas contra Deum et matrem ecclesiam continuando multiplicet. Rogat et hortatur regem ut suggestionibus sinistris ejus, qui post Tarentinum principatum ipsi ab ecclesia nullis ejus meritis concessum, ecclesiae ditionem invasisset, Sarracenis se conjunxisset, ad catholicos ecclesiae studiosos proterendos, Siciliam, confecta Conradi nepotis sui morte, occupasset, nonnullos barones praefati regni crudeliter interemisset, ecclesias vexasset, nec praestet auditum nec ipsius fraudibus se patiatur involvi. Demum regem a contrahendo matrimonio inter primogenitum suum et filiam memorati Manfredi abducere nititur, proponens quantam labem suo generi ex eo incurreret. (Bordeaux 761, n° 4; Arch. Vatic. Reg. 29 a n° 5; Vallic. c 49 n° 7; Bibl. Vatic. 6735 n° 18, Bibl. Nat. 4311, n° 23; Bibl. Vatic. 3977, n° 6; Bibl. Nat. 14173, n° 6; Bibl. Nat. 4043, n° 6; Potthast. 18283.)

« *Regi Aragonum illustri.* Dilectus filius frater —. »

**2811**

Johannis Manselli, thesaurarii Eboracensis, fidelem animum laudibus extollit. (Bordeaux 761, n° 5; Arch. Vatic. Reg. 29 a n° 5; Vallic. c 49 n° 280; Bibl. Vatic. 6735 n° 10; Bibl. Nat. 4311, n° 10.)

« *Dilecto filio J. Mansello, thesaur*[ar]*io Eboracensi, capellano nostro.* Inter virtutes ceteras —. »

**2812**

Magistro Alberto, notario apostolico, significat se ejus litteras recepisse inter cetera continentes « quod Ludovicus, rex Francorum, verbis procul dubio subdolis aliquorum intendentium ipsum avertere a negotio ad quod cum ipso tractandum te misimus, aures credulitatis inclinans, et eorumdem, fingentium Conradinum, nepotem quondam Friderici, olim Romanorum imperatoris, vel si dictus Conradinus, ut eorum verbis utamur, a suo jure cecidit, nobilem virum Edmundum, natum regis Angliae, per concessionem sedis apostolicae in regno Siciliae jus habere, suggestionibus informatus », licet ad Constantinopolitani subventionem imperii ac Terrae sanctae subsidium prudenter attendat, tamen dubitet jus invadere alienum. Docet nullam religionis causam in re Sicula subesse. Laudat Alberti industriam serenandi animum Ludovici regis eique mandat ut tractatum coeptum promoveat. (Bordeaux 761, n° 6. Arch. Vatic. Reg. 29 a, n° 6; Vallic. c 49, n° 529; Bibl. Nat. 4311, n° 24; Bibl. Vatic. 3977, n° 7; Bibl. Nat. 14173, n° 7; Bibl. Nat. 4043 n° 10; Potthast 18440.)

« *Dilecto filio magistro Alberto, notario nostro.* Tuas nuper recepimus —. »

**2813**

Potestati, consilio et communi Sancti-Severini mandat ut

1. Une lacune dans le manuscrit.

ad mandata ecclesiae redeant. (Bordeaux 761, n° 7; Arch. Vatic. Reg. 29 a, n° 7; Vallic. c 49, n° 340; Bibl. Vatic. 6735 n° 31; Bibl. Nat. 4311 n° 41; Bibl. Vat. 3977 n° 8; Bibl. Nat. 14173 n° 8; Bibl. Nat. 4043, n° 7.)

« .. *potestati, consilio et communi castri Sancti-Severini spiritum consilii sanioris.* Licet habeat mater ecclesia causam multe turbationis et commotionis in vobis ex eo quod vos, ipsius speciales filii et fideles, alieni prorsus effecti, et in rebellionis inveteravistis perfidia et a debitis fidelitatis semitis claudicatis, manifesto Dei et ecclesie inimico contra ipsam ecclesiam et devotos ipsius in animarum vestrarum periculum, corporum et bonorum dispendium adherendo, non potest tamen ecclesie ejusdem materna pietas solite dulcedinis oblivisci sed de salute vestra redditur mente sollicita, satagit vos ab inviis revocare et ad viam reducere veritatis, ne ipsius et nunciorum ejus diutius sequendo vesti[gi]a, in ejus retiaculum incidatis, simul tandem in perditionis foveam cum ipso... [1] Propter quod universitatem vestram paternis monitionibus excitamus nichilominus vobis sub fidelitatis debito districtius injungentes quatenus ad sinum ejusdem matris ecclesie fideliter, dum misericordie vobis ubera offeruntur, sine more dispendio, spontanei redeatis. »

## 2814

Episcopo cuidam, cujus nomen non exprimitur nunciat quaedam de ipso episcopo sinistra sedi apostolicae insinuata fuisse. (Bordeaux 761, n° 8; Arch. Vatic. Reg. 29 a, n° 8; Vallic. c. 49 n° 341; Bibl. Vatic. 6735 n° 32; Bibl. Nat. 4311 n° 42; Bibl. Vatic. 3977, n° 2; Bibl. Nat. 14173, n° 2; Bibl. Nat. 4043, n° 2.)

« *Episcopo*... Si quando ecclesiarum prelatos quos divina dispositio statuit per altitudinem dignitatis in specula ut, quasi lucerna super candelabrum positi, aliis doctrine lumine viam veritatis ostendant et eos ad salutem laudabilium operum vehiculo exemplari deducant, prolabi contingit in devium, cum peccantium sublimitas majora faciat judicia peccatorum, tanto ipsi profecto reatu majori delinquunt quanto potiori honore funguntur et eo periculosior esse dinoscitur lapsus ipsorum quo in gravius eorum cedit exitium et in subditorum vergit pernitiem per exemplum. Ipsi namque laxando, instigante humani generis inimico, voluptatum habenas, semet in lacum miserie ac in lutum fecis immergunt et qui deputati fuerant ad directionem et regimen populorum, facti eis in deviationem potius et ruinam, tot se mortibus dignos reddunt quot ad subditos perditionis exempla transmittunt. Eapropter, cum de personis pontificali dignitate preditis illa nostro reserantur auditu que pastoralis officii dedecent puritatem, gravis nos amaritudo percellit et ad ea purganda per castigationis antidotum, si veritate nitantur, aut si forsan originem de falsitatis sumpsere figmentis, ad comenta fictionum hujusmodi cohibenda, prompta officiositate consurgimus et officiosa promptitudine laboramus.

Hinc est quod nos fraternitatis tue nolumus latere noticiam quedam nuper fuisse de te nobis insinuata sinistra que, si, quod absit, veritas relatui concordaret, non essent dissimulationis transeunda neglectu sed apostolice limam correctionis exposcerent, et ad debitum adhibendum circa ipsa consilium [1].

## 2814 *bis*.

Sub eodem numero, principem, cujus nomen non exprimitur, laudat de bono ipsius proposito eique mandat ut patriarchae Jerosolymitano intendat.

« Predicat sacri baptismatis unda renasci, christicolarum annumerari collegio et christiani nominis titulo insigniri, ad quod idem nuncius ex magnitudinis [tue] parte petebat per nos aliquem virum idoneum destinari, qui predicte doctrine pollens scientia et munditia vite refulgens, te suo sacro ministerio baptismi perducat ad gratiam et per idem regenerationis lavacrum, ejusdem sancte matris ecclesie socians unitate, sacris instruat institutis. Utinam, princeps magnifice, tibi nostri animi secretiora paterent! Utinam patenter inspiceres quanta nos hujusmodi tua petitio jocunditate respersit, quantam nobis fide ipsa constitisset plenius exultationis et gaudii materiam ministrasset, [2] quam libenter extentis intime caritatis brachiis et sinu pietatis aperto, venienti ad salutem filio apostolice sedis benignitas anelo spiritu et concitis gressibus occurrisset! Hoc et nos, salute videlicet animarum in cunctis nationibus divinitus humilitatis nostre cure commissa, desideranter exquirimus. Hoc plenis desideriis et totis nisibus accuratius affectamus. O quanta in-

1. Un mot illisible.

1. La lettre est incomplète dans le manuscrit où elle fait corps avec la suivante.

2. Le texte semble altéré dans ce passage.

funditur menti nostre jocunditas, dum infra pectoris claustra revolvimus quam gratus Creatoris et Redemptoris tui, qui pro redemptione humani generis se passioni crucis exposuit, conspectibus appareres, si te tuosque subditos, qui ad tuorum meritorum cumulum et eterne retributionis augmentum, tua creduntur in hoc imitari vestigia, insignitos baptismatis et aliis christianitatis insigniis ipsius presentie in die tremendi judicii presentares! O quanto securius, tanta tuo exemplo laudabili de inimici faucibus ereptorum caterva stipatus, illud tam terribile judicium expectares! Considera, fili, considera quam cito preterit hujus mundi figura, quam subito, quam facile hominis compago dissolvitur. Et si hujusmodi propositum assumpsisti, constanter illud et omni qua poteris celeritate prosequere, nec spiritum tam salutaris inspirationis extinguas sed ad salutem quamcitius potest manus tua, instantius opereris.

Nec illud tue circumspectionis considerationem pretereat quam late, quam habunde ad subjuganda Sarracenorum regna potentie tue incrementa succrescerent si Christiane militie brachium tibi patenter et potenter assisteret, si tu sub Christianitatis clipeo, divinitus fultus potentia, Christianorum auxilio fulcireris. Profecto ex hoc tibi et temporalis fastigii culmina firmarentur, sed ad eternam gloriam, dummodo te ad eam juxta catholice fidei documenta dirigeres, indubitabilem fiduciam preparares. Ceterum, quia super premissis memoratus Johannes de tuo beneplacito nullas nobis sufficientes litteras vel aliam certitudinem plenam exhibuit, venerabili fratri nostro patriarche Jerosolimitano, apostolice sedis legato, viro utique magne auctoritatis, experte probitatis et fidei viro, quem tanquam magnum et nobile et unum de precipuis et honorabilioribus membris universalis ecclesie, de cujus prudentia, puritate ac fidelitate plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad hoc ducimus eligendum ut ipse super premissis firmum propositum tue serenitatis exploret, nobis quod invenerit rescripturus. Quocirca magnitudinem tuam monemus, rogamus et hortamur ac pro anime tue commodo deposcentes instanter quatinus eidem patriarche de predictis tue voluntatis archanum celeriter cum omni securitate reveles, ut nos certificati per ipsum, quecunque ad id fuerint utilia, celeritate debita ad quod nos paratos offerimus, prosequamur. »

**2815** Orvieto, 31 août 1263.

Riccardo, in Romanorum regem electo, significat ecclesiam non immerito vacationem deplorare imperii. Addit cur sedes apostolica inter eum et Alfonsum regem partes assumere distulerit ; commemorat studium suum indefessum pro pace inter eos conciliandа, exponit Riccardi jura ad imperium, profitetur Alfonsi electionem posteriorem esse Riccardi electione, sed Alfonsum a majore principum parte vocatum esse ad imperium et declarat istius jura ad imperium. Pontifex invitus descendit ad litem diffiniendam optatque ut electi tractent inter se pacem ideoque legatos ad utrumque mittit. Ne desit justitiae, Riccardum citat ut II die maii primo venturi, apostolico conspectui se per procuratores praesentet. (Bordeaux 761, n° 46 ; Arch. Vatic. Reg. 29 a, n° 40 ; Vallic. c 49 n° 11 ; Bibl. Vatic. 6735 n° 27 ; Bibl. Nat. 4311, n° 35 ; Bibl. Vatic. 3977, n° 26 ; Bibl. Nat. 14173, n° 25 ; Bibl. Nat. 4043 n° 22 ; Potthast 18634.)

« *Riccardo in Romanorum regem electo.* Qui celum terramque —. »

**2816** Orvieto, 31 août 1263.

Eidem iterum sed accuratius scribit de suscitata contentionis materia inter eum et Alfonsum, regem Castellae ac Legionis, in Romanorum regem electum, circa obtinendam ejusdem imperii dignitatem. (Vallic. c 49, n° 12 ; Potthast 18635.)

« *Ricardo in Romanorum regem electo.* Qui celum terramque —. »

**2817** Orvieto, 7 août 1263.

Decernit tam Riccardum, comitem Cornubiae, quam Alfonsum, regem Castellae, in suis litteris nominandum esse « in Regem Romanorum electum. » (Vallic. c 49, n°s 13 et 337 ; Potthast 18619.)

« *Urbanus etc. Ad perpetuam rei memoriam.* Ordinato nuper imperii —. »

**2818** Orvieto, 31 août 1263.

Riccardum, in Romanorum regem electum, quem pontificalis sententia VII idus augusti prolata in Alfonsi, regis Castellae, gratiam admodum pupugit, mulcere nititur. (Vallic. c 49, n° 15, Potthast 18633.)

« *Carissimo in Christo filio R., in Romanorum regem electo.* Utinam fili carissime —[1]. »

1. Cf. plus haut tome II p. 171, n° 359.

2819

Notum facit se, cum inter Alfonsum, regem Castellae ac Legionis, et Riccardum, in Romanorum regem per electiones varias electos, super obtinenda imperii dignitate contentionis materia suscitata sit, distulisse inter eos judicis partes assumere, sed tandem procuratores regis Castellae cum instantia postulasse ut ipsi regi in hoc negotio justitia exhibeatur, procuratores vero Riccardi obtulisse ejus nomine se paratos ecclesiae Romanae subire judicium. Addit se, ut illos ad pacis unitatem induceret, eosdem per nuntios citari fecisse ut II die mensis maii apostolico conspectui se praesentarent, sed neminem termino memorato comparuisse. Prorogat terminum usque ad annum computandum a festo b. Andreae proximo venturo. (Vallic. c 49, n° 16. Potthast 18931.)

« *Urbanus etc. Ad futuram rei memoriam*. Inter carissimos in —. »

2820 Orvieto, 24 septembre 1263.

Electionem Philippi, tunc thesaurarii Metensis, in episcopum Metensem cassat et irritat. (Bordeaux 761, n° 129; Arch. Vatic. Reg. 29 a n° 190, Potthast 18656.)

« *Urbanus episcopus etc.* Metensi ecclesia pastoris —. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas octobris, anno tertio. »

2821

Electionem Guillelmi Hugonis in abbatem Electensem, abbate s. Polycarpi minime convocato, irritam declarat. (Bordeaux 761, n° 141; Arch. Vatic. Reg. 26 a n° 191.)

« *Urbanus episcopus etc. episcopo Agathensi.* Ex serie tue consultationis accepimus te felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, litteras recepisse inter alia continentes quod monasterio Electensi, quod ad Romanam ecclesiam nullo pertinet mediante, ordinis s. Benedicti, Narbonensis diocesis, abbatis regimine destituto, prior et conventus ipsius fratrem Guillelmum Hugonis, ejusdem monasterii camerarium, in eorum abbatem concorditer elegerunt et ab eodem predecessore hujusmodi electionem petierunt humiliter confirmari. Porro . . abbate monasterii s Policarpi, dicte diocesis, ipsi Electensi monasterio immediate subjecti, asserente se interesse debere electioni abbatis ejusdem monasterii Electensis seque in hujusmodi electione fuisse contemptum, dicentibus ex adverso dictis priore et conventu quod idem abbas s. Policarpi jus in electione abbatis ipsius Electensis monasterii non habebat, predecessor ipse dilectum filium nostrum O., s. Marie in Via lata diaconum cardinalem, in causa hujusmodi dedit partibus auditorem. Et tandem, quia de meritis ejusdem cause apud sedem apostolicam non potuit plene liquere, tibi mandavit inter cetera per litteras supradictas ut, si dictus abbas s. Policarpi infra duos menses, postquam ad hoc peremptorium terminum assignasses, non doceret legitime se jus habere in electione sepefati monasterii Electensis, hujusmodi electionem, si eam invenires alias de persona ydonea canonice celebratam, confirmare curares, alioquin, ea rite cassata, faceres eidem monasterio Electensi per electionem conventus canonicam de abbate ydoneo provideri, contradictores etc.

Sane dictus abbas s. Policarpi per te ad docendum super hoc de suo jure admissus, probaverat legitime, ut scripsisti, quod idem electioni que in predicto monasterio Electensi elegit [1] quodque quondam . . abbas ejusdem monasterii S. Policarpi, predecessor ejus, interfuit electioni tertio ante istam inibi celebrate, sed quod tunc elegerit vel coelegerit aut quod ejus votum requisitum fuerit non probavit, quanquam deposuerit unus testis quod dictus predecessor ejus non solum hujus [modi] electioni tertie interfuit sed ad illam extitit etiam evocatus. Probavit etiam dictus abbas s. Policarpi quod ab eadem tertia electione jam quinquaginta sex et amplius anni effluxerunt et quod in tractatibus alienationum possessionum dicti monasterii Electensis, consensus abbatis ipsius monasterii s. Policarpi, sicut aliorum monachorum predicti Electensis monasterii, requiritur, quodque ipse in eodem monasterio ad electionem, dum est ibidem, tanquam illius monachus, admittitur et tractatur necnon quod aliqui monachi dicti monasterii s. Policarpi professionem in ipso Electensi monasterio emiserunt. Probavit quoque in illis partibus famam esse quod abbas dicti monasterii s. Policarpi electioni abbatis sepedicti monasterii debeat interesse. Ex quibus dictus abbas s. Policarpi se dicit de sua intentione plenarie docuisse, proponens dictam clausulam in litteris supradictis expressam videlicet « nisi ipse in electione hujus se jus habere probaverit », debere non solum de jure proprietatis sed etiam possessionis intelligi, cum, secundum jura, omne jus suum in judicio deduxisse dicatur, prout exponebat, allegans qui petitorium et possessiorium intemptavit, quod diceretur inepte nisi verbum juris contineret utrumque. Nec minus inepte

1. Le manuscrit semble ici inexact.

jura in possessorio judicio eo ipso plus juris habere decernerent possessorem et ad possessionem dari actionem que est jus petendi in judicio quod debetur, nisi posset ipsum nomen juris ad possessionem extendi, maxime in litteris supradictis in quibus qualiter ipsum verbum juris intelligi debeat, precedentia verba declarent, cum ibi contineretur expresse quod abbas ipse confirmationi electionis se duxerat opponendum pro eo quod ipse, qui eidem electioni debuerat interesse, contemptus fuerat in eadem, quod non solum ad petitorium sed etiam ad possessorium dicit debere referri, eo quod tam illi qui in possessione sunt eligendi quam illi ad quos spectat eligere, debent electionibus interesse, adiciens ex hiis que de predicta electione, tempore, fama, tractatu, professione et aliis articulis supradictis probavit, sicut superius sit expressum, etiam quoad proprietatem sufficienter de suo in hac parte jure liquere.

E contrario vero pro parte dicebatur electi quod predicta clausula, videlicet « nisi abbas ipse s. Policarpi in electione hujus [modi] se jus habere docuerit », debebat dumtaxat de jure proprietatis intelligi, et quod circa ipsam proprietatem non erat aliquid sufficienter ostensum, tum quia dictus predecessor ipsius abbatis s. Policarpi non probatur in tertia electione predicta elegisse, sicut superius est expressum, tum quia ipsum monasterium Electense inter illos quinquaginta et sex annos a quodam ibidem per potentiam laicalem intruso et postmodum ab archiepiscopo et capitulo Narbonensibus, tamdiu ejectis inde monachis, detentum extitit violenter quod aliqua prescriptio super hoc sibi locum non potuerit vendicasse.

Quia igitur super hoc nos consulere voluisti, nos attendentes quod tibi a prefato predecessore nostro in hujus [modi] negotio tanquam judici scribebatur et ab eo tibi partes judicis committebantur in ipso, quodque scribentis ferebatur intentio ad justitiam faciendam, ne ad petitorium solum clausula predicta hoc casu injusta interpretatione relata ejusdem predecessoris interesse inveniantur, contra ipsius intentionem qui, ut predictum est, in ejusdem litteris ad executionem justitie intendebat, injustitiam continere, quod procul dubio sequeretur si per ipsas, eadem clausula taliter intellecta, memoratus abbas s. Policarpi ab electione ipsa exclusus, possessionis commodo quod tamen ei sufficit ut in predicta electione admitti debuerit, fraudaretur, fraternitati tue breviter respondemus quod, veris existentibus supradictis per ea que abbatem s. Policarpi probasse scripsisti, predicta electio debet, justitia exigente, cassari. Volumus itaque ac presentium tibi auctoritate mandamus quatenus electionem ipsam, infra octo dierum spatium a presentium receptione, cassare procures, inhibens conventui supradicto ut ad electionem, postulationem et nominationem abbatis aliquatenus non procedant. Nos enim ordinationem —. »

**2822**

De provisione abbatis monasterii Fucardimontis. (Bordeaux 761, nos 142 et 176; Arch. Vatic. Reg. 29 a, nos 203 et 226.)

« *Urbanus episcopus etc. dilectis filiis decano et capitulo ecclesie b. Martini Turonensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis.* Provisionis nostre provenire —. »

**2823**

De solutione debitorum Cameracensis ecclesiae. (Bordeaux 761, nos 143 et 177; Arch. Vatic. Reg. 29 a, nos 204 et 227.)

« *Venerabili fratri episcopo Cameracensi.* Petitio tua nobis —. »

**2824**

Magistro Lanvino, dicto *Pilat*, canonico ecclesiae s. Amati Duacensis, Atrebatensis dioecesis, indulget ut nullus ipsi praeferatur in assecutione praebendae ejusdem s. Amati Duacensis ecclesiae. (Bordeaux 761, nos 144 et 178; Arch. Vatic. Reg. 29 a, nos 205 et 228.)

« *Dilecto filio magistro Lanvino, dicto* Pilat, *canonico ecclesie s. Amati Duacensis, Atrebatensis diocesis.* Inducunt nos tue devotionis merita ut te prosequamur gratia que tibi fore dignoscitur oportuna. Sane petitio tua nobis exhibita continebat quod, cum felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, preposito ecclesie s. Amati Duacensis, ad quem collatio prebendarum in ea pertinet, faciendi recipi duos clericos in eadem ecclesia in canonicos et in fratres ac providendi eorum utrique de prebenda, si qua tunc vacabat ibidem vel quamprimum ad id opportunitas se offerret, necnon contradictores per censuram ecclesiasticam compescendi, concesserit per suas litteras liberam facultatem, idem prepositus te in predicta ecclesia recipi fecit in canonicum et in fratrem, auctoritate hujusmodi litterarum, et nichilominus promisit spontaneus et se per suas patentes litteras obligavit, super hoc prestito juramento, quod ipse nullas a sede apostolica litteras im-

petraret per quas tua provisio in predicta ecclesia impediri posset aut etiam retardari. Verum postmodum predictus prepositus sibi a nobis faciendi recipi duos clericos in prefata ecclesia in canonicos et in fratres et providendi eorum utrique de prebenda in prelibata ecclesia, quamprimum ad id obtulerit se facultas, necnon preferendi eos omnibus ibidem quacunque auctoritate receptis in assecutionibus prebendarum et contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, concedi per nostras litteras obtinuit facultatem, non facientes de premissis aliquam mentionem. Quare nobis humiliter supplicasti ut providere tibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, tibi auctoritate presentium indulgemus ut, premissis veris existentibus, per hujusmodi litteras nostras, tali veritate tacita, impetratas super assecutione prebende in memorata ecclesia nullum possit tibi generari prejudicium vel obstaculum interponi. Nulli ergo etc. »

## 2825

Nicolaum de Montigniaco magistro Stephano de Boscocommuni, capellano apostolico, praeferendum esse declarat in assecutione praebendae in ecclesia b. Martini Turonensis. (Bordeaux 761, n° 145; Arch. Vatic. Reg. 29 a, n° 229.)

« *Judicibus.* Dilectus filius Nicholaus de Montigniaco, presbiter Senonensis diocesis, capellanus venerabilis fratris nostri . . Albanensis episcopi, nobis exposuit quod, cum, obtentu ipsius episcopi, canonicatum ecclesie b. Martini Turonensis et prebendam, si qua tunc vacabat ibidem, ei contulerimus et providerimus de illis ac ipsum investiverimus per nostrum anulum de eisdem, ita quod, si quedam prebenda in eadem ecclesia non vacabat, prebendam proximo vacaturam ibidem conferendam dicto Nicholao donationi apostolice reservantes, decrevimus irritum et inane si secus de prebenda hujus[modi] a quoquam contingeret attemptari, predicto Nicholao super hoc nostras litteras concedendo et vobis ei super hoc executoribus deputatis, postmodum magistrum Stephanum de Bosco-communi, capellanum nostrum, in eadem ecclesia per litteras nostras recipi mandavimus in canonicum et in fratrem ac sibi provideri de prebenda, si qua tunc vacabat ibidem vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, certo sibi super hoc executore concesso. Idem vero magister Stephanus, eo pretextu quod primo capitulo predicte ecclesie suas litteras presentavit et ab eodem capitulo ante dictum Nicholaum in canonicum est receptus, predictum Nicholaum contendit in assecutione prebende indebite prevenire. Quare idem Nicholaus nobis humiliter supplicavit ut, cum non litterarum presentatio et receptio sed potius canonicatus collatio et provisio in hujusmodi casu attendi debeat, cum ille statim sit canonicus illius ecclesie cui de canonicatu providemus eodem, providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, vos vel alter vestrum, per vos vel per alium seu alios, predicto Nicholao de prebenda, si qua ei de jure debita vacaverit in prefata ecclesia, postquam de canonicatu ipsius ecclesie sibi duxerimus providendum, amoto ab ea quolibet illicito detentore, alioquin, si qua inibi vacat ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, providere curetis, juxta priorum directarum vobis pro eo nostrarum continentiam litterarum, facientes eum predicto magistro Stephano in prebende assecutione preferri. Contradictores etc. »

## 2826

Archiepiscopum Compostellanum in jus restituit episcopos consecrandi et confirmandi, a quo antea suspensus erat. (Bordeaux 761, n° 146; Arch. Vatic. Reg. 29 a, n° 230.)

« *Archiepiscopo Compostellano.* Abulensi ecclesia, subjecta tibi metropolitico jure, pastoris solatio destituta, fuerunt in ea duo electiones, una videlicet de venerabili fratre nostro, fratre Dominico, Abulensi episcopo, alia de . . decano Burgensi, in discordia, ut accepimus, celebrate. Hujusmodi autem electionibus presentatis tibi, pars que eundem decanum elegerat, a te ex sufficienti gravamine ad sedem apostolicam appellavit, cujus appellationi humiliter detulisti, sicque hujus[modi] negotio ad ejusdem sedis examen legitime devoluto, nos dilectum filium nostrum O., s. Adriani diaconum cardinalem, dedimus in eodem negotio partibus auditorem. Sane coram eodem cardinali negotio ipso pendente, predicta pars hujusmodi appellationi et dictus decanus juri, si quod sibi ex electione celebrata de ipso acquisitum fuerat, renunciaverunt expresse tuque, ad multiplicem instantiam et supplicationem capituli dicte ecclesie, confirmasti predictam electionem de ipso episcopo celebratam et impendisti munus consecrationis eidem. Licet autem nos, considerato quod tu id facere nequiveras, postquam ad eamdem sedem erat per appellationem hujus[modi] negocium devolutum, confirmationem ipsam et quicquid ex ea fuerat secutum, cassantes, te propter hoc ab episcoporum confir-

matione et consecratione usque ad unum annum suspenderimus, tamen dilecto filio Martino Johannis clerico et procuratore tuo suspensionem hujus[modi] relaxari a nobis postmodum suppliciter postulante, nos suspensionem eandem duximus relaxandam, tibi super hoc presentes litteras, ne de relaxatione ipsa valeat imposterum dubitari, in testimonium concedentes. »

### 2827

Ludovicum, regem Francorum, hortatur ut ad reformandam pacem inter Carnotense capitulum et comitem Blesensem, super advocatione servientium ipsius capituli et aliis articulis litigantes, diligenter intendat. (Bordeaux 761, n° 198; Arch. Vatic. Reg. 29 a, n° 123; Vallic. c 49, n° 6; Bibl. Vatic. 6735 n° 17; Bibl. Nat. 4311, n° 19; Potthast 19026.)

« *Regi Francorum illustri.* Dum commoda pacis —. »

### 2828

In e. m. archiepiscopo Rothomagensi etc. usque sopiatur. Ad quod diligentie tue suffragium utile ac necessarium arbitrantes, te ad id eo confidentius invitamus quo magis pontificali officio congruit dissidentium sedare discordias et ad unitatem revocare discordes. Quocirca etc.

In e. m. Parisiensi episcopo.

(Bordeaux 761, n° 199; Arch. Vatic. Reg. 29 a, n° 124; Vallic. c 49, n° 287; Bibl. Nat. 4311, n° 19.)

### 2829

Capitulum Carnotense hortatur ad reformandam inter ipsos et comitem Blesensem concordiam. (Bordeaux 761, n° 200; Arch. Vatic. Reg. 29 a, n° 126, Vallic. c 49, n° 288; Bibl. Nat. 4311, n° 20.)

« *Capitulo Carnotensi.* Si commoda pacis —. »

### 2830

Comitem Blesensem hortatur ad reformandam inter ipsum et capitulum Carnotense concordiam. (Bordeaux 761, n° 201; Arch. Vatic. Reg. 29 a, n° 126; Vallic. c 49, n° 289; Bibl. Nat. 4311, n° 21.)

« *Comiti Blesensi.* Si commoda pacis —. »

### 2831

Pisanos hortatur ut a favore Manfredi, quondam principis Tarentini, et a molestatione Lucanorum, ecclesiae fidelium, desistentes, ad mandata ecclesiae redeant, gravius, nisi obediant, in eos processurus. (Bordeaux 761, n° 202; Arch. Vatic. Reg. 29 a, n° 127; Vallic. c 49 n° 332; Bibl. Vatic. 6735, n° 19; Bibl. Nat. 4311, n° 27; Bibl. Vatic. 3977 n° 266; Bibl. Nat. 14173, n° 209.)

« *Potestati, capitaneo, ancianis, consilio et communi Pisanis.* Summi et pii patris vices, licet immeriti, gerentes in terris, paternum erga subditos gestare proponimus, quantum nobis ex alto conceditur, pietatis affectum cum sit paterni moris oberrantes filios, et si monentem obaudiant, castigantem aborreant, nunc lenire blandiciis, nunc verbis arguere, nunc verberibus castigare. Nos, qui ad salutem vestram non solum ex injuncti pastoralis officii debito, verum etiam ex concepte dudum erga vos[1].... Jerosolimitane fuissemus ecclesie, benivolentie grandis memoria prerogativa cujusdam specialitatis afficimur, mentem nostram continere nec volumus nec valemus quin vos, post voluntatis libitum per devia currendo precipites, quamvis odio habueritis hactenus disciplinam, quamvis projeceritis predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, monita et nostra post tergum, a precipitio retrahamus, abducere satagamus ab invio, reducere studeamus ad viam. Quanquam mater ecclesia et iidem Romani pontifices. predecessores nostri pro tempore, nosque post ipsos. propter obstinatam hucusque cordis vestri duritiam, propter vestre ingratitudinis amare proterviam, multe lenitatis in vobis beneficia perdidisse, ac dum per monitiones varias correctionibus nostris institimus, in vanum verba jactasse, multorum judicio concurrente, veritatis testimonio censeamur, propterea tamen nequaquam intendimus a ceptis desistere sed solitis primo usuri remediis, si, quod absit, ea forsitan non procedant, stilum, divina fulti potentia, procul dubio ad alia convertemus.

Verum, quia conversionem vestram appetimus et vindictam horremus, vellemus vos diligenti examine discutere vias vestras ut considerantes easdem, convertatis pedes vestros in testimonia Domini et ad ecclesie matris vestre gremium redeuntes, amplius non erretis. Considera igitur, considera, popule, quem inviti et dolentes referimus usque adhuc dure cervicis, popule dure, corde percepte ab ecclesia benignitatis immemor et ingrate, considera quod et attende qualiter

1. Ici un ou deux mots ont dû être omis par le copiste.

ab olim inimicis ecclesie contra ipsam astiteris, quam graves et amaras offensas, reverentie filialis debito relegato, eidem variis temporibus irrogaris, in ipsius membra precipua, ecclesie Romane videlicet cardinales, et prelatos alios, ut cetera taceamus, non solum manus inficiendo sacrilegas sed ipsos etiam captivando. Sed eadem ecclesia gestans verba pie matris nec verba paterne castigationis omittens et tacuit differendo vindictam et arguendo ad correctionem tui te multipliciter provocavit. Reminiscere itaque miserationum ipsius et exuberantem erga te sue caritatis affectum diligenter attende. Nonne quidem has et alias a te illatas innumeras dissimulavit injurias? Nonne siluit, nonne mente ad ipsam licet sero redeunte, quievit, immo etiam te benigne ac gratanter admisit? Nec tamen adversus eam eo magis vestra cessavit adversitas, sed vos in arcum previum subita et dampnabili mutatione conversi, tergum non faciem vertistis eidem. Nec ab ipsius persecutione solita destitistis, quinimmo, dum sedes apostolica in vobis, quos sibi per exhibitionem tante gratie tanquam speciales filios vendicabat, secura quiesceret, vos Manfredo, quondam principi Tarentino, inimico persecutori manifesto sedis ipsius, excommunicationis et interdicti sententias quas in adherentes eidem et vos specialiter propter hoc tam nos quam dilectus filius magister Gualo, notarius noster, in partibus Tuscie apostolice sedis legatus, justitia exigente, protulimus, contempnentes, contra inhibitionem sedis ejusdem, in ipsius grave dispendium adhesistis ac, injurias accumulantes injuriis et offensas inculcantes offensis, eodem legato, non sine gravi sedis memorate contemptu, de civitate vestra, cum spretis omnino ejus monitis, prefato Manfredo, ipsius etiam receptis nuntiis, pareretis, propter quod inibi legatus ipse tute morari non poterat, exire coacto, et aliis complicibus et fautoribus Manfredi Lucanos et alios nostros [et] ecclesie Romane fideles in Tuscia studuistis semper nec adhuc desistitis impugnare.

Numquid hoc meruit offensarum vestrarum tam prompta remissio, numquid hoc reconciliationi vestre tam gratanter accepte tamque acceptate faciliter debebatur? O utinam perceptas a predecessoribus nostris, nobis et ecclesia ipsa gratias, et excessus multiplices quos in eandem ecclesiam, nos et fideles predictos commisistis hactenus et multiplicatis assidue quibusque in vos iram Domini provocatis, in statera recti libraminis appendere studeretis! Profecto illi quasi arena maris graviores comparatione hujusmodi apparerent, argueretque vos vestra malitia et tam irreprehensibilis aversio increparet. Attendite, filii, et qua decet meditatione pensantes attendite, quasi utinam filii non privigni, quod ex continuatione talium, saltem nostris temporibus, eo detestabilioris ingratitudinis notam incurritis quo majorem a nobis, dum prefate Jerosolimitane curam gereremus ecclesie, ac utiliorem in vestris necessitatibus spiritualiter et temporaliter efficaciam percepistis. Ad correctionem vestram corda convertite nec sit vobis delectabile amplius contra nos et fideles eosdem aggregare de cetero tantarum congeries offensarum.

Ceterum, quia clamavimus hactenus nec extitit qui audiret, vocavimus et contemptibiliter renuistis, manus nostras extendimus et qui aspiceret non fuit in vobis, sed despexistis nostra consilia et increpationes neglectui tradidistis, in vobis spiritum nostrum proferimus et condimus verba nostra. Et cum ad excusandas excusationes in peccatis, colorem querere consueveritis de contentionibus et querelis quas contra memoratos Lucanos vos asserebatis habere, nos, ut de cetero hujusmodi cesset occasio, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente quatenus super predictis cum eisdem Lucanis, (qui) ad mandatum nostrum in hoc consentire curabunt, in aliquos probos et honestos viros infra instantes octabas b. Martini compromittere studeatis et a predictorum molestatione qualibet desistentes ac a prefatis Manfredo et fautoribus recedentes omnino, aliquos sollempnes nuncios, sufficiens ad hoc et plenum a vobis mandatum habentes, ad presentiam nostram citra eundem terminum mittere procuretis, mandatis nostris, nostro nomine, per omnia parituros. Quod si circa personarum predictarum electionem se ingerat aliqua difficultas, nos ad id libenter apostolice auctoritatis et sollicitudinis partes efficaciter, si opus fuerit, interponendas offerimus et consilium et auxilium non negamus. Sane, quia circa morbos qui levioribus remediis non tolluntur, validioribus est utendum, scire vos volumus et pro certo tenere quod, si forsan, quod absit, contra hujusmodi nostra monita obturantes more solito aures vestras, infra predictum terminum a prestando quoslibet favorem, auxilium vel consilium Manfredo, fautoribus et complicibus memoratis et ab impugnatione, persecutione ac molestatione quibuslibet ecclesie ac fidelium suorum non duxeritis penitus desistendum, vel predictos vestros nuncios ad nos, prout superius exprimitur, pretermiseritis destinare, nos extunc contra vos ad privationem pontificalis dignitatis et alias, prout exegerit contumacie vestre temeritas, de fratrum nostrorum consilio procedemus. »

2832

Senenses hortatur ut captivos Lucanos omnino libertati reddant vel saltem humane et benigne tractent. (Bordeaux 761, n° 203; Arch. Vatic. Reg. 29 a, n° 128; Vallic. c 49 n° 333; Bibl. Vatic. 6735 n° 20; Bibl. Nat. 4311, n° 28; Bibl. Vatic. 3977 n° 207; Bibl. Nat. 14173, n° 210; Potthast 18754.)

« . . *potestati,.. capitaneo, ancianis, consilio et communi Senensibus spiritum consilii sanioris.* Non sine turbatione —. »

2833

Pisanos hortatur ut ad ecclesiae fidelitatem redeant. (Bordeaux 761, n° 204; Arch. Vatic. Reg. 29 a, n° 129; Vallic. c 49 n° 336; Bibl. Vatic. 6735, n° 24; Bibl. Nat. 4311 n° 32; Bibl. Vatic. 3977 n° 208; Bibl. Nat. 14173 n° 211.)

« *Potestati, capitaneo, ancianis, consilio et communi Pisanis spiritum consilii sanioris.* Quante caritatis affectu vos ac vestros in transmarinis partibus, dum Jerosolimitane preessemus ecclesie, necessitatis tempore fuerimus prosecuti et evidens experientia vos docuisse debuerat nec minus utilitatis experientia instruxisse. Vestris namque in partibus illis frequenter in multa necessitate positis, sic provisionis consilio et auxilio protectionis astitimus quod, dominica favente clementia, et periculis extitit obviatum et vobis ac ipsis in eisdem partibus favor accrevit et multa commoda pervenerunt; propter quod non immerito sperabamus quod devotio quam ad nos nimirum videbamini tunc temporis concepisse, nobis, prout Domino placuit, ad apostolatus apicem evocatis, in nostri status augmento nullius diminutionis detrimenta sentiret, sed assidue de bono in melius susciperet incrementa, presertim cum ad ipsius apostolatus culmen assumpti, non solum affectionem ad vos continuaverimus solitam, verum etiam majora vobis semper sinceri amoris indicia et solide dilectionis manifesta proculdubio exhibuerimus argumenta. Siquidem vobis a devotione matris ecclesie ac nostra vos subtrahentibus, immo adherentibus etiam inimicis, graviter quoque impugnantibus devotos ipsius et nostros, nos nichilominus, more pii patris, instantem vestre saluti dedimus operam, vos monitionibus variis et exhortationibus sedulis ab inviis per que curritis in precipitium perditionis vestre precipites, conati abducere, reducere ad salutis viam et ad gremium ipsius ecclesie revocare. Sed vos proh dolor! ad hec et alia innumera beneficia ejusdem ecclesie nostrosque tante benignitatis affectus pariter et effectus immemores et ingrati, et vestram salutem contempnitis et aliorum etiam, prout sinistra nuper relatione didicimus, impeditis.

Noviter enim, cum nonnulli cives Senenses, oculorum tenebris divine pietatis misericordia resolutis, viam veritatis agnoverunt, ad ecclesie devotionem et nostram, sano ducti consilio, redeuntes, vos ad ipsos nuntiis destinastis, apud eos diversis seductionibus et perversis suggestionibus institistis ut ad unitatem cum aliis suis concivibus, qui adhuc in sua perversitate perdurant, se in animarum suarum perniciem convertendo, a nostra devotione diverterent et inadversitate solita versarentur. Estne ista condigna retributio qua ecclesie Romane beneficia compensatis? Estne iste debitus compensationis effectus quo nostris effectibus simul et affectibus respondetis? dum nos et ipsam, per vos ipsos in nobis et nostris impugnando fidelibus, non solum ad materne pietatis ubera redire contumaciter recusatis, sed et redeuntes pertinaciter avocare studetis, quasi ad perditionem vestram vester proprius et tam detestabilis error non plene sufficiat nisi ad dampnationis cumulum alii etiam in errorem similem vestro ministerio inducantur, ut sic Phariseorum sequendo vestigia, regnum celorum claudatis ante homines et nec vos illud intretis nec sinatis alios introire. Ceterum, licet in eis dire persecutionis sentiamus aculeos, licet multe amaritudinis calicem degustemus, dum a vobis injuriis eo magis molestis impetimur quo ampliorem de vobis fiduciam gerebamus, eoque amplius injurioris provocamur offensis quo nostrorum erga vos operum consideratio profecto longe amplius promittebat, quia tamen patris vicibus fungimur, quia gerimus pastoris officium, nos nichilominus ad vos paterna gestantes viscera, salutem vestram querimus et amare de perditione dolemus.

Propter quod, licet vos nostra monita contempnatis, nos tamen nequaquam a ceptis desistere intendentes, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente mandantes quatenus, attendentes diligenter et considerantes prudenter vias vestras, humilietis coram Domino corda vestra illudque attenta consideratione pensantes quod non sine multo vestro pudore nec absque multo periculo animarum et corporum, forsitan alieni a nobis hactenus, nunc vos ad nostram et ecclesie devotionem redeuntes, ad salutem totis viribus festinetis, ad sinum ejusdem vestre matris ecclesie, dum tempus habetis, sine cunctationis more cujuslibet reddituri, ne, aliis vos in hiis prevenientibus, vestris exigentibus meritis immo deme-

ritis, dum novissime veneritis, nichil in vasis portantes preter ingratitudines et offensas, venie janua vobis clausa, vos vel tanquam incognitos cum fatuis, quod absit, virginibus, contingat omnino repelli vel saltem vobis difficilior vix tandem pandatur ingressus. »

**2834**

Margaretam, reginam Francorum, hortatur ut suum animum cum Carolo, comite Provinciae, germano suo, ad concordiam et pacem inclinet. (BORDEAUX 761 n° 205; ARCH. VATIC. REG. 29 A, n° 130; VALLIC. C 49, n° 15; BIBL. VATIC. 6735 n° 34; BIBL. NAT. 4311, n° 43; POTTHAST 19021.)

« *Regine Francorum illustri*. Cum simus pacifici —. »

**2835**

Ludovicum, regem Francorum, hortatur ut auxiliatricem manum suam extendat ad praestandum Terrae Sanctae auxilium. (BORDEAUX 761, n° 244; ARCH. VATIC. REG. 29 A, n° 260; VALLIC. C 49 n° 9; BIBL. NAT. 6735 n° 25; BIBL. NAT. 4311, n° 33; BIBL. VATIC. 3977, n° 109, BIBL. NAT. 14173, n° 107; BIBL. NAT. 4043 n° 103 : POTTHAST 18624.)

« *Regi Francorum illustri*. Vocem terroris audivimus —. »

**2836**

Episcopo Belvacensi significat se ecclesiam Belvacensem gravare non intendisse nonnullis provisionibus in eadem et Gerboradensi ecclesiis auctoritate apostolica factis. (BORDEAUX 761, n° 315; VALLIC. C 49, n° 330; BIBL. NAT. 6735 n° 25.)

« *Episcopo Belvacensi*. Presentata nobis tua nuper epistola, que tibi asserebat illata querelas ingeminans, in grande satis quamvis nec causa suffultum nec ratione munitum murmur obstrepuit, ex eo te repletum amaritudine referens et gravatum affirmans quod, licet in Belvacensi decem et septem in Gerboradensi vero ecclesiis, in quibus prebendarum collatio ad te spectat, quinque obtineant apostolice sedis auctoritate prebendas, nos tamen afflictionem, ut tuis verbis utamur, addentes afflicto, dilecto filio Matheo clerico, germano nobilis viri Johannis de Columpna, consobrino dilecti filii nostri J., s. Nicholai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, de canonicatu et prebenda, cardinalis ipsius obtentu, Guidoni vero de Gebenna, consobrino carissime in Christo filie nostre . . regine Francorum illustris, ad ejusdem regine preces, in prefata Belvacensi ecclesia de prebenda et personatu vel dignitate mandavimus provideri. Unde petebas instanter et affectuose rogabas ut te tua beneficia personis ydoneis conferre libere pateremur. Sane, dum subit animum ille sinceritatis affectus quo ab olim specialis amicitie federe jungebamur et diligenter attendimus quanta te semper fuerimus benevolentia prosecuti, grandis in istis causa nobis admirationis ingeritur et turbationis quodammodo materia propinatur. Cum enim certa nobis esset de antiqua familiaritate fiducia quod tu alios contra nos quomodolibet murmurantes intente sollicitudinis studio reprimere conareris, mirari nimirum cogimur quod, propter collationem unius prebende in causa subditam querimoniam prorupisti. Certe non hoc pretendebat radicata inter nos temporis diuturnitate dilectio, non id promittebat idemptitas nationis, sed forsan quod scriptum est : « nemo propheta acceptus in patria sua, » tu, in nos pocius quam in exteris murmurando, nos experiri apud te remurmuratione hujusmodi voluisti. Nec si Romani essemus aut alia nos pars Italie produxisset, contra nos de collatione unius beneficii tam subito murmurasses, qui contra predecessores nostros de tot supra commemoratis gratiis, de tot beneficiis ad te spectantibus collatis ab eis, sicut tue littere testabantur, tacitus siluisti. Nullum enim de hoc contra eos murmur insonuit, nulla unquam querimonia prodiit nec utique prodire debuit in apertum, cum non ignores sic tibi Belvacensis ecclesie administrationem esse commissam ut superioris potestatem intelligere debeas, non exclusam, nec in illa extimare debes injuriam vel gravamen si Romanus pontifex, cui omnium ecclesiarum sollicitudinis plenitudo committitur, ipsius partem interdum exequatur, ad quam dicte sedis auctoritatem que sic derivatur in ceteros ut apud ipsum Romanum pontificem plene resideat, alii evocantur ; et ideo sive beneficia que non tua dixisse deberes sed sic dispositioni tue commissa putare ut semper in eis eo pleniorem, eo liberiorem quo superiorem cognosceres Romani pontificis potestatem, aliquando conferat, sive alias commissis generali administrationi sue utatur, censere non debet aliena recipere vel conferre.

Non est igitur unde te gravatum queraris vel afflictionem additam tibi causeris afflicto, presertim in provisione memorati Guidonis in qua, cum ipsa non tibi vel ecclesie tue specialiter imposita fuerit sed in variis ecclesiis generaliter demandata, ut in illa sorti-

retur effectum quam priorem vacationis offerret eventus, vellemus te, juxta Senece consilium, tibi meliora interim promittendo, declinasse timorem doloremque vitasse, ne ipsius prudentis judicio miserum censeretur timendo timori occurrere vel dolendo prevenire dolorem. Ceterum, licet illa eo in se graviora pervenerint quo minus de te talia verebamur, cum inexpectata plus aggravet novitas quam calamitatibus pondus adicial, nos tamen, qualiscumque fuerit scribendis intentio, scripta paterno pensantes affectu et benivola interpretatione censentes, ipsa non de murmurantis pretervia sed de diligentis confidentia credimus emanasse, et amarum si quod in eis extitit, benigne interpretationis remedio, ad quam consideratio solite inter nos dilectionis et familiaritatis inducit, in dulcedinem convertentes, hoc te indubitate volumus de nostra intentione tenere quod personam tuam specialis affectionis prerogativa prosequi et te neque commissam tibi ecclesiam nequaquam gravare proponimus sed a gravaminibus potius relevare. Ideoque ad nos in tuis, et in ipsius ecclesie negotiis recurrere poteris confidenter, in tuis petitionibus, quantum cum Deo fieri poterit, prout res exegerit, exauditionis gratiam percepturus. »

### 2837

Bajulo, baronibus et nobilibus regni Cypri mandat ut ordinanationes archiepiscopi Nicosiensis in Graecos Latinosque vitiis famosis irretitos, emanatas, executioni demandent. (Bordeaux 761, n° 316; Vallic. c 49, n° 334; Bibl. Vatic. 6735, n° 21; Bibl. Nat. 4311, n° 29; Bibl. Vatic. 3977, n° 435; Bibl. Nat. 4043, n° 343.)

« *Dilectis filiis bajulo, baronibus et nobilibus regni Cipri.* Inextimabilis superni consilii —. »

### 2838

Regi Anglorum significat se turbationes regni Angliae vituperare eidemque regi auxilium apostolicum nunquam defuturum esse. (Bordeaux 761, n° 317; Vallic. c 49 n° 8; Bibl. Vatic. 6735 n° 22; Bibl. Nat. 4311, n° 305; Bibl. Vatic. 3977 n° 436; Bibl. Nat. 4043 n° 344.)

« *Regi Anglorum illustri.* Paterna graviter commota sunt viscera, surgentis immo resurgentis potius in regno tuo fremitu gravis turbationis audito. Audivimus enim quod, cum silentibus comminationum fluctibus per quas predicti regni status fluctuasse aliquandiu videbatur, tibi et eidem regno amenitas quietis applauderet, flavit spiritus procellarum et tranquillitatis applausus in subitam transiit tempestatem. Multorum siquidem corda hujusmodi flatus exagitat, que commota populum commovent, regnum turbant, regali excellentie detrahunt, quietem, ut cetera que tamen vulgi divulgat opinio, taceamus, suo domino interdicunt et suis. Ceterum, licet ad nos super hiis nichil certum et maxime regina insinuatione pervenerit, nos tamen caritas paterna sollicitat ut de te, carissimo et devotissimo nostro et ecclesie Romane filio, prole inclita et christianissimo regno tuis sollicite cogitantes, si quid contra hec insurgere sentimus, adversi ei protinus totis conatibus adversemur, illud, divina fulti potentia, pro viribus convertentes ad bonum vel comoditate captata, prout decet et expedit, subvertentes. Et ideo super predictis, que sola nobis patefecit adhuc incerta relatio, serenitati regie promptis affectibus in auxilium exurgere cupientes, te ad nos in omni securitate recurrere volumus, parati salubre super hiis, prout Dominus dederit, remedium adhibere.

Tu vero, fili carissime, confide in Domino et in ipsius omnipotentia confortare. Speramus enim quod, cum tibi, sicut de te habet fama laudabilis, non dominetur iniquitas, iniquitas non nocebit. Speramus quod ille qui mari terminum posuit, ultra quem intumescere non audeant fluctus ejus, contra te vel tuos que nunc imminere dicitur tempestatem invalescere non permittet, sed serenitatis grate successu presentis temporis... [1] terminabit. Nos autem ad omnia que ad tuam et tuorum prosperitatem ac memorati regni tranquillitatem et pacem expedire putabimus, per dilectum filium.., virum utique providum et discretum ac nobis et fratribus nostris merito sue probitatis acceptum, quem propter hoc, de fratrum ipsorum consilio, ad tuam presentiam destinamus et cui te fidem adhibere volumus, [sicut] plenius intelligere poteris, libenter apostolice partes sollicitudinis apponemus. »

### 2839

Nonnullos addit articulos privilegio Militiae s. Jacobi. (Bordeaux 761, n° 318; Vallic. c 49 n° 342; Bibl. Vatic. 6735 n° 34; Bibl. Nat. 4311, n° 44; Bibl. Vatic. 3977 n° 440; Bibl. Nat. 14173, n° 348.)

« *Dilectis filiis magistro et fratribus milicie s. Jacobi.* Insignis ordinis vestri —. Nos itaque ut efficacius in tam

1. Une lacune dans le texte.

sancto proficiatis proposito profectibus vestris libenter intendimus, et ne inter vos vitiorum spine succrescant sed idem ordo flores honoris et honestatis fructus in ubertate producat operose sollicitudinis studium et studiosam operam promptis affectibus adhibemus. Et ideo, cum in privilegio vobis per apostolica[m] sede[m] concesso, contineatur expresse quod locus aliquis ordinetur in quo per singulos annos, in sollempnitate Omnium Sanctorum, generale capitulum teneatur et sit ibi clericorum conventus et prior qui eorum et aliorum clericorum qui de ordine vestro fuerint, curam possit habere ac fratrum, cum necesse fuerit, provideat animabus, presentium auctoritate statuimus ut juxta premissum privilegii tenorem generale capitulum annis singulis celebretur in loco ad hoc per magistrum ipsius ordinis, de consilio et consensu tresdecim fratrum ejusdem ordinis vel majoris partis eorum, qui secundum ipsius privilegii statutum, eidem magistro, cum opus est, in consilio et depositione domus assistere ac curam competenter habere debent ipsum eligendi magistrum, in quolibet capitulo postquam primo convenerit pro anno sequenti de cetero deputando. Quod si forsan dictus magister et fratres in expeditione aliqua pro tuitioné fidei constituti seu alia rationabili vel evidenti causa forsitan prepediti, non possint commode in loco hujusmodi convenire, locus alius ad id per dictum magistrum cum consilio et consensu simili deputetur. Porro cum magister qui fuerit pro tempore, in certis casibus, utpote si perniciosus vel inutilis apparuerit, dicatur posse corrigi ac etiam amoveri, nos magistrum inutilem tunc fore dicimus cum, propter mentis alienationem vel sensuum impedimenta, irrevocabiliter non valet, ut consueverat, utilitatem ordinis provocare, ac illum magistrum esse pernitiosum asserimus qui castra vel hereditates in dispendium ordinis alienat et plus dilapidat ordini quam acquirit, prout in declaratione felicis recordationis Innocentii pape, predecessoris nostri, super hoc edita dicitur contineri et etiam si alias inutilis aut pernitiosus existat. Ad hec, cum in eodem privilegio sit statutum ut, si aliquis ex dictis tresdecim ex hac vita transierit vel pro culpa seu quacumque fuerit occasione mutandus, magister cum consilio reliquorum aut majoris partis alium substituat loco ejus, nos adiciendo duximus statuendum ut ad substitutionem hujusmodi faciendam memoratus magister procedat deinceps cum eorumdem reliquorum aut majoris partis consilio et assensu. Nulli ergo —. »

## 2840

Magistrum ordinis Militiae s. Jacobi hortatur ne invisos habeat fratres ejusdem ordinis qui adversus eum apostolicae sedis auxilium implorarunt. (Bordeaux 761, n° 319; Vallic. c 49 n° 343, Bibl. Vatic. 6735 n° 35; Bibl. Nat. 4311 n° 45; Bibl. Vatic. 3977 n° 441; Bibl. Nat. 14173, n° 349.)

« *Magistro ordinis Militie s. Jacobi.* Sedes apostolica experta frequenter tue sincere devotionis affectum non indigne confidit quod in hiis que religionis debitum exigit et exigencia debite inter religiosos precipue caritatis exposcit, devote ipsius preces adimpleas et in animi promptitudine illius exhortationibus acquiescas. Confidenter itaque pro fratribus tui ordinis sinceritati tue dirigimus paterne commonitionis affatus, attendentes quod, cum benivolum et paternum animum gerere tenearis ad ipsos, dum eis, illos tibi commendando, favorem impendimus, patri filios commendamus. Propter quod, cum quidam ex dictis fratribus per se, nonnulli vero per alios apud sedem eandem ea que spectare putabant ad utilitatem memorati ordinis prosequendo, se tibi duxerint opponendos, devotionem tuam rogamus, monemus et hortamur attente precipiendo mandantes quatenus provide pensans quod hiis que inter te ac ipsos in contradictionem devenerant, nostra quam de fratrum nostrorum consilio nuper edidimus ordinatione sopitis, non decet ex litis prime materia lites insurgere, ob reverentiam ejusdem sedis et nostram, in signum solide caritatis admittas et paterna illos caritate pertractans, eis propter predicta nec obedientie notam impingas nec penam, secundum statuta ejusdem ordinis editam contra inobedientes, imponas, sed ipsos sic habeas in Domino commendatos quod nullum concepisse videaris de paterna turbatione rancorem, nosque proinde tue devotionis promptitudinem dignis in Domino laudibus commendemus. »

## 2841

Rescriptum de lite inter capitulum Remensis ecclesiae et Ottobonum, s. Adriani diaconum cardinalem, archidiaconum Remensem, verteute super jure synodi convocandae, sede Remensi vacante, in favorem archidiaconi editum. (Bordeaux 761, n° 320; Vallic. c 49 n° 347; Bibl. Nat. 4311 n° 51; Potthast 18442.)

« *Judicibus.* Capituli Remensis nova —. »

**2842**

Ordinis s. Clarae regulam confirmat. (Bordeaux 761, n° 321; Vallic. c 49 n° 348; Bibl. Vatic. 6735 n° 39; Bibl. Nat. 4311 n° 52.)

« *Dilectis in Christo filiabus universis abbatissis et monialibus inclusis ordinis s. Clare salutem etc.* Aspirante Domino vota vestra et vias in conspectu suo misericorditer dirigente, vos prudentius attendentes quod transit mundus, transeunt et concupiscentie ejus, decrevistis sub regularis observantia discipline mundum vobis crucifigere et vos mundo ac ejus blandicias repudiando, consultius in castris claustralibus dimicare securius contra hostiles incursus —. Nos autem, decens arbitrantes et congruum ut idem ordo vester qui, ut premittitur, in predicta Clara sue institutionis sumpsit auspicia cujusque, ut firmiter credimus, apud Deum meritis et intercessione protegitur, et apud homines laudibus attollitur et favoribus ampliatur, ejus insigniatur et nomine, ipsum decernimus ordinem s. Clare de cetero uniformiter nominandum, statuentes quod immunitates, libertates, indulgentie et privilegia quecumque vobis seu eidem ordini a prefata sede, sub quacumque nominatione, concessa, nichilominus robur obtineant firmitatis et ita per omnia ipsis uti possitis ac si a principio sub hoc titulo, sub hac dominatione concessa fuissent. Ad hec, cum omnis vera religio et vite institutio approbata certis constet regulis et mensuris, certis etiam constet legibus discipline quicumque religiosam ducere vitam cupit, nisi certam atque rectam conversationis sue regulam disciplinamque vivendi observare studuerit diligenter, eo ipso a rectitudine deviat quo rectitudinis lineas non observat, et ibi deficiendi incurrit periculum ubi per discretionis virtutem certum ac stabile proficiendi collocare neglexerit fundamentum; quapropter, dilecte in Domino filie, virtutum semina que seminator casti consilii seminavit in vobis, ut in obtatum fructum proficiant, debite culture diligentia prosequentes, regulis formisque vivendi et specialiter a felicis recordationis G. papa, predecessore nostro, sub diversitate temporum vobis datis, diligenter inspectis et votis super conservatione ipsarum emissis, debita consideratione pensatis, regulam formamque vivendi presentibus annotatam, vobis et hiis que vobis successerint confirmamus ipsasque vobis concedimus perpetuis temporibus in singulis monasteriis vestri ordinis observandis, ita quod, postquam dictam regulam sollempniter professe fueritis ab aliis regulis, formis vivendi votisque predictis, a quibus vos post factam hujusmodi professionem absolvimus, sitis penitus absolute. »

**2843** Orvieto, 15 octobre 1263.

Universis abbatissis et sororibus inclusis ordinis s. Clarae nunciat se decrevisse ordinem earum ordinem s. Clarae uniformiter nominandum esse et regulam eis a Gregorio IX, predecessore tunc Ostiensi episcopo, datam confirmat. (Bordeaux 761, n° 322; Vallic. c 49, n° 349; Bibl. Vatic. 6735, n° 40; Bibl. Nat. 4311, n° 53; Bibl. Vatic. 3977, n° 442; Bibl. Nat. 14173, n° 350; Potthast 18680.)

« *Universis abbatissis et sororibus inclusis ordinis s. Clare.* Beata Clara clarens —. »

**2844** Orvieto, 24 avril 1263.

Ordinationem de bonis in partibus Campaniae Maritimaeque in manus extraneorum non alienandis declarat ad R., s. Angeli diaconum cardinalem nullatenus spectare. (Bordeaux 761, n° 500.)

« *Urbanus episcopus etc. R., s. Angeli dyacono cardinali.* Romane ecclesie cujus regimini, licet immeriti, a[u]ctore Domino presidemus, indempnitatibus precavere ac prospero ac tranquillo provincie Campanie Maritimeque statui apostolica sollicitudine providere volentes, olim universis baronibus, civibus et generaliter omnibus utriusque sexus Campanie ac Maritime predictarum, unicuique videlicet baroni et baronisse submisse, militi vero et mulieri de militari genere prodeunti, sub quingentarum, singulis autem civibus et aliis quibuscunque utriusque sexus sub trecentarum librarum provenientium penis, auctoritate apostolica districtius duximus inhibendum ne castra, feuda, homines, vassallos, terras, domos, vineas aut possessiones alias seu alia quecumque bona immobilia sive jura ipsorum in partibus earundem Campanie Maritimeque consistentia, alicui vel aliquibus ecclesiasticis secularibusve personis, cujuscunque status, dignitatis, ordinis vel condicionis forent, que non essent de eisdem Campania vel Maritima ac exinde oriunde et que non essent etiam de foro rectoris ejusdem provincie, vendere, distrahere, donare, permutare, locare aut ad censum vel emphiteosim dare aut quocunque modo vel titulo alienare presumerent. Nos enim extunc omnem contractum, si quem contra hujusmodi nostram inhibitionem fieri vel celebrari contingeret irritum penitus, vacuum decrevimus et

inanem ac nullius prorsus existere firmitatis; et nichilominus venerabili fratri nostro episcopo Anagnino, nostris sub certa forma in virtute obedientie districte dedimus litteris in preceptis ut hujusmodi inhibitionem nostram in sua civitate ac in omnibus castris et locis sue dyocesis per se vel per alium seu alios sollempniter publicaret, faciens exinde confici publica instrumenta et nichilominus publicationem hujusmodi singulis diebus dominicis et festivis in ecclesiis earundem civitatis et diocesis faceret innovari, contradictores etc. Idem vero episcopus, sicut accepimus, mandatum nostrum exequens diligenter, inhibitionem et constitutionem hujusmodi sollempniter publicavit.

Nuper autem intellecto quod nobiles viri Johannes Rogerii de Vallemontonis et Petrus Rogerii, ejus nepos, Johannes de Canturano necnon et heredes quondam Tholomei de Vallemontonis et Johannes de Sarmineto, cives Anagnini, contra inhibitionem nostram temere venientes, etiam post ejusdem inhibitionis publicationem, de vassallis, terris, domibus aliisque possessionibus et bonis que habebant in castro Sarmineto, Terracinensis, dyocesis, quendam alienationis contractum contra formam dicte inhibitionis fecerant, propter quod penas incurrerant in eadem inhibitione nostra contentas, nos eidem episcopo in virtute obedientie per alias nostras firmiter precepimus litteras ut contractum hujusmodi cum quacumque persona, ecclesiastica vel seculari, cujuscumque status, dignitatis, ordinis vel condicionis existeret, que non esset de predictis Campania vel Maritima et exinde oriunda, et que non esset de foro rectoris memorate provincie, initum, publice ac sollempniter irritum, vacuum et inanem et nullius existere firmitatis, omnibus predictis nobilibus auctoritate nostra firmiter et districte precipiens ut infra tres dies post preceptum hujusmodi, predictum contractum dissolverent et publice revocarent, non obstantibus quibuslibet penis, obligationibus, juramentis etiam super hoc interpositis, a quibus eos duximus absolvendos, et faceret de revocatione hujusmodi confici publicum instrumentum quod ad nos per suum nuncium destinaret; quod si dicti nobiles ejusdem episcopi, immo potius nostro, non acquiescerent in hac parte precepto, idem episcopus illos ex parte nostra peremptorie citare curaret ut infra octo dies post citationem suam comparerent personaliter coram nobis satisfacturi nobis de pena in quam inciderant et alias nostra super hiis audituri mandata et efficaciter impleturi.

Verum quia, sicut tu nobis exponere curavisti, Johannes Rogerii aliique predicti tecum hujusmodi iniere contractum, tuque vassallorum, terrarum, domorum ac possessionum et bonorum predictorum precio eisdem nobilibus persoluto, antequam ad ipsum episcopum hujusmodi nostre secunde littere pervenissent, possessionem adeptus fueras eorundem, nos hec attente pensantes et considerantes etiam quod nostre intentionis non extitit in hujusmodi generalitate verborum, videlicet *cum quacunque persona ecclesiastica vel seculari, cujuscunque status, dignitatis, ordinis vel condicionis existat*, te vel alium comprehendere cardinalem, tuis supplicationibus inclinati, processum predicti episcopi Anagnini, si quis in hac parte per eum contra nobiles et contractum predictos, per secundas litteras nostras ad eum super hoc directas, est habitus, auctoritate presentium totaliter revocamus, decernentes eosdem nobiles penas in predicta nostra inhibitione contentas, nullatenus incurrisse ipsosque a necessitate veniendi propter hoc ad nostram presentiam, occasione citationis hujusmodi, absolventes. Nulli ergo nostre revocationis, constitutionis et absolutionis etc. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas maii, anno secundo. »

**2845**

Omnium ecclesiarum praelatis nunciat se beatum Riccardum, quondam episcopum Cicestrensem mirabilem, in festo b. Vincentii XI kalendas februarii, sanctorum catalogo adscripsisse eisque mandat ut III nonas aprilis celebriter ejus festa celebrent. (Bordeaux 761, n° 564; Vallic. c 49, n° 274; Bibl. Vatic. 6735, n° 1: Bibl. Nat. 4311, n° 1. Bibl. Vatic. 3977, n° 430; Bibl. Nat. 14173, n° 340; Potthast, 18232.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis etc.* Exultet angelica turba —. »

**2846**

Decano et capitulo Cicestrensibus indulget ut corpus beati Riccardi in locum magis oportunum transferre, ejusdemque translationis diem quotannis celebrare valeant, unum annum omnibus qui hujus translationis et quadraginta dies omnibus qui anniversario die ejusdem translationis festis intererunt de injunctis poenitentiis relaxando. (Bordeaux 761, n° 565; Vallic. c 49, n° 275; Bibl. Vatic. 6735, n° 2; Bibl. Nat. 4311, n° 2; Bibl. Vatic. 3977, n° 431; Bibl. Nat. 14193, n° 340.)

« *Decano et capitulo Cicestrensibus.* Laudabilis et longeve —. »

### 2847

Episcopum Autisiodorensem habet excusatum quod ecclesiam Jerosolimitanam non accepit regendam. (Bordeaux 761, n° 566; Vallic. c 49, n° 276; Bibl. Vatic. 6735, n° 3; Bibl. Nat. 4311, n° 3.)

« *Episcopo Autisiodorensi.* Considerantes ab olim virtutum eminentiam quibus personam tuam, ut inter alios emineres, largitor bonorum omnium largiflue insignivit, et fructus laudabiles quos in amministrationibus, industrie tue commissis, producere solent tui labores et studia frequenti meditatione pensantes, sic illa precordiis nostris impressimus sic et consignata semper habuimus in memorie fideli archivo, quod tandem, licet immeriti ad apicem summi apostolatus assumpti, continuatis ad te necnon auctis continue caritatis affectibus, in votis habuimus, votive desideravimus te ad alta provehere ut, quo altioris gradus statum ascenderes, eo fructificares uberius, eo majora tibi apud Dominum premia comparares eoque pateret latius tuorum claritas meritorum. Hac profecto consideratione inducti, onus illud quod fortes procul dubio exigit humeros, quod nimirum, propter singularem affectum quem ad ecclesiam Jerosolimitanam habemus, nobis incumbere specialius reputamus, tibi decreveramus fiducialiter imponendum, te ad ipsius ecclesie regimen evocando, dignum non immerito reputantes ut tu, qui minora prudenter et fideliter ministraras, super majora constitui letareris et firma[m] spe[m] fiducia[m]que tenentes quod securius ad altiora conscendens, qui te in paulo minoribus reddideras multipliciter approbatum, sic ecclesie memorate preesses quod ei ac toti Terre Sancte, quam Unigenitus Dei filius Jhesus Christus sua illustravit presentia, suo proprio Sanguine consecravit, per virilia opera et laudabilia exempla prodesses, et quo magis peculiarem ipsius agrum excoleres, eo graviores sibi manipulos fructuose messis afferres, apud eum futurus exinde gratior et majores apud homines laudis titulos habiturus. Licet autem nos ad hujusmodi vocationem induxerit paterne quam ad te gerimus dilectionis affectus, licet ad id ecclesie ac terre predictarum comoda, que plenis desideramus affectibus, invitarint, quia tamen personam tuam onerare non intendimus sed, quantum cum Deo possumus, proponimus honorare, admissis excusationibus quas misse nobis tue littere continebant, te super premissis habemus, licet inviti, juxta tue supplicationis instantiam, excusatum. Sane ad te concepte dilectionis constantiam non imminutam in aliquo nichilominus conservantes, volumus ut cum tuis et ecclesie tue negotiis nos prompta securitate requiras, promptitudinem gratie, quantum decuerit et licuerit, percepturus. »

### 2848

Archiepiscopo Ravennati mandat ut Bononiam se transferens de nece sacristae Bononiensis, horribiliter trucidati, inquirat. (Bordeaux 761, n° 567; Vallic. c 49, n° 277; Bibl. Vatic. 6735, n° 4; Bibl. Nat. 4311, n° 4.)

« *Archiepiscopo Ravennati.* Horrendum scelus execrabile —. »

### 2849

Resignationem praebendae ecclesiae Remensis a Wiscardo de Castello, canonico Remensi, porrectam accipere recusat. (Bordeaux 761, n° 568; Vallic. c 49, n° 278; Bibl. Vatic. 6735 n° 5; Bibl. Nat. 4311, n° 5)

« *Dilecto filio Wiscardo*[1] *de Castello, canonico Remensi*[2]. Tue laudabilis conversationis —. »

### 2850

Regi Castellae ac Legionis per magistrum R., notarium suum, exposcenti ut ad imperii Romani fastigium a papa evocetur ejusdemque coronam ex istius manibus suscipiat, rescribit perplexam admodum atque involutam causae aequitatem, cum ex adverso Riccardus, comes Cornubiae, imperium sibi deberi contendat, nec summo in eum amori ita indulgere sibi non licere ut inflexam justitiae lancem non teneat; atque adeo de utriusque jure diligentius se cogniturum, « praesertim cum tam sui quam prefati comitis nuncii apud sedem apostolicam constituti, se velle in hoc ipsius sedis subire judicium frequenter duxerint proponendum. » Dictum itaque magistrum, ad regem redeuntem, ei commendat. (Bordeaux 761, n° 569; Vallic. c 49, n° 2; Bibl. Vat. 6735, n° 9; Bibl. Nat. 4311, n° 9; Bibl. Vatic. 3977, n° 433; Bibl. Nat. 14173, n° 341; Potthast 18272.)

« *Illustri regi Castelle ac Legionis.* Cesserunt nobis ad —. »

1. Le ms. Bordeaux 761 porte *Wigardo.*
2. Le ms. Vatic. 6735 porte *Bonnoniensi.*

**2851**

Alfonso, comiti Pictavensi, gratias agit de litteris quibus bona papae, nuper in pontificem electo, auspicatus erat. Fratrem Philippum de Clyst, generalem magistrum Hospitalis in Francia, qui Alfonsi litteras praesentaverat, eidem confirmat. (Bordeaux 761, n° 570; Vallic. c 49 n° 280; Bibl. Vatic 6735, n° 11; Bibl. Nat. 4311, n° 11.)

« *Alfonso, comiti Pictavensi et Tholosano.* Misse nobis tue —. »

**2852**

Philippi, regis Francorum primogeniti, laudat modestiam et humilitatem. (Bordeaux 761, n° 571; Vallic. c 49, n° 281; Bibl. Vat. 6735, n° 12; Bibl. Nat. 4311, n° 12; Potthast, 19027.)

« *Dilecto filio Philippo, primogenito carissimi in Christo filii nostri illustris regis Francie.* Dilectus filius magister —. »

**2853**

Duci Burgundiae gratias agit quod ipsi, in pontificem noviter electo, bona auspicatus est cumque hortatur ut, quanquam electio Eduensis cantoris in Cabilonensem episcopum admitti non potuerit, magistrum Theobaldum Cabilonensi ecclesiae auctoritate apostolica praefectum, benigne admittat. (Bordeaux 761, n° 572; Vallic. c 49, n° 283; Bibl. Vatic. 6735, n° 13; Bibl. Nat. 4311, n° 13.)

« *Dilecto filio nobili viro duci Burgundie.* Magne devotionis et sinceritatis affectum, oportunis temporibus evidentium operum exhibitione comprobatum, quem ad predecessores nostros et Romanam ecclesiam dinosceris habuisse, missarum nobis tuarum litterarum series reseravit eundemque ad nos continuandum successivis augmentis eo gratius obtulit quo gratiosius affectionis tue promptitudinem presentavit, adiciens tanto te majorem concepisse de nostra promotione letitiam quanto plenius ex hoc resultare dicebat gloriam patrie ac laudes ejus qui miraculosus actor extitit promotionis ipsius. Sane, fili carissime, recognoscimus virtutum Dominum, qui preter spem et merita nostra sue dextere immutatione mirabili humilem exaltavit, servum constituit dominum, nos ad universalis ecclesie regimen evocando, in hujusmodi nostra promotione mirabilem extitisse. Fatemur ipsi cujus mira sunt opera de dignatione sua circa promotionem eandem laudes in corde contrito et humiliato spiritu decantandas. Sed, dum humilitatem nostram attendimus, dum defectus proprios meditamur, non presuminus nostre originis patrie in hoc gloriam vel honorem ascribere sed imploramus ipsius promotionis actorem ut ipse qui cepit, ipse perficiat, et nobis operi manuum suarum porrigens dexteram, de habundanti sua pietate concedat sic assumptum officium gerere ut salus inde nostra populique nobis commissi proveniat et gloria nomini suo detur et te in hoc devotionis affectu, in hac sinceritate fidei per tempora diuturna conservet. Habet namque in te mater ecclesia gaudii de preteritorum commemoratione materiam, habet et securitatis de futurorum oblatione fiduciam, habet et Christi vicarius ac Petri successor unde plaudat manibus, habet unde apud salutis auctorem in exultationis voce jubilet et dicat exultans : « pro patribus quos ad fulcimentum fidei, defensionem ecclesie, inimicorum ipsius propulsationem, tuitionem ecclesiasticorum jurium ultramontana regio ab antiquo produxit, incliti nati sunt filii et in hiis et in aliis virtuosis operibus suis parentibus non immemores, successores non hereditatum solummodo sed virtutum. » Quorum numero eo magis te, tuis exigentibus meritis, adnumerari gaudemus eoque amplius ipsorum cathalogo te communi testimonio letamur ascribi quo majora et promptiora subsidia, cum tempus exposceret, de magnitudinis tue potentia, de grate nobis et accepte tue oblationis liberalitate speramus, super qua sinceritati tue grates uberes referentes, volumus te ad apostolici sedis gratiam eo promptiori securitate recurrere quo plenius ipsius benivolentia tuis debetur meritis et quo ipsa tibi per continuate devotionis studia uberius vendicasti.

Ceterum prudentie tue mansuetudo moleste non ferat quod preces vestras pro dilecto filio . . Eduensi cantore, capellano nostro, porrectas, quas profecto benigne recepimus, ad exauditionis introduci gratiam rigor justitie non permisit. Quanquam enim supra jus positi, simus a jure soluti, scimus tamen eo magis nos observationi justitie apud Deum obligatos quo de majori potestate recepta tenemur reddere rationem. Nec grave reputes quod, electione in ecclesia Cabilonensi celebrata de dicto cantore, justitia exigente, cassata, eidem cantori de ipsa ecclesia gratiam fieri, licet ad id nos tuarum precum consideratio quamplurimum invitaret, sedis apostolice consueta observantia non est passa, cum non soleat eadem sedes in hujusmodi casibus de altero contendentium providere. Preces igitur tuas quas sacrario nostre mentis impressimus, ut eas in gratiosum et gratum tibi, cum locus affuerit,

perducamus effectum, omissas non extimans sed admissas, venerabilem fratrem nostrum Thebaldum, quem de fratrum nostrorum consilio eidem ecclesie Cabilonensi prefecimus, [quemque consideratione] sue probitatis ac antique familiaritatis que ipsum nobis reddunt acceptum, carum habemus, ob reverentiam apostolice sedis et nostram, sic gratiose prosequi, sic eum et ecclesiam sibi commissam fovere studeas ipsique favere quod ex mensura favoris eidem ad nostras preces exhibiti metiamur quanto uberius quantoque ferventius in ecclesie Romane negociis apponeres tue grandis virtutis auxilium et exponeres tuorum jurium et potentie magnificam facultatem, nosque reddamur exinde ad tua beneplacita promptiores. »

## 2854

Petrum de Sabaudia hortatur ut a molestiis episcopo et ecclesiae Sedunensibus illatis desistat. (Bordeaux 761, n° 573; Vallic. c 49 n° 284; Bibl. Vatic. 6735, n° 14; Bibl. Nat. 4311, n° 14.)

« *Dilecto filio nobili viro Petro de Sabaudia.* Missa nobis nuper tua epistola devotione plena verbisque succincta grata nimirum nostris occurrit aspectibus in relatione gaudii de nostra promotione concepti, sinceritatem tui generis ad Romanam ecclesiam delectabili repetitione commemorans et promptitudinem tui obsequii nobis et eidem ecclesie liberali oblatione presentans, super quibus magnitudini tue grates non indebitas referentes, et oblationem acceptam habemus et acceptamus oblatam, illa cum locus adesset, usuri tanto securius quanto id promptius consideramus offerri. Ceterum, quia salutem tuam plenis zelamus affectibus, quia incrementa tui desideramus honoris, amare profecto dolemus cum de te illa nos audire contingit que vel esse tue impedimento saluti vel tui nominis possent inficere claritatem. Et ideo non sine multa turbatione mentis audivimus quod tu, relegata, sicut fertur, antiqua tui generis bonitate ac predecessorum tuorum et tuis, quod dolentes referimus, laudabilibus semitis derelictis, venerabilem fratrem nostrum episcopum et ecclesiam Sedunenses gravibus afflixisti molestiis, injuriis et dampnis innumeris oppressisti, eorum bona, quibusdam ab eodem episcopo fictitie permutationis velamentis ex[t]ortis, occupando et occupata detinendo pro tue libito voluntatis. Quare nobilitatem tuam monemus, rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatenus, diligenter attendens quod ille cujus tremendum judicium expectamus, quanquam sit fortis et patiens, quanquam sit misericordiarum pater, est tamen judex justus, est etiam Deus ultionum et quo vindictam differt benignius, eo punit acerbius dies suos finientes in malo, ac provide pensans quantum famam tuam dedeceat te Crucifixi patrimonium, quod tui progenitores incliti ampliare munificis largitionibus studuerunt, tam iniquis occupationibus usurpare, ne tui generis successor degener prediceris, sic studeas errata corrigere, sic quod reprehensibiliter actum dicitur in hac parte, laudabiliter emendare festines quod iratum non experiaris judicem, quem benignum patrem sic agendo contempnere comprobaris, sed reconciliatus ad plenum Domino Deo tuo, integritatem tibi grate fame conserves, nosque, qui tuis libenter, nisi per te steterit, profectibus intendimus, ad ea que tibi expediant, exaudienda ferventius invitemur. »

## 2855

Ludovico, regi Francorum, scribit ejus puritatis constantiam papam et fratres suos immensa nimium jucunditate perfudisse eique summas tribuit laudes quod, licet ad regni sui quasi partes ultimas accessisset pro matrimonio inter Philippum, primogenitum suum, et filiam regis Aragonum contrahendo, comperto tamen quod idem rex filiam Manfredi, quondam principis Tarentini, persecutoris ecclesiae, primogenito suo matrimonialiter copularat, omnino ab ipsius matrimonii destitit. (Bordeaux 761, n° 575; Vallic. c 49, n° 5; Bibl. Nat. 4311, n° 17; Potthast 18402.)

« *Regi Francorum illustri.* Nuper de Viterbio —. »

## 2856

Decano Laudunensi decanatum quem Guillelmus, tituli s. Marci presbiter cardinalis, in ecclesia Laudunensi obtinuerat et libere ad votum papae resignaverat, confert. (Bordeaux 761, n° 576; Vallic. c 49, n° 290; Bibl. Nat. 4311, n° 22; Potthast 18756.)

« *Decano Laudunensi.* Memores uberum Laudunensis —. »

## 2857

Ludovico, regi Francorum, significat se omnibus vere poenitentibus et confessis qui pro eo divinam misericordiam implorabunt, singulis diebus quibus apud Deum hujusmodi oratio-

nes effuderint, indulgentiam viginti dierum largiri. (Vallic. c 49 n° 1; Bibl. Vatic. 6735, n° 6; Bibl. Nat. 4311, n° 6; Potthast 18196.)

« *Illustri regi Francorum.* Serenitatis regie vota —. »

2858

Magistro domus Militiae Templi Jerosolimitani mandat ut ejusdem domus marescallum scandalosum officio destituet. (Vallic. c 49, n° 285; Bibl. Nat. 4311, n° 17.)

« *Magistro domus Militie Templi Jerosolimitani.* Paternum ad te —. »

2859*

De impositione centesimae in eorum provinciis. (Vallic. c 49, n° 335; Bibl. Vatic. 6735, n° 23; Bibl. Nat. 4311, n° 31; Bibl. Vatic. 3977, n° 437; Bibl. Nat. 14173, n° 345.)

« *Venerabilibus fratribus .. archiepiscopo Remensi et ejus suffraganeis.* Unigenitus Dei filius —. »

In e. m. Senonensi et ejus suffraganeis.
In e. m. Bituricensi et ejus suffraganeis.

2860 Orvieto, 23 juillet 1263.

Silvensem et Abulensem episcopos, magistros Johannem, archidiaconum Compostellanum et Radulfum de Podio-Bonizi, oratores ad papam missos a rege Castellae ad negotium imperii prosequendum, ad eumdem regem commendatos remittit. (Vallic. c 49 n° 10; Bibl. Vatic. 6735, n° 26; Bibl. Nat. 4311, n° 34; Bibl. Vatic. 3977, n° 438; Bibl. Nat. 14173, n° 346.)

« *Carissimo in Christo filio .. regi Castelle ac Legionis illustri.* Venerabilium fratrum nostrorum —. Datum apud Urbemveterem, x kalendas augusti, pontificatus nostri anno secundo. »

2861

Lucanos ad constantiam confirmat ne eorum susurris subornari se patiantur qui ipsos in Manfredi, quondam principis Tarentini, partes student dolo pellicere ut miserae eosdem mancipent servituti. (Vallic. c 49, n° 338; Bibl. Vat. 6735, n° 30; Bibl. Nat. 4311, n° 39; Bibl. Vatic. 3977 n° 439; Bibl. Nat. 14173, n° 347; Potthast 18753.)

« *Potestati, consilio et communi Lucanis.* Cum sit malitia —. »

2862

Praeposito Mantuano mandat ut Lucam deferat epistolam qua Lucanos ad constantiam erigit. (Vallic. c 49, n° 339; Bibl. Nat. 4311, n° 40.)

« *Dilecto filio .. preposito Mantuano, capellano nostro.* Dilectis filiis potestati, consilio et communi Lucanis super hiis que in partibus illis noviter acciderunt, litteras nostras tenoris quem cedula continet interclusa dirigimus per te, prout expedire videris, presentandas eisdem, presentium tibi auctoritate mandantes quatenus cum omni solicitudine studeas eos in fidei solite constancia confortare, pro posse sollicitam opem et operam prebiturus ne vel fautorum ipsius Manfredi fraudulenta suggestio ipsos a nostra et ecclesie devotione subducat. Ceterum, si forsan aliquis tractatus pacis inter eosdem Lucanos et Pisanos occurrat quem, consideratis circumstantiis, putare possis honori ecclesie utilem et Lucanis ipsis fore salubrem, ad ejus executionem tue sollicitudinis partes interpone, statum civitatis Lucane et dilecti filii magistri G., notarii nostri et in partibus illis Tuscie et Romandiole legati, nobis tuis litteris relaturus. »

2863

Archiepiscopum Coloniensem a juramento ipsi per vim a Coloniensibus rebellibus extorto, absolvit. (Vallic. c 49, n° 344; Bibl. Nat. 4311, n° 46; Potthast 18818.)

« *Archiepiscopo Coloniensi.* Coloniensium civium nimis —. »

2864

Episcopum Leodiensem ac plures alios qui circa liberationem archiepiscopi Coloniensis labores impenderant, absolvit a praestitis pro eodem liberando juramentis. (Vallic. c 49, n° 345; Bibl. Nat. 4311, n° 47; Potthast 18819.)

« *Episcopo Leodiensi.* Coloniensium civium etc. — »

2865

Magistros et fratres Templi Jerosolimitani hortatur ut de

creando Americo Franciae praeceptore regis Francorum vota obsecundent. (Vallic. c 49, n° 346 ; Bibl. Vatic. 6735, n° 36 ; Bibl. Nat. 4311, n° 48; Potthast 18888.)

« *Magistro et conventui domus Militie Templi Jerosolimitani.* Habet universalis ecclesia —. »

**2866**

Patriarcham Jerosolimitanum de eodem ac supra significat negotio. (Bibl. Vatic. 6735, n^os^ 37 et 38 ; Bibl. Nat. 4311, n^os^ 49 et 50.)

« *Patriarche Jerosolimitano.* Habet universalis ecclesia —. »

**2867**

Potestatem, consilium et commune Interampnenses ecclesiae Romanae reconciliat. (Vallic. c 49, n° 350 ; Arch. Vatic. Reg. 29 a n° 9 ; Bibl. Vatic. 6735, n° 41 ; Bibl. Nat. 4311, n° 54 ; Bibl. Vatic. 3977, n° 9 ; Bibl. Nat. 14173, n° 9 ; Bibl. Nat. 4043, n° 8.)

« *Potestati, consilio et communi Interampnensibus.* Cum sit amor —. »

**2868** [1]

Olaonem, regem Tartarorum, hortatur ut veritatem fidei christianae agnoscat. (Vallic. c 49, n° 17 ; Bibl. Vatic. 6735 n° 42 ; Bibl. Nat. 4311, n° 56; Bibl. Vatic. 3977, n° 10 ; Bibl. Nat. 14173, n° 10; Bibl. Nat. 4043, n° 11.)

« *Olaoni, regi Tartarorum illustri, gratiam in presenti que perducat ad gloriam in futuro.* Exultavit cor nostrum —. »

1. Cette lettre semble être le commencement de la lettre publiée plus haut au n° 2815.

## VACANCE DU SIÈGE APOSTOLIQUE

1264.

**2869**

Infrascripti cardinales increpant Senenses, Manfredi fautores quod, dum ecclesia ad suam et totius mundi provisionem necessariam enititur et pro generalis pastoris substitutione laborat, eam ad alia tractanda distrahunt et tam necessarios ipsius conatus quam periculosissime impediunt, impugnando patrimonium ejus in Tuscia et civitatem Urbevetanam. (Bordeaux 761, n° 206; Arch. Vatic. Reg. 29 a n° 131. Vallic. c 49, n° 351; Bibl. Vatic. 6735, n° 43; Bibl. Nat. 4311, n° 57; Bibl. Vatic. 3977, n° 209; Bibl. Nat. 14173, n° 212; Potthast 19033.)

« *Miseratione divina . . episcopi, . . presbiteri, et . . diaconi sacrosancte Romane ecclesie cardinales potestati, consilio et communi Senensibus, spiritum consilii sanioris.* Queritur mater ecclesia —. »

# APPENDICE II

---

**2870** Viterbe, 28 septembre 1261.

Archiepiscopo Narbonensi mandat inquirat de excessibus enormibus ab episcopo Ruthenensi commissis, secundum ipsi archiepiscopo missas ab Alexandro papa IV litteras. (Arch. du Cher. *Cartul. de l'Archevêché*, n° 191, p. 448.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . archiepiscopo Narbonensi, salutem et apostolicam benedictionem.* Felicis recordationis Alexander —. Datum Viterbii, v kalendas octobris, pontificatus nostri anno primo [1]. »

**2871** Viterbe, 5 octobre 1261.

Abbatissae et conventui monasterii s. Petri de Vineis prope Anagniam, ordinis s. Damiani, mandat obediant et intendant episcopo Anagnino. (Arch. Capit. d'Anagni, I, 40.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus . . abbatisse et conventui monasterii s. Petri de Vineis prope Anagniam, ordinis s. Damiani, salutem et apostolicam benedictionem* Presentium auctoritate in virtute obedientie firmiter precipiendo mandamus quatinus venerabili fratri nostro... episcopo Anagnino super hiis obediatis et intendatis humiliter et devote que in litteris quas sibi propter hec mittimus continentur, qualibet indulgentia sedis apostolice non obstante. Datum Viterbii, III nonas octobris, pontificatus nostri anno primo. »

1. Cf. plus bas une commission semblable donnée à l'évêque de Mende le 7 février 1262.

**2872** Viterbe, 18 octobre 1261.

Litteræ credentiales mittuntur episcopo Reatino pro Tudino de Rogia, ostiario apostolico. (Arch. Capit. de Rieti, AI, Fe, n° 4.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri. . episcopo Reatino, salutem et apostolicam benedictionem.* Volumus et presentium tibi auctoritate mandamus quatenus dilecto filio Tudino de Rogia, hostiario nostro, latori presentiam, super hiis que circa ecclesie Romane negocia tibi ex parte nostra retulerit, indubitatam fiduciam adhibens, ea sine difficultate ac tarditate qualibet exequaris, ita quod per hoc de sollicitudine ac devotione te merito commendemus. Datum Viterbii, XV kalendas novembris, pontificatus nostri anno primo. »

**2873** Viterbe, 28 octobre 1261.

Abbati monasterii s. Pastoris, Cisterciensis ordinis, Reatinae diocesis, mandat dividat mensam episcopalem a mensa capituli Reatini juxta litteras Gregorii papae IX, mandato magistri de Pennis, scriptoris apostolici, non obstante. (Arch. Capit. de Rieti, A 4, Fd n° 6.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio abbati monasterii s. Pastoris, Cisterciensis ordinis, Reatine diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Significarunt nobis venerabilis frater noster . . episcopus et dilecti filii capitulum Reatini quod, licet pie memorie Gregorius papa, predecessor noster, volens tranquillitati Reatini episcopi qui esset pro tempore, ac etiam capituli ecclesie Reatine extunc in posterum providere, mensam episcopalem a mensa ipsius capituli deliberatione pia et provida divisisset ac inter alia ordinasset ut de omnibus bonis ecclesie Reatine, que tunc pro indiviso episcopus et capitulum ipsius ecclesie possidebant, episcopus perciperet quartam partem, tribus partibus capitulo reservatis, ac mense et bona hujusmodi stetissent diu ab invicem separata, procurante tamen, sicut creditur, quodam emulo civitatis Reatine, dilectus filius magister de Pennis, scriptor noster, ad ecclesiam ipsam se personaliter conferens ac reducens de mandato et auctoritate felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, bona predicta que sic divisa fuerant, in commune, prefatis episcopo et capitulo, ex parte predecessoris ipsius, inter alia demandavit ut perpetuo simul comedere et conversari deberent, in contradictores excommunicationis sententiam promulgando. Propter quod eodem episcopo ad sedem apostolicam ex causis legitimis appellante, tam ipse quam dicti capitulum primo ad ipsius Alexandri pape, predecessoris nostri, et postmodum ad nostram providentiam recurrerunt, humiliter supplicantes ut, cum ipsi pro eo quod mandatum hujusmodi comode servare non possunt, frequenter in predictam excommunicationis sententiam incidant, ac tum propter hoc tum etiam propter communionem hujusmodi mense quandoque inter eos grave scandalum sit exortum ac oriri gravius timeant, non sine periculo animarum, subvenire in hac parte sibi de salubri remedio curaremus. Nos itaque, predictorum episcopi et capituli supplicationibus annuentes, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si tibi constiterit quod ordinatio supradicti Gregorii, predecessoris nostri, super divisione hujusmodi edita sit ad tranquillitatem et pacem episcopi et capituli predictorum, ac mandatum scriptoris ipsius in dispendium et scandalum vergat ipsorum, eos et mensam eandem ad statum pristinum, juxta ordinationem ipsam auctoritate nostra reducens, hujusmodi mandatum et sententiam prefati scriptoris revoces et relaxes ita quod dicti episcopus et capitulum ac successores eorum ad observationem dictorum mandati et sententie minime teneantur. Volumus tamen quod iidem capitulum, juxta ordinationem ipsam supradicti Gregorii, predecessoris nostri, simul comedant ac idem episcopus in hujusmodi mensa communi aliquando ex quadam comedat honestate. Datum Viterbii, v kalendas novembris, pontificatus nostri anno primo. »[1] (*Bulle.*)

**2874** Viterbe, 21 novembre 1261.

Indulgentiae conceduntur omnibus capellam visitantibus quam rex Francorum in domibus regiis de Corbolio, Parisiensis diocesis aedificari jussit. (Arch. nat. L 254, n° 1.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio . . regi Francie illustri, salutem et apostolicam benedictionem.* Licet is de cujus —. Cum igitur, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, in domibus regiis de Corbolio, Parisiensis diocesis, capellam miri operis [sumptibus] propriis fundaveris et dotaris, ipsamque proponas in proximo facere consecrari, nos, cupientes ut eadem capella congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad capellam ipsam in die quo dedicabitur et per octo die (*sic*) immediate sequentes devote accesserint, tres annos et tres quadragenas, accedentibus vero annuatim ad eandem in anniversario die dedicationis ipsius, unum annum, euntibus autem illuc infra octo dies post ipsum anniversarium diem proximo sequentes centum dies de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, de injunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Datum Viterbii, xi kalendas decembris, pontificatus nostri anno primo. »

**2875** Viterbe, 29 novembre 1261.

Templariis indulget ut sine contradictione episcopi praesentare valeant clericos qui ecclesiis ad ipsorum militiam spectantibus inserviant, dummodo hospitalitas observetur et de juribus episcopalibus diocesanis episcopis integre satisfiat. (Arch. des Bouches-du-Rhone, fonds du Temple, liasse 6.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis . . magistro et fratribus domus Militie Templi Jerosolimitani, salutem et apostolicam benedictionem.* Justis petentium desideriis —. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis quod, cum vos ad ecclesias ad vos

1. Cette bulle est accompagnée de la lettre par laquelle l'abbé de S. Pastor rend compte de sa mission.

Cette bulle se trouve aussi dans les Constitutions du Chapitre, conservées aux mêmes archives.

spectantes, cum eas vacare contingit, interdum fratres vestri ordinis plerumque vero idoneos clericos seculares, qui vobiscum in vestris domibus commorantes, in mensa vestra comedant et dormiant in vestro dormitorio, diocesanis episcopis, prout ad vos pertinet, presentetis, quidam ipsorum eos admittere pro sue voluntatis arbitrio contradicunt, nisi tantum eis de ipsarum proventibus assignetur quod sibi et suis, extra domos vestras morantibus, plene sufficiat ut hospitalitatem observent et de juribus episcopalibus diocesanis episcopis integre studeant respondere, quanquam vos hospitalitatem servetis ac illis de ipsis juribus sitis respondere parati. Quare fuit pro vobis humiliter supplicatum ut, cum propter hoc eedem ecclesie debitis obsequiis defraudentur et vobis magnum immineat detrimentum, providere super hiis misericorditer dignaremur. Vestris igitur supplicationibus benignum impertientes assensum, presentium vobis auctoritate concedimus ut hujusmodi personas idoneas prefatis diocesanis, quos in personas ipsas illam jurisdictionem habere volumus quam habent in alios rectores ecclesiarum suarum civitatum et diocesium, ad easdem ecclesias vobis liceat presentare, dummodo dicte ecclesie nullum defectum in divinis officiis patiantur et de premissis juribus faciatis locorum episcopis plenarie responderi. Nulli ergo —. Si quis —. Datum Viterbii, III kalendas decembris, pontificatus nostri anno primo. »

**2876** Viterbe, 1er décembre 1261.

Abbati Cistercii ejusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis sua jura et immunitates confirmat. (ARCH. DU CALVADOS, H 681; POTTHAST 18167.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis. . abbati Cistercii, ejusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum a nobis —. Datum Viterbii, kalendis decembris, pontificatus nostri anno primo. »

**2877** Viterbe, 6 décembre 1261.

Privilegium pro ordine Praemonstratensi. (ARCH. du CALVADOS, H 4. POTTHAST 18179.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis abbatibus, prepositis, prioribus Premonstratensis ordinis, salutem et apostolicam benedictionem.* Quia igitur vos —. Datum Viterbii, VIII idus decembris, pontificatus nostri anno primo. »

**2878** Viterbe, 12 décembre 1261.

Auximanos hortatur ut ad devotionem Romanae ecclesiae redeant. (ARCH. MUNICIPALES D'OSIMO. *Pergamene* n° 35.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei. . potestati. . . capitaneo, consilio et communi Ausimanis spiritum consilii sanioris.* Navicule Petri quam nobis, licet indignis, omnipotens Deus committere voluit, suscepto regimine, priusquam ejus de litoribus fune soluto, sinuosa illius vela ventis explicata traderemus, mens nostra consilio propenso disposuit sic tumidos guerrarum et discordie fluctus, quibus mare hujus seculi ubique ac presertim in partibus Italie, irruentibus ventis a regione deserti illudque concutientibus, estuans, illo nobis cooperante qui mari et ventis imperat et statuit procellas in auras australis pacis et concordie levitate substernere, ut cum in altum ipsius seculi pelagus eadem navicula nostra fuerit, auctore Domino, gubernatione perducta, sedatis undique procellosis turbinibus, placida et quieta possit equora officiosa remorum repercussione sulcare ac ad portum salutis, suavis flaminis aura ipsius reverberante lintea, feliciter pervenire.

Hujusmodi autem salubris intentionis nostre propositum noster animus non sine divina inspiratione concepit, cupientes ad vos et alios Marchie Anchonitane populos, quos a fidelitate ac devotione Romane matris ecclesie quedam quasi levitas mentium aliquorum, forsitan duro regimine provocata et exasperata, subduxit, in hujus nostre novitatis initio eo attentiori et propensiori convertere studio, quo clariori et fermiori certitudine tenemus et novimus marchiam eandem principalius et peculiarius ad eandem pertinere ecclesiam, vosque specialius et plenius ipsi ecclesie ejusque temporali dominio subjacere. Nam licet erga prefatam ecclesiam, vestram matrem et dominam, usi fueritis hactenus et utamini duritia privignorum, quia tamen tenera matris affectio de duris etiam filiis eam cogitare compellit, cum nunquam genitrix possit natorum suorum excessibus provocari quin ipsa, nativi federis unione constricta, de illis semper velud timens et pervigil meditetur, dignum fore providimus ad conversionem vestram primitiva nostre sollicitudinis studia derivare ac laborare constanter ad hoc ut, relicta perditionis via qua periculose inceditis, ad salutis et rectitudinis tramitem tute ac celeriter redeatis. Et quidem nostis quod apostolica sedes circa prosperum et felicem statum dicte Marchie, sub diversitate temporum, adhibuit quam potuit opem et operam efficacem nec ignoratis quot persecutiones, quot vexationes, quot molestias et pressuras, occasione Marchie ipsius, eadem ecclesia

pertulit, et quot labores quotque sumptus inextimabiles pro ejus defensione Romani pontifices, predecessores nostri, qui fuere pro tempore, subierunt. Et licet predicta sedes frequenter pro illa, persecutorum invalescente tyrampnide, duras et asperas adversitatum persenserit punctiones, nunquam tamen ab ejusdem Marchie defensione suique profectus prosecutione cessavit, sed velud tenera mater et diligens, pro ipsius populo semper stetit et obfirmavit vultum adversus pestilentie principes qui conati sunt illam ab ipsius sedis fidelitate subtrahere sueque subdere servituti.

Cum igitur horum omnium notitiam habeatis, non indigne miramur quod vos, ad predictam sedem devotionem debitam non habentes neque recognoscentes beneficia vobis ab illa collata, suave ipsius jugum onusque leve, non sine ingratitudinis et inconstantie nota, impudenter et imprudenter effugere ac aspero persecutorum ejus dominio voluntarie colla submittere presumpsistis, nequaquam considerantes quod viperea persecutorum ipsorum generatio subjectos sibi populos cedere scorpionibus ac in luto affligere consuevit. Nam si olim, secularium principum cesarea vos artante potentia, nonnunquam ab ipsius sedis devotione duxeritis divertendum, vis et metus qui cadere poterat in constantes, vos super hoc reddere potuit forsitan in aliquo excusatos. Sed nunc cum, operante Regis eterni clementia que curvat imperia, potentatus persequentium imperatorum et principum cessaverunt, nec est qui possit vos violenter invitos sub sua servitute tenere, ad nulla excusationis suffragia poteritis habere recursum, si voluntarie adversario ecclesie ulterius adherendo, non curaveritis ad sinum ipsius ecclesie qui nunquam clauditur ad illam redeuntibus, cum omni humilitate redire ac offerre sibi penitentie munera et contriti cordis ac humiliati spiritus holocausta. Verum, quia regiminis asperitas qua vos forte aliqui quibus erat tunc Marchia eadem a dicta sede commissa, injustis vos vexabant occasionibus et indebitis exactionibus molestabant, causam vobis rebellionis hujusmodi dicitur prebuisse, cum tamen nulle tribulationum aque vestram erga prefatam ecclesiam debuissent extinguere caritatem, nos, conjicientes ex preteritis qualiter agi debeat in futuris ac volentes vobis in hac parte specialiter providere, tali persone ecclesiastice curam et regimen ipsius Marchie duximus committendam cujus fidei firmitatem in multis arduis jam probatam prefata ecclesia experimento cognovit et que vos in omni benignitate ac humanitate tractabit scietque Marchiam ipsam lucidis justitie ac pacis operibus, que potissime requiruntur in preside. auctore Domino, feliciter gubernare.

Ideoque universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente ac obsecramur per aspersionem sanguinis Jhesu Christi, per apostolica vobis scripta nichilominus districte precipiendo mandantes quatinus, sicut divinam caram habetis gratiam, statim receptis presentibus, de hujusmodi conversione vestra sollicite cogitare et ad dulces memorate sedis amplexus, que vos extensis brachiis clementer expetit et exspectat, omni prorsus dilatione ac difficultate remotis, redire curetis ut, sicut aliorum de ipsa Marchia preduces fuistis in lubrico aversionis a Deo et a sede predicta, sic in consilio reversionis ad Deum et sedem eandem duces efficiamini eorumdem, et sicut arma contra justitiam sedis ejusdem in subversione pacis ipsius Marchie persecutoribus ecclesie dampnabiliter advenistis, sic ea in obsequium justitie ac pacis usum utiliter convertatis, sciturі pro certo quod in nobis invenietis, dante Domino, misericordiam, gratiam et favorem et in predicta ecclesia quicquid in benigna et pia matre consuevit a filiis inveniri. Si vero, quod absit, in incepta duritia duxeritis persistendum, pertinacie vestre erit penitus non severitati ecclesiastice imputandum. Nos enim nequaquam dissimulare poterimus quin, si misericordiam spreveritis, ceptum adversus vos per sedem predictam rigide discipline judicium exequamur, qui parati sumus, secundum Apostolum, contumaciam in obedientiam vindicare. Datum Viterbii, II idus decembris, pontificatus nostri anno primo. »

**2879** Viterbe, 23 décembre 1261.

Abbatem s. Dionysii in Francia conservatorem constituit privilegii Ludovico, regi Francorum, concessi, qui quasdam domos Dei in Pontisarensi. Compendiensi et Vernonensi villis, Rothomagensis, Suessionensis et Ebroicensis diocesium, aedificare cupit. (Arch. Nat. L 254, n° 3.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio . . abbati monasterii s. Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum, sicut ex parte carissimi in Christo filii nostri Lodowici, illustris regis Francorum, fuit propositum coram nobis, ipse in Pontisarensi, Compendiensi, Vernonensi villis, Rothomagensis, Suessionensis et Ebroicensis diocesium, quasdam domos Dei edificari seu construi fecerit, nos cupientes ut eedem domus, juxta sui desiderii votum, spiritualibus bonis proficiant et tempo-

ralium ubertate concrescant, venerabilibus fratribus nostris . . archiepiscopo Rothomagensi, et . . Suessionensi et . . Ebroicensi episcopis, nostris sub certa forma damus litteris in mandatis ut usque ad quinquennium de monasteriis regni Francie, ordinis s. Augustini, cum consensu regis ejusdem, aliquas religiosas personas ydoneas utriusque sexus, dummodo persone hujusmodi in monasteriis suis abbatis seu prioris aut abbatisse seu priorisse loca non teneant, auctoritate nostra assumere ac in dictis domibus moraturas inibi sub regulari observantia collocare ac aliquas ex personis eisdem in priores vel priorissas domibus ipsis preficere ac personas ipsas ab obedientia qua suis prelatis tenentur, astricte absolvere, auctoritate premissa procurent, contradictores —. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si dicti archiepiscopus et episcopi mandatum super hoc nostrum exequi forte noluerint, tu illud, juxta traditam super hoc eis formam, efficaciter exequi non omittas, contradictores —. Non obstante —. Datum Viterbii, x kalendas januarii, pontificatus nostri anno primo. [1] »

**2880** Viterbe, 3 janvier 1262.

Priori s. Amatoris Autisiodorensis mandat assignari faciat archiepiscopo Bituricensi proventus per unum annum omnium ecclesiasticorum ejusdem diocesis beneficiorum, ad sublevanda Bituricensis ecclesiae onera debitorum. (Arch. du Cher, Cartulaire de l'archevêché de Bourges p. 216, n° 51 [2].)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio priori s. Amatoris Autisiodorensis, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum, sicut ex parte venerabilis fratris nostri Bituricensis archiepiscopi nobis extitit intimatum, Bituricensis ecclesia gravi prematur onere debitorum, nos, ejusdem archiepiscopi precibus inclinati, ut redditus et proventus personatuum, dignitatum, ecclesiarum et aliorum ecclesiasticorum beneficiorum que in Bituricensibus civitate et diocesi, usque ad triennium, vacare contigerit, per unum annum integrum percipere valeat, in solutionem debitorum hujusmodi convertendos, liberam sibi per nostras litteras concessimus facultatem, proviso quod interim personatus, dignitates, ecclesie et beneficia hujusmodi debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in illis quibus ipsa imminet, nullatenus negligatur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus eidem archiepiscopo redditus et proventus hujusmodi, juxta concessionis nostre tenorem, per te vel alium facias exhiberi, contradictores —, non obstante —. Datum Viterbii, III nonas januarii, pontificatus nostri anno primo. »

1. Sur le pli : *Jac. Romanus.*

2. Cette bulle est insérée dans une lettre du prieur de s. Amatre d'Auxerre, déléguant ses pouvoirs au prieur de s. Fulgence de Bourges.

**2881** Viterbe, 13 janvier 1262.

Abbati monasterii s. Dionysii in Francia concedit facultatem absolvendi clericos qui pro violenta injectione manuum in clericos sententiam excommunicationis incurrerunt. (Arch. Nat. L 254, n° 4.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, abbati monasterii s. Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.* Religio tua meretur —. Datum Viterbii, idus januarii, pontificatus nostri anno primo. »

**2882** Viterbe, 18 janvier 1262.

Monasterio de Favarchiis, Cisterciensis ordinis, Noviomensis diocesis, sua jura, privilegia et immunitates confirmat. (Arch. Nat. L 254, n° 7.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus . . abbatisse et conventui monasterii de Favarchiis, Cisterciensis ordinis, Noviomensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum a nobis —. Datum Viterbii, xv kalendas februarii, pontificatus nostri anno primo. »

**2883** Viterbe, 20 janvier 1262.

Abbati et conventui s. Dionysii indulget ut ad receptionem vel provisionem alicujus in pensionibus aut ecclesiasticis beneficiis, ad collationem eorum spectantibus, cogi aliquatenus non possint. (Arch. Nat. L 254, n° 8 ; Potthast 18219.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, abbati et conventui monasterii s. Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis, ad Romanam ecclesiam nullo modo pertinentis, ordinis s. Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.* —. Datum Viterbii, XIII kalendas februarii, pontificatus nostri anno primo [1]. »

1. Cette bulle est en double exemplaire aux Archives Nationales.

2884 Viterbe, 21 janvier 1262.

Ordini Cisterciensi libertates, privilegia et immunitates confirmat. (Arch. Nat. l 254, n° 9.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis . . abbati Cistercii ejusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum a nobis —. Datum Viterbii, xii kalendas februarii, pontificatus nostri anno primo [1]. »

2885 Viterbe 6 février 1262.

Militiae Templi Jerosolymitani indulget ut ad exhibendum et praestandum pecuniae summas aut exactiones quascumque, quacumque causa impositas, minime teneantur. (Arch. de la Haute-Garonne, h 106. Arch. Nat. l 254, n° 10.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis . . magistro et fratribus domus Militie Templi Jerosolimitani, salutem et apostolicam benedictionem.* Quanto devotius divino —. Hinc est quod nos, vestris devotis supplicationibus inclinati, ad instar felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, auctoritate vobis presentium indulgemus ut ad contribuendum in aliquibus talliis, collectis seu pecunie summis aut exactionibus aliis, quocunque nomine censeantur, aut ad exhibendum vel prestandum easdem pro quavis persona, ex quacumque causa ipsas imponi contingat, ratione ecclesiarum, domorum seu quarumcunque possessionum vestrarum, minime teneamini nec ad id compelli aliquatenus valeatis auctoritate litterarum apostolice sedis vel legatorum ipsius impetratarum vel etiam impetrandarum, absque speciali mandato sedis ejusdem, faciente plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem. Nos enim excommunicationis et interdicti sententias, si quas in vos vel aliquem vestrum, contra tenorem indulti hujusmodi, a quoquam promulgari contigerit, decernimus irritas et inanes. Nulli ergo. —. Si quis —. Datum Viterbii, viii idus februarii, pontificatus nostri anno primo. »

2886 Viterbe, 7 février 1262.

Episcopo Mimatensi mandat inquirat de excessibus enormibus Ruthenensis episcopi. (Arch. du Cher, Cartul. de l'archevêché de Bourges p. 184, n° 446.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri, episcopo Mymatensi, salutem et apostolicam benedictionem.* Quoniam inter cetera salutem fidelium affectamus, multa mentis turbatione movemur cum de ipsis ea nos audire contingit que in suarum vergunt periculum animarum. Sed tunc vehementiori cordis affectione gravamur cum de prelatis illa nostris auribus referuntur que pontificali derogant dignitati et honestati penitus adversantur. Cum sint enim ad aliorum regimen instituti, eo deterius ab ipsis exceditur quo nocent pluribus delinquendo, sibi videlicet ac aliis quos vivendo perverse incitant ad peccandum; tot namque mortibus digni noscuntur quod ad subditos perditionis exemplar transmittunt. Cum itaque de venerabili fratre nostro, episcopo Ruthenensi, multa nobis enormia et auditu nimis horrenda jam sepius fuerint insinuata sinistra, videlicet quod excommunicatus et irregularis, officia divina prophanat, simoniacam pravitatem exercet ac incontinentie vitio, eo presertim quod, propter sui horribilem abominationem, nominare non licet, perniciose laborat, aliis multis criminibus irretitus que Deum offendunt et homines scandalizant, nos, attendentes quod hec, si opere inveniantur impleta, tanto in eo sunt fortius detestanda quanto magis ab illicitis carnalibus desideriis per religionem assumptam abstinere tenetur, et in ipso eo arctius punienda quo gravius Deum, simulans veste humili quod non erat, offendisse probatur, ac nolentes ista sub dissimulatione transire, ne incorrecta prestent audaciam committendi pejora, fraternitati tue per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus, ad Ruthenensem ecclesiam personaliter accedens et habens pre oculis solum Deum, si predictum episcopum super premissis apud bonos et graves inveneris diffamatum, inquiras per te vel alios fidedignos super premissis et aliis criminibus de quibus eum inveneris similiter diffamatum, sollicite veritatem, et que inveneris, in scriptis redacta, per aliquem fidelem transmittas, prefixo eidem episcopo termino peremptorio competenti quo per se vel per procuratorem idoneum compareat coram nobis, recepturus quod justitia suadebit, non obstante quod per quasdam alias litteras apostolicas in inquisitione hujusmodi ad citationem et quedam alia est processum. Diem autem prefixionis hujusmodi et quicquid super hoc duxeris faciendum, nobis per tuas clausas litteras, harum seriem continentes, studeas intimare. Datum Viterbii, vii idus februarii, pontificatus nostri anno primo. »

1. Aux Archives Nationales, l 254, n° 9, se trouve un vidimus de la même bulle daté du 2 septembre 1272.

**2887** Viterbe, 13 février 1262.

Nonnulla pacta irritat et cassat quibus certa bona Ambianensis ecclesiae injuste alienata seu ad censum data erant. (Arch. Nat. L 254, n° 11.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio . . preposito ecclesie Ambianensis, salutem et apostolicam benedictionem.* Ad nostram noveris —. Datum Viterbii, idus februarii, pontificatus nostri anno primo. »[1]

**2888** Viterbe, 20 février 1262.

Ministros et fratres ordinis s. Trinitatis et Captivorum a quibuscumque pedagiis, vinagiis ceterisque exactionibus de animalibus, blado, vino, sale et aliis exigi solitis penitus liberos esse decernit. (Arch. Nat. L 254, n° 13.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis universis ministris et fratribus ordinis s. Trinitatis et Captivorum salutem et apostolicam benedictionem.* Solet annuere sedes —. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, ut de animalibus, blado, vino, sale ac aliis que aliquotiens emere pro vestris utilitatibus vos contigerit, nulla pedagia, winagia, rotatica, traversa, pesagia, minagia et foragia que pro hiis a secularibus exiguntur, solvere minime teneamini auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo — Si quis —. Datum Viterbii, x kalendas marcii, pontificatus nostri anno primo. »

**2889** Orvieto, 27 février 1262.

Priori s. Maglorii Parisiensis mandat ut ad proprietatem prioratus s. Martini de Campis Parisiensis revocet bona illicite alienata. (Arch. Nat. L 254, n° 14.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio . . priori sancti Maglorii Parisiensis, salutem et apostolicam benedictionem.* Ad audientiam nostram noveris pervenisse quod tam dilecti filii, prior et conventus prioratus sancti Martini de Campis Parisiensis, Cluniacensis ordinis, quam predecessores eorum decimas, redditus, terras, domos, vineas, possessiones, jura, jurisdictiones et quedam alia bona ad ipsum prioratum spectantia, datis super hoc litteris et interpositis juramentis, factis renuntiationibus necnon penis adjectis, nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, et aliis perpetuo, ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, in ipsius prioratus lesionem enormem, quorum aliqui super hiis litteras confirmationis in forma communi a sede apostolica impetrasse dicuntur. Nos igitur, volentes super hoc eidem prioratui paterna sollicitudine providere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus ea que de bonis ejusdem prioratus per concessiones hujusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus litteris, juramentis, renuntiationibus, penis et confirmationibus supradictis, ad jus et proprietatem prioratus ejusdem studeas legitime revocare, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Viterbii, III kalendas martii, pontificatus nostri anno primo. »

**2890** Viterbe 11 mars 1262.

Monasterio s. Germani de Pratis Parisiensis privilegia, libertates et immunitates confirmat. (Arch. Nat. L 254, n° 15.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii s. Germani de Pratis Parisiensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum a nobis —. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates, gratias et indulgentias, a predecessoribus nostris Romanis pontificibus monasterio vestro concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus, principibus et aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, terras quoque, possessiones, decimas, redditus et alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, salva in predictis decimis moderatione concilii generalis. Nulli ergo —. Si quis autem —. Datum Viterbii, v idus martii, pontificatus nostri anno primo. »

**2891** Viterbe, 11 mars 1262.

Ordini Praemonstratensi regulares institutiones, de communi omnium consensu editas, confirmat. (Arch. de la Haute-Saône, H 749.)

1. Bulle retenue par un cordon de chanvre.

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati Premonstratensi et ceteris coabbatibus et canonicis Premonstratensis ordinis tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.* In eminenti apostolice sedis specula, licet immeriti, disponente Domino, constituti, pro singulorum statu solliciti esse compellimur et ea teneamur (*sic*) complecti que ad religionis incrementum pertinent et ad virtutum spectant ornatum, quatinus religiosorum quies ab omni sit perturbatione secura et a jugo mundane oppressionis servetur illesa, cum apostolica fuerit tuitione munita. Attendentes itaque quomodo religio et ordo vester, multa refulgens gloria meritorum et gratia redolens sanctitatis palmites suos a mari usque ad mare extenderit, ipsum ordinem et universas domos ejusdem ordinis apostolice protectionis presidio duximus confovendas et presenti privilegio muniendas. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus benignius annuentes, ad exemplar felicis recordationis Alexandri, Lucii, Urbani, Clementis et Innocentii, predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, universas regulares institutiones et dispositiones, quas de communi consensu vel majoris et sanioris partis fecistis, sicut inferius denotantur, auctoritate apostolica roboramus et presentis scripti privilegio communimus, videlicet ut ordo canonicus, quemadmodum in Premonstratensi ecclesia secundum b. Augustini regulam et dispositionem recolende memorie Norberti quondam, Premonstratensis ordinis institutoris, et successorum suorum in candido habitu institutus esse dignoscitur, per omnes ejusdem ordinis ecclesias perpetuis temporibus inviolabiliter observetur et eedem penitus observancie, iidem quoque libri qui ad divinum officium pertinent, ab omnibus ejusdem ordinis uniformiter teneantur nec aliqua ecclesia vel persona ordinis vestri adversus communia ejusdem ordinis instituta privilegium aliquod postulare vel obtentum audeat quomodolibet retinere.

Nulla etiam ecclesiarum ei quam genuit quamlibet terreni commodi exactionem imponat, sed tantum pater abbas curam de profectu tam filii abbatis quam fratrum domus illius habeat, et potestatem habeat secundum ordinem corrigendi que in ea noverit corrigenda et illi ei, tanquam patri, reverenciam filialem humiliter exhibeant. Abbas autem Premonstratensis ecclesie que mater esse dignoscitur aliarum, non solum in his quas instituit sed etiam in omnibus aliis ejusdem ordinis et dignitatem et officium patris obtineat et ei ab omnibus tam abbatibus quam fratribus debita patri obedientia impendatur. Preterea omnes abbates ordinis vestri singulis annis ad generale capitulum Premonstratense, postposita omni occasione, conveniant, illis solis exceptis quos a labore vie corporis retardaverit infirmitas, qui tamen ydoneum pro se delegare debebunt nuncium per quem necessitas et causa remorationis sue capitulo valeant nunciare. Hii autem qui in remotioribus partibus habitantes, sine gravi difficultate singulis annis se nequiverint capitulo presentare, in eo termino conveniant qui in ipso eis capitulo fuerit institutus. Si vero quilibet abbatum aut prepositorum per contumaciam vestrum capitulum frequentare desierint, liceat abbati Premonstratensi, consilio sui capituli, eos usque ad dignam satisfactionem sententia percellere regulari; et sententiam quam prefatus Premonstratensis abbas sive in generali capitulo sive extra capitulum consilio coabbatum in prelatos et subditos totius ordinis vestri canonice tulerit, nulli archiepiscoporum seu episcoporum, nisi forte de mando Romani pontificis, liceat relaxare.

In generali igitur vestro capitulo, presidente abbate Premonstratensi ceterisque consedentibus et in spiritu Dei cooperantibus, de hiis que ad edificationem animarum, ad instructionem morum et ad informationem atque incrementum regularis discipline spectabunt, sermo diligens habeatur. Porro de omnibus questionibus et querelis, tam spiritualibus quam temporalibus, que in ipso capitulo proposite fuerint, illud teneatur irrefragabiliter et servetur quod abbas Premonstratensis cum hiis qui sanioris consilii et magis ydonei apparuerint, juste ac provide judicabit. Sane si abbas aliquis vestri ordinis infamis vel inutilis aut ordinis sui prevaricator inventus fuerit et prius per patrem suum abbatem aut per nuntios suos ammonitus, suum corrigere et emendare delictum neglexerit aut cedere, si amovendus fuerit, sponte noluerit, auctoritate generalis capituli deponatur et depositus sine dilatione ad domum unde exivit seu ad aliam ejusdem ordinis quam elegerit, sine ulla conditione temporalis commodi, revertatur, in obedientia abbatis, sicut ceteri fratres ipsius domus, firmiter permansurus. Id ipsum, etiam alio tempore, si necesse fuerit et capitulum sine scandalo vel periculo expectari nequiverit, per abbatem Premonstratensem et patrem abbatem et alios abbates quos vocaverit, fieri licebit. Quod si depositus in se date sententie contumaciter contraire temptaverit, tam ipse quam principales ejus qui de ordine vestro fuerint, in contumacia sua fautores ab abbate Premonstratensi et ceteris abbatibus censura ecclesiastica, donec satisfaciant, arceantur.

Verum, cum aliqua ecclesiarum vestrarum abbate proprio fuerit destituta vel cum ibi abbatis electio regulariter non fuerit celebrata, sub patris abbatis potestate ac dispositione consistat et cum ejusdem consilio qui eligendus fuerit a canonicis eligatur. Electo autem fratres ecclesie statum [et] obedientiam promittant. Qui non quasi absolutus a potestate patris abbatis vel ordinis sui archiepiscopo vel episcopo, in cujus dyocesi fuerit, presentetur, plenitudinem ab eo officii percepturus, ita tamen quod, post factam archiepiscopo vel episcopo suo professionem, occasione illa non transgrediatur constitutiones ordinis sui nec in aliquo ejus prevaricator existat. Si quis etiam ex vobis canonice electus in abbatem dyocesano episcopo semel et iterum per abbates vestri ordinis presentatus, benedictionem ab eo non potuerit obtinere, ne ecclesia ad quam vocatus est, destituta consilio periclitetur, officio et loco abbatis plenarie secundum ordinem fungatur in ea tam in exterioribus providendis quam interioribus corrigendis, donec interventu generalis capituli vestri aut precepto Romani pontificis seu metropolitani benedictionem suam obtineat.

Porro nulla persona ecclesiastica pro crismate aut consecrationibus et ordinationibus aut pro sepultura pretium aut pro [benedicendo ab]bate [et] deducendo in sedem suam palafridum aut aliquid aliud a vobis exigere, nullus vestrum, etiamsi exigatur, dare presumat, quia et exigentem et dantem nota et periculum simoniace pravitatis involvit.

Ceterum, si aliqua ecclesiarum vestrarum pastoris solatio destituta, inter [fratres] de substituendo abbate discordia fuerit vel scissura suborta et ipsi facile ad concordiam vel unitatem revocari nequiverint, pater abbas, consilio coabbatum suorum, de ydonea provideat persona et illi eum sine contradictione recipiant in abbatem. Quem si recipere contempserint, sententie subjaceant quam pater abbas, de consilio coabbatum suorum, in eos duxerit auctoritate ordinis promulgandam.

Ad hec, quoniam ecclesia Premonstratensis prima mater est omnium ecclesiarum totius ordinis et priorem super se aliam non habet, sicut ad cautelam et custodiam totius ordinis statutum est, per tres primos abbates Laudunensem, Floreffiensem, Cuissiacensem annua ibidem visitatio fiat, et si quid in ipsa domo corrigendum fuerit absque majori per eos audientia corrigatur. Quod si abbas in corrigendo tepidus et fratres sepius moniti incorrigibiles permanserint, ad generale capitulum referatur et, sicut melius visum fuerit consilio generalis capituli, emendetur, et sententia in hac parte capituli sine retractione aliqua observetur. Quotiens vero ecclesia Premonstratensis sine abbate fuerit, ad prefatos tres abbates ejus cura respiciat et a canonicis ipsius ecclesie, cum eorum consilio, persona ydonea in abbatem eligatur, ad consilium suum quatuor aliis abbatibus ad eandem ecclesiam pertinentibus pariter advocatis, quos ipsi canonici providerint advocandos.

Liceat quoque unicuique matri ecclesie ordinis vestri, cum consilio abbatis Premonstratensis, de abbatibus ecclesiarum que ab ea processisse noscuntur sive etiam de alia ejusdem ordinis inferiore ecclesia sibi quemcumque voluerit, si tamen ydoneus extiterit, in abbatem assumere. Personam autem de alio ordine nulla ecclesiarum vestrarum sibi eligat in abbatem nec vestri ordinis aliqua in abbatem monasterii alterius ordinis, nisi de auctoritate Romane ecclesie, ordinetur.

Nulli etiam canonicos vel conversos vestros, sine licentia abbatum, recipere aut susceptos liceat retinere. Sane nulli ecclesie vestri ordinis liceat ad aliquam aliam professionem temeritate qualibet se transferre. Si que vero ecclesie canonicorum alterius ordinis ad ordinem vestrum venerint, ad ecclesiam vestri ordinis habeant sine refragatione respectum in qua noscuntur vestrum ordinem assumpsisse. Preterea, si inter aliquas ecclesias vestri ordinis de temporalibus questio emerserit, non extra ordinem ecclesiastica vel secularis audientia requiratur, sed mediante Premonstratensi abbate et ceteris quos vocaverit, aut caritative inter eas componatur, aut auditis utrinque rationibus, eadem controversia justo judicio terminetur.

Ad majorem quoque ordinis vestri pacem conservandam, districtius prohibemus ne aliquis prelatorum vel subditorum vestrorum in hiis que ad disciplinam et instituta ordinis spectant, audeat, prout statutum est in Lateranensi concilio, appellare; sed si quidquam appellare temptaverit, nichilominus illi quorum interest, regularem disciplinam exercere debebunt.

De cetero, quoniam a strepitu et tumultu secularium amoti, pacem et quietem diligitis, grangias vestras et curtes sicut et atria ecclesiarum a pravorum incursu et violentia libera fore sancimus, prohibentes ut nullus ibi homines capere, spoliare, verberare seu interficere aut furtum vel rapinam committere audeat. Ob evitandas vero secularium virorum frequentias, liberum sit vobis, salvo jure dyocesanorum episcoporum, oratoria in grangiis et curtibus vestris construere et in ipsis vobis et familie vestre divina officia, cum necesse fuerit, celebrare et ipsam familiam, nisi aliqui

sint qui in vicinia habeant propria domicilia, ad confessionem, communionem et sepulturam cum vestri ordinis sollempnitate suscipere. Liceat quoque vobis personas liberas et absolutas e seculo fugientes, cum rebus suis, ad conversionem recipere et eas absque contradictione aliqua retinere. Infirmos quoque absosolutos qui in extrema voluntate ad vos tranferri aut apud vos sepeliri deliberaverint, nullus impedire seu res eorum legitimas retinere presumat, salva tamen heredum legitima portione et canonica justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Ad majorem autem vestri ordinis reverentiam et regularis discipline observantiam, vobis, filii abbates, subjecto[s] vestros ligandi et solvendi plenam concedimus facultatem.

Quia vero singula que ad religionis profectum et animarum salutem ordinastis, presenti abreviationi nequiverint adnecti, nos cum hiis que prescripta sunt, constitutiones vestras quas inter vos religionis intuitu regulariter statuistis et deinceps, auctore Domino, statuetis, auctoritate apostolica roboramus et vobis vestrisque successoribus et omnibus qui ordinem vestrum professi fuerint, perpetuis temporibus inviolabiliter observandas decernimus, nec alique littere habeant firmitatem que, tacito nomine Premonstratensis ordinis, contra libertates vobis ab apostolica sede indultas, fuerint [impetrate. Sane] laborum vestrorum de possessionibus habitis ante concilium generale ac etiam novalium que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus novalibus aliquis hactenus non percepit, sive de ortis et virgultis et piscationibus vestris vel de nutrimento animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Interdicimus vero episcopis et aliis ecclesiarum prelatis, nisi servato evectionum numero in Lateranensi concilio statuto, in vestris monasteriis hospitari. Ad grangias autem vestras et ad curtes hospitandi gratia non nisi in magna necessitate divertant et tunc contenti sint ipsarum mansionum cibariis consuetis, cum honestate atque caritate exhibitis. Nulli autem seculari persone vel ecclesiastice in aliqua domorum vestrarum liceat carnibus vesci, nisi manifeste egritudinis causa, et hoc in solis monasteriis conventualibus vestris.

Prohibemus insuper ne aliqua persona fratres ordinis vestri audeat ad secularia judicia provocare, sed si quis adversus eos aliquid sibi crediderit de jure competere, sub ecclesiastici examine judicis experiendi habeat facultatem, Licitum preterea vobis sit in causis vestris fratres vestros ydoneos ad testificandum adducere et eorum testimonio, sicut rectum fuerit, uti et propulsare violentiam et justitiam vendicare. Prohibemus quoque ne cuilibet ecclesiastice secularive persone fas sit in ecclesiis vestris, contra statuta Lateranensis concilii, tallias exercere vel quaslibet alias vobis ineptas et iniquas exactiones imponere. Interdicimus eciam vobis ne feras, aves, canes sive cetera hujusmodi curiositatis animalia a quolibet nutrienda sive custodienda, in detractione vestri ordinis, suscipere presumatis.

Porro, ut quietius Deo servire possitis et discurrendi a vobis necessitas auferatur, presenti scripto duximus indulgendum ut, si episcopis vestris aut maliciose differentibus vel pro justo impedimento non valentibus ordinationes et cetera alia ministeria vobis conferre et aliquem episcopum de cujus ordinatione et officio plena sit vobis notitia, hospitem vos habere contigerit, liberum sit vobis ab eo et ordinationes et cetera sacramenta suscipere, dum tamen dyocesano episcopo prejudicium non debeat generari. Preterea postulatione vestra clementius inclinati, presenti pagina duximus inhibendum ne quis archiepiscopus vel episcopus aut eorum officiales ecclesias vestras seu regulares personas earum, absque manifesta et rationabili causa, interdicere, suspendere presumat, sed si quid in eis fuerit corrigendum, ad audientiam generalis capituli Premonstratensis referatur et ibi, prout justitie et honestati congruerit, emendetur. Porro si qui episcopi aut eorum officiales in personas vestras vel ecclesias sententiam aliquam contra libertatem eisdem a predecessoribus nostris vel a nobis indultam promulgaverint, eandem sententiam, tanquam contra apostolice sedis indulta prolatam, statuimus irritandam. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablata retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre etc. Amen. Amen. Amen.

(*rota*) Ego Urbanus, catholice ecclesie episcopus, subcripsi. Bene valete (*en monogramme.*)

† Ego Odo, Tusculanus episcopus, subscripsi.
† Ego Stephanus, Prenestinus episcopus, subscripsi.

† Ego frater Johannes, tituli s. Laurentii in Lucina presbiter cardinalis, subscripsi.

† Ego frater Hugo, tituli s. Sabine presbiter cardinalis, subcripsi.

† Ego Richardus, s. Angeli diaconus cardinalis, subscripsi.
† Ego Octavianus, s. Marie in Via Lata diaconus cardinalis, subscripsi.
† Ego Johannes, s. Nicholai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, subscripsi.
† Ego Ottobonus, s. Adriani diaconus cardinalis, subscripsi.
† Ego Jacobus, s. Marie in Cosmedin diaconus cardinalis, subscripsi.
† Ego Gottefridus, s. Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis, subscripsi.
† Ego Ubertus, s. Eustachii diaconus cardinalis, subscripsi.

Datum Viterbii per manum magistri Jordani, sancte Romane ecclesie notarii et vicecancellari, v idus martii, indictione v, incarnationis dominice anno M° CC° LXI, pontificatus vero domini Urbani pape IIII anno primo [1]. »

**2892** Viterbe, 16 mars 1262.

Priori et fratribus hospitalis Jerosolymitani in Francia, libertates et immunitates confirmat. (Arch. Nat. l 254, n° 18.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis . . priori et fratribus hospitalis Jerosolimitani in Francia, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum a nobis —. Datum Viterbii, xvii kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo. »

**2893** Viterbe, 12 mars 1262.

Abbati s. Genovefae Parisiensis mandat ne permittat monasterium s. Germani de Pratis a nonnullis praelatis, capitulis et officialibus inquietari. (Arch. Nat. l 254 n° 16.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio . . abbati s. Genovefe Parisiensis, salutem et apostolicam benedictionem.* Sua nobis dilecti filii . . abbas et conventus monasterii s. Germani de Pratis Parisiensis, ordinis s. Benedicti, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, petitione monstrarunt quod, licet eis certos conservatores privilegiorum suorum apostolica sedes duxerit deputandos, nichilominus tamen nonnulli prelati, capitula et officiales ex eo funientes (*sic*) audaciam quod iidem conservatores contra eos non possunt procedere, cum eis quod excommunicari, suspendi vel interdici non valeant a sede sit indultum eadem, dictos abbatem et conventum contra privilegiorum nostrorum tenorem multipliciter inquietant. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, hujusmodi indulgentia non obstante, non permittas per te vel per alium predictorum conservatorum officium ab aliquibus impediri, temeritatem eorum qui contra presumpserint, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, presentibus post quinquennium minime valituris. Datum Viterbii, iiii idus martii, pontificatus nostri anno primo [1]. »

**2894** Viterbe, 23 mars 1262.

Anagnino episcopo moniales s. Petri de Vineis prope Anagniam, ordinis s. Damiani, committit. (Arch. Capit. d'Anagni i n° 39.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . episcopo Anagnino, salutem et apostolicam benedictionem.* Datum Viterbii, x kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo. »

**2895** Viterbe, 23 mars 1262.

Archiepiscopis et episcopis mandat ut magistris et fratribus Hospitalis s. Antonii Viennensis diocesis exsolvi faciant bona et legata ipsis pro sustentatione pauperum promissis. (Arch. Nat l 254, n° 19.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.* Sicut dilecti filii . . magister, et fratres Hospitalis s. Antonii Viennensis diocesis nobis significare curarunt, nonnulli clerici et laici vestrarum civitatum et diocesium, emittentes vota, bona eligentes et alia nomine s. Antonii promittentes, illa postmodum implere ac solvere, in infirmorum ac pauperum Hospitalis ipsius dispendium, pretermittunt. Unde nobis humiliter supplicarunt ut super hoc curaremus remedium apostolicum adhibere.

1. Cette bulle est rapportée dans un vidimus de l'official de Besançon daté du samedi avant la fête de s. Michel 1326 (27 septembre 1326.)

1. Au dos, d'une écriture du xv^e s. : *nullius valoris quia expiratum.*

Quia vero nostrum est clericorum et laicorum ipsorum animarum obviare periculis et dictorum infirmorum et pauperum occurrere detrimentis, universitati vestre, ad instar felicis recordationis Innocentii et Alexandri, predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, per apostolica scripta mandamus quatinus clericos et laicos supradictos monere et inducere procuretis ut hujusmodi legata promissa impleant et exsolvant, pro sustentatione infirmorum et pauperum, magistris et fratribus supradictis. Datum Viterbii, x kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo. » (*Bulle retenu par une corde de chanvre.*)

**2896** Viterbe, 23 mars 1262.

De aetate exigenda a recipiendis in fratres et sorores domus hospitalis s. Mariae Laudunensis. (Arch. Nat. L 254, n° 20.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis . . magistro et fratribus domus hospitalis b. Marie Laudunensis, salutem et apostolicam benedictionem*[1]. Exigentibus vestre devotionis —. Hinc est quod tam vestris quam dilectorum filiorum . . decani et capituli Laudunensis nobis super hoc pro vobis humiliter supplicantium, precibus inclinati, presentium auctoritate statuimus ut in hospitali vestro nullus in clericum vel conversum nisi vicesimum quintum, nullaque in sociam vel conversam nisi tricesimum etatis sue annum compleverint, decetero admittantur. Nulli ergo —. Si quis —. Datum Viterbii, x kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo[2]. »

**2897** Viterbe, 23 mars 1262.

Ut decanus Laudunensis capituli fratribus, sororibus et pauperibus hospitalis b. Mariae Laudunensis pœnitentiam salutarem injungere valeat, audita eorum confessione. (Arch. Nat. L 254, n° 21.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis . . decano et capitulo Laudunensibus salutem et apostolicam benedictionem.* Devotionis vestre precibus inclinati, vobis gratificari et per impensam vobis gratiam dilectorum filiorum . . magistri et fratrum domus hospitalis b. Marie Laudunensis animarum saluti et quieti providere volentes, auctoritate vobis presentium indulgemus ut decanus ecclesie vestre qui pro tempore fuerit, possit per se vel alium aut alios ad hoc idoneos, quotiens

1. Au dos d'une écriture contemporaine : *Ancherus nepos pape.*
2. Cette bulle est aux archives en double exemplaire.

oportunum fuerit, fratribus et sororibus ac pauperibus dicti hospitalis, in quo jurisdictionem spiritualem obtinere dicimini, audita confessione ipsorum, injungere pro quibuscumque commissis penitentiam salutarem et debite absolutionis beneficium elargiri, dummodo non fuerint adeo difficiles et enormes excessus quod super hiis sit merito sedes apostolica consulenda. Nulli ergo —. Si quis —. Datum Viterbii, x kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo[1]. »

**2898** Viterbe, 1er avril 1262.

Monasterio s. Andreae de Coufer, Cisterciensis ordinis, Sagiensis diocesis, bona, libertates et immunitates confirmat. (Arch. du Calvados, H 938.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii s. Andree de Coufer, Cisterciensis ordinis, Sagiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum a nobis —. Datum Viterbii, kalendis aprilis, pontificatus nostri anno primo. »

**2899** Viterbe, 27 avril 1262.

Abbati et conventui monasterii s. Germani de Pratis indulget ut homines terrarum ipsorum coram episcopo Parisiensi seu aliquo de Parisiensis ecclesiae capitulo conveniri non possint. (Arch. Nat. L 254, n° 24.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei.. abbati et conventui monasterii s. Germani de Pratis Parisiensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, salutem et apostolicam benedictionem.* Meritis vestre religionis. — Hinc est quod nos vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut homines terrarum vestri monasterii super terris, possessionibus et bonis que a vobis et monasterio ipso tenent et quorum ratione venerabilis frater noster . . episcopus Parisiensis nullam in eos jurisdictionem obtinet, coram eodem episcopo seu aliquo de capitulo Parisiensis ecclesie vel eorum officialibus, auctoritate ipsius episcopi, conveniri non possint, dummodo homines vestri parati sint coram vobis super hiis de se conquerentibus respondere, vosque in exhibenda justitia de predictis hominibus negligentes non fueritis vel remissi. Nulli ergo —. Si quis —. Datum Viterbii, v kalendas maii, pontificatus nostri anno primo[2]. »

1. Au dos, d'une écriture contemporaine : *Ancherus nepos pape.*
2. Sur le pli : *Jacobus de Mevanea.*
Cette bulle est en double exemplaire aux archives.

**2900** Viterbe, 2 mai 1262.

Abbati Cistercii ejusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis indulget ut nullus episcopus adversus eos sententias, in fraudem privilegiorum apostolicorum, promulgare praesumat. (Arch. Nat. L 254, n° 25.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis.. abbati Cistercii ejusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum a nobis —. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis quod nonnulli ecclesiarum prelati, vestris libertatibus invidentes, cum eis non liceat ex apostolice sedis indulto in vos excommunicationis vel interdicti sententias promulgare, in familiares, servientes et benefactores ac illos qui molunt in molendinis vel coquunt in furnis vestris quique vendendo seu emendo vobis communicant, sententias proferunt memoratas, sicque non vim et potestatem privilegiorum vestrorum sed sola verba servantes, vos quodam modo excommunicant, dum vobis communicare fideles non sinunt; ex quo illud evenit inconveniens ut, quantum ad hoc, judicari videamini judicio Judeorum, et qui vobis communicant in predictis majorem excommunicationem incurrant quam excommunicatis communicando fuerant incursuri. Quare nobis humiliter supplicastis ut providere quieti vestre paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, ne quis prelatorum ipsorum sententias easdem in fraudem privilegiorum apostolice sedis de cetero promulgare presumat, ad instar felicis recordationis Innocentii et Alexandri, predecessorum nostrorum Romanorum pontificum, auctoritate apostolica inhibemus, decernentes eas irritas et inanes, si contra inhibitionem hujusmodi fuerint promulgate. Nulli ergo —. Si quis —. Datum Viterbii, vi nonas maii, pontificatus nostri anno primo. [1] »

**2901** Viterbe, 8 mai 1262.

Praeceptori et fratribus domus Militiae Templi in Aquitania libertates et immunitates confirmat. (Arch. Nat. L 254, n° 27.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis.. preceptori et fratribus domus Militie Templi in Aquitania, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum a nobis —. Datum Viterbii, viii idus maii, pontificatus nostri anno primo. » (*Bulle retenue par des lacs de soie jaune et rouge.*)

**2902** Viterbe, 9 mai 1262.

Abbati et conventui s. Germani de Pratis Parisiensis indulget ut in causis ad exhibitionem privilegiorum et indulgentiarum minime compellantur, quamdiu parati fuerint in monasterio judici et adversario coram aliquibus bonis viris de ipsis indulgentiis et privilegiis fidem facere. (Arch. Nat. L 254, n° 26.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis.. abbati et conventui monasterii s. Germani de Pratis Parisiensis, ordinis s. Benedicti, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, salutem et apostolicam benedictionem.* Hiis que vobis et monasterio vestro utilia perpendimus tanto libentius favoris benivolentiam impertimur quanto vos gratia prosequimur ampliori. Cum igitur, sicut nobis significare curastis, nonnunquam contingat vos et priores ac monachos prioratuum ad vestrum monasterium pleno jure spectantium, tam auctoritate ordinaria quam etiam delegata, super diversis questionibus conveniri et ex causis variis requiri ut ostendatis privilegia et indulgentias quibus vos sedes apostolica communivit, ac ex ostensione ipsorum grave vobis immineat detrimentum, subveniri vobis super hoc provisione apostolica cum instantia petivistis. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, ad instar felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, auctoritate vobis presentium indulgemus ut in causis hujusmodi, quacumque auctoritate agantur, ad exhibitionem privilegiorum vel indulgentiarum ipsarum compelli non possitis inviti, quandiu parati fueritis in vestro monasterio judici et adversario, coram aliquibus bonis viris, facere sine fraude tam de bulla quam de capitulis indulgentiarum et privilegiorum ipsorum necessariis et articulo super quo causam agi contigerit, plenam fidem. Nulli ergo —. Si quis —. Datum Viterbii, vii idus maii, pontificatus nostri anno primo. »

**2903** Viterbe, 11 mai 1262.

Universis abbatibus Cisterciensis ordinis indulget ut de legatis aliquam portionem solvere minime teneantur. (Archivio di Stato a Rome, fonds Fiastra.)

« Universis presentes litteras inspecturis, nos, frater Th., miseratione divina Dertusensis episcopus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos vidisse apud Cistercium litte-

1. Cette bulle est conservée dans un vidimus de l'official de Laon, daté de novembre 1399.

ram domini Urbani felicis memorie pape quarti, plumbea bullatam bulla, cum serica corda, sanam et integram, non abolitam, non rasam, non in aliqua parte sui viciatam sed de verbo ad verbum, sicut inferius est expressum :

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati Cistercii ejusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis, salutem et apostolicam benedictionem.* Devotionis augmentum vobis —. Hinc est quod nos vestris supplicationibus favorabiliter annuentes, ut de hiis que a Christi fidelibus vobis et monasteriis vestris in ultima voluntate legantur, ad solvendum portionem aliquam illis contra quos de ea non solvenda legitima estis prescriptione muniti, nullatenus teneamini, vobis auctoritate presentium indulgemus —. Nulli ergo —. Si quis autem. — Datum Viterbii, v idus maii, pontificatus nostri anno primo. »

In cujus rei testimonium sigillum nostrum presenti pagine duximus apponendum. Datum Cistercii, anno Domini M°CC° LXXVIII°, tempore capituli generalis. »

**2904** Viterbe, 11 mai 1262.

Johanni Perunecto mandat assistat praeposito Mantuano, capellano apostolico ad partes Campaniae misso, ut reprimantur excessus enormes Raynaldi Rubei, nepotis Alexandri papae IV. (ARCH. VATIC. *Documenta miscellanea* 1260-1275.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Johanni Perunecto, nepoti et vicario in Campania et Maritima dilecti filii magistri Jordani, ecclesie Romane vicecancellarii et notarii, earundem Campanie Maritimeque rectoris, salutem et apostolicam benedictionem.* Gravis et enormis excessus per nobilem virum Raynaldum Rubeum, nepotem felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, non sine nostra et sedis apostolice contumelia, nuper in partibus Campanie perpetratus, adeo graviter nostra et fratrum nostrorum viscera pupugit quod illum non possumus nec debemus sub dissimulatione transire, quin ad tante castigationis (*sic*) offense partes auctoritatis apostolice sollicite, sicut expedit, apponere studeamus. Ecce videant ecclesie Romane fideles et filii si justa turbatione movemur et ex causa rationabili commotio nostra procedit an exaggerari et exaggerata puniri meruit hujus temeritas offensoris. Idem namque Raynaldus, sicut notum est omnibus, de bonis ecclesie ab annis teneris enutritus et rerum opulentia per eandem ecclesiam exaltatus, convertens in ingratitudinis vitium multa et grandia beneficia que recepit ab ipsa, nec metuens tanquam borum immemor eam gravibus offensis et injuriis provocare, in oppressionem pauperum, destructionem fidelium et provincie scandalum, conflatis viribus, arma sumpsit et ad castrum Trebarum, Anagnine diocesis, quod est ejusdem ecclesie speciale, armata manu progrediens, velut extra limites humanitatis exorbitans, illud fecit incendio devastari. Proh dolor quod lac matris sumptum uberibus in maternam offensam sic opprobrose conspersit et quod ipsa talem suscepit remunerationem a filio quem nutrivit ab adolescentia et promovit adultum!

Ne igitur hoc impune pertranseat et prebeat aliis delinquendi materiam per exemplum, dilecto filio . . preposito Mantuano, capellano nostro, nostris damus litteris in mandatis ut ipse ad partes easdem personaliter se conferens, eundem R. ex parte nostra moneat et inducat sibique districte precipiat quod sibi, nomine nostro, de parendo super premissts nostris et ecclesie precise mandatis corporale juramentum et tam fidejussorias quam pignorititias, sub penis quas expedire viderit, exhibeat cautiones, quodque turrim totamque dicti castri munitionem in manibus suis, absque sui juris prejudicio, sine difficultate qualibet, assignare procuret. Quod si forte in hiis vel eorum aliquo inobediens extiterit aut contumax vel rebellis, ipse in eum excommunicationis ferens sententiam, ipsum omni jure quod in predicto et Filectine ac Vallisprete necnon Genne castris, quocumque modo habere dinoscitur, perpetuo studeat auctoritate nostra privare, faciens eum per omnes ecclesias ejusdem provincie, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, excommunicatum publice nuntiari, sic ipsum alias et sequaces suos, quos patrati reatus culpabiles esse repererit, pro delicti qualitate virga correctionis debite castigando, quod doleant se fuisse dicti reatus actores et tam ipsi quam alii, eorum exemplo perterriti, similia in posterum committere vereantur. Specialiter autem illos dicti castri de Trebis qui patrie hostes effecti personaliter fuisse dicuntur ad dictum incendium perpetrandum, si sibi de illo delicto in hac parte constiterit, per privationem bonorum que obtinent in predicto castro de Trebis et alias impunitos, prout exegerit patrata nequitia, non relinquat. Ut autem mandatum apostolicum super hiis potentius et efficacius exequatur, volumus et presentium tibi auctoritate mandamus quatenus eidem capellano, ad requisitionem suam, per exercitum vel alio quocumque modo, juxta sue dispositionis arbitrium, potenter et efficaciter assistas, ita quod exinde sollicitudinem tuam possimus merito

commendare. Datum Viterbii, v idus maii, pontificatus nostri anno primo [1]. »

**2905** Viterbe, 15 mai 1262.

De certis haereditatibus a magistro et fratribus domus Militiae Templi Jerosolymitani legitime recipiendis. (Arch. de la Haute-Garonne. h 106.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis.. magistro et fratribus domus Militie Templi Jerosolimitani, salutem et apostolicam benedictionem.* Devotionis vestre precibus [2] —. Datum Viterbii, idus maii, pontificatus nostri anno primo [3]. »

**2906** Viterbe 15 mai 1262.

Ut crucesignati et crucesignandi extra dioceses in quibus ipsi et eorum bona consistunt, in causam trahi minime possint per litteras apostolicae sedis vel legatorum ejus hactenus impetratas. (Arch. Nat. l 254, n° 28.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio.. magistro ordinis fratrum Predicatorum, salutem et apostolicam benedictionem.* Volentes omnes crucesignatos per omnia Christianorum regna et etiam crucesignandos in subsidium Terre Sancte singularis privilegii prerogativa gaudere, crucesignatis et crucesignandis hujusmodi ut per litteras apostolice sedis vel legatorum ejus impetratas hactenus, quarum non sit auctoritate processum, et impetrandas in posterum, nisi dicte sedis littere impetrande plenam et expressam fecerint de presentibus mentionem, extra dioceses in quibus ipsi et eorum bona consistunt, in causam trahi vel ad judicium evocari non possint, dummodo parati sint coram eorum ordinariis querelantibus exhibere justitie complementum, auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo —. Si qui autem —. Datum Viterbii, idus maii, pontificatus nostri anno primo [4]. »

1. Ce parchemin n'a ni sceau ni marques de sceau. C'est sans doute une copie contemporaine de l'original.

2. Même formule que le n° 2907.

3. Vidimus par R. Barbelli, official de Narbonne, fait à la requête de Ronsolinus de Fos, maître provincial de l'ordre en Provence, le 29 août 1262.

4. Restes des lacs de soie rouge et jaune. Sur le pli : *Th. S. de Curia.*

**2907** Viterbe, 18 mai 1262.

Facultas conceditur certa bona recipiendi prioribus et fratribus Hospitalis Jerosolymitani de prioratu s. Egidii. (Arch. des Bouches-du-Rhone, fonds Malte 21.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis.. prioribus et fratribus Hospitalis Jerosolimitani de prioratu s. Egidii, salutem et apostolicam benedictionem.* Devotionis vestre precibus inclinati vobis auctoritate presentium indulgemus ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, exceptis feudalibus, que personas liberas fratrum, ad hospitale vestrum, mundi relicta vanitate, volantium et professionem facientium in eodem, si remansissent in seculo, ratione successionis vel quocumque alio justo titulo, contigissent, et ipsi potuissent dare libere aliis, petere, recipere ac retinere libere valeatis. Nulli ergo —. Si quis —. Datum Viterbii, xv kalendas junii, pontificatus nostri anno primo. »

**2908** Viterbe, 21 mai 1262.

Magistrum ordinis fratrum Praedicatorum hortatur moneat per omnia christianorum regna crucesignatos ut ad proficiscendum in succursum Terrae Sanctae se studeant praeparare. (Arch. Nat. l 254, n° 33.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio.. magistro ordinis fratrum Predicatorum, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum Terra Sancta Christi respersa sanguine, hoc presertim tempore quo Tartarorum gens perfida de abditis terre prosiliens, contra terram ipsam, diutius jam paganorum incursibus laceratam, ollam nove persecutionis incendit, festino ac magnifico succursu indigere noscatur, nos, quorum ejus clamor pulsat aures, ipsius pio corde condolentes angustiis et pressuris, ac cupientes eidem per christianorum potentiam, ad laudem et gloriam divini nominis, celeriter subvenire, volumus et presentium tibi auctoritate, in virtute obedientie, districte precipiendo mandamus quatinus per te vel per alium seu alios ydoneos, omnes comites, barones, duces et quoscumque alios clericos et laicos [per omnia christianorum regna] constitutos, cujuscumque condicionis, status et dignitatis existant, qui olim pro dicte Terre subsidio crucis signaculum assumpserunt et assument deinceps, ut se sic studeant preparare quod ad aliud mandatum nostrum se personaliter conferant, in succursum Terre predicte, moneas efficaciter et inducas, non obstante constitutione de duabus dietis edita in

concilio generali et indulgentia qua fratribus dicti ordinis ab apostolica sede dicitur esse concessum ut de causis que per litteras apostolicas committuntur eisdem, se intromittere minime teneantur, nisi de indulgentia hujusmodi expressam faciant mentionem. Datum Viterbii, xII kalendas junii, pontificatus nostri anno primo. »

**2909** Viterbe, 1er juin 1262.

Magistrum ordinis fratrum Praedicatorum hortatur moneat in regno Franciae ac in Lugdunensi necnon Viennensi, Bisuntina, Tarantasiensi, Ebredunensi et Aquensi civitatibus, diocesibus et provinciis, in Cameracensi quoque, Tullensi, Virdunensi, Leodiensi et Metensi civitatibus et diocesibus constitutos crucesignatos ut ad proficiscendum in succursum Terrae Sanctae se studeant praeparare. (Arch. Nat. L 254, n° 36.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio .. magistro ordinis fratrum Predicatorum, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum Terra Sancta —. Datum Viterbii, kalendis junii, pontificatus nostri anno primo. »

**2910** Viterbe, 5 juin 1262.

Electo Veronensi, rectori Patrimonii b. Petri in Tuscia et ducatus Spoletani, mandat moneat Fuliginates ut ab exactione pecuniae indebite a monasterio Saxivivi petitae, desistant et bona illicite ablata eidem monasterio restituant. (Archives archiepisc. de Spolète, fonds Sassovivo, fasc. 1, n° 22.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio .. electo Veronensi, rectori Patrimonii b. Petri in Tuscia et ducatus Spoletani, salutem et apostolicam benedictionem.* Dilecti filii .. abbas et conventus monasterii Saxivivi, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, quondam Fuliginatis diocesis, nobis graviter sunt conquesti quod .. potestas, capitaneus et commune Fuliginates contra eos illa de causa commoti quia tu sub pena mille marcharum argenti prohibuisti eisdem ut prefatos abbatem et conventum super exhibitione cujusdam pecunie quam eis, pretextu palatii dicti communis, temeritate propria imposuerant, aliquatenus non gravarent, ad quandam grangiam quam dictum monasterium in districtu illorum obtinet, manu accesserunt armata et boves, asinos, quemdam pullum equinum ac nonnulla alia animalia et bona ipsius monasterii ibidem inventa, secum exinde nequiter abduxerunt in predam, in dictorum abbatis et conventus prejudicium ac libertatis ecclesiastice non modicum detrimentum. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, dictos potestatem, capitaneum et commune quod ab exactione pecunie supradicte desistant ac eisdem abbati et conventui animalia et bona premissa restituant integre, ut tenentur, monitione premissa, per spirituales et temporales penas, sicut expedire videris, appellatione remota, compellas. Datum Viterbii, nonis junii, pontificatus nostri anno primo. »

**2911** Viterbe, 9 juin 1262.

Cum universitas presbyterorum et clericorum secularium villae de Riomo, Claromontensis diocesis, decreverit in eadem villa ecclesiam in honorem b. Mariae Virginis construere, Alphonsum, Tholosae ac Pictaviae comitem, hortatur ut eis auxilium et consilium impendat. (Arch. du Puy-de-Dome, fonds des Carmélites de Riom.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro .. Tholose ac Pictavie comiti, salutem et apostolicam benedictionem.* Honoris temporalis augmento et perennis palme gloria apud eternum Regem dignus efficeris si cultui nominis divini vacantibus benignus et propitius habearis. Exhibita siquidem nobis dilectorum filiorum universitatis presbiterorum et clericorum secularium ville tue de Riomo, Claromontensis diocesis, petitio continebat quod bone memorie Hugo, Claromontensis episcopus, eis construendi capellam in fundo proprio et in ea celebrandi divina officia concessit, auctoritate litterarum felicis recordationis I. pape, predecessoris nostri, deliberatione provida, liberam facultatem. Idem etiam predecessor, concessionem hujusmodi ratam habens et gratam, eam auctoritate apostolica confirmavit. Cum igitur predicti presbiteri et clerici, juxta predictam concessionem, in prefata villa ecclesiam in honorem b. Marie Virginis intendant construere, in qua conditori omnium valeant deservire, tuque in villa ipsa temporalem jurisdictionem obtinere noscaris, nobilitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente quatinus eisdem presbiteris et clericis, ob reverentiam apostolice sedis et nostram, tuum super hoc, cum ab eis requisitus fueris, impendas consilium, auxilium et favorem, ita quod exinde Domino virtutum complaceas nosque devotionem tuam dignis in Domino laudibus attollamus. Datum Viterbii, v idus junii, pontificatus nostri anno primo. »

**2912** Viterbe, 11 juin 1262.

Magistro ordinis fratrum Praedicatorum facultatem concedit « absolvendi per se vel alium seu alios quos ad hoc idoneos cognoverit, » a voto crucis omnes crucesignatos hactenus in subsidium Terrae Sanctae et crucesignandos deinceps, qui propter suorum infirmitatem aut debilitatem corporum, inhabiles vel impotentes fuerint ad pugnandum vel ad transfretandum in ipsius Terrae succursum, dummodo secundum proprias facultates velint redimere vota sua. (Arch. Nat. l 254, n° 40.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio .. magistro ordinis fratrum Predicatorum, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum predicationem Crucis —. Datum Viterbii, iii idus junii, pontificatus nostri anno primo. »

In e. m. priori provinciali fratrum Predicatorum in Polonia.

**2913** Viterbe, 12 juin 1262.

Magistro ordinis fratrum Praedicatorum mandat non permittat, per se vel alium seu alios, crucesignatos, contra immunitates et privilegia ab apostolica sede concessa, ab aliquibus indebite molestari. (Arch. Nat. l 254, n° 39.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio .. magistro ordinis fratrum Predicatorum.* Cum predicationem Crucis —. Datum Viterbii, ii idus junii, pontificatus nostri anno primo. »

In e. m. priori provinciali fratrum Predicatorum in Polonia.

**2914** Viterbe, 17 juin 1262.

Magistro ordinis fratrum Praedicatorum dat facultatem « commutandi peregrinationum et alia hujusmodi vota illorum qui pro Terrae Sanctae subsidio signum Crucis assumpserint, voto religionis et castitatis duntaxat excepto, in hujusmodi votum Crucis. (Arch. Nat. l 254, n° 41.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio .. magistro ordinis fratrum Predicatorum, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum predicationem Crucis —. Datum Viterbii, xv kalendas julii, pontificatus nostri anno primo. »

**2915** Viterbe, 22 juin 1262.

Magistro ordinis fratrum Praedicatorum mandat deponat in tuto loco redemptiones votorum crucesignatorum. (Arch. Nat. l 254, n° 42.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio .. magistro ordinis fratrum Predicatorum, salutem et apostolicam benedictionem.* Volumus et precipimus —. Datum Viterbii, x kalendas julii, pontificatus nostri anno primo. »

**2916** Viterbe, 26 juin 1262.

Praeceptori et fratribus domus Militiae Templi in Provincia libertates et immunitates confirmat. (Arch. des Bouches-du-Rhone, fonds de Malte 22.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis .. preceptori et fratribus domus Militie Templi in Provincia, salutem et apostolicam benedictionem.* Solet annuere sedes —. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus per privilegia seu indulgentias domui vestre seu vobis concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas juste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem domui auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo —. Si quis —. Datum Viterbii, vi kalendas julii, pontificatus nostri anno primo. »

**2917** Viterbe, 1er juillet 1262.

Abbatem et conventum monasterii s. Albini Andegavensis eorumque bona sub protectione b. Petri et sua suscipit. (Arch. du Maine-et-Loire, h 1.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis .. abbati et conventui monasterii s. Albini Andegavensis, ordinis s. Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.* Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et, ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos, tanquam pia mater, sue protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et locum in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, sub b. Petri et nostra

protectione suscipimus. Specialiter autem decimas, domos, vineas, prata, nemora, grangias, terras, possessiones et alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus, salva in predictis decimis moderatione concilii generalis. Nulli ergo —. Si quis autem —. Datum Viterbii, kalendis julii, pontificatus nostri anno primo. »

**2918** Viterbe, 7 juillet 1262.

Abbati de Ferrariis, Senonensis diocesis, mandat ut ea quae de bonis domus Militiae Templi in Francia alienata invenerit illicite vel distracta, ad jus et proprietatem ejusdem domus studeat revocare. (Arch. Nat. l 254, n° 43.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio.. abbati de Ferrariis, Senonensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Ad nostram noveris audientiam pervenisse quod tam dilecti filii .. preceptor et fratres domus Militie Templi in Francia quam predecessores eorum castra, villas, casalia, domos, terras, decimas, redditus, jura, jurisdictiones et quedam alia bona ad eandem domum spectantia, datis super hoc litteris, interpositis juramentis, factis renuntiationibus et penis adjectis, nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, in gravem lesionem domus ejusdem, quorum aliqui super hiis litteras confirmationis in forma communi a sede apostolica impetrasse dicuntur. Nos itaque, volentes eidem domui paterna in hac parte sollicitudine providere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus ea que de bonis ejusdem domus per concessiones hujusmodi vel alias alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus litteris, juramentis, renuntiationibus, penis et confirmationibus supradictis, ad jus et proprietatem domus ejusdem studeas legitime revocare, contradictores —. Testes —. Datum Viterbii, nonis julii, pontificatus nostri anno primo. » (*Bulle retenue par une corde de chanvre.*)

**2919** Viterbe, 10 juillet 1262.

Abbati et conventui monasterii s. Benigni Divionensis, ordinis s. Benedicti, Lingonensis diocesis, indulget ut ad solutionem aliquorum debitorum compelli minime valeant, nisi ea in utilitatem ejusdem monasterii conversa fuisse legitime probaverint creditores. (Arch. de la Cote-d'Or, fonds s. Bénigne, h 1, 1.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii s. Benigni Divionensis, ordinis s. Benedicti, Lingonensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Indempnitati monasterii vestri —. Datum Viterbii, vi idus julii, pontificatus nostri anno primo. »

**2920** Viterbe, 10 juillet 1262.

Episcopo Claromontensi mandat non permittat magistrum et fratres hospitalis s. Antonii, Viennensis diocesis, contra indulta privilegiorum sedis apostolicae, ab aliquibus indebite molestari. (Arch. du Puy-de-Dome, fonds Commanderie s. Antoine.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri.. episcopo Claromontensi, salutem et apostolicam benedictionem.* Vacantibus sub religionis habitu pie vite studiis sic debemus esse propitii ut in divinis beneplacitis exequendis non possint malignorum perversitatibus impediri. Cum igitur dilecti filii .. magister et fratres hospitalis s. Antonii Viennensis diocesis a nonnullis, sicut asserunt, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, molestias multiplices patiantur, nos et eorumdem magistri et fratrum providere quieti et talium conatibus refragari volentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus eisdem magistro et fratribus efficaciter presidio defensionis assistens, non permittas eos contra indulta privilegiorum sedis apostolice ab aliquibus indebite molestari. Molestatores —, presentibus post triennium minime valituris. Datum Viterbii, vi idus julii, pontificatus nostri anno primo. »

**2921** Viterbe, 10 juillet 1262.

Decernit quod per litteras imperatori Constantinopolitano a sede apostolica concessas nullum potest magistro et fratribus Militiae Templi Jerosolymitani praejudicium generari. (Arch. Nat. l 254, n° 44.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis.. magistro et fratribus Militie Templi Jerosolimitani, salutem et apostolicam benedictionem.* Devotionis vestre merita —. Hinc est quod, cum nos carissimo in Christo filio nostro .. illustri imperatori Constantinopolitano, di-

versas fecerimus gratias per diversas nostras litteras in quantum aliquibus de ordine vestro fit specialis, in reliquis vero de illo expressa mentio non habetur, quamquam omnes religiosi tam exempti quam non exempti comprehendi videantur in eis, nos ad ordinem vestrum specialem habentes dilectionis affectum, auctoritate vobis presentium indulgemus ut hujusmodi seu quecumque alie littere dicto imperatori super quibuscumque gratiis concesse a nobis, ad vos aut domos seu fratres ipsarum prefati vestri ordinis minime se extendant, quodque per litteras ipsas nullum possit vobis seu fratribus et domibus ipsius prejudicium generari sive a vobis vel eis quodcumque pecuniarum aut aliud subsidium vel servitium exigi aut etiam extorqueri. Nulli ergo —. Si quis —. Datum Viterbii, vi idus julii, pontificatus nostri anno primo[1]. »

**2922** Montefiascone, 18 août 1262.

Abbati et conventui monasterii s. Vincentii Laudunensis, ordinis s. Benedicti, indulget ut privilegiis apostolicis uti libere valeant, dummodo in suo vigore persistant nec eorum terminus effluxerit. (Arch. Nat. l 254, n° 47.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei . . abbati et conventui monasterii s. Vincentii Laudunensis, ordinis s. Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.* Provenit ex devotione —. Datum apud Montemflasconis, xv kalendas septembris, pontificatus nostri anno primo. »

**2923** Date incertaine.

Episcopo Anagnino mandat ut interesse procuret solemniis quibus primarius lapis apponi debet hospitali vel religiosis domibus quas Nicolaus, subdiaconus et capellanus apostolicus, nepos quondam Gregorii papae IX, in civitate Anagnina vel extra prope civitatem aedificare proponit. (Arch. capit. d'Anagni, t. I.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . episcopo Anagnino, salutem et apostolicam benedictionem.* Annuere solet sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem facilem et benivolum impertiri. Sane lecta coram nobis dilecti filii Nicolai, subdiaconi et capellani nostri, nepotis felicis recordationis G. pape, predecessoris nostri, petitio continebat quod ipse jamdudum mente concepit in civitate Anagnina vel extra prope civitatem eandem locum infirmorum et pauperum, quoddam hospitale vel domos religiosas cum oratorio in proprio fundo construere, eaque dotare de propriis bonis. Unde nobis humiliter supplicavit ////// quod diu gessit in voto producere optet in opus, benedici ac concedi sibi, ad opus ipsius, unum lapidem mandari ////// Itaque laudabile ipsius in hac parte propositum in Domino commendantes, fraternitati tue per apostolica scripta [mandamus] quatenus eo ////// lapidem ipsum sibi sine tui et alieni juris prejudicio, cum debita sollempnitate ////// venerabili ////// et dilecto filio,... electo Alatrino, damus litteris in mandatis [ut unus] vel alter eorum ////// hoc apostolica ////// reliqua indulgentia cuicunque ordini vel religioni ab apostolica sede concessa per qua edi[fican]di domos religiosas ////// domos vel ecclesias ipsius religionis vel ordinis ad trecentos passus ////// Contradictores —. Datum Viterbii, x kalendas [1] ////// pontificatus nostri anno primo. » (*Bulle.*)

**2924** Montefiascone, 6 septembre 1262.

Eugubinos, ad devotionem ecclesiae reversos, sub b. Petri et sua protectione suscipit, damna ab eis ecclesiae illata eisdem remittendo, comitatu tamen Eugubino Eugubinis non concesso. (Arch. munic. de Gubbio, *libro rosso*, fol. 41 v°.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis . . potestati et communi Eugubinis, salutem et apostolicam benedictionem.* Humani redemptorem generis qui non venit peccatores perdere sed salvare, cujus vicem in terris, licet immeriti, gerimus, quantum humana permittit fragilitas, imitantes, gaudemus cum hii ad ecclesie gremium humiliter revertuntur, qui, errore ipsos trahente devios in malum, cum malis manus suas posuerant, in proprie salutis dispendium, contra illam. Sane, cum sitis Romane ecclesie subditi et filii speciales, nos, qui hactenus dolebamus ex eo quod ab ipsius devotione vos temere avertistis, adherendo contra dictam ecclesiam Manfredo, quondam principi Tarentino, persecutori ejus, et cum eo ipsam hostiliter impugnando, gaudemus intime de vestro redditu ad ipsius devotionem ecclesie, matris vestre, que, etsi vestra sit domina, maternis vos tamen tractat affectibus, nescia vobis ubera lenitatis subtrahere ac suas [2] misericordias continere, si tamen constanter in ejus obsequiis, tanquam devotionis filii et fideles [3]

1. Sur le pli : *Jac. Romanus.*

1. Le nom du mois est enlevé. D'ailleurs en plusieurs endroits, le parchemin est en mauvais état.

2. Ms. : *mira.* — 3. Ms. : *Fidelis.*

subditi, persistatis. Gaudemus itaque vobis, quod cedere potest ad gaudium, quod primitie redeuntium ad eandem ecclesiam in partibus illis estis, ex quo tanto uberius apostolicus vobis debet favor accrescere quanto major remuneratio debetur hiis qui sic ad ipsam devotione festinant quod ceteris preponantur. Et quidem vos estis illis de Marchia Anconitana quos in devium similis error traxit, proficiendi speculum et exemplar, in quo omnis macula indevotionis abstersa, jam devotionis insignia relucescunt adeo quod possunt salubrem viam redeundi ad prefatam ecclesiam cernere ac patentem eis vite januam jam videre. Cum itaque votivum sit nobis filios ad nos attrahere oberrantes, tanto libentius tales suscipimus redeuntes quanto major spes potest haberi de aliorum reditu, si pater benigne suscipit redeuntes filios quos salvari desiderat, non perire.

Licet itaque, filii, jamdudum ab ejusdem ecclesie devotione subtraxeritis vosmetipsos, nunc tamen, corda vestra Redemptoris vestri clementia illustrante, debite fidelitatis et proprie salutis memores, ad ecclesie gremium cucurristis ut sortiremini fidelitatis nomen, qui prius dicebamini, culpis vestris exigentibus, subditi infideles. Multum siquidem in hoc profecistis quod tale adepti estis vocabulum ex quo magna vobis remuneratio provenit, qua nostram per hoc consequimini gratiam, cujus multa ingratitudo fecerat vos expertes. Ut igitur per effectum hujusmodi gratiam sentiatis et nullus cordibus vestris de favore ecclesie dubietatis possit scrupulus inherere, ecce dilectos filios Jacopum Petri, syndicum, aliosque ambasciatores vestros, viros utique providos et prudentes, solita benignitate recipimus et tam vos propter hoc quam civitatem vestram sub b. Petri protectione suscipimus atque nostra et, volentes vos in devotione persistentes, hujusmodi pleno favore prosequi et muneribus gratiarum, presentium auctoritate omnes offensas et injurias quas, prefato adherendo Manfredo ejusque fautoribus, vos vel aliquis ex civibus vestris nobis et eidem ecclesie irrogastis, necnon et penas si quas tam super privatione dignitatis episcopalis quam etiam aliis, occasione hujusmodi, incurristis, vobis ex multa benignitate duximus remittendas.

Ceterum, quantumcunque vestrum diligamus profectum vestrisque condescendere desideriis proponamus, ad presens tamen petitionem vestram de concedendo vobis comitatu seu districtu Eugubino non duximus admittendam, quia, cum ecclesia Romana comitatum ipsum aliis duxerit concedendum, non posset revocatio infra tempus concessionis hujusmodi fieri sine inconstantie nota et eorum scandalo quibus concessio facta fuit, quamvis in proposito habeamus de comitatu ipso, decurso concessionis ejusdem tempore, ad augendum devotionem vestram, disponere, prout ipsius ecclesie utilitatibus viderimus expedire. Ad hec, ut quietius vitam possitis ducere in devotione predicta, scire vos volumus quod taliter curabimus procedere contra illos qui aliquid in vestrum moliri prejudicium attentabunt quod, pena docente, poterunt advertere quantum in vestris molestiis nos offendant. Insuper scribimus dilecto filio M., Veronensi electo, rectori ducatus Spoletani, ut ad requisitionem vestram vobis assistere debeat explicitis viribus, cum fuerit oportunum. Datum apud Montemflasconis, VIII idus septembris [1], pontificatus nostri anno secundo. »

**2925** Montefiascone, 8 septembre 1262.

Omnibus ecclesiarum praelatis per regnum Franciae constitutis mandat habeant commendatos nuntios episcopi, decani et capituli Claromontensium indulgentiam praedicantes pro reparatione ecclesiae Claromontensis. (Arch. du Puy-de-Dome, fonds du Chapitre.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum prelatis, per regnum Francie constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.* Ecclesiarum fabricis manum porrigere adjutricem pium apud Deum et meritorium reputantes, frequenter Christi fideles ad impendendum ecclesiis ipsis hujusmodi auxilium nostris monemus litteris et hortamur; et ut ad id eo fortius animentur quo majus ex hoc animarum comodum speraverint adipisci, nonnunquam pro hiis temporalibus suffragiis spiritualia eis munera, remissiones videlicet et indulgentias, elargimur. Et quidem conveniens est et dignum ut fideles Christi, loca divino deputata cultui, devotione congrua venerantes, et debitum illis honorem reverenter exhibeant et ad eorumdem decorem sua etiam impendia studiose, cum et in componendis ad usus humanos edibus impendi diligentia soleant, subministrent, quatinus. cooperantibus caritativis ipsorum subsidiis, possint illa decentis consummatione structure superni regis laudibus cepta reddi. Hinc est quod, cum, sicut venerabilis frater noster.. episcopus, et dilecti filii deca-

1. Ms : *setembris.*

nus et capitulum Claromontenses nobis exponere curaverunt, ipsi eorum ecclesiam reparare inceperint opere nimium sumptuoso, et felicis recordationis Innocentius et Alexander, Romani pontifices, predecessores nostri, ac nos Christi fidelibus per regnum Francie constitutis, ad ejusdem perfectionem adjutorium retribuentibus, certam indulgentiam duxerimus concedendam, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes quatenus ipsorum nuntios, cum propter hoc ad vos venerint, pro divina et nostra reverentia, benigne recipientes, illos prefatam denuntiare indulgentiam, cum exhortationis verbo, per ecclesias vestrarum civitatum et diocesium, faciendo eos pie inibi suscipi, litteris vestris, si necesse fuerit concessis eisdem, vestris subditis libere permittatis, et quod dictos subditos per vos et alios ad porrigendum eidem operi caritatis dexteram, attentis exhortationibus, animetis ut, intervenientibus eorum devotis suffragiis, dictum opus ad consummationem optatam celerius, auctore Deo, perducatur, mandatum nostrum taliter impleturi quod devotionem vestram exinde dignis in Domino commendare laudibus merito valeamus. Datum apud Montemflasconis, v idus septembris, pontificatus nostri anno secundo. »

**2926** Montefiascone, 13 septembre 1262.

Licentia eligendi episcopi capitulo Anagnino conceditur. (Arch. capit. d'Anagni, i, n° 5.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis capitulo Anagnino, salutem et apostolicam benedictionem.* Dilecti filii Rolandus et Gottifridus, concanonici vestri, quos ad sedem apostolicam destinastis, nobis ex parte vestra bone memorie J., episcopi Anagnini, obitum nuntiarunt, eligendi licentiam postulantes. Nos autem hujusmodi licentiam vobis duximus concedendam ita tamen quod infra viginti dies postquam predicti R. et G. ad ecclesiam vestram redierint, ad electionem hujusmodi procedatis. Datum apud Montemflasconis, idus septembris, pontificatus nostri anno secundo. »

**2927** Montefiascone, 4 octobre 1262.)

Decano et capitulo Laudunensibus confirmat jus patronatus quam habent in ecclesia s. Genovefae et hospitali Laudunensi. (Arch. Nat. l 254, n° 48.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis.. decano et capitulo Laudunensibus, salutem et apostolicam benedictionem.* Justis petencium desideriis —. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, jus patronatus quod habetis in ecclesia s. Genovefe et hospitali Laudunensi, sicut illud juste ac pacifice obtinetis, vobis auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo —. Si quis —. Datum apud Montemflasconis, iiii nonas octobris, pontificatus nostri anno secundo. »

**2928** Montefiascone, 7 octobre 1262.

Decano et capitulo Laudunensibus indulget ne quis de clero Laudunensi divina officia celebrare valeat, ipsis ex rationabili causa a divinis cessantibus. (Arch. Nat. l 254, n° 49 [1].)

« *Eisdem.* Cum non sit conveniens quod, vobis ex rationabili causa cessantibus a divinis, clerici alii Laudunenses, religiosi vel alii, debeant in vestrum precipue scandalum [celebrare], ..... vestris precibus inclinati, auctoritate presentium districtius inhibemus ne aliqui de clero Laudunensi et religiosi, [cujuscumque] ordinis vel dignitatis existant, cum ex justa et rationabili causa ab hujusmodi divinis officiis vos contigerit ..... et juxta privilegia vobis ab apostolica sede concessa, Laudunensem civitatem ecclesiastico subicere interdicto, pre ..... campanis pulsatis, alta voce, interdictis vel excommunicatis admissis et patentibus januis, celebrare, etiam obtenta alicujus ..... dicte sedis de qua plenam et expressam ac de verbo ad verbum oporteret in presentibus fieri mentionem, decernentes ..... qui secus presumpserit, districte subjaceat ultioni. Nulli ergo —. Si quis —. Datum apud Montemflasconis, nonis octobris, pontificatus nostri anno secundo. »

**2929** Orvieto, 18 octobre 1262.

Episcopo Reatino mandat ut Offreducio Bonocomiti et Martucio de Miranda litteras securitatis, nomine papae, conferat, si roccam de Miranda, quam injuste detinent occupatam, ecclesiae Romanae dimittere velint. (Arch. capit. de Rieti a, Fd, n° 2.)

1. Tout un côté du parchemin ayant été rogné, plusieurs mots ont disparu : c'est ce qui explique les lacunes du texte. Au dos : « *dominus Ancherus cardinalis.* »

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . episcopo Reatino, salutem et apostolicam benedictionem.* Nobilis viri Offreducius Bonuscomes et Martucius de Miranda, per te de mandato nostro citati, nuntium suum ad nostram presentiam destinarunt, petentes a nobis nostras sibi super securitate ipsorum litteras exhiberi. Verum, quia roccam Mirande, utpote ad Romanam ecclesiam pertinentem, quam iidem nobiles jam longo tempore tenuerunt, in ejusdem ecclesie prejudicium, occupatam, omnino habere intendimus, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus cum nobilibus loquaris eisdem et super hoc ipsorum voluntatem et intentionem exquirens si ad nos venire intendunt ut super restitutione ipsius rocce satisfaciant voto nostro, litteras nostras petite securitatis, quas tibi per latorem presentium mittimus, nobilibus assignes eisdem, per tuas nobis litteras intimando quid tibi super hoc ab eis responsum fuerit et quicquid inde duxeris faciendum. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas novembris, pontificatus nostri anno secundo. »

**2930** Orvieto, 10 novembre 1262.

Obitioni, plebano plebis de Rabatte, Perusinae diocesis, committit ut executioni mandet sententiam pro Senso, cive Perusino, adversus Narnienses ab O., s. Mariae in Via lata diacono cardinali, editam. (Arch. Munic. de Narni.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Obitioni, plebano plebis de Rabatte, Perusine diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Exhibita nobis dilecti filii nobilis viri Sensi, civis Perusini, petitio continebat quod, cum felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, causam que inter ipsum, ex parte una, et . . potestatem et commune Narnienses super quadam pecunie summa quam pro salario unius anni, pro potestaria seu rectoria civitatis Narniensis, iidem commune sibi solvere, ut asserit, promiserunt et rebus aliis, ex altera, vertebatur, dilecto filio nostro O., s. Marie in Via lata diacono cardinali, commisisset fine debito terminandam, idem cardinalis, lite coram eo legitime contestata prestitoque a partibus juramento calumpnie, factisque positionibus, et responsionibus ad easdem, ac auditis et intellectis omnibus que fuerunt a partibus proposita coram eo, de prudentum virorum consilio, predictos potestatem et commune in predicta pecunie summa sibi per diffinitivam sententiam condempnavit, prout in instrumento publico inde confecto et ipsius cardinalis sigillo munito, plenius continetur. Nos itaque, sententiam ipsam ratam habentes et firmam, eam per nostras duximus litteras confirmandam. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus sententiam ipsam, auctoritate nostra, per te vel per alium debite executioni demandes. Contradictores —. Proviso ne in universitatem Narniensem excommunicationis sententiam proferas, nisi super hoc a nobis mandatum receperis speciale. Datum apud Urbemveterem, iiii idus novembris, pontificatus nostri anno secundo. »

**2931** Orvieto, 25 octobre 1262.

Archipresbytero ecclesiae s. Johannis de Duce, Anagninae diocesis, mandat procuret citare abbatem et conventum monasterii s. Petri de Villamagna ut infra quindecim dies apostolico conspectui se praesentent. (Arch. capit. d'Anagni, I n° 10.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio . . archipresbitero ecclesie s. Johannis de Duce, Anagnine diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Sua nobis dilecti filii . . electus, et capitulum Anagnini petitione monstrarunt quod, cum olim inter ipsos, ex parte una, et . . abbatem et conventum monasterii s. Petri de Villamagna, ordinis s. Benedicti, Anagnine diocesis, ex altera, super ecclesia s. Secundine de Monte-Gorge, juribus ac pertinentiis ejus et rebus aliis orta fuisset materia questionis, felicis recordationis G. papa, predecessor noster, bone memorie S., tituli s. Marie Transtiberim presbitero cardinali, hujusmodi causam commisit. Et licet coram eo usque ad diffinitive sententie calculum fere in eadem causa processum fuisset, tamen propter maliciam temporis et alios diversos eventus, causa ipsa remansit hactenus indecisa. Quare nobis iidem electus et capitulum humiliter supplicarunt ut causam eandem terminari apud sedem apostolicam faceremus. Cum igitur nos dilectum filium nostrum G., s. Georgii ad Velum Aureum diaconum cardinalem, in causa ipsa dederimus auditorem, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus dictos abbatem et conventum, ex parte nostra, peremptorie per te vel alium citare procures ut, infra quindecim dierum spatium post citationem tuam, cum omnibus munimentis, juribus et rationibus suis, causam hujusmodi contingentibus, per procuratorem ydoneum sedis apostolice se conspectui representent, in causa ipsa ratione previa processuri. Diem vero citationis et quicquid exinde feceris nobis per tuas litteras, presentium continentes seriem, intimare pro-

cures. Datum apud Urbemveterem, VIII kalendas novembris, pontificatus nostri anno secundo. »

**2932** Orvieto, 13 décembre 1262.

Episcopo Reatino mandat iterato citet Offreducium de Miranda, potestatem civitatis Reatinae, roccae de Miranda quae ad Romanam ecclesiae pertinet, invasorem, ut infra octo dies apostolico conspectui se praesentet. (Arch. capit. de Rieti A. Fd. 1.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . episcopo Reatino, salutem et apostolicam benedictionem.* Frequenter tibi scripsisse meminimus ut nobilem virum Offreducium de Miranda, potestatem civitatis Reatine, auctoritate nostra peremptorie citare curares sibique districte preciperes ut infra certum temporis spatium, nostro se conspectui personaliter presentaret, pariturus precise super restitutione rocce de Miranda quam, ad Romanam ecclesiam pertinentem, detinet occupatam, nostris beneplacitis et mandatis. Et licet tu nonnunquam eundem nobilem propter hoc citaveris, prout nobis per tuas litteras intimasti, ipse tamen contumaciter comparere contempsit, quanquam aliquando quasdam excusationes frivolas proponi fecerit coram nobis. Nos igitur, ejus adhuc convincere malitiam apostolica benignitate volentes, fraternitati tue per apostolica scripta, in virtute obedientie et sub pena excommunicationis, districte precipiendo mandamus quatinus predictum Offreducium iterato et peremptorie citare procures ut, infra octo dies post citationem tuam, personaliter coram nobis compareat, mandatis nostris super restitutione predicte rocce precise et humiliter pariturus, prenuntians et predicens eidem quod, si non comparuerit in termino a te statuendo eidem, nos adversus eum et bona sua, ubicumque inventa fuerint, dure ac aspere spiritualiter et temporaliter, prout expedire viderimus et sua exegerit contumacia, auctore Domino, procedemus. Diem vero citationis et formam et quicquid super hoc duxeris faciendum, nobis tuis litteris, harum seriem continentibus, studeas fideliter intimare. Datum apud Urbemveterem, idus decembris, pontificatus nostri anno secundo. »

**2933** Orvieto, 4 janvier 1263.

Episcopo Narniensi mandat provideat Theobaldo, nepoti Urbevetani episcopi, de praebenda et canonicatu in ecclesia Narniensi. (Arch. capit. de Narni.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . episcopo Narniensi, salutem et apostolicam benedictionem* Volentes dilectum filium Theobaldum, nepotem venerabilis fratris nostri Urbevetani episcopi, qui, sicut asserit, quoddam beneficium, unius marce argenti valorem annis singulis non excedens, obtinet, de quo nequit comode sustentari, favore prosequi gratie specialis, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus eidem T. in ecclesia Narniensi a capitulo ipsius ecclesie, ad quos canonicorum receptio ac collatio prebendarum noscitur pertinere, per te vel per alium auctoritate nostra recipi facias in canonicum et in fratrem, et ei de prebenda, si qua ibidem vacat ad presens vel quam primum ad id obtulerit se facultas, provideas vel facias provideri. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, II nonas januarii, pontificatus nostri anno secundo. »

**2934** Orvieto, 29 janvier 1263.

Subjectionem monasterii de Ferentillo, ordinis s. Benedicti, Spoletanae diocesis, monasterio Clarevallis de Clento, Camerinensis diocesis, cassat et irritat. (Arch. capit. du Latran, *Bullarium basilicae Lateranensis* p. 106 v°.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis rectori et monachis monasterii de Ferentillo, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Spoletane diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Dudum vos et vassalli monasterii vestri, attendentes monasterium ipsum fore multipliciter in spiritualibus et temporalibus deformatum ac cupientes ipsum de Cisterciensi ordine reformari, vos et idem monasterium ac omnia bona sua eidem ordini, ut dicitur, subjecistis. Quo intellecto, felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, volens abbati et conventui Clarevallis de Clento, predicti ordinis, Camerinensis diocesis, gratiam facere specialem, predictum monasterium vestrum, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, eisdem abbati et conventui eorumque monasterio apostolica, sicut accepimus, auctoritate concessit. Predictis autem abbate et conventu in eodem monasterio vestro se contendentibus jus habere, ac super eodem monasterio contra vos apud sedem apostolicam moventibus questionem, tandem in venerabilem fratrem nostrum J., episcopum Portuensem, tituli sancti Laurentii in Lucina presbiterum, et dilectum filium nostrum O., s. Marie in Via Lata diaconum cardinales, tamquam in arbitros et arbi-

tratores seu amicabiles compositores, dicti abbas et conventus seu eorum procurator, ipsorum nomine, ac tu, fili rector, prioris et monachorum dicti monasterii vestri super hoc non accedente consensu, compromittere curavistis. Cumque tu, fili rector, renuntiasses medio tempore administrationi dicti monasterii quam gerebas, iidem arbitri adjudicarunt predictum vestrum monasterium abbati et conventui memoratis, qui, pretextu adjudicationis hujusmodi, dictum monasterium occupantes, nonnullas possessiones et quamplura bona ipsius usque ad valorem quinque milium librarum Ravennatensium, sine consensu Romani pontificis, nonnullis personis vendiderunt et alias etiam distraxerunt, pro sue libito voluntatis, sicque dictum vestrum monasterium adeo in spiritualibus et temporalibus est collapsum, quod nisi celeriter et per sedis apostolice remedium succurratur, vix adiciet ut resurgat.

Nos igitur, attendentes quod idem vestrum monasterium in spiritualibus et temporalibus florere solebat, quodque Romana ecclesia, cui nullo medio dictum monasterium subesse dinoscitur, utilia servitia oportunis temporibus recipiebat et recipere poterat ab eodem, et ob id nolentes tantum eandem ecclesiam Romanam dispendium in ammissione seu alienatione ipsius monasterii tolerare, omnem subjectionem seu summissionem, concessionem, arbitrium, adjudicationem super hiis facta et habita, omnia quoque instrumenta et quaslibet litteras apostolicas tam concessionis quam confirmationis super premissis confecta et obtenta, cujuscumque tenoris existant, et quicquid ex eis secutum est vel ob ipsa, cassamus, revocamus, annullamus et decernimus nullius prorsus existere firmitatis, reservantes ad manus nostras, de consilio fratrum nostrorum, dictum monasterium cum omnibus juribus et pertinentiis suis, donec aliud super hoc duxerimus ordinandum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre cassationis, revocationis, annullationis, constitutionis et reservationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum apud Urbemveterem, IIII kalendas februarii, pontificatus nostri anno secundo. »

**2935** Orvieto, 2 février 1263.

Eugubinis dat licentiam Callensibus, ecclesiae inimicis et rebellibus, duram et asperam guerram faciendi. (ARCH. MUNIC. DE GUBBIO, *Libro rosso*, fol. 43 [1].)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis.. potestati, consilio et communi Eugubinis, fidelibus nostris, salutem et apostolicam benedictionem.* Cives Callenses recto fidelitatis qua Romane tenebantur ecclesie, calle relicto, callido ipsius persecutori ecclesie callidis animis adherentes, sic totis incaluere viribus, in ipsius ecclesie suorumque fidelium nocumentum, sicque callosas et induratas ad pertinacem rebellionem et rebellem pertinaciam mentes habere noscuntur quod quietis et pacis refrigerium tibi et eisdem fidelibus dare penitus renuunt neque possunt aliquibus apostolice lenitatis persuasionibus emolliri seu induci quomodolibet ad parendum nostris et ipsius ecclesie beneplacitis et mandatis. Nam, licet nuper ad ipsos et litteris et monitis clamaverimus, ut de salute propria solticite cogitantes, a dicti persecutoris sequela recederent, ipsi tamen sinum reverende matris ecclesie dampnabiliter contempnentes, dicto persecutori adherere adhuc pertinaciter ac predictam ecclesiam et nos aliosque fideles nostros cunctis offendere nisibus non verentur. Nos igitur, superbam ipsorum contumaciam et contumacem superbiam sufferre ulterius nequeuntes, cum patientia nostra majorem et largiorem eis hucusque prebuerit audaciam in hujusmodi rebellione contra nos et predictam ecclesiam persistendi, personas et bona eorumdem civium, tanquam Romane ecclesie proditorum, universis exponimus libere capienda, dantes vobis specialiter impune capiendi eos in personis et rebus, faciendi quoque ipsis per vos et amicos vestros duram guerram et asperam, ipsosque quibuscumque modis poteritis, impugnandi plenam et liberam auctoritate presentium concedimus facultatem. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas februarii, pontificatus nostri anno secundo. »

**2936** Orvieto, 3 février 1263.

Episcopo Aversano, coadjutori episcopi Eugubini, mandat intimet Callensibus, ecclesiae Romanae hostibus, processum quo episcopali dignitate privandi nuntiantur, nisi infra unum mensem ad ecclesiae mandata redire curaverint. (ARCH. MUNIC. DE GUBBIO, *Libro Rosso*, fol. 80 [2].)

1. Copie contemporaine datée de 1264.

2. Cette copie se trouve dans l'acte du 14 février 1263 par lequel le coadjuteur de Gubbio envoie ses avertissements aux gens de Cagli.

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . episcopo Aversano, coadjutori venerabilis fratris nostri episcopi Eugubini, salutem et apostolicam benedictionem.* Cives Callenses recto [1] —. Nam licet nuper ad ipsos et litteris et monitis clamaverimus ut de salute propria solicite cogitantes, a dicti persecutoris sequela recederent et ad gremium ejusdem ecclesie, sine qualibet tarditate, redirent, eisque predixerimus comminantes quod, si nostris in hac parte monitis non parerent, civitatem Callensem episcopali dignitate auctoritate apostolica privaremus, ipsi tamen noluerunt vocem nostre pie revocationis audire, sed sinum reverende matris ecclesie dampnabiliter contempnentes, dicto persecutori adherere adhuc pertinaciter ac predictam ecclesiam suosque fideles cunctis offendere nisibus non verentur. Nos igitur, superbam ipsorum contumaciam et contumacem superbiam sufferre ulterius nequeuntes, cum patientia nostra majorem et largiorem eis hucusque prebuerit audaciam in hujusmodi rebellione contra nos et predictam ecclesiam persistendi, fraternitati tue de fratrum nostrorum consilio per apostolica scripta mandamus quatenus potestatem, consilium et commune civitatis ejusdem, per te vel per alium seu alios, ex parte nostra, juxta datam tibi a Deo prudentiam, moneas et inducas ut, usque ad unum mensem post monitionem tuam, quem eis pro peremptorio prefigimus termino, perditionis viam qua, dictum sequendo persecutorem, dampnabiliter gradiuntur, penitus dimittentes, precise ad mandatum et devotionem predicte ecclesie revertantur. Nos enim exnunc predictam civitatem, nisi idem potestas, consilium et commune, infra hujusmodi terminum, ab ipsius persecutoris sequela discesserint et ad mandatum ecclesie predicte redierint, episcopali dignitate premissa auctoritate privamus, sicque alias durius et asperius adversus ipsos et prefatam civitatem spiritualiter et temporaliter procedere, Deo auctore, proponemus ut ipsis quos a malo dulcis et suavis monitio revocare non potuit, saltem continuata vexatio prebeat intellectum. Volumus autem ut hujusmodi processum nostrum eis publice intimare procures, faciens super premissis confici publicum instrumentum, illud ad nos fideliter transmissurus. Datum apud Urbemveterem, III nonas februarii, pontificatus nostri anno secundo. »

1. Le préambule de cette bulle est le même que celui de la précédente.

**2937** Orvieto, 5 mars 1263.

Monasterio Saxivivi, ordinis s. Benedicti, quondam Fuliginatis diocesis, libertates et immunitates confirmat. (Arch. archiep. de Spolète, fonds Sassovivo, n° 1048.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii Saxivivi, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, quondam Fuliginatis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus sive per privilegia seu alias indulgentias vobis vel monasterio vestro concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exemptionum, a regibus et principibus vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis vel monasterio predicto indultas, terras quoque, possessiones, redditus, domos et alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice optinetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo —. Si quis autem —. Datum apud Urbemveterem, III nonas martii, pontificatus nostri anno secundo. »

**2938** Orvieto, 20 mars 1263.

Abbatem et conventum monasterii de Corneolo, Praemonstratensis ordinis, Bisuntinae diocesis, sub b. Petri et sua protectione suscipit. (Arch. de la Haute-Saône, H 749.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis . . abbati, et conventui monasterii de Corneolo, Premonstratensis ordinis, Bisuntine diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis affectu propensius diligere consuevit et, ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos, tanquam pia mater, sue protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et locum in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum justis modis, prestante Domino, poteritis adipisci, sub b. Petri et nostra protectione suscipimus; specialiter autem terras, domos, possessiones et alia bona ves-

tra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo —. Si quis —. Datum [apud Urbemveterem], XIII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno secundo [1]. »

**2939** Orvieto, 28 mars 1263.

Praeceptori et fratribus Militiae Templi Jerosolymitani in Aquitania indulget ut exactiones ipsis ab ecclesiarum praelatis petitas, ratione ipsarum ecclesiarum, ultra consuetam taxationem, denegare valeant. (Arch. Nat. l. 254, n° 54.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis.. preceptori et fratribus Militie Templi Jerosolimitani in Aquitania salutem et apostolicam benedictionem.* Meritis vestre sacre —. Hinc est quod nos, vestris supplicationibus inclinati, ut si archiepiscopi, episcopi, decani, archidiaconi vel alii ecclesiarum prelati a vobis aut ecclesiis quas canonice obtinetis, ultra illud quod predecessores eorum in eis consueverunt, exigere forte voluerint, vobis id eis liceat denegare, dummodo super eo quod sic petierint, sitis per privilegia sedis apostolice aut legitima prescriptione muniti, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nos enim decernimus —. Nulli ergo —. Si quis autem —. Datum apud Urbemveterem, V kalendas aprilis, pontificatus nostri anno secundo [2]. »

**2940** Orvieto, du 6 au 12 avril 1263.

Abbati s. Stephani Divionensis mandat restitui faciat abbati et conventui monasterii de Corneolo, Praemonstratensis ordinis, Bisuntinae diocesis, bona illegitime a nonnullis ablata et detenta. (Arch. de la Haute-Saone, H 749 [3].)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio.. abbati s. Stephani Divionensis, Lingonensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Dilecti filii.. abbas et conventus monasterii de Corneolo, Premonstratensis ordinis, Bisuntine diocesis, nobis significare curarunt quod nonnulli iniquitatis filii quos ignorant omnino, decimas, pensiones, terras, possessiones et quedam alia jura in quibus tenentur eidem monasterio, occultare malitiose et occulte detinere presumunt, non curantes ea ipsi monasterio exhibere, super quo dicti abbas et conventus petiverunt sibi de benignitate sedis apostolice provideri. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus eos publice in ecclesiis coram populo, per te vel per alium, moneas ut infra competentem terminum [illegible] easdem decimas et alia supradicta ipsis abbati et conventui manifestare et exhibere procurent, apertius predicentes eis quod, nisi infra eundem terminum competentem, [quod eis] peremptorie duxeris prefigendum, premissa [illegible] monasterio memorato, generalem excommunicationis sententiam proferas [illegible] usque ad satisfactionem condignam sollempniter publicari. Datum apud Urbemveterem, [illegible] idus aprilis, pontificatus nostri anno secundo. »

**2941** Orvieto, 10 avril 1263.

Abbati et conventui de Corneolo, Praemonstratensis ordinis, Bisuntinae diocesis, libertates et privilegia confirmat. (Arch. de la Haute-Saone, H 749 [1].)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis.. abbati et conventui monasterii de Corneolo, Premonstratensis ordinis, Bisuntine diocesis.* Solet annuere sedes —. Datum apud Urbemveterem, IIII idus aprilis [3], pontificatus nostri anno secundo. »

**2942** Orvieto, 17 avril 1263.

Universis archiepiscopis et episcopis mandat ut si qui parrochianorum ipsorum conversos et servientes monasterii de Corneolo, Bisuntinae diocesis, verberare seu ejusdem monasterii animalia diripere praesumpserint, eos disciplina ecclesiastica coerceant, donec satisfactionem condignam exhibuerint. (Arch. de la Haute-Saone, H 759 [3].)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis, ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.* Etsi universos Christi fideles, specialiter quos clericalis insignit caracter, ex injuncto nobis pastorali officio, teneamur in caritatis visceribus confovere, illis tamen specialius adesse nos convenit, ut in divinis

1. Cette bulle est fort endommagée et parfois complètement illisible.
2. Bulle retenue par des lacs de soie jaune et rouge.
3. Cette bulle est fort endommagée et parfois illisible.

1. Ce parchemin est en mauvais état et à peu près illisible. Au dos une main contemporaine de la bulle a écrit : « *Confirmatio libertatum et privilegiorum nostrorum.* »
2. La lecture de ce mot est incertaine.
3. Ce parchemin est troué en plusieurs endroits et parfois difficilement lisible.

exequendis beneplacitis non turbentur, qui auctori pacis in pacis otio sub regulari habitu famulantur. Hinc est quod nos dilectos filios.. abbatem et conventum monasterii de Corneolo, Premonstratensis ordinis, Bisuntine diocesis, specialioris affectus prerogativa ex sue religionis ac devotionis [illegible] prosequentes ac volentes in vobis pro eis adversus malefactores eorum, quorum semper crescit iniquitas, vigorem pastoralis sollicitudinis [illegible] in[juriam patientibus justitia excitare, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica scripta pre[cipiendo man]dantes quatinus, si qui parrochianorum vestrorum conversos et servientes predictorum abbatis et conventus capere seu verberare vel eorum animalia et possessiones diripere iniqua temeritate presumpserint, et a vobis commoniti ablata indebite ipsis abbati et conventui et de illis injuriis dignam satisfactionem prestare non curaverint, in eos, prout ad vos spectat, exercere curetis ecclesiasticam disciplinam, donec jamdictis abbati et conventui ea que ipsi nequiter abstulerint, cum integritate restituant et de illatis injuriis satisfactionem exhibeant competentem. Datum apud Urbemveteren, xv kalendas maii, pontificatus nostri anno secundo [1]. »

**2943** Orvieto, 20 avril 1263.

Eugubinis confirmat castra Collis-Pergulae, Montis-sicci et Serrae[2]-sanctae-Abundae. (Arch. Munic. de Gubbio. *Libro rosso*, fol. 46 v°; Potthast 1852 [3].)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis communi Eugubino salutem et apostolicam benedictionem.* Ut erga sedem apostolicam eo amplius crescat vestre devotionis effectus quo eam benigniorem in exaudiendis vestris petitionibus sentietis, Collis-Pergule, Montis-sicci et Serre-sancte-Abunde castra, jurisdictiones ac possessiones et alia bona que a montibus civitatis Eugubine versus Marchiam obtinetis, sicut ea omnia juste possidetis, vobis in devotione ecclesie persistentibus, a vobis usque ad nostrum beneplacitum retinenda, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo —. Si quis —. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas maii, pontificatus nostri anno secundo. »

1. Bulle de plomb retenue par des lacs de corde de chanvre.

2. Potthast écrit par erreur *Terrae*.

3. Copie du 17 mai 1263. Cette bulle a été enregistrée une seconde fois dans le *Libro rosso*, le 14 novembre 1263.

**2944** Orvieto, 25 avril 1263.

Eugubinis mandat occupent comitatum Callensium. (Arch. Munic. de Gubbio. *Libro rosso*, fol. 46 v° [1].)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis .. potestati et communi Eugubinis salutem et apostolicam benedictionem.* Cives Callenses recto — [2]. Nos igitur volentes ut aliqua pena pro eorum culpa dictis civibus infligatur, que ad commodum vobis cedat, vobis auctoritate presentium indulgemus ut vos, in ejusdem ecclesie devotione manentes, comitatum dictorum Callensium, in hujusmodi rebellione manentium, occupare ac usque ad nostrum beneplacitum licite retinere, nomine supradicte Romane ecclesie, valeatis. Nulli ergo —. Si quis —. Datum apud Urbemveterem, vii kalendas maii, pontificatus nostri anno secundo. »

**2945** Orvieto, 29 avril 1263.

Priori et conventui ecclesiae s. Barbarae, ordinis s. Augustini, Lexoviensis dioecesis, indulget ut, vacantibus ipsorum ecclesiis, ipsorum proventus *deportationes* vulgo dictos, sicut antea in posterum licite percipere valeant. (Arch. du Calvados, fonds Sainte Barbe-en-Auge.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis .. priori et conventui ecclesie s. Barbare, ordinis s. Augustini, Lexoviensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Ex parte vestra fuit propositum coram nobis quod, vacantibus ecclesiis in quibus jus patronatus habetis et in quibus tam vos quam predecessores vestri canonice per canonicos vestros ab antiquo fecistis et facitis deserviri, proventus ipsarum qui *deportationes* vulgariter appellantur, tam vos quam iidem predecessores vestri, a tempore cujus memoria non existit, percepistis et estis super hoc legitima prescriptione muniti. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, vobis auctoritate presentium indulgemus ut, premissis veris existentibus, eosdem proventus, sicut hactenus licite, sic et in posterum percipere valeatis. Nulli ergo —. Si quis autem —. Datum apud Urbemveterem, iii kalendas maii, pontificatus nostri anno secundo. »

**2946** Orvieto, mars-avril 1263.

Abbati et conventui monasterii s. Petri Pulleriarum, Lin-

1. Copie du jeudi 17 mai 1263.

2. Même préambule que la lettre du 2 février 1263, publiée plus haut au n° 2935.

gonensis diocesis, indulget ut ad solvenda debita creditoribus minime teneantur, nisi ea in utilitatem ejusdem monasterii conversa esse legitime probaverint creditores. (Arch. de la Cote-d'Or, h 372.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii s. Petri Pulleriarum, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, Lingonensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem* [Indempnitati] vestri monasterii —. Datum apud Urbemveterem [1]... aprilis, pontificatus nostri anno secundo. »

**2947** Orvieto, 4 mai 1263.

Auximanos, ad fidelitatem et devotionem ecclesiae redeuntes, in gratiam suam suscipit, pacta inter ipsos et Manfredum, Veronensem electum, ducatus Spoletani et Marchiae Anconitanae rectorem, inita confirmando. (Arch. munic. d'Osimo, n° 36; Potthast, 18529.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, nobili viro . . capitaneo, consilio et communi Auximanis salutem et apostolicam benedictionem.* Ecclesie Romane multa benignitas illo erga filios affectu ducitur pietatis quod non solum hos qui sibi continue devotionis studio filiali reverentia obsequuntur, beneficiorum suorum ubertate prosequitur, quinimo, veluti pia mater, illos etiam qui post indevotionem et inobedientiam, ad ipsius beneplacitum redeunt et mandatum, a sua gratia non repellens, eis libenter misericordie manum extendit, et pie ipsos ad gremium propitiationis admittens, illis dulcedinis ubera, de consueta clementie promptitudine, non renuit propinare. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod dilectus filius M., Veronensis electus, ducatus Spoletani et Marchie Anconitane rector, considerans quod ad devotionem ipsius ecclesie a qua, Manfredo, quondam principi Tarentino, persecutori ecclesie manifesto, ejusque fautoribus adherendo, dampnabiliter diabolica fraude seducti, alieni videbamini, rediistis, suavi ecclesie prefate dominio vos humiliter submittendo, ac per hoc digne volens in hujusmodi devotione congruis vos firmare favoribus et condignis beneficentie gratiis confovere, terram vestram ac ipsius personas sub apostolice sedis protectione suscepit et omnes injurias et offensas, quas assistendo eisdem persecutoribus, commisistis, stipendia quoque ac salaria, si qua vestrum aliqui ab aliquibus personis seu locis, dum essetis sub ejusdem persecutoris dominio, minus licite receperunt, illa videlicet quorum restitutio deberet ipsi ecclesie provenire, vobis remittens, a penis et bannis quibuslibet, propter impensum favorem eisdem persecutori et fautoribus a vobis debitis, et a pena etiam si qua propter illata per vos dampna et irrogatas injurias in personis vel rebus quondam Octonis de Palacio et officialium suorum, forent vobis per sedem apostolicam infligenda, vos reddidit penitus absolutos. Et intendens vestris honoribus providere ac vobis a discriminibus que possent occurrere, utili remedio precavere, ut, cum expedierit, aliquem fidelem et devotum ipsius ecclesie ad terre vestre predicte regimen possitis eligere, libera vobis facultate concessa, expresse inhibuit ne quis de parentela prefati Octonis, usque ad quintam progeniem, ad hujusmodi regimen assumatur, id, si secus fieret, carere omnino viribus decernendo.

Ceterum memoratus rector Montis-Azarii, Casaroli, Montisfiliorum, Optrani, Casarum, Montis-Fani, Storaci et Celongi villas necnon et castrum Tomazani, cum suis pertinentiis omnibus, que dicimini quiete ac pacifice possidere, vobis concessit, ac pacta et conventiones inter vos, ex parte una, et earundem villarum et castri homines habita, ex altera, confirmavit. Preterea castra comitatus vestri in quibus, eo tempore quo Anconitana Marchia per predictam ecclesiam regebatur, parlamentum et exercitum habuisse dicimini, in ea quasi possessione qua illa ipso tempore habebatis, vobis voluit confirmari. Ad hoc nominatus rector privilegia, concessiones et donationes quecumque hactenus facta per dictum persecutorem sive quoscumque invasores et occupatores predicte Marchie de castris et villis prefati comitatus, presertim de castro Staffuli communi Esino aut cuilibet alii universitati vel loco sive personis aliquibus cassans et irritans, illaque fuisse nulla pronuntians, promissiones et pacta inter commune Esii, ex parte una, et quosvis de comitatu seu villis predictis, ex altera, inita super juribus, jurisdictionibus, dominiis et servitiis in eisdem comitatu ac villis debitis decrevit similiter esse cassa. Primas insuper causas, tam civiles quam criminales, in curia vestri communis examinari et decidi debere ac statuta quedam per vos contra usurarios edita, prout sine pravitate sunt facta, statuit observanda, sicut in predicti rectoris litteris inde confectis suoque sigillo munitis, vidimus plenius contineri. Nos igitur, qui devotorum nostrorum studia benevolentia rationabiliter prosequimur gratiosa, firmam spem ac fiduciam obtinentes quod quanto majorem a prefata sede senseritis gratiam

1. Ce parchemin est en fort mauvais état; de là des lacunes dans le texte.

percepisse, tanto libentius sibi fideliter ac devote obsequi studebitis et placere, prefati rectoris ac vestris devotis precibus inclinati, quod per eundem rectorem circa premissa factum est, volentes usque ad nostre voluntatis beneplacitum ratum et firmum haberi, id vobis, in sepedicte sedis devotione ac fidelitate persistentibus, usque ad idem beneplacitum auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo —. Si quis —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas maii, pontificatus nostri anno secundo [1]. »

**2948** Orvieto, 31 mai 1263.

Fratri Martino, ordinis Militiae Templi, castellano roccae de Trebis, Anagninae diocesis, mandat ut Nicolaum, Lucium et Gregorium milites suis juribus in castris de Trebis, Feletani et Vallispetrae uti permittat. (Arch. Vatic. Arm. XIII, caps. VI, n° 47.)

In nomine Domini. Amen. Hoc est exemplum quarundam litterarum domini pape quas ego Petrus, notarius ejusdem ac cancellarius ////// quarum tenor talis est :

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio fratri Martino, ordinis Militie Templi, castellano rocce de Trebis, Anagnine diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Dilecti filii nobiles viri Nicolaus, Lucius et Gregorius, milites castri de Trebis, tam pro se quam pro aliis eorum consortibus coram nobis exponere curaverunt quod ipsi in ejusdem necnon Feletani, Vallispetre castrorum justitia quedam jura obtinere noscuntur quibus tu ipsos destituens, eos eisdem uti juribus non permittis. Unde nobis humiliter supplicarunt ut providere in hac parte ipsis de benignitate solita curaremus. Nos igitur, volentes eorum jura eis illibata servari, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus de hujusmodi juribus que nobiles et alii predicti in prefatis castris se habere asserunt de plano et sine judicii strepitu diligenter inquiras et eos illa jura in dictis castris habere ipsisque uti libere patiaris que ad ipsos, salva procuratione quam ecclesia Romana ibidem habuit ab antiquo, et illa que nobili viro Raynaldo Rubeo militi, juxta tenorem sententie diffinitive per dilectos filios magistros Matheum de Salerno et Gregorium de Neapoli, capellanos nostros, auctoritate apostolica promulgate, quam in omnibus suis articulis statuimus observari, prout ad ipsos reppereris rationabiliter pertinere. Ceterum diligentiam tuam, quam in opere et in erectione rocce ipsius castri adhibuisse dinosceris, multipliciter commendantes, volumus ut in hoc et in aliis que respiciunt ipsius rocce commodum et profectum, sic pervigil et attentus existas ut, tamquam servus fidelis et prudens, propter fidelitatem tuam merearis a nobis constitui super multa. Datum apud Urbemveterem, II kalendas junii, pontificatus nostri anno secundo. »

Et ego, Petrus de Sculcola, sacrosancte Romane ecclesie notarius, sicut inveni in ipsis papalibus litteris non cancellatis, non abrasis nec in aliqua sui parte viciatis, ita fideliter de verbo ad verbum rogatus scripsi et exemplavi, auctoritate exemplandi et publicandi michi ab apostolica sede concessa, in hanc publicam formam redegi, nil addens vel minuens vel immutans nisi forte litteram vel sillabam et coram viris litteratis, videlicet domino Raynaldo, sacrista Anagnino, Johanne *dicto Sacrista*, dompno Johanne Sorano, notario, et Alberto magistri Roffridi videntibus, legentibus et audientibus idem contineri in hoc exemplato quod in hoc exemplo continebatur, diligenter auscultando relegi et signum feci, sub anno Domini M°CC°LXIII° pontificatus domini Urbani IIII pape anno II, indictione VI, mensis junii die XI. (*sceau.*)

**2949** Orvieto, 31 mai 1263.

Episcopo Anagnino mandat revocet quamdam excommunicationis sententiam in castellanos et alios officiales apostolicos de Trebis ab eodem episcopo prolatam. (Arch. Vatic. Arm. XIII, caps. VI, n° 27.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Anagnino salutem et apostolicam benedictionem.* Intelleximus quod tu nuper quandam generalem excommunicationis sententiam, occasione ballive castri de Fesettino, tue diocesis, in jurium et jurisdictionis Romane ecclesie prejudicium, intendens in illa castellanum et alios officiales nostros de Trebis involvere, protulisti. Super quo de tua providentia, que saltem nobis debuit in hac parte deferre, plurimum ammirantes, fraternitatem tuam monendam attente duximus et hortandam, per apostolica tibi scripta districte precipiendo, mandantes quatinus hujusmodi

1. Au dos de cette bulle originale : « *die sabbati x julii, prime indictionis, magister Nicolaus qui dicebat se syndicum communis Auximani, syndicario nomine ipsius, produxit infrascriptum Capotio et quod, de mandato domini Hugolini Auximani, copiaretur et sub sigillo camere domini pape ad causas publicari deberet. Actum ad bancum domini Aud., in ecclesia Realina, presentibus Petro de Bucclano, Leonardo Petri de s. Germano et domno Francisco quondam Tudeto etc.* »

Les archives d'Osimo possèdent deux copies notariées de cette bulle, l'une du 20 août 1328, l'autre du 7 août 1342.

sententiam, sublato cujuslibet dilationis et difficultatis obstaculo, revoces per te ipsum. Alioquin venerabili fratri nostro . . Ferentinati episcopo, litteris nostris injungimus ut ipse mandatum super hoc apostolicum exequatur, contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Et nichilominus castellanum et officiales predictos taliter, auctore Domino, munire curabimus quod tuas deinceps sententias nullatenus formidabunt. Datum apud Urbemveterem, II kalendas junii, pontificatus nostri anno secundo [1]. »

**2950** Orvieto, 2 juin 1263.

Magistro et fratribus Militiae Templi Jerosolymitani indulget ut in causis fratres suos possint ad testimonium ferendum producere. (Arch. de la Haute-Garonne, H 106.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis magistro et fratribus Militie Templi Jerosolimitani salutem et apostolicam benedictionem.* Justis petentium desideriis —. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, ad exemplar felicis recordationis Honorii et Alexandri, Romanorum pontificum, predecessorum nostrorum, auctoritate vobis apostolica duximus indulgendum ut in causis vestris fratres vestros possitis ad testimonium ferendum producere, nec pro eo quod fratres vestri sunt, si alia causa rationabilis et manifesta non obstat, a ferendo testimonio repellantur, dummodo, sicut censura canonum et legum sancit auctoritas, velint testimonium perhibere. Nulli ergo —. Si quis —. Datum apud Urbemveterem, IIII nonas junii, pontificatus nostri anno secundo. »

**2951** Orvieto, 12 juin 1263.

Omnia privilegia ab Innocentio papa III, Laterani XVIIII kalendas januarii, pontificatus sui anno XVIII°, concessa pro negotio Terrae Sanctae, quorumque tenor hic inseritur, innovat et confirmat. (Arch. Nat. L 254, n° 55.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis fratribus Predicatorum et Minorum ordinum ceterisque executoribus, per diversa christiana regna mundi ad Crucis negotium pro Terre Sancte subventione a sede apostolica deputatis et in posterum deputandis, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum negotium Crucis —. Datum apud Urbemveterem, II idus junii, pontificatus nostri anno secundo. »

**2952** Orvieto, 13 juin 1263.

Mandat dominus Urbanus per istam bullam qualiter magister Gregorius de Neapoli debeat procedere in recipiendo commune Spoletanum ad obedientiam ecclesie [1]. (Arch. Vatic. Arm. XIII, caps. VII, n° 1.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio magistro Gregorio de Neapoli, subdiacono et capellano nostro, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum . . potestas, . . prior, consilium et commune Spoletani, sicut per eorum intelleximus syndicum, ducti spiritu consilii sanioris velint humiliter ad ecclesie mandata redire nosque te propter hoc ad civitatem Spoletanam de fratrum nostrorum consilio destinemus, volumus et presentium tibi auctoritate mandamus quatinus infrascriptam in hujusmodi negotio formam studeas observare, quam eis aliquatenus non ostendas sed ipsam ad tui instructionem apud te secreto reserves, nobis in tuo reditu resignandam. Forma autem talis est :

Recipies a . . syndico potestatis, capitanei, consilii et ipsius communis, eorumdem potestatis, capitanei, consilii et communis nomine, juramentum quod iidem potestas, capitaneus, consilium et commune stabunt precise et absolute mandatis et preceptis nostris super omnibus offensis, injuriis et excessibus, occupationibus terrarum et universis que idem commune, occasione terre Arnulforum et tempore presentis discordie, commisit contra Romanam ecclesiam et fideles ipsius, idemque syndicus prestabit hujusmodi juramentum in sua et omnium de ipso communi animabus, cujus communis erit syndicus constitutus. Syndicus vero communis Tudertini propter hoc fidejubebit sub pena mille marcharum sterlingorum pro eodem Spoletano communi. Dabit etiam idem commune Spoletanum alia communia de contrata que fidejubebunt pro eo similiter in hac parte. Restituet insuper dictum commune Spoletanum totam terram Arnulforum quam detinet et aliam quam predicta tenet et habet ecclesia, in pace libere et absolute dimittet. Restituet etiam omnes obsides et captivos et alios quos habet de terra ipsa, et hominibus ipsius terre remittet omnes injurias

1. Bulle retenue par une corde de chanvre.

1. C'est le résumé écrit au XIII° ou au XIV° siècle au dos de la bulle. On a mis au-dessous de ce résumé ces mots : *Bulla est sine plumbo.*

et offensas et promittet cavere, juxta mandatum nostrum, quod decetero non inquietabit nec molestabit terram ipsam nec predictam ecclesiam super illa.

Tractabis deinde cum nobilibus viris dominis de Arrone et de Castro-lacus super pace et concordia inter eos et dictum commune Spoletanum, auctore Domino, reformanda, videlicet quod castrum Peruculi eidem communi Spoletano restituatur et idem commune Spoletanum, quantum ad ipsos dominos, in eum statum in quo erant, tempore hujusmodi mote discordie, reducatur ita quod per restitutionem et reductionem hujusmodi idem commune Spoletanum, quantum ad possessionem vel etiam proprietatem, nichil de novo prorsus juris acquirat: et idem commune Spoletanum remittet eis omnes offensas hujusmodi nec propter hoc ipsos decetero molestabit; et dicere poteris predictis dominis quod, si voluerint jus suum super hiis prosequi coram nobis, nos contra commune Spoletanum dabimus eis plenam justitiam in hac parte. Predicta tamen omnia fiant, jure predicte Romane ecclesie in ipsis per omnia semper salvo. Si autem in hoc dicti domini consentiant, nos nichilominus, priusquam restitutio de dicto castro Peruculi fiat, tamdiu sub expensis ejusdem Spoletani communis tenebimus in nostris manibus castrum ipsum donec nobis de pena mille marcharum sterlingorum fuerit plenarie satisfactum; et super hiis etiam assignabuntur sive obligabuntur nobis fidejussores superius memorati. Quod si dicti domini de Arrone et Castro-lacus condescendere noluerint in hanc viam, tu extunc, tamquam ex officio nostro procedens, dicas eisdem dominis de Arrone et de Castro-lacus quod nostre voluntatis et intentionis existit ut hujusmodi sedetur discordia et scandala, hac occasione suborta, per nostre provisionis providentiam sopiantur; unde petes ab eis quod dictum castrum Peruculi libere in manibus nostris ponant. Petes etiam dicto communi Spoletano quod illos de dictis dominis quos habent captivos, in manibus tuis restituant et assignent; et si hoc factum fuerit, tandiu similiter castrum ipsum tenebimus donec satisfactum fuerit nobis de pena et expensis pro custodia castri factis, prout superius est expressum. Quibus per dictum commune Spoletanum impletis, dictum castrum restituemus eisdem, nisi omnino justitia hoc fieri prohiberet. Si vero predicti domini hoc facere forte noluerint, idem commune Spoletanum exhibebit aliam ydoneam cautionem pro hiis vel sufficientia pignora aut singulares personas, ad hoc adeo sufficientes et ydoneas, quod de ipsis, quantum ad predicte pene solutionem, nos et predicta ecclesia merito possimus esse securi; et tunc dices eidem communi Spoletano quod ex quo predicti domini de Arrone et de Castro-lacus sic restiterint nostre beneplacito voluntatis, non intendimus nos intromittere de defensione ipsorum dominorum quo ad hoc contra dictum commune; et hoc ipsum eisdem dominis studeas intimare. Si vero castrum ipsum de Peruculo ad manus nostras devenire contigerit et detineri in pignore quousque dictum commune Spoletanum de pena et expensis satisfaciat, ut est dictum, detineri et custodiri faciemus castrum predictum nec restituemus nec restitui faciemus eisdem quousque de pene predicta et expensis, quas pro ipsius custodia fieri contigerit, nobis fuerit plenarie satisfactum.

Ceterum de monasterio Ferentilli et ejus terra nichil specialiter ages ibi, quia in mandatis per nos faciendis hec duximus reservanda.

Hiis igitur sollempniter, sicut decet, et rite peractis, veniet ad presentiam nostram syndicus ejusdem Spoletani communis, cum sufficienti et pleno mandato ad jurandum et faciendum omnia que super hiis fuerint facienda. Datum apud Urbemveterem, idus junii pontificatus nostri anno secundo. »

**2953** Orvieto, 17 juin 1263.

Episcopo et capitulo Verulanis indulget ut, cedente vel decedente Petro clerico, nepote episcopi Troiani, ecclesia s. Stephani de Roiano, Verulanae diocesis, ad usus ipsorum mensae revertatur. (ARCH. CAPITULAIRES DE VEROLI.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . episcopo, et dilectis filiis capitulo Verulanis salutem et apostolicam benedictionem.* Exigentibus vestre devotionis meritis, votis vestris libenter annuimus et petitiones vestras, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, ecclesia s. Stephani de Roiano, Verulane diocesis, Petro clerico, nepoti venerabilis fratris nostri episcopi Troiani, auctoritate felicis recordationis Innocentii pape, predecessoris nostri, collata fuerit, que comuni mense vestre fuerat dep[utata, vestris supplicationibus inclinati, ut eodem clerico cedente vel decedente, prefata ecclesia libere ad usus predicte mense, sicut prius erat, cum omnibus suis pertinentiis, revertatur, ad instar felicis recordationis Alexandri pape, predecessoris nostri, auctoritate vobis presentium indulgemus, decernentes irritum et inane si secus de dicta ecclesia vel pertinentiis suis fuerit attemptatum, non obstantibus aliquibus litteris ab apostolica sede obtentis vel etiam obtinendis, nisi

eedem obtinende plenam et expressam fecerint de presentibus mentionem. [Nulli ergo omnino hominum] liceat hanc paginam nostre concessionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contra[ire]. Si quis —. Datum apud Urbemveterem, xv kalendas julii, pontificatus nostri anno secundo [1]. »

**2954** Orvieto, 26 juin 1263.

Decanum Figiacensem, Caturcensis diocesis, conservatorem privilegiorum et bonorum Militiae Templi in Provincia per quinquennium constituit. (Arch. de la Haute-Garonne, h 106.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio decano Figiacensi, Caturcensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Dignum esse conspicimus —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas julii, pontificatus nostri anno secundo [2]. »

**2955** Orvieto, 26 juin 1263.

Abbatem s. Egidii, ordinis s. Benedicti, Nemauseusis diocesis, conservatorem privilegiorum et bonorum Militiae Templi in Provincia per quinquennium constituit. (Arch. de la Haute-Garonne, h 106.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio abbati s. Egidii, ordinis s. Benedicti, Nemausensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Dignum esse conspicimus —. Datum apud Urbemveterem, vi kalendas julii, pontificatus nostri anno secundo. » (*Bulle.*)

**2956** Orvieto, 29 juin 1263.

Eugubinis indulget ut extra Eugubinam diocesim in causam evocari per triennium non possint. (Arch. munic. de Gubbio, *Libro rosso* [3], fol. 43 v°.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis.. potestati, .. capitaneo, consilio et communi Eugubinis, fidelibus nostris, salutem et apostolicam benedictionem.* Devotionis et fidei vestre merita quibus, hiis presertim diebus, apostolice sedi gratos vos reddidistis multipliciter et acceptos, pro vobis apud eandem sedem adeo efficaciter interpellant quod nos a petitionibus vestris auditum avertere nequeuntes, libenter illas, quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudimus. Vestris igitur supplicationibus inclinati, ut extra civitatem vel diocesim Eugubinam, per litteras predicte sedis impetratas hactenus, dummodo non sit earum auctoritate processum, vel impetrandas imposterum, nisi eedem impetrande plenam et expressam fecerint de indulto hujusmodi mentionem, in causam trahi vel evocari ad judicium, usque ad triennium, non possitis, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo —. Datum apud Urbemveterem, iii kalendas julii, pontificatus nostri anno secundo. »

**2957** Orvieto, 29 juin 1263.

Universis ecclesiarum praelatis mandat ut parrochianos suos presbyteros et laicos impediant quominus fratres Militiae Templi Jerosolymitani certis exactionibus et molestiis aggravent. (Arch. des Bouches-du-Rhone, fonds du Temple, liasse 6.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.* Religiosos viros fratres Militie Templi, pro religione et honestate sua, tanto propensius a malignorum incursibus protegere volumus et tueri quanto puriorem devotionem circa nos et Romanam ecclesiam habere noscuntur. Inde est quod vobis, ad instar felicis recordationis Gregorii pape, predecessoris nostri, per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus parrochianis vestris universis, sub interminatione anathematis, prohibere curetis ne a prefatis fratribus vel eorum hominibus de victualibus, vestimentis, pecudibus seu de aliis rebus eorumdem fratrum usibus deputatis, pedagium, rendam, passagium, caucagium seu aliam quamlibet consuetudinem exigere vel extorquere presumant. Si qui autem contra prohibitionem vestram venire presumpserint, eos a presumptione sua, monitione premissa, non differatis per excommunicationis sententiam cohercere et in terris eorum, si quas habent, omnia divina, preter baptisma parvulorum et penitentias morientium, prohibere, appellatione remota, officia celebrari. Ad hec, quia, sicut predicti fratres asserunt, quidam presbiteri et alii clerici vestre jurisdictionis in ecclesiis, que pro excessibus in damnum predictorum fratrum commissis, sub interdicto tenentur, divina officia celebrare presumunt, eos, si res ita se habet, a

1. Vidimus par Raymond du Fauga, évêque de Toulouse, daté de 1266 et muni de son sceau.

2. Restes des lacs de soie jaune et rouge de la bulle.

3. Copie presque contemporaine puisqu'elle est datée du 14 novembre 1263.

sue presumptionis audacia per suspensionis et excommunicationis sententias, appellatione postposita, compescatis. Datum apud Urbemveterem, III kalendas julii, pontificatus nostri anno secundo. »

**2958** Orvieto, 1er juillet 1263.

Andream de Felecti, clericum Anagninae diocesis, legitimum declarat ut ad omnes dignitates ecclesiasticas pervenire valeat. (Arch. capit. d'Anagni, t. I n° 32.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri .. episcopo Anagnino, salutem et apostolicam benedictionem.* Ex parte dilecti —. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, pontificatus nostri anno secundo. »

**2959** Orvieto, 8 juillet 1263.

Universis ecclesiarum praelatis mandat ne fratres Militiae Templi Jerosolymitani gravare vel molestare praesumant, mentione expressa de certis privilegiis ab apostolica sede eisdem fratribus jam concessis et specialiter de quarta parte funeralium et confessione occultorum peccatorum. (Arch. des Bouches-du-Rhone, fonds du Temple, liasse 6.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.* Si diligenter attenditis quanta dilectis filiis fratribus Militie Templi reverentia debeatur, nunquam eis inveniemini graves existere aut molesti, qui sustentationi, tuitioni et subventioni terre Jerosolimitane pia noscuntur sollicitudine mancipati. Quoniam igitur iidem fratres ad hoc principaliter elaborant, ut devotis obsequiis Terre Sancte se pariter et omnia que acquirunt, impendant, universitatem vestram monemus attentius ac, ad instar felicis recordationis Innocentii pape, predecessoris nostri, vobis precipiendo mandamus quatinus ab eorum gravaminibus abstinentes, ad solatia que pro consolatione, tuitione et subventione ipsius Terre requirunt, vestram potius curam et sollicitudinem convertatis et in hiis que domui Templi ab aliquibus fidelibus sanis vel egrotantibus conferuntur, sive convalescant sive apud alios recipiant sepulturam, nichil vobis, in ipsius Templi prejudicium, vendicetis.

Pro parrochianis autem vestris qui videlicet ad extrema deducti, in cimiteriis Templi elegerint sepeliri, sicut a felicis memorie Alexandro, Lucio, Urbano et Celestino, Romanis pontificibus, predecessoribus nostris, noscitur institutum, quarta tantum sitis testamenti portione contenti, nec aliud pro ipsis a jamdictis fratribus exigatis, non impedientes, occasione qualibet, sepulturam quam eis a sede apostolica misericorditer constat esse indultam, ex quo pretaxatam partem pro ecclesiis a quibus mortuorum corpora assumuntur, fideliter resignarint. In ipsis autem elemosinis que pietatis intuitu predicte domui Templi a sanis et benevalentibus conferuntur, nemo vestrum presumat aliquam sibi exigere portionem. Ex illa vero quarta parte, que vobis conceditur exigenda, arma et equos excipi volumus et mandamus, que domui Templi ad defensionem terre Jerosolimitane a quibuslibet dimittantur. Liceat autem fratribus supradictis eos qui apud ipsos elegerint sepulturam, ad confessionem de occultis peccatis recipere per sacerdotes suos et per eosdem illis viaticum ministrare atque cum cruce et processione ad cimiterium suum corpora illorum libere et sine impedimento tumulanda deferre. Datum apud Urbemveterem, VIII idus julii, pontificatus nostri anno secundo. »

**2960** Orvieto, 8 juillet 1263.

Universis archiepiscopis, episcopis et archidiaconis mandat ne in fratres Militiae Templi Jerosolymitani, nullum habentes episcopum vel praelatum praeter Romanum pontificem, excommunicationis sententiam promulgare praesumant. (Arch. Nat. L 254, n° 56.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis archidiaconis, ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum dilecti filii fratres Militie Templi Jerosolimitani nullum habeant episcopum vel prelatum preter Romanum pontificem et speciali prerogativa gaudeant libertatis, non decet vos in eos vel clericos aut ecclesias eorum, in quibus potestatem ecclesiasticam non habetis, absque mandato nostro, excommunicationis vel interdicti sententias promulgare; set, si quando vos vel subditos vestros iidem fratres injuste gravaverint, per vos vel nuntios vestros id Romano pontifici significare debetis, ac per ipsum de memoratis fratribus justitiam obtinere. Inde est quod universitati vestre, ad instar felicis recordationis Innocentii pape, predecessoris nostri, per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus in predictos fratres sive clericos aut eorum ecclesias, in quibus auctoritatem nequaquam habetis, excommunicationis

vel interdicti sententiam promulgare nullatenus presumatis, nec eos alias indebita vexatione gravetis, set erga ipsos vos taliter habeatis quod non habeant adversus vos materiam querelandi, sciturí quod, si mandatum nostrum neglexeritis in hac parte implere, non poterimus quin eisdem fratribus in sua justitia, si apud nos querimoniam iterum deposuerint, efficaciter providere curemus. Datum apud Urbemveterem, VIII idus julii, pontificatus nostri anno secundo[1] : »

**2961** Orvieto, 30 juillet 1263.

Episcopo Anagnino mandat compellat Petrum quondam Rogerii, militem Anagninum, ad recipiendum uxorem nobilem mulierem Govitosam, natam quondam Galgani de Sculcula, eique conjugales affectus exhibendum. (ARCH. CAPIT. D'ANAGNI, t. I n° 38.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . episcopo Anagnino, salutem et apostolicam benedictionem.* Conquesta est nobis dilecta in Christo filia, nobilis mulier Govitosa, nata quondam Galgani de Sculcula, quod Petrus quondam Rogerii, miles Anagninus, vir suus, ea propria temeritate omissa, ipsam non curat maritali affectione tractari. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, dictum Petrum quod nominatam G, uxorem suam, recipiat et ei conjugales affectus exhibeat, ut tenetur, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas. Datum apud Urbemveterem, III kalendas augusti, pontificatus nostri anno secundo. »

**2962** Orvieto, 10 août 1263.

Episcopo Anagnino mandat publicari curet processum contra Mathiam de Anagnia, nepotem Gregorii IX papae, editum, eumque excommunicatum denunciet. (ARCH. VATIC. Armad. VI, capsa VI, n° 37 [2].)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . episcopo Anagnino, salutem et apostolicam benedictionem.* Intellecto nuper quod nobilis vir Mathias de Anagnia, nepos felicis recordationis G. pape, predecessoris nostri, congregato exercitu, contra inhibitionem dilecti filii nobilis viri Johannis Pirunti, nepotis et vicarii in provincia Campanie et Maritime dilecti filii nostri J., sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis, rectoris ejusdem provincie, territorium castri Frusinonis, quod est ecclesie Romane speciale domanium, violenter ingressus ac per campos ipsius castri crudeliter debachatus, territorium ipsum, usque ad pontem ipsius castri, et etiam ejusdem castri molendina ignis incendio et aliis depopulationum generibus, pro sue voluntatis libito, devastarat, eidem Mathie, sub excommunicationis et mille marcarum argenti, ac Petro Tholomei, Johanni Amatoris, Petro Sarraceni, Crescentio Ogerii, Lagio, Orlando de Zaneato, Andree Baccario, Odoni de Fumone, Jacobo de Plubella, Transmundo de Bezo, Petro Spate et Johanni de Apulia, militibus Anagninis, qui adversus dictum castrum cum ipso Mathia personaliter processerunt, unicuique videlicet horum sub centum marcarum argenti penis, per te injungi firmiter et tam eundem Mathiam quam milites ipsos peremptorie citari fecimus ut, infra octo dies post citationem tuam, personaliter in nostra presentia comparerent, nostris super hoc parituri precise mandatis et pro meritis recepturi. Hujusmodi autem excommunicationis predictum Mathiam et pecuniarias penas tam ipsum quam reliquos, nisi infra hujusmodi terminum venirent personaliter, incurrere voluimus eo ipso.

Verum Mathias et milites predicti citati a te, prout per tuas nobis constitit litteras, in prefixo eis termino nequaquam personaliter comparentes, Jacobum Caytanum et Nicolaum Coccum, cives Anagninos, procuratores suos ad proponendum et allegandum causas eorum absentie ad sedem apostolicam destinarunt. Quibus itaque procuratoribus in nostra et fratrum nostrorum presentia constitutis, nos totum hujusmodi negotium memorato cardinali presenti, de fratrum nostrorum consilio, commisimus viva voce, injungentes eidem ut auctoritate et vice nostra faceret et procederet super hiis, prout, suadente justitia, nostro et predicte ecclesie honori expedire videret. Idem vero cardinalis, quia dicti procuratores quasdam pro illis proposuerunt excusationum causas frivolas coram eo et requisiti nichil aliud proponere voluerunt, tales excusationum causas, sicut nec debuit, non admisit, sed Mathiam et omnes et singulos predictos reputans, exigente justitia, contumaces, pronuntiavit, decrevit et declaravit eundem Mathiam excommunicationis et mille, singulos vero ipsorum militum centum marcarum argenti penas eis impositas incurrisse, prout in instrumento publico confecto exinde ac ejusdem cardinalis sigillo munito, plenius continetur.

Nos igitur, hujusmodi dicti cardinalis processum,

1. Bulle retenue par des lacs de soie rouge et jaune.
2. Cet acte est en mauvais état. Il porte sa bulle de plomb suspendue par une corde de chanvre.

non obstante appellatione quam dicti procuratores, qui ad proponendum et allegandum causas absentie illorum et non ad aliud habuere mandatum, ad nos interposuisse dicuntur, ratum habentes et firmum, illumque auctoritate apostolica confirmantes, fraternitati tue per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatinus processum ipsum, per te vel per alium seu alios, in ecclesiis Anagnine civitatis et in locis aliis in quibus expedire videris, studeas sollempniter publicare, dictumque Mathiam tamdiu, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, appellatione remota, excommunicatum publice nunties et denuntiari facias et ab omnibus artius evitari donec super premissis satisfactionem plenariam duxerit impendendam. Contradictores —. Datum apud Urbemveterem, IIII idus augusti, pontificatus nostri anno secundo. »

**2963** Orvieto, 12 août 1263.

Archiepiscopo et capitulo Arelatensibus indulget ut per triennium ad receptionem vel provisionem alicujus in pensionibus compelli aliquatenus non possint per litteras apostolicae sedis impetrandas. (ARCH. DES BOUCHES-DU-RHONE, fonds archevêché d'Arles.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Florentio archiepiscopo, et dilectis filiis capitulo Arelatensibus, salutem et apostolicam benedictionem.* Desideriis vestris in hiis affectu benivolo libenter annuimus per que, materia submota gravaminis, status vestri tranquillitas procuretur. Hinc est quod nos, vestris supplicationibus inclinati, vobis auctoritate presentium indulgemus ut ad receptionem vel provisionem alicujus in pensionibus et specialiter de camera tua, frater archiepiscopo vel ecclesiasticis beneficiis compelli aliquatenus non possitis communiter vel divisim per litteras sedis apostolice impetrandas, non facientes de indulgentia hujusmodi mentionem. Nos enim excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias, si quas forsitan in vos, in genere vel in specie, aut ecclesiam vestram, contra predicti indulti tenorem, ferri contigerit, decernimus irritas et inanes. Nulli ergo —. Si quis —, presentibus post triennium minime valituris. Datum apud Urbemveterem, II idus augusti, pontificatus nostri anno secundo. »

**2964** Orvieto, 12 août 1263.

Florentio, Arelatensi archiepiscopo, mandat moneat abbates Arelatensis diocesis ut ad claustrum revocent suos ipsorum monachos, solitarios commorantes. (ARCH. DES BOUCHES-DU-RHONE, fonds archevêché d'Arles.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Florentio, archiepiscopo Arelatensi, salutem et apostolicam benedictionem.* Ad audientiam nostram pervenit quod nonnulli monachi in quibusdam ecclesiis tue civitatis et diocesis, contra Lateranensis statuta concilii, solitarii commorantur. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus ipsorum abbates sive priores moneas attentius et inducas ut vel eosdem monachos ad claustrum revocent, facientes in eisdem ecclesiis per seculares clericos deserviri, vel alios monachos eis associent cum quibus possint vitam ducere regularem; alioquin tu illud auctoritate presentium exequaris, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Datum apud Urbemveterem, II idus augusti, pontificatus nostri anno secundo. »

**2965** Orvieto, 13 août 1263.

Priori fratrum Praedicatorum Parisiensium negotium inquisitionis haereticae pravitatis ad Provinciam extendit facultatemque confert fratres ejusdem ordinis undecumque voluerit, secum ad idem negotium assumendi. (ARCH. NAT. L 254, nº 57.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio .. priori fratrum Predicatorum Parisiensium, salutem et apostolicam benedictionem.* Olim tibi, ad petitionem carissimi in Christo filii nostri .. regis Francie illustris, negotium inquisitionis contra hereticos in regno Francie, comitatibus et terris dilectorum filiorum, nobilium virorum A., Tholosani et K., Provincie comitum, dumtaxat exceptis, per nostras sub certa forma litteras committentes, mandavimus ut quatuor fratres idoneos tue provincie tecum assumeres ad hujusmodi negotium exequendum. Cum igitur, sicut asseris, in partibus Provincie inquisitio hujusmodi sit plurimum oportuna et fratres ejusdem Parisiensis provincie linguam provincialem ignorent, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, ad executionem dicti negotii liberius et utilius faciendam, quatuor fratres tui ordinis ad hoc ydoneos, undecumque volueris, tecum assumens, in negocio procedas eodem, juxta priorum continentiam litterarum. Datum apud Urbemveterem, idus augusti, pontificatus nostri anno secundo. »

**2966** Orvieto, 30 août 1263.

Episcopo Ferentinati mandat inducat episcopum et capitulum Anagninos in possessionem quarumdam domus, terrarum, possessionum et rerum. (Arch. capit. d'Anagni, i n° 11.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri .. episcopo Ferentinati, salutem et apostolicam benedictionem.* Sua nobis venerabilis frater noster .. episcopus, et dilecti filii capitulum Anagnini petitione monstrarunt quod, cum bone memorie .. episcopus, et capitulum Anagnini Leonem, canonicum, ac Riccardum et Johannem, fratres ejus, milites Alatrini, super quadam domo, terris, possessionibus et rebus aliis coram venerabili fratre nostro .. archiepiscopo Sipontino, tunc capellano felicis recordationis A. pape, predecessoris nostri, partibus ab eodem predecessore auditore concesso, communiter traxissent in causam, quia iidem canonicus et fratres citati legitime coram eo, in prefixo eis termino peremptorio competenti comparere contumaciter denegarunt, dictus archiepiscopus, propter hujusmodi contumaciam manifestam, eosdem episcopum et capitulum in possessionem dictarum domus, terrarum, possessionum et rerum, causa custodie, decrevit induci; sed dicti episcopus et capitulum ipsarum possessionem nancisci non potuerunt, propter potentiam et malitiam partis adverse, per annum et amplius in sua contumacia perdurantis. Quare iidem episcopus et capitulum nobis humiliter supplicarunt ut providere super hoc eis paterna sollicitudine curaremus. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, prelibatos episcopum et capitulum in corporalem possessionem domus, terrarum, possessionum et rerum premissarum inducas, et sicut justum fuerit, defendas inductos. Contradictores —. Datum apud Urbemveterem, iii kalendas septembris, pontificatus nostri anno secundo. »

**2967** Orvieto, 9 septembre 1263.

Receptionem cassat sexdecim et plurium canonicorum minus idoneorum, qui ab aliis canonicis ecclesiae Reatinae, ratione parentelae, in canonicos recepti erant. (Arch. capit. de Rieti, A4, Ff, n° 3 [1].)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri et dilectis filiis capitulo Reatinis, salutem et apostolicam benedictionem.* Intelleximus quod, licet in ecclesia Reatina certus sit canonicorum numerus institutus, juramenti munimine roboratus, vos tamen, nulla inibi prebenda vacante, sexdecim et plures, nepotes et consanguineos vestros, quorum nonnulli illiterati et alias minus ydonei, quidam vero pueri et patientes in etate defectum esse dicuntur, in canonicos et in fratres in ipsa ecclesia, revelante hoc vobis carne ac sanguine, temeritate propria recepistis. Nos igitur, presumptionem hujusmodi, tam notabilem tamque dampnabilem et exemplo pernitiosam, quomodolibet sustinere nolentes, receptionem vel receptiones hujusmodi et quicquid ex eis secutum est vel ob ipsas, apostolica auctoritate cassamus et irritamus, immo potius cassa et irrita nuntiamus, vobis universis et singulis, sub excommunicationis pena, firmiter inhibentes ne attemptare de cetero talia presumatis; et si secus presumptum fuerit, exnunc vacuum, irritum penitus decernimus et inane. Datum apud Urbemveterem, v idus septembris, pontificatus nostri anno tertio. »

1. Encore de nos jours cette bulle est visée dans les Constitutions du chapitre de Rieti.

**2968** Orvieto, 13 septembre 1263.

Noviomensi et Suessionensi decanis mandat ne permittant decanum et capitulum Laudunenses ab aliquibus indebite molestari. (Arch. Nat. l 266, n° 58.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis .. Noviomensi et .. Suessionensi decanis, salutem et apostolicam benedictionem.* Livor edax interdum —. Cum igitur dilecti filii .. decanus et capitulum Laudunenses, sicut asserunt, molestias multiplices patiantur, nos volentes eorumdem decani et capituli quietem apostolice auctoritatis dextera communire, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eisdem decano et capitulo vos vel alter vestrum necessario efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis eosdem contra concessa eis a nobis et aliis Romanis pontificibus, predecessoribus nostris, privilegia, indebite molestari, molestatores —, presentibus post decennium minime valituris. Datum apud Urbemveterem, idus septembris, pontificatus nostri anno tertio. »

**2969** Orvieto, 11 octobre 1263.

Monasterio s. Germani de Pratis Parisiensis bona, libertates et immunitates confirmat. (Arch. Nat. l 256 n° 59.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis.. abbati et conventui monasterii s. Germani de Pratis Parisiensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum a nobis —. Datum apud Urbemveterem, v idus octobris, pontificatus nostri anno tertio. »

**2970** Orvieto, 11 octobre 1263.

Episcopo et officiali Nivernensibus et magistro Johanni de Monciaco, canonico Aurelianensi, mandat ut episcopum Biterrensem, cantorem Nivernensem et magistrum Henricum de de Virziliaco, canonicum Autisiodorensem, citent ut infra duos menses apostolico conspectui se praesentent, de eorum negligentia in processu Ruthenensis episcopi rationem reddituri. (Arch. du Cher. Cartulaire de l'archevêché de Bourges, p. 449, nº 182.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo et dilecto filio officiali Nivernensibus et magistro Johanni de Monciaco, canonico Aurelianensi, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum olim de venerabili fratre nostro episcopo Ruthenensi multa enormia et auditui nimis horrenda felicis recordationis Alexandro pape insinuata fuissent, videlicet quod excommunicatus et irregularis divina prophanabat officia, simoniacam pravitatem exercebat ac incontinentie vitio, eo presertim quod, propter sui horribilem abominationem, nominare non licet, perniciose laborabat, alias multis criminibus irretitus, idem predecessor venerabili fratri nostro episcopo Sabinensi, tunc Narbonensi archiepiscopo, dedit in virtute obedientie sub certa forma suis litteris in mandatis ut, personaliter ad ecclesiam Ruthenensem accedens et habens pre oculis solum Deum, si super premissis apud bonos et graves inveniret dictum episcopum diffamatum, inquireret per se vel per alios fidedignos de premissis et aliis criminibus de quibus eum diffamatum similiter inveniret, sollicite veritatem, et que inveniret predecessori eidem in scriptis redacta per aliquem fidelem remittere procuraret.

Cumque idem episcopus Sabinensis, juxta mandatum apostolicum, ad Ruthenensem ecclesiam accessisset, super commisso sibi negotio processurus, tandem pro parte dicti Ruthenensis episcopi quibusdam exceptionibus propositis ad declinandum examen ipsius, idem Sabinensis episcopus super hoc duxit sedem apostolicam consulendam. Dicto vero predecessor viam universe carnis ingresso, nos, prout Domino placuit, ad officium apostolatus assumpti, negotium inquisitionis hujusmodi venerabili fratri nostro episcopo Mymatensi per nostras litteras duximus committendum. Idem vero Mymatensis episcopus nobis per suas litteras intimavit quod, cum ipse, mandato nostro recepto, ad ecclesiam accessisset eamdem, ac semel et iterum publice ac peremptorie citari fecisset et per seipsum citasset super dicte inquisitionis negotio Ruthenensem episcopum memoratum ut infra certum tempus compareret coram eo, facturus super hoc quod justitia suaderet, idem Ruthenensis episcopus, in prefixis sibi terminis, nec per se neque per idoneum responsalem respondere curavit, quanquam vicarius ejusdem episcopi Ruthenensis coram eodem Mymatensi episcopo in secunde citationis edicto comparens, proposuerit quasdam insufficientes et frivolas exceptiones, ad ejusdem episcopi Ruthenensis contumaciam excusandam. Sed cum Mymatensis episcopus nollet eas, prout etiam nec debebat, admittere, tandem conspiciens per familiares et factores dicti Ruthenensis episcopi qui erant presentes ibidem, processui suo super premissis impedimentum aperte parari, monuit omnes et singulos familiares eosdem ne quis processum ejus, immo potius apostolicum, presumeret impedire, in contradictores solemniter in scriptis excommunicationis sententia promulgata. Et licet predicti vicarius et officialis episcopi Ruthenensis se hujusmodi sententie laqueo involventes, inhibuissent districtius nonnullis abbatibus, archidiaconis, canonicis, prioribus, rectoribus aliisque clericis et laicis ibidem existentibus et pro dicto negotio, de mandato ipsius episcopi Mymatensis, specialiter evocatis, ne quis eorum in eodem negotio sibi obedire vel perhibere presumeret testimonium veritati, in eos qui contra fecerint, excommunicationis sententiam proferendo, quadam appellatione frivola contra processum ipsius ad sedem nichilominus interjecta, idem tamen Mymatensis episcopus procedens ad inquirendum super premissis, juxta traditam sibi formam, per testimonium quamplurium fidedignorum, invenit prefatum episcopum Ruthenensem super premissis et aliis diversis criminibus publice diffamatum, prout misse nobis super hoc ipsius Mymatensis episcopi littere continebant.

Verum, cum eedem littere, presente dicto Ruthenensi episcopo, in nostra et fratrum nostrorum presentia lecte fuissent, idem episcopus, licet proposuisset aliqua contra processum prefati episcopi Mymatensis, tamen finaliter obtulit quod, omisso processu ejusdem Mymatensis episcopi, paratus erat super premissis inquisitionem subire faciendam per quoscumque viros discretos, timentes Deum ac justitiam diligentes. Nos autem, nolentes quod hujusmodi processus per ejusdem episcopi Ruthenensis retardaretur absentiam,

eidem apud sedem apostolicam constituto, per dilectum filium Bartholomeum, abbatem secularis ecclesie s. Theodori de Trebis, Anagnine diocesis, et magistrum Oliverium, capellanos nostros, in vigilia b. Nicolai proximo preterita, apud Urbemveterem duximus injungendum ut extunc infra tres septimanas exiret curiam, infra alias quinque septimanas, predictas tres immediate sequentes, ad dictam Ruthenensem rediturus ecclesiam et examen inquisitionis hujusmodi subiturus, injuncto venerabili fratri nostro, episcopo Biterrensi, et dilectis filiis cantori Nivernensi ac magistro Henrico de Virziliaco, canonico Autissiodorensi, clerico carissimi in Christo filii nostri regis Francorum illustris, ut personaliter ad memoratam ecclesiam Ruthenensem accedentes et habentes pre oculis solum Deum, citato eodem episcopo Ruthenensi, post predictas octo septimanas, ut infra certum terminum peremptorium ab eis sibi prefigendum, coram eis super hiis personaliter comparere curaret, extunc, sive citationi pareret sive non, appellatione predicta sive quavis alia necnon eadem excommunicationis sententia vicarii et officialis eorumdem et quovis processu dictorum Mymatensis et Sabinensis episcoporum nequaquam obstantibus, super jamdictis articulis et nichilominus super quibuslibet aliis, statum ipsius episcopi Ruthenensis contingentibus, si tamen super aliis eum apud bonos et graves per inquisitionem suam invenerint diffamatum, inquirerent sollicite veritatem, alias in ipso negotio, juxta predictarum directarum ad eumdem Mymatensem episcopum litterarum continentiam processuri. Sed episcopus Biterrensis, cantor et magister predicti, deferentes forsan homini plus quam Deo, in hujusmodi inquisitionis negotio procedere non curarunt, quanquam idem episcopus Biterrensis pluries dixerit quod paratus erat procedere in negotio supradicto, sicque negotium ipsum remanet indecisum. Quia vero in desideriis nostris geritur ut predictum negotium celerem et salubrem consequatur effectum, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus episcopum Biterrensem, cantorem et magistrum Henricum predictos, ex parte nostra, peremptorie citare curetis ut, infra duos menses post citationem vestram, personaliter apostolico se conspectui representent, penam pro meritis recepturi. Diem vero citationis et formam et quicquid super hoc duxeritis faciendum nobis per vestras litteras, harum seriem continentes, studeatis fideliter intimare. Quod si non omnes —. Datum apud Urbemveterem, II idus octobris, pontificatus nostri anno tertio. »

**2971** Orvieto, 18 octobre 1263.

Episcopo Norwicensi mandat terminet processum inter abbatissam et conventum monasterii s. Trinitatis de Cadomo, ex una parte, et rectorem ecclesiae de Horstede, Norwicensis diocesis, ex altera, vel causam instructam ad sedem apostolicam remittat. (ARCH. DU CALVADOS, fonds Trinité.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Norwicensi salutem et apostolicam benedictionem.* Dilecte in Christo filie .. abbatissa et conventus monasterii s. Trinitatis de Cadomo, ordinis s. Benedicti, Baiocensis diocesis, sua nobis petitione monstrarunt quod, cum magister Hugo de Cortebrege, rector ecclesie de Horstede, Norwicensis diocesis, falso asserens quod eedem abbatissa et conventus annuam pensionem quinque marcharum argenti, quam ex eadem ecclesia debent percipere, ab ipso rectore contra justitiam exigebant, predictas abbatissam et conventum super hoc coram magistro Johanne Duggewerche clerico, cui tu auctoritate ordinaria hujusmodi causam commiseras, convenisset, dicteque abbatissa et conventus rectorem ipsum pro eo quod idem ipsas, que erant in possessione vel quasi percipiendi pensionem prefatam in ecclesia predicta, eadem pensione contra justitiam spoliarat, incontinenti coram magistro Johanne reconvenissent eodem, ipse clericus detinens conventionis et reconventionis hujusmodi causas diutius in suspenso, in eis procedere non curavit triennio et amplius jam elapso, in dictarum abbatisse et conventus prejudicium et gravamen, quanquam per ipsas non steterit, a quibus tam idem clericus quam tu fuistis super hoc pluries legitimis procuratoribus humiliter requisiti. Quare prefate abbatissa et conventus nobis humiliter supplicarunt ut, cum propter [predicti rectoris potentiam, cavillationes et subterfugia non possint contra eum in illis partibus suam justitiam obtinere, eis super hoc providere paterna sollicitudine curaremus. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, in causis predictis previa ratione procedens, illas infra sex menses post receptionem presentium, judicio vel, si de voluntate partium processerit, concordia terminare procures, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati —. Alioquin, si propter potentiam, cavillationes et subterfugia hujusmodi cause predicte non poterunt terminari, tu extunc causas easdem, instructas vel non instructas, ad apostolice sedis remittas examen, prefixo partibus termino peremptorio competenti quo per se vel procuratores idoneos nostro se conspectui representent,

facture et recepture quod super hoc ordo dictaverit rationis. Diem autem prefixionis et formam et quidquid inde feceris nobis per tuas litteras, harum seriem continentes, studeas fideliter intimare. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas novembris, pontificatus nostri anno tertio. »

**2972** Orvieto, 5 novembre 1263.

Commissariis inquisitioni episcopi Ruthenensis deputatis mandat ut expensas necessarias ad processum terminandum, de bonis ecclesiae Ruthenensis, ad episcopum Ruthenensem spectantibus, sibi ministrari faciant. (Arch. du Cher. Cartulaire de l'Archevêché, p. 463, n° 183.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . episcopo Nivernensi et dilecto filio magistro Johanni de Monciaco, professori juris civilis, canonico Parisiensi, ac officiali Nivernensi, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum inquisitionis negotium contra venerabilem fratrem nostrum episcopum Ruthenensem super diversis criminibus vobis sub certa forma per nostras litteras duxerimus committendum, et nolimus quod, propter expensarum defectum, processus in ipso negotio retardetur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus expensas ad hoc vobis necessarias et rationabiles, de bonis ecclesie Ruthenensis, ad episcopum ipsum spectantibus, faciatis vobis congrue ministrari. Contradictores —. Non obstante —. Quod si non omnes —. Datum apud Urbemveterem, nonis novembris, pontificatus nostri anno tertio. »

**2973** Orvieto, 8 novembre 1263.

Praedicatoribus verbi Crucis ac executoribus negotii ejusdem Crucis indulgentiam crucesignatorum concedit. (Arch. des Bouches-du-Rhône, fonds S. Victor 727 [1].)

» *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis universis predicatoribus verbi Crucis pro Terre Sancte subsidio ac executoribus negotii ejusdem Crucis, salutem et apostolicam benedictionem.* Volentes labores vestros quos pro Terre Sancte subsidio promta voluntate subitis, spiritualibus premiis compensare, vobis universis et singulis, propter hoc per annum in predicto negotio laborantibus, illam vestrorum de quibus fueritis corde contriti et ore confessi concedimus veniam peccatorum illoque volumus privilegio eaque immunitate gaudere que ad dicte terre subsidium personaliter transfretrantibus in generali concilio sunt concessa. Nulli ergo —. Si quis —. Datum apud Urbemveterem, VI idus novembris, pontificatus nostri anno tertio. »

1. Cette bulle est insérée dans une lettre de l'archevêque de Tarentaise qui la promulgue.

**2974** Orvieto, 18 décembre 1263.

Monachis Molesmensis monasterii, ordinis s. Benedicti, Lingonensis diocesis, indulget ut, necessitate vel infirmitate urgente, carnibus vesci valeant. (Arch. de la Cote-d'Or.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio. . abbati monasterii Molesmensis, ordinis s. Benedicti, Lingonensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Exhibita nobis tua petitio continebat quod Molesmense monasterium in loco est tam arido constitutum quod cibaria monachis infirmantibus vel alias indigentibus necessaria, comode ibidem haberi non possunt, temporibus oportunis, propter quod eisdem monachis et monasterio grave nonnumquam imminet detrimentum. Nos itaque, volentes super hoc apostolice benignitatis remedium adhibere, cum dictis monachis ut, infirmitate seu alia necessitate urgente, vesci carnibus valeant, dispensandi, prout tibi, juxta regulam tui ordinis, competit, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum apud Urbemveterem, XV kalendas januarii, pontificatus nostri anno tertio. »

**2975** Orvieto, 21 janvier 1264.

Omnibus ecclesiarum seu monasteriorum praelatis episcopum s. Andreae, negotium Crucis in Scotia agentem, commendat. (Arch. Nat. L 256, n° 60.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, capitulis, conventibus et collegiis, s. Benedicti vel cujuslibet alterius ordinis, necnon decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus, preceptoribus seu administratoribus domorum Hospitalis et Templi ac s. Marie Theotonicorum, exemptis et non exemptis, ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum negotium Terre Sancte venerabili fratri nostro . . episcopo s. Andree, viro utique probate fidei et examinate virtutis, in regno Scotie, de fratrum nostrorum consilio, duxerimus specialiter committendum, universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente per

apostolica vobis scripta districte precipiendo mandantes quatinus ipsum, immo potius nos in eo, ob reverentiam apostolice sedis et nostram, in eundo, morando et redeundo, suscipientes honore condigno, sibi, extra suam civitatem et diocesim personaliter in predicto negotio laboranti, pro se, decem equitaturis et quindecim personis in necessariis necnon in securo conductu providere curetis liberaliter et decenter, ita quod idem, quem nos et dicti fratres, sue probitatis exigentibus meritis, carum habemus multipliciter et acceptum, possit vestre promptitudini testimonium laudabile perhibere ac nos exinde reddere in vestris utilitatibus promptiores. Alioquin —. Non obstantibus —. Datum apud Urbemveterem, XII kalendas februarii, pontificatus nostri, anno tertio. »

**2976** Orvieto, 31 janvier 1264.

Abbatem s. Augustini Cantuariensis constituit conservatorem bonorum et privilegiorum monasterii s. Trinitatis Cadomensis. (Arch. du Calvados, fonds de la Trinité.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio abbati s. Augustini Cantuariensis salutem et apostolicam benedictionem.* Sub religionis habitu —. Datum apud Urbemveterem, II kalendas februarii, pontificatus nostri anno tertio. »

**2977** Orvieto, 4 février 1264.

Priori s. Petri de Calce Suessionensis mandat ut in ecclesia s. Petri in Periusio Suessionensi in canonicum recipi faciat personam idoneam, ab abbatissa monasterii s. Mariae Suessionensis, ordinis s. Benedicti. praesentatam. (Arch. Nat. L 256, n° 63.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio . . priori s. Petri de Calce Suessionensis, salutem et apostolicam benedictionem.* Dilecta in Christo filia . . abbatissa monasterii s. Marie Suessionensis, ordinis s. Benedicti, nobis humiliter supplicavit ut aliquam personam ydoneam in ecclesia s. Petri in Periusio Suessionensi, in qua prebendarum collatio ad ipsam dicitur pertinere, recipi in canonicum et in fratrem per discretum aliquem mandaremus. Nos itaque, ipsius abbatisse supplicationibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus personam hujusmodi, de voluntate et assensu ejusdem abbatisse, dummodo existat ydonea, facias recipi in canonicum et in fratrem et de prebenda provideas ei, si qua ibidem vacat ad presens vel quamprimum ad id obtulerit se facultas. Non obstante —. Datum apud Urbemveterem, II nonas februarii, pontificatus nostri anno tertio. »

**2978** Orvieto, 4 février 1264.

Magistrum et fratres hospitalis s. Antonii, Viennensis diocesis, a solutione certarum procurationum eximit. (Arch. Nat. L 256, n° 62.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis . . magistro et fratribus hospitalis s. Antonii, Viennensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Exigentibus vestre devotionis —. Vestris igitur supplicationibus inclinati, auctoritate presentium inhibemus ne quis pro eo quod in oratoriis seu capellis que in grangiis vestris habetis, interdum aliqui vestrum celebrant, procurationes, que ratione visitationis debentur, a vobis exigere vel extorquere presumat, si alia causa rationabilis petendi et recipiendi procurationes hujusmodi non subsistat. Nulli ergo —. Si quis —. Datum apud Urbemveterem, II nonas februarii, pontificatus nostri anno tertio [1]. »

**2979** Orvieto, 13 février 1264.

Episcopo Reatino mandat inhibeat Reatinis ne capitaneum eligant qui causas appellationum cognoscat. (Arch. Capit. de Rieti, A 8, fb n° 8.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . episcopo Reatino, salutem et apostolicam benedictionem.* Intelleximus et miramur quod, cum in Patrimonio et ducatu aliisque terris ecclesie Romane cognitionem causarum appellationum ad apostolicam sedem et rectores, quos ibidem ecclesia eadem statuit, non sit dubium specialiter pertinere, consilium et commune Reatinum, contra inhibitionem et preceptum nostrum temere venientes, capitaneum sibi seu judicem ad hujusmodi causas nuper eligere presumpserunt, in contemptum nostrum et ejusdem sedis prejudicium manifestum. Ideoque fraternitati tue in virtute obedientie per apostolica scripta mandamus quatenus potestati Reatino ac consilio et communi predictis ex parte nostra districtius precipias ut hujusmodi capitaneum seu judicem recipere aut aliquem seu aliquos de cetero ad hujusmodi officium eligere seu assumere non presu-

1. Bulle retenue par des lacs de soie rouge et jaune. Sur le pli : *Jac. Romanus.*

mant eosque, si precepto tuo quinimo nostro contraire presumpserint, per excommunicationis sententiam in personas potestatis et consiliariorum ipsius ac interdictum civitatis ab hujusmodi presumptione, appellatione remota, compescas. Datum apud Umbemveterem, idus februarii, pontificatus nostri anno tertio. »

**2980** Orvieto, 19 février 1264.

Abbati Molesmensi indulget ut in quolibet monasterio monialium monasterio Molesmensi subjecto, unam personam idoneam in monacham recipi facere valeat, cum consensu priorissarum et conventuum eorumdem monasteriorum. (Arch. de la Cote-d'Or.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio . . abbati Molesmensi, ordinis s. Benedicti, Lingonensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum ut in quolibet monasterio monialium, monasterio Molesmensi pleno jure subjecto, faciendi recipi unam personam ydoneam in monacham et sororem, non obstante certo ipsorum monasteriorum monialium numero, juramento, confirmatione sedis apostolice aut alia firmitate vallato, aut si priorissis et conventibus predictorum monasteriorum a sede apostolica indultum existat quod ad receptionem alicujus minime teneantur, vel qualibet alia indulgentia sedis predicte, per quam effectus presentium impediri valeat aut differri, tibi licenciam concedere dignaremur. Nos itaque, tuis supplicationibus inclinati, licentiam tibi, dummodo ad id priorissarum et conventuum eorumdem monasteriorum accedat assensus, auctoritate presentium concedimus postulatam, prefato numero post receptionem ipsarum in suo nichilominus robore duraturo. Datum apud Urbemveterem, xii kalendas martii, pontificatus nostri anno tertio. »

**2981** Orvieto, 28 février 1264.

Decano et capitulo Laudunensibus indulget ut generaliter uti valeant certis privilegiis ipsis ab apostolica sede concessis. (Arch. Vatic. *Miscellanea*, 1250-1275.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis . . decano et capitulo Laudunensibus, salutem et apostolicam benedictionem.* Lecta coram nobis devotionis vestre petitio continebat quod nos universitati vestre per nostras duximus litteras indulgendum ut in omnes qui ecclesie Laudunensis bona, sive que ad vos communiter sive que ad aliquem seu aliquos vestrum specialiter aut capellanos seu clericos vel homines de corpore predicte ecclesie aut quoscumque alios, ratione ipsius ecclesie, pertinent, invaderent vel occuparent aut raperent seu predati forent, vel vos aut capellanos seu clericos vel homines sive alios predictos aut aliquem ex vobis vel ipsis super hujusmodi bonis molestare seu vobis aut eis injuriari presumerent, postquam de hiis vel per confessionem ipsorum vel alias legitime vobis, quibus cognoscendi auctoritatem per easdem nostras litteras concedendam duximus, constitisset, nisi, canonice a vobis moniti, satisfactionem debitam exhiberent competentem, possetis libere, sive clerici existerent sive laici, appellatione remota, censuram ecclesiasticam exercere, necnon uni vel duobus aut tribus ex vobis, quotiens expedire videritis, in hiis committere vices vestras. Verum, quia tam Cluniacensibus quam Cisterciensibus, Majoris-monasterii Turonensis, Premonstratensibus et nonnullis aliis religiosis et clericis secularibus est, ut dicitur, ab apostolica sede concessum quod interdici, suspendi vel excommunicari aut in judicium ullo modo extra certum locum evocari non possunt per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de ipsorum ordinibus et ecclesiis ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, nos, vestris supplicationibus inclinati, vobis auctoritate presentium indulgemus ut vos aut unus seu duo vel tres vestrum, quibus super hoc commiseritis vices vestras, quod indultis hujusmodi seu quibusvis aliis, cuicumque persone, ordini vel loco seu dignitati, sub quavis expressione verborum, a sede predicta concessis, etiamsi diceretur in eis quod non posset ipsis per aliquas litteras apostolicas derogari, sive constitutione de duabus dietis edita in concilio generali nequaquam obstantibus, facta vobis in hac parte gratia uti libere valeatis. Nulli ergo —. Si quis autem hoc —. Datum apud Urbemveterem, iii kalendas martii, pontificatus nostri anno tertio [1]. »

**2982** Viterbe, 28 février 1262.

Quod archiepiscopus Bituricensis possit dispensare cum sex clericis, in suo servitio existentibus, quod percipiant fructus et proventus praebendarum, quas obtinent in civitate ac diocesi Bituricensi. (Arch. du Cher. Cartulaire de l'archevêché, p. 210, nº 176.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . archiepiscopo Bituricensi, salutem et apostolicam*

1. Copie sur papier.

*benedictionem.* Etsi firmi propositi —. Datum Viterbii, II kalendas martii, pontificatus nostri anno primo. »

**2983** Orvieto, 2 mai 1263.

Archiepiscopo Viennensi mandat concedat facultatem, si expedire viderit, Aalidi, comitissae Burgundiae palatinae, capellam in fundo proprio apud s. Valerium construendi. (Arch. du Doubs, B. 534.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . archiepiscopo Viennensi, salutem et apostolicam benedictionem.* Ex parte dilecte in Christo filie nobilis mulieris Aalidis, comitisse Burgundie palatine, fuit nobis humiliter supplicatum ut, cum ipsa capellam in honore b. Marie Virginis in fundo proprio apud Sanctum-Valerium, tue diocesis, construere cupiat in qua pro sue ac antecessorum suorum animarum remedio divina officia celebrentur, construendi capellam hujusmodi et habendi capellanum proprium in eadem, cui parata est de bonis propriis pro sustentatione sua sufficientes redditus assignare, matricis et vicinarum ecclesiarum in omnibus jure salvo, licentiam sibi concedere dignaremur. Volentes igitur in hoc tibi deferre qui loci diocesanus existis, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus eidem nobili facienti quod offert, licentiam tribuas postulatam, si expedire videris, sine juris prejudicio alieni. Datum apud Urbemveterem VI nonas maii, pontificatus nostri anno secundo [1]. »

**2984** Orvieto, 3 avril 1264.

Abbatem s. Lupi Trecensis a solutione certarum procurationum eximit. (Arch. Nat., L 254, n° 65.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio . . abbati s. Lupi Trecensis, salutem et apostolicam benedictionem.* Ad audientiam nostram —. Datum apud Urbemveterem, III nonas aprilis, pontificatus nostri anno tertio [2]. »

**2985** Orvieto, 12 avril 1264.

Episcopo Anagnino et Nicolao de Anagnia, capellano apostolico, mandat ut castellanum de Lariano in possessionem inducat nonnullorum feudorum per commune Velletri indebite occupatorum. (Arch. Vatic. Arm. XIII, caps. VI, n° 42.)

« In nomine Domini. Amen. Anno ejusdem MCC°LXIIII, pontificatus domini Urbani IIII pape anno tertio, indictione VII. mense junii, die v, cum venerabilis pater dominus Lando, episcopus Anagninus, et dominus Nicolaus, nepos felicis recordationis domini G. pape, domini pape subdiaconus et capellanus, discreto viro domino Petro de Martia, archipresbitero ecclesie s. Johannis de Duce Anagnine, suis litteris dederint in mandatis et auctoritate litterarum papalium qua ipsi domini fungebantur, ut iret personaliter et investiret . . castellanum de Lariano, nomine rocce ipsius castri, et in possessionem ipsum induceret de feudis occupatis per commune Velletri necnon et quamplures alias speciales personas civitatis ejusdem, cum juribus et pertinentiis eorundem feudorum, idem archipresbiter in presentia mei Magni, notarii Anagnini, et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, accedens personaliter ad locum predictum, investivit corporaliter et in possessionem induxit dominum Thomasium Cavalcasolis vicecomitem . . castellanie seu rocce predicte et procuratorem ad hoc per ipsius rocce castellanum specialiter constitutum, ut per me, Magnum notarium, manifeste apparet de procuratorio procuratoris ejusdem, de quadam silva et terra inculta, positis in pede casalis Rolandi, juxta fossatum aque Palumbe, juxta silvam antiquam de Velletro et juxta alios suos fines.

Item induxit idem . . archipresbiter eundem . . vicecomitem et procuratorem, nomine dicti castellani seu rocce jamdicte, de quadam terra laborativa in qua erat frumentum, posita in contracta que dicitur *Sancti Vecchi.* Fines ipsius terre sunt res Jacobi Rogerii, res Johannis et res Leonardi Gavactarii, quam terram tenet, ut dicitur, Nycolaus Tinotius de Velletro.

Item induxit in corporalem possessionem idem archipresbiter vicecomitem et procuratorem prefatum, nomine castellani predicte seu rocce prefate, de quadam terra posita in loco qui dicitur *Vallis Abaiamonte,* quam tenet dominus Radulphus de Montefortino. Fines heredes domini Johannis Theobaldi de Anagnia, Jacobus domini Jonathe, et Galiota, mediante via, Loterius Petri, Johannis Gregorii et Gregorius Novellus, in qua quidem valle stabat ordeum.

Quem vicecomitem et procuratorem dictus dominus archipresbiter de predictis silva et terris, nomine ipsius castellani de Lariano et rocce investivit seu ipsum in possessionem earumdem rerum induxit personaliter et per arbores, terram, herbam, frumentum et ordeum dictarum silve et terrarum intromittens etiam ipsum vicecomitem et procuratorem in res superius nominatas, nomine rocce et castellani prefati, tam pro ipsis rebus quam pro aliis omnibus rebus et feudis, spectantibus ad ipsam roccam de Lariano, occupatis per commune civitatis Velletri seu speciales personas, cum omnibus juribus et pertinentiis suis.

Bona vero occupata seu feuda sunt hec, ut in sententia reve-

1. Au dos « *Guido pro comitissa Burgundie.* »

2. Privilège semblable à celui qui avait été accordé, le 4 février 1264, à l'hôpital de S. Antoine de Vienne.

rendi patris domini Guillelmi, tituli s. Marci presbiteri cardinalis, seu apostolicis litteris evidenter apparet :

In primis feudum Mathie Aringi,
feudum quod fuit Petri Macaranzi,
terra que fuit s. Mariae de Lariano,
feudum Loterii,
terra que fuit quondam magistri Nycolai,
feudum Symoncelli,
feudum Nycolai Jacobi Jannini,
feudum Nycolai Porciani,
feudum Nycolai Petri Marie,
feudum quod fuit Oddonis Ogerii,
feudum quod fuit Johannis Massarii,
feudum quod fuit Leonardi Mancini Benedicti,
feudum quod fuit Petri Marie, Antonini et Nycolai Necti,
et feudum quod fuit Oddonis Bonensenze.

Qui sepefatus archipresbiter, incontinenti post factum investimentum, omnes et singulos contradictores et rebelles, tam commune quam speciales personas, in scriptis, auctoritate qua fungebatur, excommunicationis vinculo innodavit. Tenor vero auctoritatis archipresbiteri memorati de verbo ad verbum talis est :

« *Lando, miseratione divina episcopus Anagninus, et Nycolaus, nepos felicis recordationis domini G., pape, domini pape subdiaconus et capellanus, discreto viro .. archipresbytero s. Johannis de Duce de Anagnia, salutem in Domino.* Noverit discretio tua nos a summo pontifice recepisse litteras in hac forma :

« *Urbanus episcopus etc. venerabili fratri episcopo Anagnino et dilecto filio Nycolao de Anagnia, capellano nostro, etc.* In causa que inter dilectum filium . . castellanum rocce nostre de Lariano, ex parte una, et commune civitatis Velletri necnon quamplures alias speciales personas civitatis ejusdem super eo quod ipsi temeritate propria nonnulla feuda, ad ipsam roccam spectantia, occuparunt, tenendo ea in ejusdem rocce prejudicium occupata, ex altera, orta existit, postquam dilectus filius noster R., s. Angeli diaconus cardinalis, super premissis et iterum de mandato nostro fecit diligenter inquiri, dilectum filium nostrum G., tituli s. Marci presbiterum cardinalem, dedimus partibus auditorem, sibi oraculo vive vocis sepius demandando ut negotium ipsum per diffinitivam sententiam terminaret. Idem autem presbiter cardinalis, premissis citationibus factis in audientia publica, ut est moris, ac utriusque partis procuratoribus coram ipso presentibus et instanter ferri sententiam postulantibus, attestationibus quoque in inquisitione, quam prefatus diaconus cardinalis ultimo fieri fecit, receptis, dictisque in ipsa contentis necnon rubricis per communem examinatorem approbatis, aliisque omnibus que in judicio producta et probata fuerint, visis ac diligenter inspectis, ac juris ordine servato, diffinitivam pro dicto . . castellano seu rocca predicta sententiam promulgavit, condempnans ipsi vel eidem rocce commune ac personas prefatas in fructibus medio tempore inde perceptis ac in expensis pro parte ipsius rocce factis in lite, quorum quarumque taxationem sibi nichilominus reservavit, prout in publico instrumento confecto exinde, signato sigillo dicti presbiteri cardinalis, plenius continetur. Nos itaque, ipsius castellani supplicationibus inclinati, sententiam ipsam provide latam, ratam et firmam habentes, eam, non obstantibus quibuscumque appellationibus partis adverse, quas frivolas decernimus, auctoritate litterarum ipsarum duximus confirmandam. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel alter vestrum predictam sententiam, per vos vel alium aut alios, executioni mandantes, predictum . . castellanum, nomine ipsius rocce, in possessionem dictorum feudorum ac jurium et pertinentiarum suarum inducatis et defendatis inductum. Contradictores —. Non obstantibus —, invocato ad id, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Quod si non ambo hiis exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exequatur. Datum apud Urbemveterem, II idus aprilis, pontificatus nostri anno tertio. »

« Quocirca discretioni tue qua fungimur auctoritate mandamus quatenus ad locum accedens predictum, . . castellanum de Lariano, nomine ipsius rocce, in possessionem dictorum feudorum ac jurium et pertinentiarum suarum auctoritate nostra inducas et inductum defendas. Contradictores —. Datum Anagnie, II nonas junii. »

« Ad que predicta investimentum et sententiam excommunicationis hii testes interfuerunt rogati : Johannes Domini Mactaleonis de Anagnia, Angelus de Fumone, Alexandrinus Lonbardus servientes dicte rocce, magister Paulus Ferrarius, Jacobus Rogerii, Bartholomeus Raynonis, Johannes de Rosa, Laurentius Petri Sanguinei, Paulus de Arzono, Jacobus de Palliano. Verumtamen ipse Jacobus et dicti servientes non fuerunt presentes investimento facto de terra quem tenet dominus Radulphus de Montefortino sed aliis sic.

Et ego Magnus, dictus *Judex*, sacrosancte Romane ecclesie notarius, predictis omnibus interfui et de mandato dicti archipresbiteri publica manu subscripsi assuetoque signo signavi. »

**2986** Orvieto, 13 juin 1264.

Decano ecclesiae s. Stephani Trecensis et magistro Johanni Garsiae, canonico Trecensi, mandat ut excommunicatos denuntient abbatem monasterii s. Johannis in Abbatia Laudunensi

ejusque fautores qui horrendum scelus in capitulum Laudunense commiserunt. (Arch. Nat. L 256, n° 67.)[1].

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis .. decano ecclesie s. Stephani Trecensis et magistro Johanni Garsie, canonico Trecensi, salutem et apostolicam benedictionem.* Casus horribilis et horrendi facinoris, quod non sine gravi culpa et excessu non modico .. abbatis monasterii s. Johannis in Abbatia Laudunensi suorumque sequacium patratum nuper audivimus, infausta relatio audientium mentibus horrorem ingerit multaque respergit amaritudine sensus nostros. Anxiantur etenim paterna viscera et ex eo nimirum causam turbationis multe concipimus quod idem abbas, contra debitum sue religionis oberrans, irregularitatis dispendio notaque dampnabilis infamie non vitatis, manus ad execrabile scelus laxasse refertur. Profecto de patrati dolendum est acerbitate delicti set inde doloris acerbioris materia evidenti ratione consurgit.

Sane, sicut dilecti filii .. decanus, et capitulum ecclesie Laudunensis lacrimabili nobis insinuatione monstrarunt, cum duo ipsorum homines de corpore in villa de Creciaco, Laudunensis diocesis, in qua predicti monasterii abbas et conventus jurisdictionem temporalem obtinere dicuntur, ad invicem rixarentur, contigit quod alter ler percutiens alterum, ipsum prostravit ad terram ejusque guttur violenta manu constringens et tenens, nitebatur suffocare prostratum, sicque constrictus taliter patenti patens periculo quod aliter vitare nequibat, cutello opprimentis arrepto, se defendendo cum ipso, illum in inguine letaliter vulneravit. Percusso autem magnis exclamante vocibus, homines illius ville vocitantis clamoribus incitati, illum qui se taliter defendebat capientes, majori et juratis dicte ville tradiderunt eundem. Verum, cum inter eosdem .. decanum, et capitulum, ex parte una, dictos quoque abbatem et conventum necnon communia prefate ville, ex altera, de consuetudine que *intercursus* vulgariter dicitur, sit obtentum ut, si aliqui homines dictorum decani et capituli deliquerint in districtu predicte ville, que ad ipsum abbatem et conventum pertinere dicitur, major et jurati ejusdem ville ipsos ballivis predictorum decani et capituli de Mortieres et de Cepli locorum, videlicet in quibus iidem decanus et capitulum temporalem jurisdictionem obtinere noscuntur, puniendos per ipsos, juxta qualitatem delicti, tradere teneantur et converso, si aliqui de dicta communia in treffondo et justitia predictorum locorum de Mortieres et de Cepli deliquerint, dicti ballivi eos prefatis majori et juratis per ipsos, juxta qualitatem patrati delicti, tradere debeant puniendos, nominati decanus et capitulum predictum percussorem a majore et juratis requisierunt eisdem, petentes ut eum dictis ballivis, juxta hujusmodi consuetudinem, exhiberent, et ipsi hoc facere non curantes, dictum percussorem, post multas altercationes, abbati tradiderunt eidem.

Porro iidem decanus et capitulum, quibus a sede apostolica est indultum ut in injuriatores et malefactores suos et hominum suorum, si ab eis moniti satisfacere non curarint, ecclesiasticam possint exercere censuram, per quosdam ex canonicis ipsius ecclesie abbatem ipsum, priorem, suppriorem et alios ejusdem monasterii officiales, prefate consuetudinis non ignaros, cum de hiis constaret, auctoritate indulti hujusmodi, publice, multis astantibus et audientibus, ante portas ipsius monasterii, cum in illud ipsis canonicis non pateret ingressus pro eo quod claudi fecerant portas ipsas, monere fecerunt ut prefatum percussorem qui in monasterio detinebatur eodem, juxta consuetudinem redderent supradictam. Set idem abbas, sue religionis immemor et proprii persecutor arbitrii, necnon et dicti officiales non solum id facere denegarunt, verum etiam dictum percussorem, de consilio thesaurarii et Jacobi, monachi dicti monasterii, prepositi in eadem villa pro ipso monasterio, et Galteri de Boquenay, canonici Suessionensis, consiliorum dicti abbatis, tradiderunt Terrico dicto *de Mota*, majori ville ipsius, qui predictum percussorem, contra justitiam, cum se defendendo hujusmodi homicidium perpetrasset, trahi fecit ad caudam equi et eum postmodum, sine judicio et lege patrie, per quemdam hominem de corpore ipsius capituli renitentem et invitum faciens suspendi patibulo, ipsius vitam suspendio finire coegit. Propter quod dicti decanus et capitulum in eosdem abbatem, priorem, suppriorem et alios ejusdem monasterii officiales et consiliarios excommunicationis sententiam, auctoritate indulti hujusmodi, exigente justitia, promulgarunt, quam dicti decanus et capitulum apostolico petierunt munimine roborari.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel alter vestrum, per vos vel per alium seu alios, sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, facientes auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari, memoratos .. abbatem, .. priorem, .. suppriorem, officiales et consiliarios, si sententiam ipsam rite latam inveneritis, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et cande-

1. Cette bulle est donnée dans un Vidimus des deux exécuteurs de cette sentence.

lis accensis, excommunicatos publice nuncietis et ab aliis per omnia loca in quibus expedire videritis, nunciari faciatis et ab omnibus artius evitari, alias contra eos agravaturi manum vestram, prout ipsorum proterviam noveritis promereri. Contradictores —. Datum apud Urbemveterem, idus junii, pontificatus nostri anno tertio. »

**2987** Orvieto, 14 juin 1264.

Narnienses absolvit a censuris et excommunicationum sententiis in eos, ratione injuriarum ab eis Sancti-Gemini incolis illatarum, revocando omnia a Narniensibus contra libertates Sancti-Gemini attemptata et declarando ab incolis Sancti-Gemini Narniensibus exercitum tantummodo et masnadam deberi. (Arch. capit. de Narni.)

« *Urbanus*[1] *episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo et dilectis filiis potestati, consilio et communi Narniensibus, salutem et apostolicam benedictionem.* Olim inter vos —. Datum apud Urbemveterem, xviii kalendas julii, pontificatus nostri anno tertio. »

**2988** Orvieto, 19 juin 1264.

Episcopo Signino mandat ut sententiam a G., tituli s. Marci presbytero cardinali, adversus Conradum de Sculcula, pro monasterio s. Petri de Villamagna, ordinis s. Benedicti, Anagninae diocesis, latam, executioni mandet. (Arch. capit. d'Anagni.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . episcopo Signino, salutem et apostolicam benedictionem.* Exhibita nobis dilectorum filiorum . . abbatis et conventus monasterii sancti Petri de Villamagna, ordinis sancti Benedicti, Anagnine diocesis, petitio continebat quod, cum dudum inter quondam Johannem, abbatem ejusdem monasterii, nomine ipsius monasterii, et nobilem virum Conradum de Sculcula, ejusdem diocesis, coram felicis recordationis Innocentio papa IIII, predecessore nostro, super quibusdam terris ad monasterium ipsum spectantibus, questio verteretur, predecessor ipse, postquam litis contestatio facta extitit coram eo, dilectum filium nostrum G., sancti Adriani diaconum cardinalem, dedit in causa hujusmodi partibus auditorem. Qui cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observato necnon procuratoribus utriusque partis presentibus, dicto quoque nobili pro quadam sua contumacia in centum solidis provesinorum parti dicti monasterii, exigente justitia, condempnato, diffinitivam pro dicto monasterio sententiam promulgavit. Et licet idem nobilis appellasse a dicta sententia diceretur, quia tamen appellationem suam, cum potuerit, non fuit infra tempus legitimum prosecutus, dicto J. abbate viam universe carnis ingresso, nos demum, ad instantiam predicti abbatis, dilecto filio nostro G., tituli sancti Marci presbitero cardinali, executionem predicte sententie duximus committendam. Partibus igitur per procuratores ydoneos coram eo in judicio constitutis, idem presbiter cardinalis, auditis hinc inde propositis et juris ordine observato, decrevit supradictam sententiam executioni fore mandandam, ac eandem sententiam exequendam precepit, atque mandavit procuratori nobilis memorati eique per ipsum ut idem nobilis predicte sententie plene pareat et per se vel per alium aut alios, predictos abbatem et conventum aut quoscumque alios, eorum nomine, super dictis terris non impediat vel molestet, et quod infra unius mensis spatium postquam ad eum hujusmodi nostrum mandatum pervenerit et preceptum, eis vel ipsorum procuratori supradictos centum solidos, in quibus ipse per supradictum diaconum cardinalem extitit condempnatus, ac etiam certam bladi exhibeat quantitatem. Decrevit quoque idem presbiter cardinalis ad hoc, si opus fuerit, invocandum et compellendum fore auxilium brachii secularis, prout in publico instrumento, confecto exinde ac sigillo ipsius presbiteri cardinalis signato, plenius continetur. Nos itaque, predictorum abbatis et conventus supplicationibus inclinati, quod ab eodem presbitero cardinali super decreto, mandato et precepto executionis hujusmodi factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica duximus confirmandum. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus tu, per te vel alium aut alios, illud auctoritate nostra debite executioni mandare procures. Contradictores —. Non obstante etc. — usque specialis. Invocato etc. — Proviso ne in terram dicti nobilis excommunicationis vel interdicti sententiam proferas, nisi a nobis super hoc mandatum receperis speciale. Datum apud Urbemveterem, xiii kalendas julii, pontificatus nostri anno tertio. »

**2989** Orvieto, 1er juillet 1264.

Commissariis inquisitioni episcopi Ruthenensis deputatis in-

1. Le document est tellement endommagé qu'il serait difficile d'en prendre une copie complète. C'est une transcription de la bulle, faite vers le même temps par un certain notaire Roland.

dulget ut fratres Minorum et Praedicatorum ordinum ad perhibendum testimonium veritati compellere valeant, non obstante quolibet contrario privilegio eisdem ordinibus concesso. (Arch. du Cher. Cartulaire de l'archevêché de Bourges, p. 462, n° 186.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri, episcopo Biterrensi, et dilectis filiis, cantori Nivernensi et magistro Henrico de Verziliaco, canonico Autisiodorensi, salutem et apostolicam benedictionem.* Olim inquisitionis negotium contra venerabilem fratrem nostrum Ruthenensem episcopum super diversis criminibus vobis sub certa forma per nostras litteras duximus committendum, compellendi personas ecclesiasticas, cujuslibet ordinis et religionis, ad perhibendum testimonium veritati, non obstantibus quibuscumque indulgentia vel privilegio ipsis vel eorum ordini concessis a sede apostolica, sub quacumque verborum forma, concessa vobis plena et libera facultate. Verum, quia creditur per fratres Minorum et Predicatorum ordinum hujusmodi crimina posse probari, compellendi per censuram ecclesiasticam, juxta tenorem predictarum litterarum, fratres predictorum Minorum et Predicatorum ordinum ad perhibendum in eodem negotio testimonium veritati, non obstante indulgentia sedis ejusdem qua ipsis vel eorum ordini dicitur esse concessum ut ad perhibendum testimonium in causis vel in negotiis quibuscumque compelli non possint per litteras apostolicas que de indulto hujusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem, sive qualibet alia sedis ipsius per quam effectus litterarum nostrarum impediri valeat vel differri, vobis auctoritate presentium plenam concedimus facultatem. Datum apud Urbemveterem, kalendis julii, pontificatus nostri anno tertio. »

**2990** Orvieto, 20 juillet 1264.

Johannem de Marerio, Pandulfum de Alabro necnon dominos rocce Accarini, Manfredi fautores, denunciat excommunicatos, nisi infra kalendas augusti apostolico conspectui se praesentent, apostolicis mandatis pariturі. (Arch. capit. de Rieti, Ai, Fe, n° 3.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, ad certitudinem presentium et memoriam futurorum.* Quia Johannes de Marerio, Pandulfus de Alabro necnon domini rocce Accarini, fidelitatis debito quo Romane tenebantur ecclesie violato et christiana religione contempta, Sarracenorum et aliorum infidelium exercitum in terras ipsius ecclesie introducere dampnabiliter presumpserunt factique ipsius ductores et conductores exercitus, eorumdem Sarracenorum et infidelium agmina dirigunt contra catholicos fideles, in favorem Manfredi, quondam principis Tarentini, cui adherere contra predictam ecclesiam non pavescunt, nos, nolentes tantam eorum perfidiam sub dissimulatione transire, cogimur, urgente nos conscientia, eo durius et asperius procedere contra ipsos quo iidem presumptuosius et notabilius predictorum Sarracenorum et infidelium causam, contra Dei ecclesiam, in fidei orthodoxe contumeliam et contemptum, assumpsisse noscuntur. Presente igitur hac fidelium congregatione catholica, Johannem, Pandulfum dominosque predictos, tanquam manifestos ipsius Manfredi fautores, denuntiantes excommunicationis sententie late per sedem apostolicam contra prefati Manfredi fautores et complices, subjacere, ipsos auctoritate apostolica manifeste monemus eisque districte precipimus ut, infra kalendas augusti proximo venturi, quas pro peremptorio eis prefigimus termino, ab omni favore quem predictis Manfredo, Sarracenis et infidelibus aliis exhibent, desistentes, compareant personaliter coram nobis, nostris super hiis precise mandatis et beneplacitis parituri et impensuri nobis cautiones ydoneas quas ab eis duxerimus exigendas. Nos enim ipsos extunc, si nostris monitis et preceptis parere contempserint, ex parte Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti, auctoritate quoque beatorum apostolorum Petri et Pauli ac nostra, excommunicamus et anathematis vinculo innodamus, et nichilominus ipsos omnibus baroniis, castris, feudis et juribus ceterisque bonis que in terris predicte ecclesie obtinent, omnesque insuper fratres, filios et nepotes eorum per descendentem lineam clericos omnibus personatibus, dignitatibus, prebendis, ecclesiis et aliis ecclesiasticis beneficiis, cum cura et sine cura, que obtinent, apostolica auctoritate privamus ac reddimus eos inhabiles ad illa vel alia in posterum obtinenda, concedentes illis ad quos, sive sua ordinaria sive apostolice sedis vel legatorum ejus auctoritate, predictorum personatuum, dignitatum, prebendarum, ecclesiarum et beneficiorum collatio pertinet, conferendi ea extunc personis ydoneis et ecclesie Romane devotis liberam facultatem, gravius adversus eos spiritualiter et temporaliter, prout eorum protervia exegerit et expedire viderimus, auctore Domino, processuri. Actum apud Urbemveterem, in platea ante ecclesiam fratrum Predicatorum, XIII kalendas augusti, pontificatus nostri anno tertio. »

**2991** Orvieto, 28 juillet 1264.

Omnibus qui adversus Manfredum, principem Tarentinum, ejusque complices et fautores, tam in Patrimonio b. Petri in Tuscia quam in ducatu Spoletano, auxilium ecclesiae impendent, indulgentiam et privilegia crucesignatorum concedit. (Arch. capit. de Rieti. A[1] Fe n° 2.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . episcopo Reatino, salutem et apostolicam benedictionem.* Ascendente et diffundente —. Datum apud Urbemveterem, v kalendas augusti, pontificatus nostri anno tertio. »

**2992** Orvieto, 1er août 1264.

Sententia excommunicationis in eos qui arma, victualia et alia utilia hostibus ecclesiae ministrant [1]. (Arch. capit. de Rieti A[1], Fe, n° 1.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, ad certitudinem presentium et memoriam futurorum, in perpetuum.* Excommunicamus et anathematizamus, ex parte Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, et auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli ac nostra omnes illos qui ////// seu victualia, equos, arma et alia ad expeditionem utilia ad exercitus Sarracenorum et aliorum infidelium ac Theotonicorum, sive in Patrimonio b. Petri in Tuscia, sive in ducatu Spoletano et Anconitana Marchia, sive in Tuscia vel ubicumque, in servitio Manfredi, quondam principis Tarentini, persecutoris ecclesie manifesti ////. Actum apud Urbemveterem, in platea ante ecclesiam fratrum Predicatorum Urbevetanorum, kalendis augusti, pontificatus nostri anno tertio. »

**2993** Orvieto, 1er août 1264.

Episcopo Anagnino et Nicolao de Anagnia, capellano apostolico, nepoti Gregorii papae IX, mandat ut sententiam contra commune et quasdam speciales personas civitatis Velletrensis a G , tituli s. Marci presbytero cardinali, pro rocca de Lariano prolatam, executioni demandent, ipsorum negligentia vituperata. (Arch. Vatic. Arm. XIII, caps. vi, n° 40.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . episcopo Anagnino, et dilecto filio Nicolao de Anagnia, capellano nostro, nepoti felicis recordationis G. pape, predecessoris nostri, salutem et apostolicam benedictionem.* Olim executionem sententie contra commune et quasdam speciales personas civitatis Velletrensis per dilectum filium nostrum G., tituli s. Marci presbiterum cardinalem, pro rocca nostra de Lariano, prolatam et auctoritate apostolica confirmatam vobis per nostras sub certa forma litteras duximus committendam, sperantes quod vos in executione hujusmodi efficaciter procedentes, mandatum apostolicum vobis in hac parte directum, eo adimplere ferventius curaretis quo specialius hujusmodi negotium nos contingit. Sed vos, negotium ipsum, pro vestre voluntatis libito, quod vos non decuit, postponentes, in illo procedere, non sine contemptu sedis apostolice et magno dicte rocce prejudicio, neglexistis. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta, in virtute obedientie et sub pena excommunicationis quam eo ipso incurratis si preceptum super hoc nostrum non impleveritis, districte precipiendo mandamus quatinus, infra octo dies post receptionem presentium, in negotio executionis predicte sententie ferventer et efficaciter procedatis, juxta predictarum nostrarum directarum vobis super hoc continentiam litterarum, ita quod pretentam negligentiam per subsequentem diligentiam redimentes, predictam penam nullatenus incurratis, nosque devotionis vestre promptitudinem dignis exinde in Domino laudibus merito commendemus. Datum apud Urbemveterem, kalendis augusti, pontificatus nostri anno tertio. »

**2994** Orvieto, 9 août 1264.

Episcopo Anagnino mandat ut a monasterio de Trisulto, Cartusiensis diocesis, Alatrinae diocesis, repetat quandam pecuniae quantitatem injuste ibidem depositam a fratre Johanne de Stafford, olim camerario episcopi Portuensis, in ejusdem episcopi praejudicium. (Arch. capit. d'Anagni.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri . . episcopo Anagnino, salutem et apostolicam benedictionem.* Exposuit nobis venerabilis frater noster . . episcopus Portuensis, quod, cum ipse olim fratrem Johannem de Staffort, tunc camerarium suum, Cisterciensis nunc Cartusiensis ordinis, ad carissimum in Christo filium nostrum Ricardum, in Romanum regem electum, pro repetenda ab eo quadam summa pecunie, in qua episcopo tenebatur eidem, fiducialiter destinasset, et dedisset ei quasdam suas litteras per quas idem episcopus quibusdam suis scribebat amicis ut eidem fratri Johanni firmam fidem in hiis que ipsis ex parte sua diceret, adhiberent, idem frater Johannes, non ipsius episcopi set sua potius commoda cu-

1. Ce parchemin est endommagé ; de là quelques lacunes.

riosa attentione procurans, recepta non modica summa pecunie ab electo predicto, ab illis quibus ipsius episcopi litteras de credentia deferebat, pretextu litterarum hujusmodi, quasdam extorsit, ejusdem episcopi nomine, pecunie quantitates, et tandem reversus ad partes istas, omnem pecuniam quam ipse taliter in ultramontanis collegerat partibus, apud monasterium sancti Bartholomei de Trisulto, Cartusiensis ordinis, Alatrine diocesis, deposuit; et in Franciam rediens, dictum Cartusiensem ingressus ordinem ad hoc ut facilius hujusmodi rehaberet pecuniam, procuravit quod factus est prior ejusdem monasterii et idem ad illud gesturus in eo officium prioris ////// predictus episcopus totam hujusmodi pecuniam, que sua erat, camere nostre expendendam in ////// ////// ////// donaverit, nos illam ////// habere nolentes conventui ejusdem ////// ////// sub certa forma in virtute obedientie, et sub pena interdicti quam eo ipso eos incurrere volumus, si preceptum nostrum ////// districte damus litteris in preceptis ut totam predictam pecuniam et quicquid aliud idem frater Johannes apud prefatum monasterium deposuit, tibi, nostro nomine, sine diminutione qualibet assignare procurent, rescripturi nobis quid et quantum tibi duxerint assignandum. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatinus, statim receptis presentibus, ad predictum monasterium te personaliter conferens ac de hujusmodi deposito diligenter inquirens, per juramenta monachorum ipsius monasterii et alias etiam, sicut videris expedire, totum quicquid dictum fratrem Johannem in eodem monasterio deposuisse compereris, et quicquid etiam assignabitur tibi per conventum ipsum, integre, nomine nostro, recipiens, deponas illud in aliquo tuto loco, et referas nobis quid et quantum de deposito ipso inveneris et receperis, et ubi id quod receperis, duxeris deponendum. Contradictores etc. — Invocato —. Non obstante etc. — Datum apud Urbemveterem, v idus augusti, pontificatus nostri anno tertio. »[1]

**2995** Orvieto, décembre 1263-janvier 1264.

Abbati et conventui monasterii de Alneto, Cisterciensis ordinis, Baiocensis diocesis, indulget ne ultra duas dietas per litteras apostolicae sedis vel legatorum ejus conveniri valeant per triennium. (Arch. du Calvados, H 681.)

« *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis*[2].. *abbati et conventui monasterii de Alneto, Cisterciensis* [*ordinis, Baiocensis diocesis,*] *salutem et apostolicam benedictionem.* Vestris supplicationibus inclinati —. Datum apud Urbemveterem, vi [ ] januarii, pontificatus nostri anno tertio. »

1. Le parchemin est endommagé et en certains endroits illisible.

2. Cette bulle est endommagée et présente des lacunes.

# APPENDICE III

**2996** 1261.

Item lettres du pape Urbain IV de l'an 1261 par lesquelles Sa Sainteté fait savoir à l'archevêque de Narbonne et à ses suffragants comme il était parvenu à la dignité papale au moyen de l'élection qui avait été faite de sa personne par les cardinaux de l'église Romaine, exhortant et priant ledit archevêque et ses suffragants de prier Dieu de le conduire en cette charge pastorale et gouvernement de son église en telle sorte que ses actions lui fussent agréables et que le tout redonda au bien et profit commun de son peuple, côté n° 60. (*Invent. des archives de l'arch. de Narbonne.*) [1]

**2997** 1261.

Item lettres du même pape et du même an 1261 dressantes à l'archevêque de Narbonne, lui faisant savoir que, bien que les religieux de l'ordre du Mont-Carmel soient exempts du paiement de dismes par privilèges apostoliques des jardins et petits arbres, néanmoins les chanoines de Malegonne [2] contraignaient les religieux du Mont-Carmel de Boutonet au paiement dudit dime, pour raison duquel ayant les armes en main ils étaient allés chez lesdits religieux et pris à force dans leur jardin les herbes d'autrui; et non contents de ce blessé jusques à effusion de sang certains religieux; à cause de quoi S. S. lui donna commission d'en informer et ayant trouvé la cause être ainsi, dénoncer publiquement lesdits chanoines excommuniés, côté n° 62. (*Inventaire des archives de l'archevêché de Narbonne.*)

1. Cet inventaire détaillé des archives disparues de l'archevêché de Narbonne a été rédigé par ordre de Claude de Rebé, archevêque de Narbonne de 1628 à 1659. Il est conservé à la Bibliothèque municipale de Narbonne. Ces résumés de bulles se trouvent au tome II, p. 24 et suiv. ; p. 538 et suiv.

2. Sans doute pour *Maguelonne.*

**2998** 1261.

Item lettres du même pape Urbain de l'an 1261 dressantes à l'archevêque de Narbonne, lui recommandant les religieux de l'ordre du Mont-Carmel avec prière de leur concéder et offrir un lieu dans sa cité de Narbonne, si point il y en avait aucun convenable, pour y bâtir leur église et la maison à eux nécessaires, côté n° 61. (*Inventaire des archives de l'archevêché de Narbonne.*)

**2999** 22 septembre 1261.

Autre bulle du même pape portant confirmation des privilèges et exemptions accordées à l'abbaye de Grandselve par ses prédécesseurs et par les rois, princes, archevêques, évêques et autres personnes. Ladite bulle est du 10ᵉ des calendes d'octobre 1261 et est cotée sur l'original n° 40. (*Inventaire des archives de Grandselve* [1].)

**3000** 15 février 1262.

Autre bulle du même pape Urbain IV par laquelle Sa Sainteté veut qu'en cas les archevêques diocésains refusent de bénir les abbez de l'ordre de Citeaux, il leur soit permis de bénir les novices, pourvu qu'ils soient prêtres, et leur donne pouvoir en cas de vacance de l'évêché d'avoir recours aux prélats. Les moines éloignés, voulant aussi que si par hasard ils ne pouvaient avoir la présence de l'évêque pour la bénédiction des vases et habits et pour l'ordination des religieux ou consécration des autels, il leur soit loisible de se servir des prélats qui passeraient par leurs abbayes. Et encore sadite

1. Cet inventaire des archives de l'abbaye de Grandselve est conservé aux archives de la Haute-Garonne; les résumés de bulles s'y trouvent aux pages 58 et suiv.

sainteté ordonne que lesdits abbés et religieux ne pourront être appelés en jugement devant les juges séculiers ni contraints d'aller aux sinodes ou semblables assemblées publiques et défend aux évêques de visiter leurs monastères sous prétexte d'ordination ou d'y faire le Saint-Crême ou bien d'y convoquer des assemblées. Comme aussi il leur permet de se servir de leurs religieux pour témoins et défend aux prélats de lâcher aucune sentence d'interdit ou d'anathème contre leurs voisins et négocians; et en cas ils eussent excommunié leurs serviteurs pour quelque détention de dime, il permet auxdits abbés et religieux de les absoudre à l'article de la mort et de leur administrer les sacrements. La dite bulle est du 15e des calendes de mars 1261 et est ci cotée n° 38. (*Inventaire des archives de Grandselve.*)

**3001** 20 février 1262.

Autre bulle du même pape portant permission à l'abbé et aux religieux de Grandselve de posséder les biens à eux échus par succession ou autrement de même que s'ils n'eussent pas renoncé au monde, excepté toutefois les droits féodaux. Laquelle bulle est du 10e des calendes de mars 1261 [1] et est cotée sur l'original n° 39. (*Inventaire des archives de Grandselve*.)

**3002** 17 avril 1262.

Item certaines lettres apostoliques du pape Urbain quatre datées du 17 des calendes de mai l'an second de son pontificat et de N.-S. MCCLXII, dressantes à l'archidiacre mineur de Carcassonne, par lesquelles il lui signifie comme l'archevêque de Narbonne lui avait représenté que ses prédécesseurs archevêques dudit Narbonne avaient aliéné à certaines personnes sous censives annuelles à aucuns durant vie, à autres pour certain temps, à autres à perpétuité des dimes, maisons, rentes, terroirs, vignes, possessions et certains autres biens appartenant au siège archiépiscopal de Narbonne et de quoi, ainsi qu'on disait, on avait obtenu lettres et confirmation de Sa Sainteté; pourtant vu que c'était au préjudice des églises, il lui ordonnait de réunir au domaine dudit archevêque lesdits biens par tel moyen aliéné dudit évêché, nonobstant les dites lettres de confirmation et autres actes préjudiciables, comme plus à plein appert desdites lettres ci cotées n° 41. (*Inventaire des archives de l'archevêché de Narbonne*, t. II, p. 70.)

**3003** 17 avril 1262.

Item certaines lettres apostoliques du pape Urbain quatrième dressantes à l'archevêque et au chapitre de Narbonne de l'an 1262 et 17 des calendes de mai et l'an 2e de son pontificat contenant confirmation de toutes les libertés et immunités concédées par les pontifes romains ses prédécesseurs comme aussi des libertés, exemptions, et privilèges concédés par les rois, princes et autres personnes à l'église de Narbonne comme plus à plain appert desdites lettres cottées au dos n° 42. (*Inventaire des archives de l'archevêché de Narbonne*, t. II, p. 538 v°.)

**3004** 17 avril 1262.

Item lettres du pape Urbain quatrième du 17 des calendes de mai 1262 par lesquelles il enjoint à l'archidiacre mineur de Carcassonne qu'il réduit et remit au premier état les choses qui avaient été faites et attentées contre justice par plusieurs au préjudice de l'archevêque de Narbonne pendant le siège vacant; et procéder en cela par censure ecclésiastique nonobstant appellation, cotté n° 58. (*Inventaire des archives de l'archevêché de Narbonne.*)

**3005** 17 avril 1362.

Item lettres du pape Urbain quatrième au 17 des calendes de mai 1262 par lesquelles il donna pouvoir à l'archevêque de Narbonne de pouvoir conférer pendant trois ans les dignités en l'église de Narbonne étant à sa collation et que aucun n'en pourrait être pourvu contre son gré, voulant S. S. qu'à ceci il ne lui fut point donné trouble, coté n° 57. (*Inventaire des archives de l'archevêché de Narbonne.*)

**3006** 11 mai 1262.

Autre bulle du même pape par laquelle il mande à l'archidiacre d'Agen d'empêcher que l'abbé et les religieux de Grandselve ne fussent troublés en la possession de leurs biens au préjudice des privilèges à eux accordés par S. S. La dite bulle est du 5e des ides de mai 1262 et est cotée sur l'original, n° 41. (*Inventaire des archives de Grandselve.*)

**3007** 31 octobre 1262.

Autre bulle du même pape par laquelle l'abbé de Citeaux et les autres abbés et couvens du même ordre sont déclarés exempts des subsides imposés par le S. S. ou par ses légats à moins que les lettres de S. S. fissent expresse mention du dit ordre. La dite bulle est du 2e des calendes de novembre 1262 et est ci cotée par extrait fait devant l'official de Toulouse le 4e des calendes d'octobre 1262, n° 42. (*Inventaire des archives de Grandselve.*)

**3008** 1262.

Item lettres du pape Urbain quatrième de l'an 1262 dressantes aux vassaux du siège de Narbonne leur faisant savoir comme

1. Ancien style *1261*, nouveau style *1262*.

le chapitre de ladite église avait élu le sieur Maurin chanoine de ladite église, chapelain de S. S., pour archevêque dudit Narbonne, laquelle élection S. S. avait confirmée, leur enjoignant de le recevoir et de le reconnaître comme leur vrai pasteur et lui rendre l'obéissance qu'ils lui devaient coté n° 321. (*Inventaire des archives de l'archevêché de Narbonne.*)

**3009** 1262.

Item lettres du pape Urbain IV dressantes à l'archidiacre moindre de Carcassonne lui enjoignant de faire bailler à l'archevêque de Narbonne les fruits et revenus d'une année seulement des bénéfices qu'il avait avant qu'il fut archevêque, pour satisfaire aux frais de son étude aux lettres datées de l'an 1262, coté n° 348. (*Inventaire des archives de l'archevêché de Narbonne.*)

**3010** 1262.

Item lettres du même pape Urbain de l'an 1262 dressantes à l'évêque de Sabine lui donnant pouvoir de pourvoir de personnes capables les bénéfices vacants au diocèses du Puy jusqu'à ce qu'il eut été pourvu de pasteur à l'église dudit Puy, le siège épiscopal duquel vaquait pour lors, coté n° 63. (*Inventaire des archives de l'archevêché de Narbonne.*)

**3011** 9 février 1263.

Autre bulle du même pape par laquelle il prie l'évêque et l'official de Toulouse d'avoir dans une singulière recommandation l'abbé et les religieux de Grandselve et de leur rendre justice contre ceux qui les offenceraient lorsqu'ils en seront requis. Ladite bulle est du 5e des ides de février 1262 et est cotée sur l'original, n° 43. (*Inventaire des archives de Grandselve.*)

**3012** 20 avril 1263.

Item lettres du pape Urbain IV du 12 des calendes de mai 1263 dressantes à Maurin, archevêque de Narbonne, par quelles il dit ledit archevêque avoir supplié S. S. et à icelle exposé comme pour les négoces et utilités de l'église de Narbonne, il lui convenait faire grands frais et afin que par le défaut d'iceux les affaires ne demeurassent pas en arrière, il avait prié S. S. lui conférer un emprunt jusques à la somme de 2000 livres; et obliger les biens de son église pour ce regard envers les créanciers, osté toute nécessité de preuve auxdits créanciers si l'argent avait été employé au profit de l'église, coté n° 59. (*Inventaire des archives de l'archevêché de Narbonne.*)

**3013** 1263.

Item lettres du même pape de l'an 1263 portant pouvoir audit évêque de la Sabine de procéder de sa commission tant en Angleterre qu'en la Valles (Galles) et Hibernie, laquelle il lui avait donnée par ses lettres précédentes, coté n° 65. (*Inventaire des archives de l'archevêché de Narbonne.*)

**3014** 1263.

Item lettres du même pape Urbain dudit an portant permission à Guidon, évêque de Sabine, de, en procédant à sa commission en Angleterre, Valles et Hibernie, dispenser sur l'irrégularité et ce, pendant sa commission, côté n° 66. (*Inventaire des archives de l'archevêché de Narbonne.*)

**3015** 1263.

Item lettres du même pape Urbain dudit an dressantes audit évêque de Sabine lui donnant pouvoir de relaxer pendant sa commission et après en Angleterre, Valles et Hibernie aux fêtes solennelles et translation de saints à tous vrais pénitents et confessés un an et 40 jours de pénitence à eux enjoints, coté n° 68. (*Inventaire des archives de l'archevêché de Narbonne.*)

**3016** 1263.

Item lettre du même pape Urbain quatre dudit an 1263 dressantes audit évêque, le déléguant par icelles pour de sa part traiter de moyenner la paix entre le roi et les rebelles de son royaume, coté n° 67. (*Inventaire des archives de l'archevêché de Narbonne.*)

**3017** 1263.

Item lettres du même pape Urbain et du même an, dressantes au dit évêque de Sabine, l'exhortant à continuer sa commission et ce faisant, moyenner le prix du discord entre le roi d'Angleterre et ses sujets, coté n° 69. (*Inventaire des archives de l'archevêché de Narbonne.*)

FIN.

# TABLES DU REGISTRE D'URBAIN IV

*Les pages et numéros qui ne sont pas accompagnés de la mention du tome appartiennent au tome II; le premier a son index spécial.*

| Date | Lieu | Analyse | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1261 sept. 5. | *Viterbe.* | Archiepiscopo Remensi, ejus suffraganeis et omnibus personis ecclesiasticis per Remensem provinciam constitutis, de sua in pontificem electione scribit. | 1 | 1 |
| » 17. | — | Monasterium s. Lazari de Bethania quod ab Alexandro IV fratribus hospitalis s. Johannis Jerosolymitani devolutum fuerat, juri abbatissae et monialium ipsius s. Lazari conventus restituendum esse decernit. | 7 | 15 |
| » » | — | Gebennensi et Lausanensi episcopis mandat ut episcopo Basiliensi, gravi langore confracto et ad ipsius ecclesiae regimen inutili effecto, coadjutorem eligant. | 13 | 37 |
| » 22. | — | Episcopo Parisiensi mandat ut monasterio Fontis-Johannis, Cisterciensis ordinis, Senonensis diocesis, sub onere debitorum obruto, opportunum remedium adhibere procuret. | 4 | 7 |
| » 25. | — | Priorem et capitulum seculares in ecclesia s. Johannis in Senno ab Imolensi episcopo constitutos, auctoritate apostolica confirmat. | 3 | 3 |
| » » | — | Fratribus Heremitis ordinis s. Augustini, in Anglia constitutis, usum campanae concedit. | 2 | 2 |
| octob. 1. | — | Episcopo Colimbriensi mandat ut Petro Martini, clerico Colimbriensi, de aliquo ecclesiastico beneficio providere curet. | 4 | 6 |
| 1261 octob. 5. | *Viterbe.* | Episcopo Cameracensi mandat ut Waltero de Sonegiis de aliquo ecclesiastico beneficio providere curet. | 3 | 5 |
| » 6. | — | Generali, prioribus et fratribus Heremitis ordinis s. Guillelmi excommunicandi et incarcerandi apostatas ejusdem ordinis concedit facultatem. | 4 | 8 |
| » » | — | Generali, prioribus et fratribus Heremitis ordinis s. Guillelmi concedit ut ad praestationem procurationum, exactionum seu quorumlibet subsidiorum compelli minime possint. | 6 | 11 |
| » » | — | Fratribus Heremitis ordinis s. Guillelmi concedit ut sub regula b. Benedicti secundum institutiones b. Guillelmi remanere in habitu solito valeant. | 6 | 13 |
| » 11. | — | Edicit ne aliquis monachus Westmonasterii Londoniensis sua peccata alicui confiteri praesumat nisi abbati vel cui ea audiendi facultatem abbas concesserit. | 6 | 12 |
| » » | — | Episcopum Tripolitanum a juramento solvit quod ab eo, violenta injectione manuum, J., de Polo comes, extorquere praesumpserat. | 5 | 10 |
| » » | — | Novam episcopi Autisiodorensis de Autisiodorensi capitulo constitutionem approbat et confirmat. | 4 | 9 |
| » 12. | — | Decano Parisiensi mandat ut ecclesiae Cathalaunensi, sub onere | 6 | 14 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | debitorum obrutae, opportunum remedium adhibere procuret | | |
| 1261 octob. 22. | Viterbe. | Episcopo Tusculano mandat ut ecclesiae Nazarenae quatuor canonicos eligat qui cum canonico, qui residet apud sedem apostolicam, priorem sibi eligere valeant. | 15 | 45 |
| » 25. | — | Majori ministro et fratribus ordinis s. Trinitatis et captivorum hospitale s. Thomae in Formis de Urbe restituit. | 8 | 17 |
| » » | — | Fratri Adae, capellano apostolico, canonico ecclesiae dominici Sepulcri Jerosolymitani, ordinis s. Augustini, prioratum ecclesiae s. Andreae de Placza, Cathaniensis diocesis, confert. | 9 | 18 |
| » 25. | — | Guardiano fratrum Minorum de Placza, Cathaniensis diocesis, mandat ut, Johanne Provinciali et Rogerio detentoribus a prioratu ecclesiae s. Andreae de Placza, ordinis s. Augustini, prorsus amotis, Robertum de Venafro, clericum procuratorem fratris Adae, capellani apostolici, canonici dominici Sepulcri Jerosolymitani, ordinis s. Augustini, ejus nomine, in ipsius prioratus corporalem possessionem inducat. | 9 | 19 |
| » 28. | — | Arnaldum de Millesanctis, a majori et saniori parte Tarviensis capituli electum, confirmat. | 8 | 16 |
| » 29. | — | Episcopo et archidiacono Agennensibus ac Raymundo Abbatis, canonico ecclesiae de Manso, Agennensis diocesis, mandat ut Petrum Ayquelmi de Sancto-Macario clericum, in possessionem rectoriae de Lingonio, Vasatensis diocesis, mittere curent. | 10 | 25 |
| nov. 9. | — | Decernit quod fratres hospitalis s. Johannis Jerosolymitani jus patronatus in Maguntina diocesi vel provincia licite recipere valeant. | 9 | 20 |
| » 13. | — | R., s. Angeli diacono cardinali, curam domus hospitalis s. Thomae in Formis de Urbe committit. | 11 | 27 |
| » » | — | Ministro et fratribus domus hospitalis s. Thomae in Formis de Urbe, ordinis s. Trinitatis et captivorum, indulget ut omnes redditus ipsius hospitalis, in ipsorum, dicti hospitalis et pauperum ad illud confluentium usus convertere valeant. | 10 | 22 |
| 1261 nov. 13. | Viterbe. | Ministro et fratribus domus hospitalis s. Thomae in Formis de Urbe indulget ut de his quae ipsis Christi fideles reliquerint, cuiquam canonicam justitiam exhibere minime teneantur. | 11 | 26 |
| » 17. | — | Jacobo filio Marini, civi Neapolitano, et Maroctae uxori, quarto consanguinitatis gradu conjunctis, ad preces Marini, electi Capuani, indulget ut in matrimonio contracto remanere possint, et prolem ex ipso susceptam fore legitimam decernit. | 10 | 21 |
| » 20. | — | Regi Francorum et omnibus aliis qui cum eo praedicationibus Verbi Dei intererunt, indulgentiam centum dierum concedit. | 10 | 24 |
| » 21. | — | Eidem, quotiescumque eum ad alicujus ecclesiae vel capellae vel altaris dedicationem vel consecrationem ire vel interesse ibidem contigerit, indulgentiam unius anni et quadraginta dierum elargitur. | 10 | 23 |
| » 28. | — | Episcopo Tripolitano indulget ut Pandulfo de Subura, capellano apostolico, ipsius consanguineo, de aliquo praebendali officio in Tripolitana ecclesia providere valeat. | 13 | 41 |
| » 30. | — | Monasterium Casae-Dei, Claromontensis diocesis, decernit semper ad jus Romanae ecclesiae pertinere. | 13 | 38 |
| décem. 5. | — | Roberto, comiti Atrebatensi, nepoti Ludovici regis Francorum, indulget ut ipse et Amicia, nata quondam Petri de Cortenayo, possint ad invicem matrimonialiter copulari. | 12 | 28 |
| » 13. | — | Cum Rodulpho de Freningeham, rectore ecclesiae de Freningeham, Lincolniensis diocesis, super detentione plurium beneficiorum dispensat. | 31 | 95 |
| » 20. | — | Philippo, primogenito regis Francorum, quotiescumque eum ad alicujus ecclesiae vel capellae vel altaris dedicationem vel consecrationem ire vel interesse ibidem contigerit, indulgentiam unius anni et quadraginta dierum elargitur. | 12 | 29 |
| » » | — | Eidem relaxat de pœnitentiis sibi injunctis centum dies, quotiescum- | 12 | 30 |

| Date | | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | que ad audiendam Verbi Dei praedicationem se conferre contigerit. | | |
| 1261 décem. 20. | *Viterbe.* | — | Reginae Franciae, quotiescumque eam ad alicujus ecclesiae vel capellae vel altaris dedicationem seu consecrationem ire vel interesse ibidem contigerit, et omnibus aliis qui interfuerint, de injunctis sibi poenitentiis annum unum et quadraginta dies relaxat. | 12 | 31 |
| » » | | — | Eidem, quotiescumque ad audiendam Verbi Dei praedicationem ire contigerit, omnibusque aliis qui interfuerint, de injunctis sibi poenitentiis centum dies relaxat. | 12 | 32 |
| » » | | — | Reginae Navarrae, quotiescumque eam ad alicujus ecclesiae vel capellae vel altaris dedicationem seu consecrationem ire vel interesse ibidem contigerit, et omnibus aliis qui interfuerint, de injunctis sibi poenitentiis annum unum et quadraginta dies relaxat. | 12 | 33 |
| » » | | — | Eidem, quotiescumque ad audiendam Verbi Dei praedicationem ire contigerit, omnibusque aliis qui interfuerint, de injunctis sibi poenitentiis centum dies relaxat. | 12 | 34 |
| » » | | — | Regi Navarrae de injunctis sibi pœnitentiis unum annum et quadraginta dies relaxat, quotiescumque eum ad alicujus ecclesiae vel cappellae vel altaris dedicationem vel consecrationem ire vel interesse ibidem contigerit. | 12 | 35 |
| » » | | — | Eidem de injunctis sibi poenitentiis centum dies relaxat, quotiescumque ad audiendam Verbi Dei praedicationem intererit. | 13 | 36 |
| » 23. | | — | Loderingo de Andalo, Gruamons de Caccianemicis, civibus Bononiensibus, Selancae, civi Regiensi, Rainerio de Adelardis, civi Mutinensi, et aliis pluribus regulam studiose compositam concedit, perpetuis temporibus observandam, eamque appellat « Ordinem militiae b. Mariae Virginis gloriosae » ut qui professi fuerint hanc tanquam speciali et perpetuo ordine taliter nuncupentur videlicet « Fratres ordinis Militiae b. Mariae Virginis gloriosae. » (Tenor regulae insertus est). | 43 | 120 |

| Date | | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|---|
| 1262 janv. 4. | *Viterbe.* | — | Provinciali ac fratribus Heremitis ordinis s. Augustini, per Anconitanam Marchiam constitutis, indulget ut in locis justo titulo acquisitis, domos et ecclesias construere ibique morari valeant. | 33 | 101 |
| » 9. | | — | Praesenti edicto statuit, licet magistrum Simonem, canonicum Paduanum, promovendum in presbyterum cardinalem Romanae ecclesiae, duxerit evocandum, ut idem Simon, priusquam in presbyterum sit promotus, nequaquam in collegium seu consortium vel ad tractatus aut consilia cardinalium admittatur. | 13 | 39 |
| » » | | — | Archiepiscopo Remensi mandat ut monasterio Andeciarum seu Vivi-Fontis, sub onere usurarum oppresso, de opportuno remedio providere curet. | 22 | 68 |
| » 11. | | — | Philippum, episcopum Zagabriensem, procuratorem ecclesiae Strigoniensi concedit, curam et administrationem ejusdem in temporalibus et spiritualibus ipsi committens et mandat ut infra festum s. Jacobi apostoli proximo futurum, ad sedem apostolicam personaliter accedat. | 13 | 49 |
| » 13. | | — | Prioratum s. Lazari Tripolitani, ad monasterium s. Lazari de Bethania spectantem, a subjectione episcopi Tripolitani et Antiocheni patriarchae eximit et Jerosolymitano patriarchae submittit. | 15 | 44 |
| » » | | — | Magistro Johanni Mansel capellano apostolico, clerico regis Angliae, canonico Wellensi, indulget ut omnes praebendas quas, tempore excommunicationis sententiae in se ipsum prolatae, habebat, detinere valeat. | 45 | 129 |
| » 19. | | — | Episcopo Silvanectensi mandat ut Henrico, olim abbati s. Dionysii in Francia, de aliquo prioratu provideat, ubi monachi cum quibus ipse honeste conversari possit, existant. | 18 | 51 |
| » 26. | | — | Fratrem Joffridum, capellanum apostolicum, in abbatem monasterii s. Urbani, Cathalaunensis diocesis, a cardinalibus tituli s. Sabinae et s. Adriani electum, confirmat. | 16 | 49 |
| » » | | — | Abbatibus de Escureio et s. Leonis, Tullensis diocesis, mandat qua- | 18 | 50 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | tenus Joffridum in abbatiae monasterii s. Urbani, Cathalaunensis diocesis, possessionem inducant. | | |
| 1262 févr. 3. | Viterbe. — | Johanni de Tudino et Agneti, uxori ipsius, indulget ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu, in matrimonio contracto licite remanere possint. | 15 | 46 |
| » 4. | — | Abbati et conventui Westmonasterii indulget ut super trecentis et triginta marcis a mercatoribus diversis Florentinis et Senensibus coram quocumque judice per litteras apostolicas quomodocumque impetratas minime valeant conveniri. | 14 | 42 |
| » » | — | Abbati s. Augustini Cantuariensis et priori de Mertune, Wintoniensis diocesis, mandat ut praefatas proximas litteras executioni mandari curent. | 14 | 43 |
| » » | — | Abbati et conventui monasterii s. Jacobi de Waldensi, Londoniensis diocesis, indulget ut professis ac etiam non professis, ipsorum collegio aggregari volentibus, interdicti et excommunicationis absolutionem impertiri valeant. | 18 | 52 |
| » 7. | — | Notum facit se ad inquisitionem famae Simonis, canonici Paduani, quem in presbyterum cardinalem evocaverit, duxisse procedendum, quia postmodum fuissent de ipso apud sedem apostolicam relata sinistra. | 16 | 48 |
| » 9. | — | Abbati monasterii Lobiensis, Cameracensis diocesis, concedit ut canonicos ecclesiae s. Ursmari Lobiensis ad residentiam personalem cogere valeat. | 15 | 47 |
| » » | — | Priori fratrum Praedicatorum Florentinorum mandat ut Castrae Gualfredi, civi Florentino, ejusque familiae aliquas ex restituendis pecuniis, pro sustentatione, ne mendicare cogantur loco pauperum, distribuat. | 23 | 70 |
| » 13. | — | Gaufrido de Sarzinis concedit ut altare portatile habere ac in eo missarum sollemnia celebrari facere possit. | 19 | 53 |
| » » | — | Eidem concedit ut Gaufridi capellanus militibus et sociis ipsius Gaufridi ecclesiastica sacramenta ministrare valeat. | 19 | 54 |
| 1262 févr. 13. | Viterbe. — | Eidem indulget ut a nullo delegato vel subdelegato excommunicari possit. | 19 | 55 |
| » » | — | Eidem indulget ut episcopus Acconensis in eum interdicti vel excommunicationis sententias promulgare, aut ejus capellam ecclesiastico supponere interdicto minime valeat. | 19 | 56 |
| » » | — | Abbati s. Genovefae Parisiensis mandat quatenus decanos rurales de Encra, de Lehuno, de Parviler, de Montedesiderio, de Morolio et de Foilliaco et alias personas religiosas et seculares, Ambianensis diocesis, compellat ut archidiacono procurationes quæ visitationis ratione debentur, exhibeant. | 36 | 107 |
| » 20. | — | Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis nunciat se beatum Riccardum, quondam episcopum Cicestrensem mirabilem, in festo b. Vincentii, XI kalendas februarii, (id est 22 jan.) sanctorum catalogo cum celebri gaudio adscripsisse, eisque mandat ut III nonas aprilis, (id est 3 apr.) celebriter ejus festa, modulatis vocibus et cordibus, annis singulis celebrent. | 20 | 59 |
| » » | — | Decernit quod canonici ecclesiae s. Vulfranni in Abbatisvilla, Ambianensis diocesis, quos pro ipsius ecclesiae negotiis capitulum quocumque duxerit destinandos, quotidianas distributiones percipere valeant. | 20 | 58 |
| » » | — | Capitulo ecclesiae s. Vulfranni in Abbatisvilla indulget ut beneficia, cum vacaverint, libere conferre valeant. | 22 | 69 |
| » 28. | — | Cum nonnulli in Virdunensi capitulo in canonicos recepti sint, nullis praebendis ibidem vacantibus, decano ecclesiae Montisfalconis, Remensis diocesis, mandat ut diligenter inquirat quis primam, quis secundam et quis deinde praebendam in dicta ecclesia debeat obtinere. | 20 | 62 |
| mars 5. | — | Assignationem centum et quinquaginta kafitiorum grani monasterio monialium s. Petri de Ripis prope | 25 | 80 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | Pampilonam a Pampilonensi episcopo factam, confirmat. | | |
| 1262 mars 5. | *Viterbe.* — | Abbati de Urdays mandat ut priorissam et sorores loci s. Petri de Ripis in possessione ejusdem loci manuteneat. | 26 | 81 |
| » 6. | — | Episcopo Narniensi mandat ut Narnienses ab occupando castro Sancti-Gemini deterreat, potestatemque eorum et capitaneum personaliter, consiliarios autem et commune per syndicum coram papa comparere faciat. | 20 | 61 |
| » » | — | Abbati s. Genovefae Parisiensis mandat quatenus decanos rurales de Cuntio, de Picheio, de Pinchonio, de Dullandio, de Viviacurte et de Montagneio et alias personas religiosas et seculares, Ambianensis diocesis, compellat ut archidiacono procurationes quae visitationis ratione debentur, exibeant. | 36 | 106 |
| » 12. | — | Cum Laurentio de Esperime, rectore ecclesiae de Heyfordwarum, Lincolniensis diocesis, super retentione plurium beneficiorum dispensat. | 31 | 96 |
| » 14. | — | Monasterium s. Mauri Virdunensis a jurisdictione Virdunensis episcopi eximit. | 20 | 60 |
| » » | — | Ecclesiam s. Sepulcri Troiani, ad ecclesiam Jerosolymitanam spectantem, ab omni jurisdictione Troiani episcopi eximit. | 21 | 63 |
| » » | — | Ecclesiam s. Sepulcri de Barulo, ad ecclesiam Jerosolymitanam spectantem, ab omni jurisdictione Tranensis archiepiscopi eximit. | 21 | 64 |
| » » | — | Omnes ecclesias s. Sepulcri in Apulia constitutas, ad ecclesiam Jerosolymitanam spectantes, ab omni archiepiscoporum, episcoporum et praelatorum jurisdictione eximit. | 21 | 65 |
| » 15. | — | Monasterium s. Mariae Montis-Virginis sub apostolica protectione suscipit. | 23 | 74 |
| » » | — | Magistro Nicolao de Wich, canonico Cicestrensi, indulget ut una cum ecclesiasticis beneficiis quae jam obtinet, ecclesiam de Suthmallinge, Cicestrensis diocesis, retinere possit. | 23 | 75 |
| » » | — | Eidem Nicolao de Wich indulget ut, uno ex tribus ipsius beneficiis dimisso, loco illius, unicum aliud recipere possit. | 24 | 76 |
| 1262 mars 15. | *Viterbe.* — | Abbati monasterii Sublacensis castrum de Trebis, Anagninae diocesis, committit. | 24 | 78 |
| » » | — | Episcopo Anagnino committit ut Raynaldo de Genna inhibeat ne castrum de Trebis alienare praesumat. | 24 | 79 |
| » » | — | Johanni Suarii, decano Portugalensi, indulget ut plura ecclesiastica beneficia retinere valeat. | 43 | 121 |
| » 17. | — | Monasterio s. Mariae de Crypta-Ferrata, monasterium Graecorum s. Nicolai de Morbano cum ad ipsum pertinente ecclesia s. Martini Venusini, Venusinae diocesis, confert. | 21 | 66 |
| » 20. | — | Abbati monasterii s. Mariae Montis-Virginis usum pastoralis baculi in perpetuum concedit. | 23 | 73 |
| » 21. | — | Ad instantiam Stephani, familiaris sui, decani, et capituli ecclesiae Tullensis, cum in eodem capitulo nonnulli in canonicos recepti sint, nullis praebendis ibidem vacantibus, abbati monasterii s. Urbani, Cathalaunensis diocesis, mandat ut diligenter inquirat quis primam, quis secundam et quis deinde praebendam in dicta ecclesia debeat obtinere. | 22 | 67 |
| » 23. | — | Decano et capitulo ecclesiae Laudunensis indulget ut in majorem et juratos Laudunenses, capituli proventuum invasores, excommunicationis sententiam valeant promulgare. | 24 | 77 |
| » » | — | Cum Henrico de Sarum, capellano apostolico, rectore ecclesiae de Stokes-subtus-Limam, Coventrensis diocesis, super retentione plurium beneficiorum dispensat. | 32 | 97 |
| » 28. | — | Sergio de Donno-Marino et Mariae de Duce, ejus uxori, concedit ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu, in matrimonio jam contracto licite remanere possint. | 23 | 71 |
| » » | — | Omnibus qui translationi b. Riccardi, nuper coelitum numero ascripti, interfuerint, unum annum, et illis qui in anniversario die translationis ejusdem et infra dierum octavas accesserint, quadra- | 23 | 72 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | ginta dies de injunctis sibi poeniteniis relaxat. | | |
| 1262 avril 1. | *Viterbe.* — | Cum magistro Bernardo Ispano super possessione plurium beneficiorum dispensat. | 26 | 82 |
| » 3. | - | Monasterio de Castello, Cameracensis diocesis, indulget ut, donec exoneratum fuerit ab onere debitorum, ad solutionem pensionum minime teneatur. | 26 | 84 |
| » 4. | — | Alatrino Rimanni et Letitiae indulget ut, non obstante consanguinitatis obstaculo, matrimonialiter ad invicem copulari possint. | 27 | 86 |
| » 5. | — | Decano et capitulo Laudunensibus significat se decernere ut omnes personae quae in diocesi Laudunensi in abbates monasteriorum ordinis Praemonstratensis eligantur, capitulo snbjectionem et obedientiam promittant. | 27 | 87 |
| » » | — | Decano Virdunensi mandat ut proximam superiorem constitutionem, a canonicis Laudunensibus impetratam, observari curet. | 28 | 88 |
| » » | — | Decano Senonensi mandat quatenus abbates Praemonstratensis ordinis, Laudunensis diocesis, qui capitulo Laudunensi reverentiam et obedientiam super altare non promiserint, ad id compellat. | 28 | 89 |
| » » | — | Decano et capitulo Laudunensibus significat se decernere ut omnes personae quae, in Laudunensi diocesi, in abbates monasteriorum Cisterciensium eligantur, ipsis subjectionem et obedientiam debitas super altare promittant. | 28 | 90 |
| » » | — | Decano Virdunensi mandat quatenus proximam superiorem constitutionem, a canonicis Laudunensibus impetratam, observari curet. | 28 | 91 |
| » » | — | Decano Senonensi mandat quatenus abbates Cistercienses, Laudunensis diocesis, qui capitulo Laudunensi reverentiam et obdientiam super altare non promiserint, ad id compellat. | 28 | 92 |
| » 13. | — | Cum Fortone, archidiacono Xanctonensi, dispensat super plurium beneficiorum detentione. | 27 | 85 |
| » 17. | - | Alfonso, regi Castellae et Legionis, per magistrum R., notarium suum, exposcenti ut ad imperii Romani fastigium a papa evocetur, ejusdemque coronam ex ejus manibus suscipiat, rescribit perplexam admodum esse atque involutam causae aequitatem, cum ex adverso Ricardus, comes Cornubiae, imperium sibi deberi contendat. Dictum denique magistrum ad regem redeuntem ei commendat. | 28 | 93 |
| 1262 avril 18. | *Viterbe.* — | Abbati et monasterio s. Sixti Placentini possessiones confirmat. | 32 | 98 |
| » » | — | Abbati monasterii s. Savini Placentini mandat ut abbatissam et conventum s. Francisci, ordinis s. Damiani, compellat ut litteras et processus, eas in possessionem monasterii s. Sixti mittentes, sine dilatione exhibeant. | 32 | 99 |
| » 19. | — | Ecclesiam s. Andreae de Platia, ad Jerosolymitanam ecclesiam pertinentem, ejusque pertinentias ab omni archiepiscoporum et episcoporum jurisdictione eximit ita quod soli Jerosolymitano patriarchae subsit. | 26 | 83 |
| » 26. | — | Jacobo, Aragonum regi, qui ad tractandam concordiam inter Manfredum, quondam principem Tarentinum, et ecclesiam Romanam, personaliter partes suas interpositurus erat, summotenus explanat ejusdem Manfredi multiplices offensas, quas contra Deum et matrem ecclesiam continuando multiplicat. Rogat et hortatur regem ut suggestionibus sinistris ejus qui postquam Tarentinum principatum invasisset, Sarracenis se conjunxisset et alia enormia commisisset, et ipsius fraudibus minime se patiatur involvi. Demum regem a contrahendo matrimonio inter primogenitum suum et filiam memorati Manfredi abducere nititur, proponens quantam labem suo generi ex eo incurreret. | 29 | 94 |
| mai 14. | — | Castrum Sancti-Gemini ejusque territorium, ecclesias et habitatores ab omni jurisdictione Narniensium eximit et sedi apostolicae submittit. | 33 | 100 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1262 mai 18. | Viterbe. — | Priori et fratribus Hospitalis s. Johannis Jerosolymitani in Francia indulget ut ad parrochiales ecclesias de Sacchiaco et de Anseyvilla, Autisiodorensis et Cathalaunensis diocesium, fratres suos presbyteros instituendos diocesanis episcopis praesentare valeant. | 36 | 105 |
| » 28. | — | Decano et capitulo ecclesiae Laudunensis, quam suam fuisse matrem memorat, indulget ut in omnes qui ejusdem ecclesiae bona invaserint vel occupaverint, possint libere censuram ecclesiasticam proferre. | 49 | 138 |
| juin 2. | — | Guidoni de Borbonio, capellano apostolico, avunculo regis Navarrae, comitis Campaniae et Briae, decano Rothomagensi, indulget ut usque ad quatuor tempora mensis septembris proximo futuri, presbyteratus ordinem recipere vel residentiam facere in ecclesia Rothomagensi minime teneatur. | 39 | 114 |
| » » | — | De eodem negotio et in eisdem verbis atque in litteris eidem Guidoni de Borbonio directis. | 43 | 119 |
| » 3. | — | Quod « nullo unquam tempore nominet, eligat vel consentiat quod Conradus puer, natus quondam Conradi, filii quondam Frederici, olim imperatoris, nominetur vel eligatur ad regiam vel imperatoriam dignitatem. » | 33 | 104 |
| » » | — | Archiepiscopo Maguntino mandat quatenus « nullo unquam tempore eligat, nominet vel consentiat quod Conradus puer, natus quondam Conradi, filii quondam Fr., olim Romanorum imperatoris, nominetur vel eligatur ad regiam vel imperatoriam dignitatem. » In e. m. Henrico, Treverensi electo. In e. m. Engilberto, Coloniensi archiepiscopo. | 37 | 109 |
| » 5. | — | Ludovico, regi Francorum, notum facit se, ut imperium Constantinopolitanum et per consequens Terra Sancta celerem et optatum speratae subventionis consequantur effectum, cum et barones et proceres et magnates Latinae gentis qui principatus Achaiae ac Moreae aliarumque terrarum et insularum ejusdem imperii dominium obtinent, cum strenua multitudine bellatorum per terram et dux ac commune Venetorum cum magnifico stolio galearum per partes maritimas ad resistendum occupatoribus ejusdem imperii, praecipites, et ad exhibendum omnibus dicto imperio succurrentibus passagium sine naulo sint parati, mittere ad eum Andream de Spoleto, archidiaconum Paphensem, capellanum suum, pro acceleratione subventionis procuranda. Hortatur regem ut dicto imperio et Venetis et Latinis ibidem morantibus dexteram suae protectionis extendat. | 48 | 132 |
| 1262 juin 9. | Viterbe. — | Archiepiscopum Nidrosiensem, ac Bergensem, Assoensem, Orcadensem et Stawangrensem episcopos hortatur ut circa negotium contra Tartaros tam in Terra Sancta quam in regno Ungariae atque terra Poloniae prosequendum cogitent, et illud juxta forman per litteras Alexandri IV eis traditam, dirigere procurent. | 33 | 102 |
| » » | — | Regi Norwegiae ejusque nato de eodem negotio ac supra scribit. | 33 | 103 |
| » » | — | Episcopo Agennensi mandat quatenus in regno Franciae certas pecuniarum summas Terrae Sanctae subsidio deputandas colligat. | 48 | 133 |
| » » | — | De collectione pecuniarum in Terrae Sanctae subsidium convertendarum. | 48 | 134 |
| » 17. | — | Ad instantiam Edwardi, regis Angliae primogeniti, magistro Gaufrido, dicto *Legros*, juris civilis professori, rectori ecclesiae de Werchendune, Londoniensis diocesis, concedit ut praeter beneficia cum cura quorum unum intitulatum et duo alia commendata obtinet, quorumque proventus summam quadraginta marcarum sterlingorum, annis singulis, vix excedunt, unum aliud ecclesiasticum beneficium recipere valeat. | 37 | 110 |
| » » | — | De collectione pecuniarum in Terrae Sanctae subsidium convertendarum episcopo Agennensi commissa. | 49 | 135 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1262 juin 20. | *Viterbe.* — | Balduino, imperatori Constantinopolitano, concedit potestatem promittendi et dandi, cum consilio archiepiscopi Rothomagensis et Agennensis episcopi, quasdam pecuniarum summas principibus, ducibus et aliis regni Franciae volentibus imperio Constantinopolitano succurrere. | 49 | 136 |
| » » | — | Episcopo Agennensi mandat quatenus illas pecuniarum summas quas imperator Constantinopolitanus, de ipsius episcopi Agennensis et archiepiscopi Rothomagensis consilio, principibus, ducibus, comitibus et baronibus, pro dicti imperii subventione, promiserit, exhibere ipsis procuret. | 49 | 137 |
| » 22. | — | Jordano, ss. Cosmae et Damiani diacono cardinali, mandat ut magistro Riccardo, cardinalis s. Angeli nepoti, de uno vel pluribus beneficiis in regno Angliae, ad collationem Wintoniensis electi spectantibus, providere curet. | 37 | 108 |
| » 25. | — | Heliae de Estivanhas, clerico in minoribus constituto, Lemovicensis diocesis, tabellionatus officium concedit. | 46 | 130 |
| » 29. | — | Populo Guarcinati, Alatrinae diocesis, notum facit se revocasse Alexandri IV litteras quibus Gratiano Belmontis, civi Romano, duae partes proventuum in ipsorum castro assignabantur. | 37 | 111 |
| juillet 1. | — | Reginaldo, dicto *Carumtempus*, capellano apostolico, concedit ut praeter archidiaconatum Belsiae in ecclesia Aurelianensi, curam animarum habentem, unicum aliud ecclesiasticum beneficium, etiamsi personatus vel dignitas existat et similem curam habeat, licite retinere valeat. | 39 | 115 |
| » 6. | — | Cum Willelmo, abbate monasterii de Middeltone, ordinis s. Benedicti, Saresbiriensis diocesis, dispensat ut, non obstante defectu natalium, ad dignitatem episcopalem assumi valeat. | 38 | 113 |
| » 7. | — | Johannem, cancellarium Eboracensem, capellanum suum, Wintoniensi praeficit ecclesiae. | 40 | 117 |
| » » | — | Episcopo Sagiensi mandat quatenus ecclesiam sancti Leodegarii in Aquilina, Carnotensis diocesis, si eam Guillelmus rector resignat, Nicolao de Esseio conferat. | 38 | 112 |
| 1262 juillet 11. | *Viterbe.* — | Magistro Radulphum de Freningeham in capellanum suum recipit. | 40 | 116 |
| » 20. | — | Archiepiscopo Tarentasiensi mandat quatenus de controversia et lite inter Sedunensem episcopum et Petrum de Sabaudia exorta, veritatem inquirat, eosque compellat ut infra duos menses coram papa se conferant, de iis sententiam recepturi. | 41 | 116 |
| 1262 août 5. | *Montefiascone.* — | Provincialem, priores et fratres ordinis b. Mariae de Monte-Carmeli in Terra Sancta ab omni diocesanorum jurisdictione eximit. | 43 | 122 |
| » » | — | Provincialem, priores et fratres ordinis b. Mariae de Monte-Carmeli in patriarchatu Jerosolymitano ab omni jurisdictione diocesanorum eximit, dirimens conventionem super subjectione inter eos et bonae memoriae archiepiscopum Tyrensem factam. | 45 | 127 |
| » 11. | — | Episcopo Paphensi licentiam concedit duas personas in canonicos ecclesiae Paphensis recipi faciendi ac providendi eis de singulis praebendis. | 43 | 123 |
| » 22. | — | Abbati monasterii s. Theofredi, Aniciensis diocesis, officiali Claromontensi et Durando de Sayssac, canonico Aniciensi, negotium Lugdunensis camerariae committit. | 44 | 126 |
| » 26. | — | Priori s. Laurentii Aurelianensis mandat quatenus praebendam in ecclesia s. Aniani Philippo de Montegermondi, canonico ecclesiae Peronensis, nepoti S., tituli s. Caeciliae presbyteri cardinalis, conferat. | 43 | 124 |
| » 28. | — | Priori generali ordinis b. Mariae de Monte-Carmeli facultatem concedit absolvendi fratres qui, pro injectione manuum in se ipsos, excommunicationis laqueum incurrerunt. | 45 | 128 |
| » 31. | — | De pecuniarum summa ab Henrico, Lotharingiae et Brabantiae duce, in Terrae Sanctae subsidium legata, ordinationem mittit abbati monasterii Villariensis, Cisterciensis ordinis, et priori fratrum Praedicatorum in Lovanio, Leodiensis diocesis. | 44 | 125 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1262 sept. 5. | *Montefiascone.* | Decano ecclesiae Montisfalconis mandat quatenus decernat quis primam, quis secundam et quis deinde praebendam in ecclesia b. Mariae Magdalenae Virdunensis assequi debeat. | 54 | 145 |
| » 12. | — | Magistro Roberto, dicto *Malet*, rectori ecclesiae s. Juliani de Rola, Rothomagensis diocesis, canonicatum in Bajocensi ecclesia, obtentu magistri Remigii, physici et capellani apostolici, confert. | 52 | 142 |
| » » | — | Magistro Guidoni de Merula, archidiacono Constantiensi, et magistro Radulpho de Theuvilla, thesaurario Lexoviensi, mandat ut magistrum Robertum, dictum *Malet*, in canonicum in ecclesia Bajocensi recipi faciant. | 52 | 143 |
| » 13. | — | Jacobo, nato quondam Guitti de Bisentio, Urbevetanae diocesis, praecipit ut a contractu in tenimentis Quintemiani seu Montisbelli quoddam castrum construendi cum Tuscanensibus facto, utpote juribus ecclesiae contrario, resiliat. | 52 | 140 |
| » 17. | — | Abbatibus s. Joannis Senonensis et de Varennis Bituricensis monasteriorum mandat quatenus Gerardum, olim abbatem monasterii Fontis-Johannis, Cisterciensis ordinis, Senonensis diocesis, cogant ut ad monasterium suum redeat, alioquin in eum sententiam excommunicationis, jam a Cisterciensi abbate prolatam, publicent. | 51 | 139 |
| oct. 6. | — | Senensibus mandat quatenus Petrum Scotti ejusque socios, mercatores Senenses, cogant ut plenarie papae et ecclesiae Romanae satisfaciant. | 53 | 144 |
| » 17. | *Viterbe.* | Praeposito et capitulo ecclesiae s. Martini Yprensis concedit ut fratres Heremitae seu alii cujuscumque ordinis non possint infra fines parrochiarum s. Jacobi et s. Martini Yprensium ecclesiam construere. | 19 | 57 |
| » 21. | *Orvieto.* | Ludovico, regi Franciae, qui petiverat ut concederetur Henrico Ebredunensi et Guidoni Narbonensi archiepiscopis, ut in Gallia, pro sopienda discordia inter reginam Franciae uxorem et Carolum, Andegaviae et Provinciae comitem, fratrem suos, exorta, agerent, comiter respondet se istos, Narbonensem videlicet ad Sabinensis et Ebredunensem ad Ostiensis ecclesiarum regimen duxisse evocandos, atque sperare per tantos viros meliora non solum Romanae sed etiam universali ecclesiae commoda esse proventura. | 55 | 147 |
| oct. 21. | *Orvieto.* | Decano ecclesiae s. Germani Autissiodorensis Parisiensis indulget ut capitulum suae ecclesiae per trinum sonum campanae convocare valeat. | 55 | 148 |
| » 23. | — | Decano ecclesiae s. Germani Autissiodorensis Parisiensis inhibet ne custodiam sigilli capitularis alicui ex ipsius ecclesiae canonicis committat, qui personaliter non resideret in eadem. | 55 | 149 |
| » » | — | Archiepiscopo Tyrensi indulget ut ad provisionem alicujus in beneficiis ecclesiasticis ad ipsius collationem spectantibus vel pensionibus, per apostolicae sedis vel legatorum ipsius litteras impetratas, compelli non possit. | 63 | 164 |
| » 24. | — | Archiepiscopo Tyrensi indulget ut de blado, vino, lignis, lana, lapidibus et rebus aliis quae aliquotiens pro ipsius vel ecclesiae usibus emere ipsum contigerit, nulli pedagia, winovagia, roagia solvere teneatur. | 63 | 163 |
| » 25. | — | Magistro Alberto, notario suo, quaedam super negotio regni Siciliae committit. | 54 | 146 |
| » » | — | De constructione agitur hospitalis quod P., s. Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis, in testamento de bonis suis Romae construi mandavit. | 56 | 150 |
| » 26. | — | Philippo, quondam priori ecclesiae s. Herasmi, de quadraginta libris Lucensium, vita durante, providet, et eum ab obedientia abbatis Casinensis eximit. | 59 | 153 |
| » 27. | — | Episcopo Virdunensi indulget ut episcopi Virdunenses praebendam, quam obtinebat praedecessor, tempore cessionis vel mortis, aut suam, si canonici ipsius ecclesiae ante promotionem suam erant, licite retinere valeant. | 62 | 161 |

12

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1262 oct. 28. | *Orvieto.* | Episcopo Interamnensi mandat quatenus Philippo, quondam priori ecclesiae s. Herasmi, capellam s. Petri de Monte-Scoppi conferat. | 59 | 154 |
| » 29. | — | Conventui Majoris-Monasterii Turonensis mandat quatenus Stephano, in abbatem ipsius monasterii electo, obediant et intendant.<br>In e. m. universis vassallis Majoris-Monasterii Turonensis.<br>In e. m. abbati Majoris-Monasterii Turonensis. | 60 | 157 |
| nov. 1. | — | Hospitale s. Lazari Acconensis ab omni jurisdictione et dominio archiepiscoporum et episcoporum omnium et specialiter episcopi Acconensis eximit, statuens ut hospitale et membra istius in spiritualibus et temporalibus soli Jerosolymitanae ecclesiae sint subjecta. | 60 | 157 |
| » 2. | — | Ecclesiam s. Herasmi in territorio castelli Cese, Spoletanae diocesis, sitam in jus et proprietatem b. Petri assumit. | 59 | 152 |
| » » | — | Abbati et conventui Majoris-Monasterii Turonensis indulget ut prioratus et loca alia ipsius monasterii personis secularibus auctoritate apostolica concessa, possint per personas religiosas deserviri facere. | 61 | 159 |
| » 4. | — | Abbatem et conventum Majoris-Monasterii Turonensis ab omni decimae, duodecimae vel cujuslibet subventionis solutione, propter onera debitorum, eximit. | 63 | 162 |
| » 5. | — | Archiepiscopo Bracharensi mandat quatenus, consideratione O., s. Adriani diaconi cardinalis, Egidium Martini, clericum Ulixbonensem, in aliqua cathedrali ecclesia Portugalliae in canonicum recipi faciat. | 71 | 179 |
| » 11. | — | Universis suis et ecclesiae Romanae ceterisque Christi fidelibus notum facit se, in die Coenae Domini proxime praeterito, Manfredum, quondam principem Tarentinum, super certis articulis citavisse ut kalendis augusti coram papa compareret ; illum autem, appropinquante termino, judicem Aitardum de Venusio et Johannem de Brundusio notarium, familiares suos, ad sedem apostolicam destinasse, ut, cum vellet personaliter apostolico se conspectui praesentare, ipsi securitas plenaria veniendi ad papam tute per terram et districtum ecclesiae largiretur. Addit se illi dedisse licentiam postulatam et inhibet ne quis illum, ad papam accedentem, in persona vel rebus offendere vel turbare praesumat. | 57 | 151 |
| 1262 nov. 11. | *Orvieto.* | Abbati Cormeriacensi, Turonensis diocesis, mandat quatenus abbatem monasterii de Ebronio, Cenomanensis diocesis, inducat ut infra unum mensem cedat regimini sui monasterii. | 61 | 160 |
| » 15. | — | Populum insulae Marthanae ab obligationibus tam communi civitatis Urbevetanae quam Jacobo ejusque fratribus, natis quondam Guitti de Bisentio, factis, absolvit. | 60 | 155 |
| » 21. | — | Episcopo Carcassonensi mandat declaret irritam nominationem Berengarii, sacristae Narbonensis ecclesiae, in majorem archidiaconum ejusdem ecclesiae a Biterrensi episcopo, ex commissione archiepiscopi Narbonensis, factam. | 60 | 156 |
| » 23. | — | Manfredo, electo Veronensi, mandat ut cessionem abbatis monasterii s. Laurentii in Campo recipiat. | 92 | 222 |
| » 24. | — | Inter abbatem et conventum monasterii s. Antonini Appamiarum, ordinis s. Augustini, Tholosanae diocesis, litem exortam sententialiter terminat. | 66 | 170 |
| » 28. | — | De translatione magistri Florentii, episcopi Acconensis, ad ecclesiam Arelatensem.<br>In e. m. suffraganeis ecclesiae Arelatensis.<br>In e. m. populo Arelatensi.<br>In e. m. universis vassallis Arelatensis ecclesiae.<br>In e. m. magistro Florentio, electo Arelatensi.<br>In e. m. praeposito, archipresbytero et sacristae Arelatensibus quibus mandat ut Nicolao, capellano Portuensis episcopi, statum ecclesiae Arelatensis ac bonorum archiepiscopalium fideliter exponant.<br>In e. m. Carolo, comiti Andega- | 63 | 165 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages | Numéros |
|---|---|---|---|---|
| | | viae ac Provinciae, quem hortatur ut Florentio electo Arelatensi, ac specialiter Ramundo de Balmis, et Bremundo de Medenis, nuntiis ejusdem Florentii, praeposito, archipresbytero et sacristae Arelatensibus, vicariis ejus, impendat consilium et favorem. | | |
| 1262 nov. 30. | *Orvieto.* | Willelmo de Waltmanshuse, guardiano fratrum Minorum de Wezele, Treverensis diocesis, et fratri Rorico de Warnesperge, de ordine fratrum Minorum in conventu Treverensi, iterum mandat ut in negotio contra Henricum, Treverensem electum, saltem nunc tanta sollicitudine procedant quod praecedentem inobedientiam improbasse probentur per obedientiam subsequentem. | 64 | 166 |
| déc. 9. | — | De translatione G., episcopi Agennensis, ad ecclesiam Jerosolimitanam. | 65 | 168 |
| » 12. | — | Archiepiscopo Turonensi mandat quatenus Benedictum, rectorem ecclesiae de Semblancio, Turonensis diocesis, nepotem fratris Simonis, monachi Majoris-Monasterii Turonensis, prioris s. Martini de Lamblalia, in ecclesia de Caynono in canonicum recipi faciat. | 65 | 169 |
| » 13. | — | Archidiacono et capitulo Agennensibus mandat quatenus infra tres menses aliquos ex eis ad apostolicam praesentiam, pro futuri substitutione pastoris, mittere procurent. | 64 | 167 |
| » 31. | — | Obtentu J., s. Mariae in Cosmidin, et U., s. Eustachii diaconorum cardinalium, Arnoldo de Los, praeposito ecclesiae Coloniensis, facultatem concedit conferendi personae idonae praebendam, quam in ecclesia Monasteriensi, Monasteriensis episcopus, tempore promotionis, possidebat. | 71 | 176 |
| » » | — | Abbatibus de Steivelt et de Hamburne committit ut clerum Coloniensis civitatis, diocesis et provinciae compellant ut vicesimam, archiepiscopo Coloniensi persolvant. | 71 | 180 |
| » » | — | Abbatibus de Steivelt et de Hamburne, Praemonstratensis ordinis, Coloniensis diocesis, mandat ut usque ad biennium. archiepiscopo Coloniensi exhiberi faciant proventus beneficiorum vacantium. | 74 | 185 |
| 1262 déc. 31. | *Orvieto.* | Archiepiscopo Coloniensi concedit ut uni clerico in secularibus ecclesiis collegiatis Coloniensis diocesis canonicatum quamprimum vacaturum conferre valeat. | | |
| 1263 janv. 2. | — | Episcopo Nuscano mandat quatenus Alberto de Benevento diacono ruralem ecclesiam s. Modestini prope castrum Merruliani, Avellinensis diocesis, cujus proventus unam unciam auri et dimidiam, annis singulis, non excedunt, quaeque ad sedis apostolicae collationem, juxta Lateranensis statuta concilii, pertinet, conferat. | tome III 141 | 1194 |
| » 4. | — | Magistro Marino, capellano apostolico, quondam Capuano electo, « quia circa Romanam ecclesiam studiosis ab olim et praesertim in officio cancellariae claruit servitiis », canonicatum in Turonensi ecclesia confert. | 71 | 177 |
| » » | — | Decano ecclesiae Magdunensis Aurelianensis diocesis, et magistro Waltero dicto *Rubeo*, canonico Aurelianensi, committit ut magistrum Marinum in canonicatus possessionem in ecclesia Turonensi mittant. | 71 | 178 |
| » 5. | — | Raymundo, dicto *Guascelino*, canonicatum in ecclesia Sistaricensi ab Henrico, episcopo Ostiensi, collatum, confirmat. | tome III 139 | 1189 |
| » » | — | Archiepiscopum Ebredunensem collationis canonicatus Corisopitensis constituit executorem. | tome III 140 | 1190 |
| » » | — | De absolutione Senensium morantium extra civitatem Senensem, mandat magistro Miloni, forisdecano Brivatensi, scriptori apostolico.<br>Cum nobiles viri Arigolus Acharisii, Andreas et Hugo fratres, filii A., cives Senenses, Manfredi fautores, sano decreverunt consilio declinare, denuntiet a sententiis absolutos Chigium Arigoli et Parisium Ranucci, concives et socios praedictorum nobilium, in partibus Franciae morantes. | 69 | 175 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1263 janv. 5. | *Orvieto.* — | In e. m. Cum nobiles viri Raynerius et Gabriellus Rusticini et Henricus, filius ejusdem R., cives Senenses, Manfredi fautores, sano decreverunt consilio declinare, denuntiet a sententiis absolutum Bernardinum Prioris, concivem et socium eorumdem nobilium, in partibus Franciae morantem. | 69 | 175 |
| | | In e. m. Cum nobilis vir Hugo Hugolini Gentilis, civis Senensis, Manfredi fautor, sano decrevit consilio declinare, denuntiet a sententiis absolutum Gentilem Hugolini, concivem et socium ejus, in partibus Franciae morantem. | 69 | 175 |
| | | In e. m. Cum nobilis vir Tesus Paganelli, civis Senensis, Manfredi fautor, sano decrevit consilio declinare, denuntiet a sententiis absolutum Tengum Paganelli, concivem et socium ejus, in partibus Franciae morantem. | 69 | 175 |
| | | In e. m. Cum nobiles viri Campolus Albici, Bandus et Transmundus, ejus filius, et Giacoppus Giani, cives Senenses, Manfredi fautores, sano decreverunt consilio declinare, denuntiet a sententiis absolutos Arigolum, Griphum et Gianum, filium Giacoppi Giani, concives et socios nobilium praedictorum, in partibus Franciae commorantes. | 69 | 175 |
| | | In e. m. Cum nobiles viri Ugo Incontratus, Deus et Guido Luteringi, cives Senenses, Manfredi fautores, sano consilio decreverunt declinare, denuntiet a sententiis absolutum Tovenam Lutteringi, concivem et socium nobilium praedictorum, in partibus Franciae commorantem. | 69 | 175 |
| | | In e. m. Cum Jacobus et Meus Tovene et Meus et Tengus Incontrati et Geri Bonincuntri, cives Senenses, Manfredi fautores, sano decreverunt consilio declinare, denuntiet a sententiis absolutum Vivianum Detavive, concivem et socium Senensium praedictorum, in partibus Franciae commorantem. | 69 | 175 |
| | | In e. m. Cum nobiles viri Nottus Giovannus, Alexander, Campolus et Bonutius Salimbene, cives Senenses, Manfredi fautores, sano decreverunt consilio declinare, denuntiet a sententiis absolutum Palmerium Guidi Sarraceni, concivem et socium eorumdem nobilium, in partibus Franciae commorantem. | 69 | 175 |
| 1263 janv. 5. | *Orvieto.* — | In e. m. Cum nobiles viri Raynerius et Guillelmus Benaki, cives Senenses, Manfredi fautores, sano decreverunt consilio declinare, denuntiet a sententiis absolutum magistrum Guillelmum Raynerii, concivem et socium eorumdem nobilium, in partibus Franciae morantem. | 69 | 175 |
| | | In e. m. Cum nobilis vir Hugo Guidonis Sarraceni, civis Senensis, Manfredi fautor, sano decrevit consilio declinare, denuntiet a sententiis absolutum Palmerium Guidi Sarraceni, concivem et socium ejus, in partibus Franciae morantem. | 69 | 175 |
| | | In e. m. Cum nobiles viri Bonincuntrus Africantis et Jacopinus Guastellini et Guastellinus Johannis, cives Senenses, Manfredi fautores, sano decreverunt consilio declinare, denuntiet a sententiis absolutos Johannem Africant et Gualterus Africant, concives et socios nobilium praedictorum, in partibus Franciae morantes. | 69 | 175 |
| | | In e. m. Cum nobiles viri Bernardinus Raynaldini et Lore Paganelli, cives Senenses, Manfredi fautores, sano decreverunt consilio declinare, denuntiet a sententiis absolutos Crescentium Raynerii et Minum Guidi, concives et socios nobilium praedictorum, in partibus Franciae morantes. | 69 | 175 |
| | | In e. m. Cum nobiles viri Recovarus Bonaguide et Pescone, filius ejus, cives Senenses, Manfredi fautores, sano decreverunt consilio declinare, denuntiet a sententiis absolutos Mannum Recovari et Vitalionum Vitalioni, concives et socios nobilium praedictorum, in partibus Franciae morantes. | 69 | 175 |
| | | In e. m. Cum nobiles viri Petrus et Andreas Christofori, Guillelmus | 69 | 175 |

| | | | Pages | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | et Meus Raynaldi, eorum nepotes, cives Senenses, Manfredi fautores, sano decreverunt consilio declinare, denuntiet a sententiis absolutos Minum Christofori, Fridericum Doni, Tebaldum Alteville et Andream Christofori, concives et socios nobilium praedictorum, in partibus Franciae morantes. | | |
| 1263 janv. 9. | *Orvieto.* — | Mandat ut centesima omnium ecclesiasticorum proventuum, in regno Franciae ac diocesi Cameracensi, ad quinquennium, pro succursu Terrae Sanctae concessa, colligatur. | 181 | 374 |
| » » | — | Palmerio et Hugutioni, civibus Fanensibus, bona et jura quae Transimundus, miles eorumque concivis, persecutor ecclesiae Romanae, in castro Marci et comitatu Senogaliae habebat, concedit. | tome III 465 | 2406 |
| » » | — | Archiepiscopo Tyrensi mandat ut centesimam omnium ecclesiasticorum proventuum in regno Franciae ac diocesi Cameracensi, ad quinquennium pro succursu Terrae Sanctae concessam, colligat. | 84 | 203 |
| » 10. | — | Provisio canonicatus et praebendae in Vapincensi ecclesia in favorem Petri de Virduno, cantoris Ebredunensis. | 94 | 216 |
| » 12. | — | Episcopo Eduensi dat licentiam magistrum Petrum, rectorem ecclesiae de Ocuenceio, in ecclesia Sedelocensi in canonicum recipiendi. | tome III 141 | 1193 |
| » » | — | Episcopo Bethleemitano, apostolicae sedis legato, mandat ut episcopo Ebronensi et archidiacono Acconensi auxilium praestet. | 78 | 191 [*bis* |
| » » | — | Balium ac universos barones ceterosque nobiles regni Cypri hortatur caveant insidias Palaeologi scismatici, asserentis regnum Cypri ad suum imperium pertinere. | 76 | 188 |
| » » | — | Episcopo Monasteriensi indulget ut tribus clericis idoneis de totidem beneficiis, in sua civitate vel diocesi existentibus et ad cujuscumque collationem spectantibus, providere valeat. | 84 | 204 |
| » 13. | — | Fratri Petro, episcopo Ebronensi, et Adae, archidiacono Acconensi, curam committit Jerosolymitanae et Acconensis ecclesiarum vacantium. | 78 | 191 |
| 1263 janv. 13. | *Orvieto.* — | Jerosolymitanae et Acconensis ecclesiarum capitulis nunciat se ipsis ecclesiis unitis praefecisse G., olim episcopum Agennensem. | 77 | 190 |
| » » | — | De translatione magistri Florentii, episcopi Acconensis, ad ecclesiam Arelatensem. | 77 | 189 |
| » » | — | Archiepiscopo Coloniensi mandat quatenus Coloniensem ecclesiam in pristinum statum reducat, in quo erat antequam captivis habitationem in Colonia indulgeret. | 81 | 196 |
| » » | — | Abbates monasteriorum de Steivelt et de Hamburne, Praemonstratensis ordinis, Coloniensis diocesis, mandat quatenus archiepiscopum Coloniensem ad apostolicum mandatum exequendum cogant. | 82 | 197 |
| » 16. | — | Eisdem committit archiepiscopum Coloniensem compellant ut proscriptos civitatem Coloniensem exire faciat. | 83 | 198 |
| » 18. | — | Episcopo Sagiensi mandat quatenus Guillelmum, dictum *Merulam*, qui per Liddensem episcopum examinatus fuit, de aliquo beneficio ecclesiastico providere curet ad collectionem monasterii de Almeneschiis, ordinis s. Benedicti, Sagiensis diocesis, spectante. | 72 | 181 |
| » 19. | — | Januenses obsecrat ut a confoederatione Palaeologi, imperatoris Graecorum, desistant. In. e. m. archiepiscopo Januensi. | 72 | 182 |
| » 22. | — | Conventionem initam confirmat inter magistrum Felicem, capellanum apostolicum, priorem s. Egidii Acconensis, et magistrum domus Militiae Templi Jerosolymitani. | 80 | 193 |
| » 23. | — | De sententia lata contra Spoletanos super restitutione terrae Arnulphorum. Item quod mittant syndicum ad audiendum mandata domini papae. | 79 | 192 |
| » » | — | Archiepiscopo Senonensi et episcopo Trecensi mandat quatenus magistro Felici, capellano papae, priori ecclesiae s. Egidii Acconensis, annis singulis, centum libras turonensium exhiberi faciant. | 81 | 194 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1263 janv. 25. | Orvieto. — | De subsidio imperio Constantinopolitano et Terrae Sanctae adhibendo scribit archiepiscopo Bituricensi et ejus suffraganeis. In e m. archiepiscopo Senonensi et ejus suffraganeis. In e. m. archiepiscopo Remensi et ejus suffraganeis. | 74 | 187 |
| » 28. | — | Archiepiscopo Tyrensi mandat quatenus novam ordinationem ecclesiae parrochialis s. Marci de Salmuro, ab episcopo Andegavensi factam, auctoritate apostolica confirmet. | 84 | 202 |
| » 31. | — | Ordonio Petri, canonico Palentino, indulget ut secularem abbatiam s. Quirici in ecclesia Burgensi et archidiaconatum de Alcor in ecclesia Palentina licite recipere et retinere valeat insimul, et loco alterius vel utriusque totidem alia recipere beneficia | 97 | 225 |
| févr. 1. | — | Ludovicum, regem Francorum, hortatur ut *denarium Dei* in subsidium Terrae Sanctae in suo regno colligi faciat. | 73 | 183 |
| » » | — | Dispensatio super retentione plurium beneficiorum magistro Johanni de Ebulo, subdiacono et capellano apostolico, conceditur. | 81 | 195 |
| » 6. | — | Sententia in causa vertente inter Lugdunensem electum, ex parte una, et Flandriae Hannoniaeque comitissam, Guidonem, natum ejus, Flandriae comitem, Johannem clericum, nepotem ipsius comitissae et comitis filium, ac decanum et capitulum Brugensis ecclesiae, ex altera, super praepositura ipsius ecclesiae Brugensis, cancellaria Flandriae, necnon et ipsarum proventibus. | 88 | 215 |
| » | — | Sententia lata in causa vertente inter Guillelmum Pellizonum et Vivaldum, nepotem Johannis de Camezano, praepositi Januensis, canonicos Ebredunensis ecclesiae, super ejusdem ecclesiae quadam praebenda. | 94 | 217 |
| » 8. | — | Jacobum, electum Ebredunensem, eidem praeficit ecclesiae. In e m. capitulo Ebredunensi In e m. suffraganeis Ebredunensis ecclesiae | 85 | 206 |
| 1263 févr. 12. | Orvieto. — | In e m. vassallis ecclesiae Ebredunensis. | | |
| | | Omnes domos monialium s. Lazari de Bethania in Acconensi civitate, in regno Cypri et alibi constitutas, ab omni archiepiscoporum et episcoporum jurisdictione eximit. | 86 | 210 |
| » 13. | — | Fratrem Henricum, de ordine Minorum, quondam episcopum Curoniensem, a capitulo Kimensi in episcopum Kimensem electum, Kimensi ecclesiae praeficit. In e. m. universo populo civitatis et diocesis Kimensis. In e. m. fratri Henrico, de ordine fratrum Minorum, episcopo Kimensi. | 83 | 199 |
| » » | — | Episcopo Ratisponensi mandat quatenus praedicto Kimensi episcopo reverentiam et obedientiam debitam faciat exhiberi. | 83 | 200 |
| » » | — | Electi Ebredunensis supplicationibus inclinatus, certas donationes et concessiones per Guillelmum, regem Romanorum, Henrico, episcopo Ostiensi, tunc archiepiscopo Ebredunensi, factas, confirmat, tenorem imperialis privilegii praesentibus inseri faciens. | 154 | 334 |
| » » | — | Magistro Bartholomaeo de Regio ecclesiam s. Mariani, Perusinae diocesis, commendat. | 179 | 372 |
| » » | — | Egidio, archiepiscopo Tyrensi, concedit facultatem absolvendi a voto Crucis omnes crucesignatos et crucesignandos qui, propter corporum infirmitatem vel debilitatem, inhabiles fuerint ad pugnandum vel transfretandum in Terrae Sanctae succursum, dummodo secundum proprias facultates velint redimere vota sua. Vult autem ut de hujusmodi redemptionibus collecta deponat in aliquo tuto loco et ipsi singula rescribat. | 183 | 384 |
| » 18. | — | Episcopo, capitulo et clero Anagninis indulget ut eorum familiares et servientes in foro civili conveniri nequeant et in datiis contribuere minime teneantur. | 85 | 207 |
| » 19. | — | Egidio, archiepiscopo Tyrensi, absolvendi eos qui, contra prohibitionem apostolicae sedis, Sepulcrum | 182 | 377 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | dominicum visitarunt, ac illos qui portaverunt ferrum, arma. lignamina et merces prohibitas Sarracenis vel alias contra Christianos dederunt eis auxilium vel favorem. quoslibet etiam clericos in praelaturis, dignitatibus vel personatibus constitutos, necnon presbyteros qui contra constitutionem Ecclesiae, leges vel physicam audiverunt, ab excommunicationum sententiis, quibus propter hoc sunt astricti, et dispensandi cum illis qui excommunicati vel suspensi alias immiscentes se divinis, irregularitatem aliquam incurrerunt, concedit facultatem. | | |
| 1263 févr. 22. | *Orvieto.* — | Priori s. Savinae Januensis mandat quatenus Nicolao de Levanco, canonico ecclesiae s. Mariae de Castello Januensi, de aliqua praepositura vel archipresbyteratu aut alio ecclesiastico beneficio vacante vel quamprimum vacaturo providere valeat. | 85 | 205 |
| | | | tome III | |
| mars 1. | — | De assecutione praebendae magistri Lamuni, dicti *Pilat*, in ecclesia s. Amati Duacensis, Atrebatensis diocesis. | 365 | 2211 |
| » 5. | — | Episcopo Warmiensi, apostolicae sedis legato, mandat ut, ad requisitionem magistri Hospitalis s. Mariae Theutonicorum Jerosolymitanorum, Emundum de Werd, presbyterum, fratrem ejusdem Hospitalis, vel aliquem alium fratrum clericorum ipsius Hospitalis praeficiat episcopatui Curoniensi. | 87 | 213 |
| » 6. | — | Certas init conditiones cum Senensibus, quorum nomina inseruntur, extra civitatem Senensem morantibus. | 69 | 174 |
| » » | — | Cum capitulis, conventibus et collegiis regni Siciliae per sedem apostolicam sit prohibitum ne, cum ecclesias ipsas vacare contingat, ad electionem procedant, de apostolicae potestatis plenitudine Valvensi ecclesiae Jacobum, de ordine Praedicatorum, praeficit in episcopum.<br>In e. m. clero Valvensis civitatis et diocesis.<br>In e. m. Jacobo, Valvensi episcopo. | 95 | 218 |
| 1263 mars 12. | *Orvieto.* — | Egidio, archiepiscopo Tyrensi mandat ut in regno Franciae necnon in Cameracenci. Tullensi, Leodiensi, Metensi et Virdunensi diocesibus, executoribus ab apostolica sede concessis inhibeat ne ad redemptiones, legata, relicta, data et obventiones colligenda procedant, cum modum in colligendis praedictis excedant. | 181 | 375 |
| » 18. | — | Prioratum s. Lazari Nicosiensis, ordinis s. Benedicti, ad monasterium s. Lazari de Bethania spectantem, a jurisdictione archiepiscopi et ecclesiae Nicosiensis eximit, eumque subjectum esse soli patriarchae Jerosolymitano decernit. | 87 | 211 |
| » » | — | Licentia testandi episcopo Paphensi conceditur. | 87 | 212 |
| » 19. | — | Manfredo, Veronensi electo, mandat ut monasterio s. Victoris de Chisis, ordinis s. Benedicti, Camerinensis diocesis, in abbatem praeficiat. | 88 | 214 |
| » 20. | — | Episcopo Lingonensi mandat quatenus reformet certa hospitalia, ordinis s. Augustini, ipsi subjecta. | 95 | 221 |
| | | | tome III | |
| » » | — | Decano et capitulo Cathalaunensibus mandat ut magistrum Constantium, canonicum ecclesiae s. Trinitatis Cathalaunensis, obtentu G., tituli s. Marci presbyteri cardinalis, cujus ipse magister capellanus existit, et O., s. Mariae in Via Lata diaconi cardinalis, in canonicum recipiant eique de praebenda provideant ita tamen quod canonicatum s. Trinitatis dimittat. | 353 | 2189 |
| | | | tome III | |
| » 21. | — | Decanum Metensem praedicti mandati conservatorem deputat. | 353 | 2190 |
| » 23. | — | Isabellam monasterio monialium s. Mariae Trecensis praeficit in abbatissam. | 86 | 209 |
| » 27. | — | Egidio, archiepiscopo Tyrensi, concedit ut clerici et laici, crucesignati et crucesignandi, decimas non ecclesiarum ratione detinentes, fructus earum perceptos hactenus in Terrae Sanctae subsidium convertere valeant et per se ipsos vel Crucis praedicatoribus secura conscientia exhibere, earumdem decimarum quinta parte eisdem detentoribus dimissa. | 183 | 383 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1263 avril 9. | *Orvieto.* | G., familiarem et capellanum suum, Anteradensi praeficit ecclesiae.<br>In e. m. fratri G., Anteradensi episcopo. | 95 | 219 |
| » 12. | — | Episcopo Burgensi mandat ut cum Gonsalvo Gometii de Sandoval milite et Elvira Martini de Ficero muliere, Burgensis diocesis, dispenset ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu, in contracto matrimonio licite remanere valeant. | 95 | 220 |
| » 19. | — | Sententia in questione quae inter archiepiscopum Cretensem et dominium Venetorum orta erat super quibusdam juribus et jurisdictionibus quorumdam monasteriorum dicto archiepiscopo subjectorum. | 104 | 233 |
| » 20. | — | Proximarum litterarum executionem episcopo Vicentino et archipresbytero Paduano committit. | 108 | 234 |
| » 22. | — | Archiepiscopo Tyrensi mandat ut omnes crucesignatos et crucesignandos, quos sub apostolicae sedis protectione suscipit, non permittat, contra immunitates et privilegia crucesignatis ab ipsa sede concessa, ab aliquibus molestari. | 183 | 378 |
| » 24. | — | Mandat solemniter inquiratur de juribus ecclesiae et Petri de Vico in castris Bledae et Civitatis-Veteris. | 177 | 368 |
| » » | — | Archiepiscopo Tyrensi mandat ut omnes illarum partium, in quibus ipsi Terrae Sanctae negotium est commissum, clericos et laicos, cujuscumque conditionis, ordinis et dignitatis existant, qui olim, pro dictae Terrae subsidio, Crucis signaculum assumpserunt vel assument deinceps, illos etiam qui assumptum deposuerunt, ut illud cum devotione resumant seque sic studeant praeparare quod se personaliter conferant et transferant in succursum Terrae praedictae moneat et inducat, eos ad redimendum vota sua vel transfretandum per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo. | 183 | 379 |
| » » | — | Eidem concedit facultatem dispensandi cum viginti clericis praedictarum partium defectum natalium patientibus, dummodo non sint de adulterio vel incestu aut de regularibus procreati nec paternae incontinentiae imitatores, qui, signo Crucis assumpto, transfretaverint personaliter in subsidium Terrae Sanctae, vel illuc bellatores idoneos destinaverint aut partem de bonis suis praedicto subsidio congrue ministrabunt, quod quilibet eorum possit ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium obtinere, etiamsi curam habeat animarum. | 183 | 380 |
| 1263 avril 24. | *Orvieto.* | Decernit crucesignatos per litteras apostolicae sedis in causam trahi vel ad judicium evocari extra ipsorum diocesis non posse. | 184 | 392 |
| » 25. | — | M., canonicum Narbonensem et capellanum suum, Narbonensi praeficit ecclesiae.<br>In e. m. populo civitatis et diocesis Narbonensis.<br>In e. m. universis episcopis suffraganeis Narbonensis ecclesiae.<br>In e. m. nobilibus viris, universis vassallis sedis Narbonensis.<br>In e. m. M., archiepiscopo Narbonensi. | 96 | 223 |
| » » | — | Egidio, archiepiscopo Tyrensi, mandat ut in regno Franciae ac Metensi, Tullensi, Virdunensi, Leodiensi et Cameracensi diocesibus, religiosam militiam pro Terrae Sanctae subsidio professuris symbolum Crucis conferat. | 179 | 373 |
| » » | — | Eidem absolvendi, durante commisso ipsi praedicto Crucis negotio, omnes illos quos, pro violenta injectione manuum in viros religiosos et clericos seculares vel etiam pro incendio inciderint in canonem sententiae promulgatae, dum tamen injurias et dampna passis satisfaciant competenter et signum Crucis receperint, in subsidium Terrae Sanctae ituri personaliter aut missuri illuc idoneos bellatores, aut partem de bonis suis pro hujusmodi subsidio ministrantes; dispensandi quoque cum clericis hujusmodi ligatis sententiis, qui se immiscuere divinis, super irregularitate quam propter hoc incurrerunt, ac injungendi eis | | |

| Date | Lieu | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | poenitentiam salutarem, concedit facultatem. Denique mandat ei quatenus quicquid inde receperit, deponat in tuto loco et singula ipsi rescribat. | | |
| 1263 avril 26. | *Orvieto.* — | Quamdam reformationem ab episcopo Parisiensi in ecclesia b. Martini de Campellis in Bria initam confirmat. | | |
| » 27. | — | Franciscae indulget ut etiam cum aliquo, qui eam in quarto consanguinitatis vel affinitatis gradu attingat, matrimonium licite contrahere valeat. | 97 | 224 |
| » » | — | Patracensi, Corinthiensi, Atheniensi et Thebano archiepiscopis, necnon Coronensi, Olenensi, Lacedemonensi et Nigripontensi episcopis ac abbatibus, prioribus, archidiaconis, praeceptoribus seu commendatoribus ac fratribus domorum Militiae Templi, Hospitalis sancti Johannis Jerosolymitani, sanctae Mariae Theutonicorum et sancti Sansonis aliisque praelatis et ecclesiarum rectoribus, capitulis, collegiis et conventibus ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, tam sancti Benedicti quam aliorum quorumcumque ordinum, exemptis et non exemptis, per Romaniam, in terris Willelmi de Villarduino, principis Achaiae, ac aliorum Latinorum suorum fidelium existentibus scribit de subventione facienda nobili viro Willelmo de Villarduino, principi Achaiae, a praelatis ipsius terrae. | 102 | 231 |
| » » | — | De subventione facienda principi Achaiae Argolicensi et Mothonensi episcopis mandat. | 103 | 232 |
| » » | — | Egidio, archiepiscopo Tyrensi, concedit ut praedicatores Crucis, quos ad Crucis negotium duxerit deputandos, questuariis universis et aliis quibuslibet praedicare volentibus, proponendi aliquid populo, dum ab ipsis praedicatoribus Crucis negotium proponetur, licentiam interdicere possint. | 183 | 381 |
| » » | — | Eidem concedit facultatem injungendi omnibus praedicatoribus et executoribus Crucis pro Terrae Sanctae subsidio a sede apostolica deputatis et deputandis, ut in omnibus quae promotioni ipsius negotii cognoverit expedire, ipsi assistant et intendant eosque ad id per censuram ecclesiasticam compellendi. | 183 | 382 |
| 1263 avril 27. | *Orvieto.* — | Eidem concedit ut, cum ad aliquam villam vel ecclesiam suae legationis, ecclesiastico suppositam interdicto, ipsum declinare contigerit, interdictum hujusmodi suspendere ac divina officia, dum ibidem moram traxerit, in eadem ecclesia, propter Crucis praedicationem, excommunicatis et his qui causam interdicto dederunt, exclusis, celebrare valeat et facere per alios celebrari. | 184 | 385 |
| » » | — | Eidem concedit facultatem assumendi aliquos ecclesiarum praelatos aliosque religiosos et seculares de quibus viderit expedire, ut in his quae spectant ad negotii Terrae sanctae promotionem, ipsi assistant eosque ad id, si necesse fuerit, auctoritate apostolica compellendi. | 184 | 386 |
| » » | — | Eidem concedit facultatem faciendi quinque clericis, qui cum ipso in negotio Terrae Sanctae laborabunt, beneficiorum, praebendarum et ecclesiarum ipsorum proventus, quotidianis distributionibus exceptis, integre ministrari, ac si in ecclesiis quas seu in quibus ea obtinent, personaliter residerent, et contradictores per censuram apostolicam compescendi. | 184 | 387 |
| » » | — | Eidem concedit facultatem largiendi omnibus vere poenitentibus et confessis, qui de bonis ipsorum, pro subsidio Terrae Sanctae, congrue ministrabunt, indulgentiam quae transfretantibus personaliter ad dictae Terrae subsidium in generali concilio est concessa. | 184 | 388 |
| » » | — | Eidem concedit facultatem commutandi vota illorum qui, pro Terrae Sanctae subsidio, signum Crucis assumpserint in hujusmodi votum Crucis, proviso quod ad religionis vel castitatis vota concessa in hac parte ipsis facultas nullatenus extendatur. | 184 | 389 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1263 avril 27 | Orvieto. — | Mandat certis ecclesiasticis et secularibus personis ut Egidio, Tyrensi archiepiscopo, ejusque comitivae in necessariis providere curent. | 186 | 396 |
| » 28. | — | Egidio, archiepiscopo Tyrensi, concedit facultatem cum religiosis Praedicatoribus et Minoribus fratribus super defectu natalium dispensandi quod in susceptis ordinibus ministrare licite valeant et ad superiores etiam promoveri, dummodo de adulterio vel de religiosis personis nati non fuerint vel incestu. | 184 | 390 |
| » » | — | Eidem concedit ut cum quibuslibet personis praedictarum partium, cujuscumque sint ordinis, quae in monasteria habuerunt vel dederunt ingressum per simoniacam pravitatem, valeat dispensare, ipsas de novo in monasteriis ipsis recipi faciendo, mutatis prioribus locis et eis inferioribus assignatis. | 184 | 391 |
| mai 7. | — | Quod Januenses recedant a confoederatione Palaeologi et redeant ad mandatum ecclesiae. | 98 | 228 |
| » » | — | Archiepiscopo Turritano mandat requirat potestatem et consilium Januenses ut de insula Nigripontensi galeas revocent, nullumque scismatico Palaeologo praebeant ad dictam insulam transitum vel conductum. | 101 | 229 |
| » » | — | Certas edicit poenas in Januenses si Palaeologo, scismatico, indurato corde auxilium praestare non desinant. | 102 | 230 |
| » 9. | — | Oddonem Bajocensem electum, eidem praeficit ecclesiae.<br>In e. m. capitulo Bajocensi.<br>In e. m. clero civitatis et diocesis Bajocensis.<br>In e. m. populo Bajocensi.<br>In e. m. archiepiscopo Rothomagensi.<br>In e. m. regi Franciae illustri. | 97 | 226 |
| » 11. | — | Episcopum Agennensem ad patriarchatum Jerosolymitanum transfert.<br>In e. m. suffraganeis ecclesiae Jerosolymitanae.<br>In e. m. Jerosolimytanae et Acconensis ecclesiarum capitulis.<br>In e. m. vassallis Jerosolimytanae et Acconensis ecclesiarum. | 108 | 235 |
| 1263 mai 14. | Orvieto. — | Episcopo et capitulo Palentinis notum facit se, ad studii generalis reformationem in civitate Palentina, omnibus doctoribus et scolaribus ibidem existentibus privilegia Parisiensis universitatis concessisse. | 109 | 249 |
| » 15. | — | Approbat cessionem ecclesiae de Paterno, Pergamensis diocesis, a monialibus Vallismarinae, ordinis s. Benedicti, ejusdem diocesis, fratribus ordinis Humiliatorum Cremonensibus factam. | 179 | 239 |
| » » | — | Willelmo, patriarchae Jerosolymitano, indulget ut cum clericis infra ipsius legationis terminos existentibus super defectu natalium dispensare valeat. | 111 | 250 |
| » 18. | — | Willelmum, episcopum Lildensem, ad Agennensem ecclesiam transfert vacantem per promotionem Agennensis episcopi ad Jerosolymitanum patriarchatum. | 108 | 236 |
| » » | — | Willelmo, patriarchae Jerosolymitano, apostolicae sedis legato, indulget ut clerici ipsius servitiis permanentes proventus beneficiorum, quotidianis duntaxat distributionibus exceptis, cum ea integritate percipere valeant ac si in ecclesiis in quibus ea obtinent, personaliter residerent. | 111 | 248 |
| » 23. | — | Willelmo, patriarchae Jerosolymitano, legationis officium confert. | 109 | 241 |
| » » | — | Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, praepositis, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis per Cypri et Armeniae regna, in principatu Antiochiae, partibus Syriae ac Insulis seu provinciis circumadjacentibus et in omni parte Orientali constitutis, mandat ut Jerosolymitano patriarchae, tanquam legato apostolico obediant et intendant. | 110 | 242 |
| » » | — | Willelmo, patriarchae Jerosolymitano, apostolicae sedis legato, indulget ut in territoriis suae legationis, legatii insignia deferre valeat. | 110 | 243 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1263 mai 23. | *Orvieto.* | Approbat quod in monasterio s. Sepulcri de Aquapendente, ad ecclesiam s. Sepulcri Jerosolymitani immediate spectante, ordinis s. Augustini, Urbevetanae diocesis, regula s. Augustini, loco regulae s. Benedicti, instituatur. | 112 | 251 |
| » » | — | Hugonem, priorem ecclesiae dominici Sepulcri, priorem Jerosolymitanae ecclesiae constituit. | 116 | 260 |
| » 23. | — | Universis Christi fidelibus, vere poenitentibus et confessis, qui sepulturam in ecclesia Jerosolymitana elegerint, centum dierum indulgentiam elargitur. | 117 | 267 |
| » 25. | — | Ad instantiam patriarchae Jerosololymitani, apostolicae sedis legati, universis ecclesiarum praelatis ceterisque ecclesiasticis personis, tam secularibus quam regularibus per Jerosolymitanum et Cypri regna et circumadjacentes insulas constitutis, concedit ut de blado, vino, lana et aliis bonis eorum vel eorum ecclesiarum, transportandis ad usus ipsorum per terram vel per mare, nulli pedagia, winagia, roagia, vectigal et alias consuetudines solvere teneantur. | 111 | 247 |
| » 26. | — | A., electo Auxitano, pallium confert pro ipso per Raymundum Garsiae et Guillelmum de Picat clericos, ejus nuntios, postulatum, ipsique per episcopum Bigorritanum assignandum. | 109 | 237 |
| » » | — | Episcopo Bigorritano mandat ut pallium electo Auxitano assignet et ab eo fidelitatis recipiat juramentum. | 109 | 238 |
| » » | — | Paulo, episcopo Tripolitano, concedit ut B., principem Antiochenum, comitem, praedicti episcopi nepotem, qui Tartaris se subjecisse dicitur et hac occasione ab episcopo Bethelcemitano excommunicationis sententia fuit innodatus, ejusdem appellatione ad sedem apostolicam pendente, vitare nequaquam oporteat. | 133 | 292 |
| » 27. | — | Concessiones Gratiano Bellimontis, civi Romano, super hominibus castri Guarcini, Alatrinae diocesis, factas, revocat idemque castrum demanium Romanae ecclesiae esse declarat. | 129 | 278 |
| 1263 mai 30. | *Orvieto.* | Fratribus dominici Sepulcri Jerosolymitani indulget ut capellas, oratoria et coemiteria in bonis propriis habere valeant. | 116 | 263 |
| » » | — | Eisdem indulget ut nulli decimas solvere teneantur. | 116 | 259 |
| » 31. | — | De executione testamenti quondam Milonis, ecclesiae b. Martini Turonensis canonici. | 179 | 371 |
| juin 1. | — | Omnes domos capituli Sepulcri dominici Jerosolymitani ab omni ordinariorum subjectione eximit. | 115 | 257 |
| » » | — | Patriarchae Jerosolymitano indulget « ut etiam ubilibet extra tuam provinciam citra mare, quotienscumque te sollempniter celebrare contigerit, nisi forsitan Romanus pontifex presens esset, diebus illis duntaxat in quibus tibi a nobis in tua provincia usus hujusmodi pallei est concessus, libere possis uti eodem palleo. » | 111 | 246 |
| » » | — | Hugoni, priori, et capitulo dominici Sepulcri Jerosolymitani indulget ut in causam per litteras sedis apostolicae vel legatorum ipsius, minime trahi valeant. | 115 | 258 |
| » 4. | — | Magistro Miloni mandat ut quamdam summam a debitoribus civium Senensium exactam et exigendam, coram praesulibus fratrum Praedicatorum et Minorum ac officiali Parisiensi, tribuat procuratori civitatis Lucanae. | 112 | 253 |
| » » | — | Bona Senensium civium, indurato animo ecclesiae Romanae rebellium, usque ad decem millia marcarum sterlingorum publicat. | 112 | 252 |
| » 5. | — | Willelmo, patriarchae Jerosolymitano, apostolicae sedis legato, indulget ut tres clericos in tribus ecclesiis, videlicet s. Stephani et s. Caprasii Agennensium ac s. Vincentii de Manso, Agennensis diocesis, in canonicos faciat recipi. | 110 | 244 |
| » » | — | Priori Praedicatorum, guardiano fratrum Minorum ac officiali Parisiensibus mandat quatenus negotio magistro Miloni commisso (cf. | 112 | 254 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | nº 253), quotiens opus fuerit, ipsorum praesentiam commodent. | | |
| 1263 juin 7. | *Orvieto.* — | Dispensatio super pluralitate beneficiorum. | 163 | 347 |
| » 8. | — | Fratribus ecclesiae dominici Sepulcri Jerosolymitani indulget ut « priores qui per eos in Franciam ad prioratum de Vinhareria et domos alias quas ecclesia predicta ibidem obtinet, fuerint destinati, in ecclesia de Cellis, Senonensis diocesis, in qua consuevit per fratres dicti ordinis, institutos per Senonensem archiepiscopum, deserviri, » instituantur, et ipsis cura dictae ecclesiae de Cellis committi valeat. | 116 | 261 |
| » » | — | Eisdem simile confert privilegium pro ecclesiis de Calatajup, de Fontibus-pressiatis, de Lucronio et de Tauro, Zamorensis, Tyrasonensis et Calagurritanae diocesium. | 116 | 262 |
| » 9. | — | Potestatem, capitaneum, consilium et commune Perusinos monet et hortatur ne Assisinates a Paulo nato, Theodino Leonardi et Raynaldo nepotibus quondam Fortisbrachii, circa jura castri Saxi-Rubei, molestari permittant. | 114 | 256 |
| » 11. | — | Decano et cantori Suessionensibus negotium committit terminandum de capellania de Cririaco, Leodiensis diocesis, in qua duo clerici jus se habere dicebant. | tome III 381 | 2320 |
| » » | — | Hugoni de Nysum indulget ut cum prioratu dominici Sepulcri Jerosolymitani conservare valeat administrationem ecclesiae Sebastiensis. | 116 | 264 |
| » 12. | — | Archiepiscopo Narbonensi mandat judicio vel concordia terminet lites inter archiepiscopum Terraconensem et regem Aragonum exortas. | 177 | 367 |
| » 13. | — | Ludovico, regi Francorum, concedit facultatem mutandi et substituendi alium vel alios loco Egidii, archiepiscopi Tyrensis, et Johanni de Valencenis, domini Cayphae, ad recipiendum colligenda pecuniaria subsidia in Gallia pro Terrae Sanctae subventione. | 185 | 393 |
| » » | — | Egidio, archiepiscopo Tyrensi, et Johanni de Valencenis, domino Cayphae, mandat quatenus ea quae receperint, in utilitatem Terrae Sanctae, cum consilio et assensu regis Franciae, convertere curent. | 185 | 394 |
| 1263 juin 13. | *Orvieto.* — | Dunkeldensi, Brechinensi et Rossensi episcopis mandat ut, si magistrum Walterum de Baltrodin, canonicum Catanensem, de legitimo matrimonio procreatum et dignum invenerint ad pontificalis apicem dignitatis, ipsum Catanensi ecclesiae praeficiant in episcopum. | 125 | 271 |
| » » | — | Universis archiepiscopis et episcopis, ac abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, necnon prioribus Praedicatorum, ministris, custodibus seu guardianis Minorum ordinum, ceterisque personis ecclesiasticis, secularibus vel religiosis, per regnum Franciae et per Cameracensem, Tullensen, Leodiensen, Metensem et Virdunensem civitates et dioceses ad Crucis negotium et ad colligenda subsidia pecuniaria pro Terrae Sanctae subsidio a sede apostolica deputatis et in posterum deputandis mandat ut, pro subsidio Terrae Sanctae, Egidio, archiepiscopo Tyrensi, et Johanni de Valencenis auxilium et favorem impendant. | | |
| » 15. | — | Paulo nato, Theodino et Raynaldo nepotibus quondam Fortisbrachii mandat ne cives Assisinates in percipiendis fructibus in castro Saxi-Rubei molestent. | 114 | 255 |
| » 17. | — | Priori et capitulo ecclesiae dominici Sepulcri indulget ut ad receptionem vel provisionem alicujus in pensionibus vel ecclesiasticis beneficiis compelli minime possint. | 117 | 266 |
| » » | — | Guillelmo Bernardi de Narzeo, canonico ecclesiae Ruthenensis, indulget ut, non obstante constitutione concilii generalis, praebendam ecclesiae Ruthenensis et annexam ei parrochialem ecclesiam de Arduvivo ac ecclesiam de Sancto-Privato, curam animarum habentes, necnon de Malavilla et de Sabadello, Ruthenensis diocesis, prioratus, quorum unus dependet ab altero, insimul valeat retinere. | tome III 373 | 2250 |
| » » | — | Magistro Alberto, notario suo, proponit conditiones sub quibus | 191 | 269 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | Carolum, Andegaviae ac Provinciae comitem, regno Siciliae investiat. | | |
| 1263 juin 17. | *Orvieto.* — | Magistro Alberto, notario suo, proponit modificationes conditionum super regno Siciliae. | 124 | 270 |
| » 20. | — | De absolutione communis civitatis Callensis. | 117 | 265 |
| » 24. | — | Archiepiscopo Corinthiensi mandat ut, a Peregrino dicto *Bautiano*, capellano apostolico, canonico ecclesiae Tholonensis, canonicatus et beneficii cum cura resignatione recepta, ipsa Guillelmo Simeonis de castro Arearum, clerico capellani predicti Tholonensis diocesis, sub certis conditionibus conferat. | 133 | 291 |
| » » | — | De absolutione communis civitatis Callensis. | 117 | 268 |
| » 26. | — | De decima aliisque conditionibus Carolo, comiti Provinciae, concedendis pro regni Siciliae negotio. | 125 | 272 |
| » 27. | — | Abbati secularis ecclesiae de Servato in ecclesia Burgensi mandat ut Gutterium Petri in canonicum ecclesiae Palentinae recipi faciat. | 130 | 281 |
| juillet 6. | — | Philippum, filium regis Franciae, absolvit a juramento quod matri suae praestiterat de non adjuvando patruo suo Carolo, comite Provinciae et Andegaviae. | 126 | 273 |
| » 7. | — | Electo Argentinensi mandat ut canonicatum et praebendam, resignatione magistri Henrici scolastici prius recepta, personae idoneae conferat. | 130 | 280 |
| » » | — | De praedicatione Verbi Crucis Waltero, Wigorniensi episcopo, in regno Angliae; archiepiscopo Compostellano, in regnis regis Castellae; archiepiscopo Bracharensi, in regno Portugaliae; episcopo Mantuano, in Lombardia, Marchia Tervisina et Romaniola, commissa. | 184 | 392 |
| » 9. | — | Archiepiscopo Tyrensi inhibet ne mandatum absolvendi fautores Frederici, Romani imperatoris, ad Senenses et Florentinos extendat. | 129 | 277 |
| » 11. | — | Archiepiscopo Tyrensi, cui negotium Crucis in regno Franciae commisit et antea in his partibus providendi quinque clericis de totidem beneficiis praebendalibus vel aliis facultatem dedit, mandat ut potestatem sibi traditam, quia ecclesiae hujus regni per sedem apostolicam his temporibus multipliciter gravatae fuerunt, ad duos clericos et totidem beneficia ecclesiarum, non cathedralium dumtaxat, restringat. | 131 | 283 |
| 1263 juillet 11. | *Orvieto.* — | Universis Teutonicis in Tuscia, Lombardia, Marchia Anconitana et in aliis diversis Italiae partibus ad servitium Manfredi, quondam principis Tarentini, suorumque fautorum morantibus, mandat ut, Manfredi derelicto servitio, ad ecclesiae Romanae fidelitatem veniant. | 129 | 276 |
| » » | — | Declarat quod concessio nonnullis in episcopos electis facta ut usque ad certum tempus vel Romani pontificis beneplacitum voluntatis possint retinere omnia beneficia ecclesiastica, quae promotionis tempore obtinebant, extendatur ad illa dumtaxat beneficia quae ab electis ipsis canonice obtinentur. | 133 | 290 |
| » » | — | Episcopo Nannetensi mandat inquirat de petitione conventus Majoris-Monasterii Turonensis circa facultates ecclesiae s. Mariae Magdalenae de Castro-Celsi, Nannetensis diocesis. | 176 | 366 |
| » 12. | — | Praelatos per regnum Angliae constitutos certos facit se nonnullis Angliae praelatis praedicationem Crucis commisisse. In e. m. archiepiscopis, episcopis ac ceteris ecclesiarum praelatis per regna regis Castellae constitutis. In e. m. archiepiscopis, episcopis ac ceteris ecclesiarum praelatis in regno Portugaliae constitutis. In. e. m. archiepiscopis, episcopis ac ceteris ecclesiarum praelatis in Dacia constitutis. | 187 | 397 |
| » 13. | — | Abbatem et conventum monasterii Aquicinctensis a jurisdictione Atrebatensis episcopi, qui eos variis afflixit modis, pro certo tempore totaliter eximit. | 133 | 289 |
| » 14. | — | Potestati, capitaneo, antianis, consilio et communi Pisanis, ad quos sincerae dilectionis affectum, dum erat in patriarchatus officio constitutus et in ultramarinis et in cismarinis partibus, constanter habuit, | 132 | 284 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | mandat ut excessus enormitatem ab eis commissi in captione cardinalium Romanae ecclesiae et aliorum praelatorum vehementer miretur, atque fratrem Mansuetum, ordinis Minorum, capellanum et poenitentiarium suum, et Sigerum de Saxeta, marescalcum, ad eos fiducialiter destinet. | | |
| 1263 juillet 14. | *Orvieto.* — | Universis fidelibus per Patrimonium beati Petri in Tuscia constitutis mandat ut Guiscardo de Petrasancta tanquam capitaneo et rectori ejusdem provinciae pareant. | 145 | 308 |
| » » | — | Guiscardo de Petrasancta Patrimonium b. Petri in Tuscia in temporalibus committit. | 146 | 309 |
| » » | — | Johanni, s. Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, mandat ut ordinis s. Damiani, a beato Francisco et Gregorio papa nono instituti, curam et regimen suscipiat. | 132 | 288 |
| » » | — | Archiepiscopo Arborensi mandat quatenus Guillelmo, judici Arboreae, qui ad eripiendum regnum Turritanum de manibus Manfredi, quondam principis Tarentini, se accinxit, favorem impendens, per totam Sardiniam verbum Crucis praedicet et omnibus illam recipere volentibus largiatur indulgentiam concessam illis qui contra Manfredum in eodem regno procedunt. | 149 | 321 |
| » » | — | Episcopo Anagnino mandat ut illicitas inter clericos et laicos civitatis et diocesis Anagninae societates initas nullius existere firmitatis decernat et sub certis penis inhibeat; praeterea fautores Manfredi, quondam principis Tarentini, excommunicatos publice nuntiet. | 130 | 282 |
| » 15. | — | Grasso, canonico Pisano, mandat quatenus potestati et consiliariis civitatis Pisanae firmiter inhibere procuret ne Ottonem Gualducii, postquam professionem in ordine fratrum de Poenitentia fecerit, ad aliquod ejusdem civitatis officium promovere vel eum aliquibus secularibus occupationibus involvere quoquomodo praesumant. | 132 | 286 |
| » » | — | Consules et homines artis lanae de Florentia certos facit quod, nisi veniant ad mandata ecclesiae infra certum tempus, extunc inhibebit omnibus Christi fidelibus ne participent cum eis in mercimoniis, sed exponet bona eorum libere occupanda. | 129 | 279 |
| 1263 juillet 15. | *Orvieto.* — | Fratri Mansueto, ordinis Minorum, capellano et poenitentiario suo, mandat ut Ottoni Gualducii, civi Pisano et antea praecipuo in civitate Pisana ecclesiae persecutori, qui nunc ordinem fratrum de Poenitentia ingredi proponit, beneficium absolutionis impendat. | 132 | 285 |
| » » | — | Potestati, consilio et communi Pensauriensibus mandat ut ecclesiae adversariis viriliter resistant, quia magnificum in eorum succursum in proximo destinandum exercitum congregare non cessat. | 132 | 287 |
| » 18. | — | Archiepiscopo Ebredunensi, cum aliquae sunt in ecclesia Ebredunensi praebendae adeo reliquas in redditibus excedentes quod de ipsis possint aliae de novo creari praebendae, ac in quotidianis distributionibus canonicis in ipsa residentibus provideri, cum majori et saniori parte capituli ejusdem ecclesiae, circa canonicorum et praebendarum numerum augmentandum et quotidianas distributiones de praefatis et aliis ecclesiae redditibus faciendas, facultatem ordinandi concedit. | 145 | 306 |
| » » | — | Decano de Poelet et archidiacono Macloviensi provisionem committit ecclesiae de Tregano, Macloviensis diocesis, quae tanto tempore vacavit quod ad papam ejus collatio, juxta Lateranensis statuta concilii, devoluta est. | tome III 381 | 2303 |
| » » | — | Quod redeat ad unitatem et mandatum ecclesiae Palaeologus, et destinantur ad eum apocrisarii super hoc petiti ab eo. | 134 | 295 |
| » 20. | — | Manfredo, electo Veronensi, Marchiae Anconitanae ac ducatus Spoletani rectori, mandat quatenus potestatem et commune Callenses compellat ut Raynaldum Sycardi militem et alios sibi adhaerentes civitatis et diocesis Callensis, quos pro ecclesiae devotione exulare coegerint, ad earumdem civitatis et diocesis | 134 | 293 |

| | | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | participium, sine qualibet dilatione, resumant et permittant gaudere libere bonis suis, eis de dampnis illatis satisfactionem plenariam impendendo. | | |
| 1263 juillet 21. | Orvieto. | | Hominibus castri de Valentano, Castrensis diocesis, qui seipsos Urbevetanis submiserant, nuntiat castrum ipsum ad jus et proprietatem ecclesiae Romanae revocari et eos omnibus pactis super hoc interpositis absolvi. | 145 | 307 |
| » | » | — | Hominibus de Collestacte mandat quatenus Rogerio de Busso, cui custodiam ipsius castri duxit committendam, in omnibus intendant. | 146 | 312 |
| » 23. | | - | Hominibus abbatiae de Ferentillo mandat quatenus Rogerio de Busso, cui custodiam terrae abbatiae de Ferentillo duxit committendam, in omnibus intendant. | 146 | 313 |
| » | » | — | Rogerio de Busso castri de Collestacte, quod ad Romanam ecclesiam pleno jure spectat, custodiam committit. | 146 | 310 |
| » | » | — | Potestati et communi Callensibus mandat quatenus Manfredo prompte ac humiliter intendant. | 134 | 294 |
| » | » | — | Terram Arnulforum et castra Collisstacti et Litaldi declarat demania ecclesiae Romanae monetque Spoletanos ut ab occupatione eorum desistant neque Interamnenses aut alios molestent. | 178 | 370 |
| » | » | — | Vicario in ducatu Spoleti Manfredi, Veronensis electi, mandat quatenus castrum Litaldi, quod ad Romanam ecclesiam non est dubium pertinere et Spoletani detinent occupatum, ad manus ipsius ecclesiae recipiat et Rogerio de Busso custodiendum committat, hominibus ejusdem castri injungendo ut eidem Rogerio de cunctis ecclesiae juribus respondere procurent. | 146 | 314 |
| » | » | — | Episcopo Ulixbonensi, qui in consecratione sua praestitit juramentum quod apostolorum limina singulis bienniis visitaret, concedit ut, cum ecclesia sua sita sit in remotis mundi partibus, limina eadem teneatur singulis tantum quadrienniis visitare. | 145 | 305 |
| 1263 juillet 25. | Orvieto. | — | Guillelmo de Pennafortis castellano de Collestacte, mandat quatenus castrum ipsum Rogerio de Busso, ecclesiae Romanae nomine, assignare procuret. | 146 | 311 |
| » | » | — | Prioribus et fratribus servorum s. Mariae concedit ut celebrare generale capitulum et in eodem generalem priorem eligere possint. | tome III 52 | 1053 |
| » | » | — | Ordinationem de praebenda vacante in ecclesia Aniciensi pro Hugone de Brixiaco et de quamprimo vacatura pro Stephano de Monsnili-Symonis a Guillelmo, tituli s. Marci presbytero cardinali, editam, confirmat. | | |
| » | » | — | Universis archiepiscopis, episcopis et electis, abbatibus, prioribus, conventibus, s. Benedicti, Cluniacensis, Cisterciensis et cujuslibet alterius ordinis, necnon decanis, praepositis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis et rectoribus earumque capitulis seu collegiis, praeceptoribus quoque vel administratoribus domorum Militiae Templi et Hospitalis s. Johannis Jerosolymitani, ceterisque personis ecclesiasticis, exemptis et non exemptis, ad quorum notitiam vel audientiam litterae praesentes advenerint, mandat quatenus, cum archiepiscopum Cusentinum ad Francorum et Anglorum reges pro quibusdam negotiis destinet, sibi in suis et suorum necessariis necnon in securo conductu providere curent. | 143 | 301 |
| » | » | — | Fratri Johanni de Cantia, nuntio apostolico in Anglia, mandat quatenus regem Anglorum moneat ut censum annualem, pro eo tempore quo in illius solutione cessavit, certis mercatoribus Florentinis, infra certum terminum, faciat exhiberi. | 151 | 327 |
| » 27. | | — | Ordinationem de archidiaconatu de Montenigro, in ecclesia Minduniensi, ab Ulixbonensi episcopo editam, confirmat. | tome III 105 | 1118 |
| » | » | — | Civitatem Recanatensem, cujus cives ecclesiae Romanae persecutoribus adhaeserunt et in nocumentum fidelium ipsius ecclesiae de Marchia | 156 | 335 |

| | | | Pages. | Numéros |
|---|---|---|---|---|
| | | Anconitana conspiraverunt, episcopali dignitate perpetuo privat. | | |
| 1263 juillet 27. | *Orvieto.* — | Abbatissae et conventui sororum Minorum monasterii Humilitatis b. Mariae, Parisiensis diocesis, regulam a se correctam concedit, tenore ejusdem inserto. | 170 | 356 |
| » 28. | — | Procurationem excedentem valorem quatuor marcarum, ratione visitationis, non deberi decernit. | 176 | 365 |
| » » | — | Universis praelatis per regnum Angliae constitutis mandat quatenus, cum archiepiscopum Cusentinum ad regem Angliae et Eadmundum, natum ejus, pro quibusdam Romanae ecclesiae negotiis destinet, eumdem archiepiscopum in eisdem negotiis efficaciter assistant. | 143 | 299 |
| » » | — | Patriarchis, archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus et conventibus, exemptis et non exemptis, s. Benedicti, Cluniacensis, s. Augustini et Cisterciensis ordinum, necnon decanis, praepositis, archipresbyteris, capitulis, praeceptoribus ac prioribus Militiae Templi ac Hospitalis Jerosolymitani, ad quos litterae istae pervenerint, mandat quatenus Simoni de Alvernia, Petro de Moras, Petro de Crista et Bonifacio de Yporegia, ordinis Minorum, ad partes Romaniae pro ecclesiae negotiis ab ipso destinatis, in cunctis necessariis curent providere. | 151 | 323 |
| » » | — | Regem Franciae rogat ut archiepiscopum Cusentinum, quem pro quibusdam negotiis ad eum destinat, benigne recipiat et eidem in his, quae ex parte pontificis dixerit, adhibeat firmam fidem. | 144 | 303 |
| » » | — | Regi Angliae nuntiat se archiepiscopo Cusentino quem ad eum pro quibusdam negotiis destinat, vivae vocis oraculo injunxisse ut de praedictis regis et reginae domus statu prospero ipsum reddat certiorem. | 144 | 302 |
| » | — | Regi Angliae et Eadmundo, nato ejus, mandat se, propter regnum Siciliae, archiepiscopum Cusentinum ad ipsos destinare. Praeterea, si de ipso regno aliquod jus habere credunt, eos citat ut infra quatuor menses apostolico se aspectui praesentent, jus'am sententiam recepturi. | 140 | 297 |
| 1263 juillet 28. | *Orvieto.* — | Priori fratrum Praedicatorum in Francia mandat quatenus, cum archiepiscopum Cusentinum ad Ludovicum, Francorum regem, pro quibusdam negotiis destinet, eumdem archiepiscopum in eisdem negotiis constanter assistat. | 143 | 300 |
| » » | — | Fratribus Simoni de Alvernia, Petro de Moras, Petro de Crista et Bonifatio de Yporegia, de ordine Minorum, proficiscentibus in Graeciam, mandat accedant ad Palaeologum et Graecos et tractent ut redeant ad ecclesiae unitatem. | 149 | 322 |
| » » | — | Simoni de Alvernia, Petro de Moras, Petro de Crista et Bonifacio de Yporegia, ordinis Minorum, ut efficacius negotium in partibus Graeciae prosequi valeant, assumendi adjutores religiosos et saeculares, de quibuscumque conventibus seu locis voluerint, plenam concedit facultatem. | 151 | 324 |
| » » | — | Principem et barones Achaiae rogat quatenus praedictis fratribus in praedicti negotii prosecutionne assistant. | 151 | 326 |
| | | In e. m. nobili viro Michalitio, principi Thessalonicensi, spiritum consilii sanioris. | | |
| | | In e. m. duci et communi Venetorum. | | |
| » 30. | — | Magistro Alberto, notario apostolico, mandat ut archiepiscopum Cusentinum, quem pro certo negotio in Franciam et in Angliam mittit, instruat et dirigat. | 140 | 296 |
| » » | — | Fratri Mansueto et Sigerio de Sassetta mandat quatenus commisso ipsis pacis tractatui inter Lucanos et Pisanos insistant. | 147 | 316 |
| » » | — | Potestati, capitaneo, antianis, consilio et communi Pisanis notum facit se Lucanis injunxisse ut ab obsidione castri Aginulfi recedant, et mandat quatenus tractatui pacis diligentius insistant. | 147 | 317 |
| » » | | Potestati, capitaneo, antianis, consilio et communi Lucanis mandat quatenus ipsos ab impugnatione castri Aginulfi recedere oporteat et | 148 | 318 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | ipse injunxerit Pisanis ut ab exercitus congregatione contra Lucanos omnino desistant. | | |
| 1263 juillet 30. | *Orvieto.* — | Magistro Gualoni, apostolicae sedis legato, mandat apud Lucanos insistat ut mandatum apostolicum super negotiis praedictis studeant adimplere. | 149 | 320 |
| » » | — | Capitulo Abulensi mandat quatinus Dominicum, de ordine fratrum Minorum, ad ecclesiam Abulensem procedentem admittant et ipsi tanquam pastori intendant. | 152 | 331 |
| » 31. | — | Dominis de Arrone et de Castello-lacus nuntiat se castrum Peroculi, Spoletanae diocesis, quod in suis manibus resignaverunt, Spoletanis non restituturum esse ; si vero contigerit se ipsum Spoletanos ad gratiam apostolicae sedis admittere, in pactis continebitur expresse liberatio certorum virorum de Arrone, de Castro-lacus et de terra monasterii de Ferentillo ; super castro autem Montisfranci ipsis justitiae complementum exhibebit. | 147 | 315 |
| » » | — | Priori fratrum Praedicatorum in Tuscia mandat quatenus apud Lucanos per ipsum et ipsius consanguineos insistat ut a Castri-Aginulfi obsidione recedant, ita quod inchoatus jam super negotio pacis tractatus exitùm valeat habere felicem. | 148 | 319 |
| août 1. | — | Benevenuto, archidiacono Anconitano, ecclesiae Auximanae procurationem committit. | 153 | 332 |
| » » | — | Guillelmo de Villarduino mandat quatenus in his quae Simon de Alvernia, Petrus de Moras, Petrus de Crista et Bonifacius de Yporegia, ordinis Minorum, ipsi duxerint injungenda, praedictis fratribus intendat. | 151 | 325 |
| » » | — | Patriarchae Antiocheno mandat quatenus fratri Guillelmo de Fraxineto anglico, de ordine Praedicatorum, per episcopum Portuensem, nullo ipsi episcopali assignato titulo, in episcopum consecrato, de episcopali titulo alicujus metropolitanae ecclesiae, providere procuret, eidemque pallium conferat, recepto fidelitatis solitae juramento. | 159 | 338 |
| 1263 août 2. | *Orvieto.* — | Capitulo ecclesiae Auximanae scribit de procuratione in eadem ecclesia Benevenuto, archidiacono Anconitano, commissa. | 153 | 332 [bis] |
| » 3. | — | Petro Garsiae, archidiacono Bracharensi, consideratione J., ss. Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, defectu natalium non obstante, indulget ut ad episcopalem dignitatem eligi valeat. | 153 | 333 |
| » 4. | — | Magistro Heliae, canonico Belvacensi, mandat quatenus ad castrum de Sancto-Gemino, ecclesiae Romanae demanium, se personaliter conferat, et cum aliquibus sapientioribus ipsius castri hominibus tractet de invenienda area in qua arx erigi possit. | 152 | 328 |
| » » | — | Hominibus terrae de Ferentillo mandat quatenus fratri Raymundo, ordinis Militiae Templi, quem ad castrum Peroculi, Spoletanae diocesis, pro ipsorum partium bono statu destinat, in his quae ad custodiam, munitionem ac defensionem ipsius castri pertinent, intendant et favorem impendant. | 152 | 329 |
| » » | — | Abbati et conventui monasterii de Nonantula inhibet ne castrum Sancti-Moriani, situm in valle Arni, quod ad ipsum monasterium in temporalibus plene pertinet, vendere, distrahere, concedere, permutare, infeudare seu in emphyteosim aut ad censum dare seu alias alienare praesumant. | 160 | 342 |
| » 5. | — | Abbati de Spugna mandat quatenus et ipse praedictam inhibitionem abbati et conventui monasterii de Nonantula facere procuret ac irritum et inane decernat, si secus duxerint praesumendum, et de inhibitione et decreto hujusmodi confici faciat publicum instrumentum. | 160 | 343 |
| » » | — | Dispensatio super residentia conceditur magistro de Ponceio, cantori ecclesiae Dolensis. | 173 | 361 |
| » 6. | — | De absolutione civium Florentinorum ad ecclesiae mandata redeuntium abbati s. Genovefae Parisiensis et Percevallo de Lavania, canonico ecclesiae Baiocensis commissa. | 173 | 362 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1263 août 6. | *Orvieto.* — | De collatione praebendarum in ecclesia Ariensi, Morinensis diocesis. | 169 | 354 |
| » 7. | — | Riccardum, comitem Cornubiae, necnon et Alphonsum, regem Castellae, in reges Romanorum electos nominandos esse diffinit. | 170 | 358 |
| » 9. | — | Magistro Alberto, notario apostolico, et Carolo, Andegaviae ac Provinciae comiti, mandat quatenus detineant omnes Florentinorum infidelium pannos et merces, quae nuper in nundinis Franciae emerunt et signo civium Romanorum et aliorum Romanae ecclesiae devotorum signari fecerunt ad hoc ut ea sine impedimento ad terras sub Manfredi, quondam principis Tarentini, dominio constitutas, asportari facerent. In e. m. Raynerio Zeno, duci Venetorum. | 158 | 337 |
| » 13. | — | Episcopo Parisiensi mandat quatenus contra praeceptores, priores et fratres Parisiensis et aliarum domorum ordinis Militiae Templi provinciae Senonensis, qui fratrem Stephanum de Syssiaco capere et captum detinere non potuerunt, non procedat aut processum studeat revocare. | 157 | 336 |
| » 18. | — | Abbati Aquicinctensi mandat ut monasterio s. Bertae de Blangiaco, Morinensis diocesis, onere debitorum oppresso, providere curet. | 170 | 357 |
| » 20. | — | Dominis de Arrone sub certa pena inhibet ne castrum de Arrone communi Spoletano vendere praesumant. | 159 | 339 |
| » » | — | Magistro Guillelmo, canonico ecclesiae s. Antonini Placentini, mandat quatenus dominis de Arrone inhibeat ne castrum de Arrone vendant communi Spoletano ac decernat « quicquid per ipsos, contra tenorem inhibitionis hujusmodi, attemptari contigerit, irritum et inane, faciens exinde confici publicum instrumentum », illud papae transmissurus. | 159 | 340 |
| » » | — | Regi Francorum narrat quomodo soldanus Babyloniae, treugarum fide violata, christianos sit aggressus, et ipsum rogat quatenus auxiliatricem dexteram extendat ad praestandum Terrae Sanctae subventionis celeris ac opportunae remedium. | 160 | 344 |
| 1263 août 21. | *Orvieto.* — | Potestatibus, consiliis et communitatibus Reatinis, Interamnensibus ac de Nursia et Cassia, necnon universis hominibus terrae monasterii de Ferentillo ceterisque ecclesiae Romanae fidelibus per vallem Spoletanam constitutis mandat quatenus, quandocumque a magistro Guillelmo, praeposito ecclesiae s. Antonini Placentini, quem ad castrum de Arrone, commissa ei ejusdem castri custodia, destinat, fuerint requisiti, exercitum congregare curent. | 160 | 341 |
| » » | — | Electionem sepulturae in ecclesia s. Crucis Gadicensis, a rege Castellae factam, approbat et confirmat. | 163 | 348 |
| » 23. | — | Conjurationes, quas nonnulli magnates et alii regni Angliae fecerunt ad invicem, cassat et irritat. | 163 | 345 |
| » » | — | De collatione praebendarum in ecclesia Patracensi. | 169 | 355 |
| » » | — | Abbati s. Mariae Wratislaviensis, ordinis s. Augustini, mandat Johannem de Wratislavia, intuitu Kasimiri, ducis Lancitiae et Cujaviae, in canonicum Pragensis ecclesiae recipi faciat. | 178 | 369 |
| » 25. | — | Anibaldo, basilicae XII Apostolorum presbytero cardinali, mandat ut virum idoneum ecclesiae Marsicensi praeficiat in episcopum et pastorem. | 163 | 346 |
| » 26. | — | Guillelmo, episcopo Anteradensi, petente, ecclesiam s. Mariae Anteradensis tuendam suscipit eique locum qui vulgariter *Rafania* dicitur et quem civitatis et episcopalis dignitatis titulo insignitum aliquando fuisse quorumdam habet assertio, perpetuo unit. | tome III 20 | 1018 |
| » 27. | — | De absolutione civium Florentinorum ad mandata ecclesiae redeuntium abbati s. Genovefae Parisiensis et Johanni de Sarmineto, capellano apostolico, canonico Parisiensi, commissa. | 175 | 363 |
| » » | — | Riccardum, in Romanorum regem electum, per Guillelmum, archidiaconum in ecclesia Parisiensi, ad apostolicam praesentiam citari ju- | 165 | 350 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | bet, ut de imperii Romani negotio procedatur. | | |
| 1263 août 27. | Orvieto. | Alphonsum, regem Castellae, in Romanorum regem electum, per Garinum, capellanum apostolicum, decanum Cathalaunensem, ad praesentiam apostolicam citari jubet, ut de imperii Romani negotio procedatur. | 168 | 351 |
| » 28. | — | Nonnullas dispensationes super pluralitate beneficiorum electo Lugdunensi concedit | 164 | 349 |
| » » | — | Capitulo Terracinensi nunciat se ad ecclesiam Terracinensem transtulisse gubernandam episcopum Bitectensem. | 168 | 352 |
| » 29. | — | Clementem de Sancto-Germano, canonicum Parisiensem, Gerardo de Abbatisvilla, archidiacono Pontiviensi, in ecclesia Ambianensi, adjungit in conservatione privilegiorum a sede apostolica magistris et scolaribus Parisiensibus concessorum. | 172 | 360 |
| » 31. | — | Riccardum, comitem Cornubiae, in regem Romanorum electum, monet de diffinitione nuper de imperio Romano facta. | 171 | 359 |
| sept. 5. | — | Simoni, decano ecclesiae s. Petri Leodiensis, factam a P., s. Georgii ad Velum Aureum diacono cardinali, tunc in illis partibus apostolicae sedis legato, concessionem, videlicet ut praeter decanatum ecclesiae s. Petri Leodiensis et alia beneficia, curam animarum habentia, unicum aliud beneficium ecclesiasticum, etiamsi curam haberet similem, posset recipere et una cum eis licite retinere, confirmat. | 189 | 399 |
| » 6. | — | Abbati s. Laurentii Novariensis mandat ut Antonium presbyterum, capellanum S., tituli s. Martini presbyteri cardinalis, perpetuum capellanum ecclesiae s. Gaudentii Novariensis, obtentu fratris Guillelmi, poenitentiarii apostolici, in aliqua ecclesia Novariensis diocesis in canonicum cum praebenda recipi faciat. | tome III 339 | 2104 |
| » 8. | — | De legatis in pios usus a clericis regni Franciae factis, certis personis vel locis quibus pecuniae vel res ipsae dari debeant, non expressis. | 339 | 715 |
| 1263 sept. 8. | Orvieto. | Magistro Raynerio de Viterbio, capellano apostolico, mandat ut Viterbienses ab omni confœderatione cum Tudertinis inita seu ineunda desistere jubeat. | 340 | 717 |
| » 9. | — | Cassantur auctoritate apostolica XVI canonici supernumerarii capituli Reatini. | 190 | 403 |
| » » | — | Electionem Rogerii de Nortone, quem prior et conventus s. Albani, Lincolniens diocesis, in abbatem ejusdem monasterii elegerunt, confirmat. In e. m. priori et conventui monasterii s. Albani, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, Lincolniensis diocesis. In e. m. universis vassallis monasterii s. Albani ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, Lincolniensis diocesis. | 191 | 404 |
| » 11. | — | Thesaurario ecclesiae Toletanae mandat ut Alfonsum Pelagii, clericum chori ecclesiae Legionensis, in eadem ecclesia in portionarium recipi faciat. | tome III 362 | 2201 |
| » » | — | Decano et Petro de Vireio, cantori Metensibus, mandat ut Johannem rectorem ecclesiae de Tombe, Treverensis diocesis, in ecclesia s. Simeonis Treverensis in canonicum recipi faciant eique de praebenda provideant. | tome III 376 | 2275 |
| » » | — | Fratri Florasio, ordinis Minorum, capellano apostolico, mandat ut Crassum, civem Tudertinum, qui pro capitaneo civitatis Reatinae se gerit, jussa pontificia contemnentem et alia contra ecclesiam Romanam machinantem, excommunicet et ab officio deturbet. | 339 | 716 |
| » 12. | — | Abbati monasterii s. Mariae Montis-Virginis, Avellinensis diocesis, et ipsius successoribus usum mitrae, annuli et aliorum pontificalium concedit, dummodo ipsi et eisdem successoribus sit modo debito munus benedictionis impensum et ipsum ac eos constet existere sacerdotes. | 190 | 402 |

| | | | Pages | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1263 sept. 13. | *Orvieto.* — | Johanni de Chanleio, canonico Autissiodorensi, mandat ut Guillelmum, dictum *Bellatesta*, clericum, consanguineum abbatis Virziliacensis, in ecclesia s. Amati Duacensis, Atrebatensis diocesis, in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideati. | tome III 371 | 2240 |
| » » | — | Thrugotum, electum Revaliensem quem regina Daciae ad regimen Revaliensis ecclesiae elegerat et cujus electionem ipse pontifex cassam et irritam prius nuntiaverat, ipsi ecclesiae praeficit in episcopum. | 189 | 400 |
| » 16. | — | Guillelmo, archidiacono Pariensi, capellano apostolico, indulget quod regem Angliae a quodam juramento ab ipso baronibus praestito absolvere valeat. | 341 | 718 |
| » » | — | Riccardum, in Romanorum regem electum, hortatur ut in Henrici, Anglorum regis, auxilium exsurgat. | 344 | 724 |
| » 17. | — | Episcopo Ripensi mandat quatenus, ascitis ipsi ad hoc Wibergensi et Aurusiensi episcopis, T., Revaliensi electo, munus consecrationis impendat et injungat eidem ut ad suum metropolitanum se postmodum conferat ut illi juramenta praestet. | 190 | 401 |
| » 18. | — | Episcopo Cameracensi mandat ut Nicolao, dicto *Ambronies*, de Melbodio, pauperi clerico, Cameracensis diocesis, de aliquo ecclesiastico beneficio, ad collationem abbatis et conventus monasterii Altimontis, ordinis s. Benedicti, ejusdem diocesis, spectante, provideat, juxta Alexandri papae IIII litteras jam emanatas, quas monachi monasterii Altimontis adhuc adimplere neglexerunt. | tome III 368 | 2225 |
| » 19. | — | Abbati monasterii de Pelys, Cisterciensis ordinis, custodi ecclesiae Albensis, Vesprimiensis diocesis, ac priori provinciali fratrum Praedicatorum Ungariae inquisitionem committit de moribus et gestis Quinqueecclesiensis episcopi gravi infamia laborantis. | tome III 129 | 1162 |
| » 20. | — | Episcopo Ulixbonensi mandat ut Petrum Roderici, pauperem clericum ipsius diocesis, qui nullum est adhuc beneficium assecutus, nisi quoddam tenue sine cura cujus proventus duarum marcarum argenti valentiam, annis singulis, vix excedunt, quod est resignare paratus, in ecclesia s. Mariae de Alcazoba Sanctarenensis in portionarium recipi faciat. | tome III 415 | 2464 |
| 1263 sept. 21. | *Orvieto.* — | Ordinat quod ecclesia s. Hilarii Pictavensis ab omni dominio, jurisdictione ac potestate Pictavensis episcopi libera et exempta prorsus existat et sedi apostolicae immediate ac perpetuo subjecta remaneat. | 191 | 406 |
| » 22. | — | Statuit ut in ecclesia beati Martini Turonensis nulli de cetero liceat nisi unicum beneficium cum praebenda obtinere ; eos autem qui tunc temporis plura officia inibi obtinebant, ea retinere tolerat. | 191 | 405 |
| » 24. | — | Electionem de Philippo, thesaurario Metensi, in Metensem episcopum in discordia factam, irritam decernit. | 194 | 408 |
| » » | — | Timotheum, electum Zagabriensem, quem tunc subdiaconum et papae capellanum, archidiaconum Zagabriensem, episcopus Penestrinus, rejecta electione prius facta de Stephano, capellano apostolico et ejusdem Penestrini episcopi nepote, ne ad carnem et sanguinem respectum habere videretur, commissione sedis apostolicae, ecclesie Zagabriensi prefecerat, eidem ecclesiae praeficit in episcopum et pastorem. | 194 | 407 |
| » 22. | — | In e. m. .. praeposito et capitulo Zagabriensibus. In e. m. clero Zagabriensis civitatis et diocesis. In e. m. populo Zagabriensis civitatis et diocesis. | 194 | 407 bis |
| » 24. | — | In e. m. vassallis ecclesiae Zagabriensis. | 194 | 407 ter |
| » 25. | — | De provisione congrua assignanda in Ungaria episcopo Aquinati « ab ecclesia sua per inimicos Romane ecclesie fugato », R., sancti Angeli diacono cardinali dat mandatum. | 437 | 912 |
| » 26. | — | Archiepiscopo Patracensi indulget ut cum duobus clericis dispensare valeat quod duo beneficia ecclesiastica, etiamsi dignitates vel persona- | tome III 192 | 1381 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | tus existant et curam habeant animarum annexam, licite retinere valeant. | | |
| 1263 sept. 26. | *Orvieto.* — | Magistro Guillelmo de Portis indulget ut praeter thesaurariam Briocensis ecclesiae, unicum aliud beneficium recipere valeat. | 198 | 415 |
| » » | — | Abbati s. Genovefae Parisiensis et Percivallo de Lavania, capellano apostolico, canonico Bajocensi, Parisius commoranti, mandat absolutos nuntiet certos Florentinos ad ecclesiae mandata redeuntes. | 197 | 411 |
| » » | — | Decano et cantori Metensibus curam in spiritualibus et temporalibus ecclesiae Metensis committit. | 195 | 409 |
| » 27. | — | In e. m. universis vassallis Metensis ecclesie. | 196 | 409 [bis |
| » » | — | In e. m. clero civitatis et diocesis Metensium. | 196 | 409 [ter |
| | | In e. m. magistro scabinorum, tredecim juratis et universo populo civitatis Metensis. | | |
| | | In e. m. universis vassallis et ministerialibus Metensis ecclesie. | | |
| | | In e. m. nobili viro... comiti Barrensi. | | |
| » » | — | Fratrem Johannem de Colopardo, monachum monasterii de Marmossolio, Cisterciensis ordinis, Bitectensi praeficit ecclesiae. | 261 | 525 |
| | | In e. m. capitulo Bitectensi. | | |
| | | In e. m. clero civitatis et diocesis Bitectensium. | | |
| » » | — | Terracinensi, Signino et Fundano episcopis mandat ut fratri Johanni de Colopardo, electo Bitectensi, munus consecrationis inpendant. | 261 | 526 |
| » » | — | Abbati S. Genovefae Parisiensis et Percivallo de Lavania, capellano apostolico, canonico Bajocensi, mandat absolutos nuntient certos Florentinos ad ecclesiae mandata redeuntes. | 195 | 410 |
| » » | — | Praeposito et capitulo ecclesiae S. Audomari indulget ut, sicut ecclesiae cathedrales, ipsorum ecclesia a provisionibus praebendarum a sede apostolica impetrandis excipiatur. | 200 | 419 tome III |
| » » | — | Archiepiscopo Patracensi testandi concedit facultatem usque ad mille yperpera. | 192 | 1382 tome III |
| » 28. | — | Archiepiscopo Patracensi indulget | 192 | 1380 |

| | | | Pages. | Numéros |
|---|---|---|---|---|
| | | ut in duabus cathedralibus ipsius provinciae duos clericos in canonicos recipi facere valeat. | | |
| 1263 sept. 27. | *Orvieto.* — | De solutione debitorum Cameracensis ecclesiae provisio. | 198 | 413 |
| oct. 1. | — | Episcopo Arusiensi mandat ne crucesignati et crucesignandi in Dacia in causam trahi extra suas dioceses possint. | 231 | 470 [VIII |
| » » | — | Universis ecclesiarum praelatis mandat ut Waltero, episcopo Wigorniensi, cui in regno Angliae negotium Crucis commissum est, extra suam civitatem et diocesim pro se, XVI equitaturis et XXVI personis liberaliter providere curent. | 233 | 472 |
| » » | — | Eisdem de eodem argumento in favorem episcopi Sancti-Andreae negotium Crucis in regno Scotiae agenti, pro se, x equitaturis et xv personis. | 233 | 472 [bis |
| » » | — | Eisdem de eodem argumento in favorem episcopi Menevensi, negotium Crucis in Wallia agentis, pro se, x equitaturis et xv personis. | 233 | 472 [ter |
| » » | — | Eisdem de eodem argumento in favorem archiepiscopi Compostellani, in regnis regis Castellae negotium Crucis agentis, pro se, XVI equitaturis et XXV personis. | 233 | 472 [IV |
| » » | — | Eisdem de eodem argumento in favorem archiepiscopi Bracharensis, in regno Portugaliae negotium Crucis agentis, pro se, XVI equitaturis et XXV personis. | 233 | 472 [V |
| » » | — | Eisdem de eodem argumento in favorem episcopi Pampilonensis, in regno Navarrae negotium Crucis agentis, pro se, x equitaturis et xv personis. | 234 | 472 [VI |
| | | tome III | | |
| 1264 juil. 14. | *Orvieto.* — | Quadraginta dies de injuncta pœnitentia relaxat omnibus qui ad ecclesiam Legionensem, in honorem b. Mariae Virginis dicatam, in festivitatibus Natalis Domini, Epiphaniae, in Dominica Palmarum, necnon in festivitatibus Resurrectionis dominicae et Ascensionis, Pentecostes, s. Johannis Baptistae, ss. Apostolorum Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, Dedicationis ipsius Legionensis ecclesiae ac gloriosae Virginis solemnitatibus se conferent. | 331 | 2060 |
| | | tome III | | |
| » | — | Rolando, ecclesiae s. Mariae Alatrinae canonico, mandat ut in ecclesia cathedrali Alatrina Gregorium clericum, germanum Thomasii, dicti *Rubei*, domicelli Alatrini, familiaris nobilis viri Anibaldi, nepotis R., s. Angeli diaconi cardinalis, recipi faciat in canonicum. | 454 | 2707 |
| | | tome III | | |
| | — | Priori de Catusio, Caturcensis diocesis, mandat ut Guillelmo Daornhat, subdiacono apostolico, ecclesiae Caturcensis canonico, de praebenda sibi debita provideat. | 458 | 2725 |
| | | tome III | | |
| » » | — | Licentia testandi de bonis mobilibus episcopo Lemovicensi conceditur. | 446 | 2776 |
| | | tome III | | |
| » » | — | Bernardo Albonii indulget ut praeter ecclesiam parrochialem de Cassac, curam animarum habentem, unum adhuc ecclesiasticum beneficium sine cura recipere ac libere retinere valeat. | 467 | 2781 |
| | | tome III | | |
| » » | — | Bernardo de Montepessulano, rectori ecclesiae de Lezerac, Lemovicensis dioecesis, nepoti episcopi Lemovicensis indulget ut, praeter ecclesiam de Lezerac, curam animarum habentem, unum aliud beneficium ecclesiasticum sine cura recipere ac retinere valeat. | 467 | 2782 |
| 1264 juil. 15. | *Orvieto.* — | Fratrem Walterum, dictum *de Calabria*, de ordine Praedicatorum, Gabulensi praeficit ecclesie. In e. m. clero diocesis et civitatis Gabulensium. In e. m. populo Gabulensium civitatis et diocesis. | 327 | 687 |
| » » | — | Episcopo Gurcensi mandat ut, inquisitione praehabita, munus benedictionis impendat abbati electo monasterii Olziacensis, ordinis s. Benedicti, Salzeburgensis diocesis. | 333 | 705 |
| » 15. | — | Potestatem, capitaneum, consilium et commune Perusinos, ecclesiae fideles hortatur exsurgant ad subveniendum necessitatibus ecclesiae Romanae eisque nunciat se ad eos O., sancti Adriani diaconum cardinalem, destinare. In eundem modum potestatibus, capitaneis, consiliis et communibus Tuderlinis et Assisinatibus, singulariter cuilibet. | 413 | 859 |
| » » | — | Potestatem, capitaneum, consilium et commune Narnienses similiter hortatur eisque nunciat se ad eos Anibaldum, basilicae duodecim apostolorum presbyterum cardinalem destinare. | 413 | 859 *bis* |
| » » | — | Potestatem, capitaneum, consilium et commune Spoletanos similiter hortatur eisque nunciat se ad eos M., sanctae Mariae in Porticu diaconum cardinalem destinare. | 413 | 859 *ter* |
| » » | — | O., sancti Adriani diaconum cardinalem, ad Perusinam, Tudertinam et Assisinatem civitates destinat, ad praedicandum adversus Manfredum verbum crucis. | 414 | 860 |
| » » | — | Anibaldum, basilicae XII apostolorum presbyterum cardinalem, | 414 | 860 *bis* |

| Date | Lieu | Analyse | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | ad Narniensem civitatem et diocesim destinat ad praedicandum adversus Manfredum verbum crucis. | tome III | |
| 1264 juil. 15. | Orvieto. — | M., sanctae Mariae in Porticu diaconum cardinalem, per Spoletanas civitatem et diocesim destinat ad praedicandum adversus Manfredum verbum crucis. | 414<br>tome III | 860 |
| » » | — | Magistro Riccardo de Pofis, canonico Verulano, mandat ut magistrum Mathaeum de Pontecurvo, capellanum et physicum G., s. Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis, in ecclesia s. Bartholomaei de Pontecurvo in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. | 298<br>tome III | 1894 |
| » » | — | Dispensatio super irregularitate matrimonii Egidio, dicto *Crassins*, de Blandain, laico Tornacensis diocesis conceditur. | 300<br>tome III | 1903 |
| » » | — | Episcopo Claromontensi mandat ut praebendam in ecclesia Brivatensi per mortem quondam Guillelmi de Gebagiaco vacantem, cujus collatio ad sedem apostolicam, juxta Lateranensis concilii statuta, est devoluta, alicui personae idoneae conferat. | 304<br>tome III | 1930 |
| » » | — | Episcopo Arusiensi mandat ut Tholomeum presbyterum, rectorem ecclesiae de Hunsely, Othoniensis diocesis, cujus proventus annui, trium scilicet marcarum argenti, ad sustentationem ipsius non sufficiunt, in ecclesia Haufnensi, Roskildensis diocesis, in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. | 312<br>tome III | 1956 |
| » » | — | Archiepiscopo Bituricensi mandat ut a magistro Johanne de Ursione, canonico ecclesiae b. Mariae Graciacensis, resignatione recepta, canonicatum et praebendam sic vacantes, quorum proventus valorem annuum viginti quinque librarum parisiensium non excedunt, alicui personae idoneae conferat. | 313<br>tome III | 1963 |
| 1264 juil. 15. | Orvieto. — | Cellae Trecensis et Aremanensis, Trecensis diocesis, monasteriorum abbatibus executionem committit collationis canonicatus Parisiensis ecclesiae Guillelmo, thesaurario Senonensi, germano Th., regis Navarrae. | 319<br>tome III | 1989 |
| » » | — | Episcopo Cameracensi mandat ut Maynero, dicto *Priori de Vernolio*, pauperi clerico, de quodam ecclesiastico beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii Lyesiensis, Cameracensis diocesis, spectante, provideat. | 319<br>tome III | 1992 |
| » » | — | J., s. Mariae in Cosmedin diacono cardinali, annuam pensionem quindecim marcarum argenti assignat, ab episcopo Bathoniensi et Wellensi pro tempore existente solvendam. | 328<br>tome III | 2042 |
| » » | — | Lincolniensem et Roffensem episcopos praedictae concessionis deputat conservatores. | 329<br>tome III | 2043 |
| » » | — | Abbati monasterii Tutellensis, ordinis s. Benedicti, Lemovicensis diocesis, indulget ut duorum clericorum ipsius cuilibet de aliquo ecclesiastico beneficio, ad ipsius collationem spectante, providere valeat. | 353<br>tome III | 2188 |
| » » | — | Episcopo Exoniensi mandat ut Waltero de Scokebroch, pauperi presbytero Exoniensis diocesis, de beneficio ecclesiastico competenti provideat, ad collationem prioris et conventus de Tywardrayt, ordinis s. Benedicti, ejusdem diocesis, spectante. | 458<br>tome III | 2730 |
| » » | — | Archiepiscopo Strigoniensi notificat regem Hungariae reginae, uxori ipsius, castrum de Wissegrad cum comitatu et districtu de | 464 | 2760 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | Pelys donasse et statuisse ut regina ipsa praedictum castrum uni ex dictorum regis et reginae liberis, qui magis eidem reginae fuerit obsecutus, in vita donare vel in morte legare possit. Mandat ei curet ne regina super praemissis ab aliquibus indebite molestetur. | | |
| 1264 juil. 15. | *Orvieto.* — | Priori provinciali fratrum Praedicatorum de Hungaria mandat curet ne regina Hungariae super castro de Possega, in ducatu Sclavoniae sito, quod ei rex, ejus vir, donavit, ab aliquo indebite molestetur. | tome III 464 | 2761 |
| » | — | Duci Sclavoniae castra de Nitria, de Posonio, de Musum, de Supprio et Ferreum, in confiniis regni Hugariae sita, quae ei Hungariae rex, pater ejus, donavit, confirmat. | tome III 464 | 2762 |
| » » | — | Archiepiscopo Strigoniensi de superiore epistola significat eique mandat ne permittat ut praefatus dux super praemissis indebite molestetur. | tome III 465 | 2763 |
| » » | — | Belae, duci Sclavoniae, castra de Baragna, Vulco, Simigio, Zala et Olcha necnon sales aquaticos ad ducatum Sclavoniae pertinentes confirmat. | tome III 465 | 2764 |
| » » | — | Episcopo Vesprimiensi scribit se duci Sclavoniae castra de Baragna, Vulco, Simigio, Zala et Olcha confirmasse. Mandat ei ne permittat praefatum ducem super praemissis ab aliquibus indebite molestari. | tome III 465 | 2765 |
| » » | — | Agneti viduae, ducissae Galitiae, ac Michaeli et Belae, natis ejusdem, terras et possessiones quae *Belin* et *de s. Demetrio* nuncupantur, confirmat. | tome III 465 | 2766 |
| 1264 juil. 15. | *Orvieto.* — | Priori provinciali fratrum Praedicatorum de Hungaria notificat se Agneti ejusque filiis Michaeli et Belae terras et possessiones quas Bela, Hungariae rex, pater ipsius ducissae, quondam Radislao, duci Galitiae, ejus viro, ac ipsi ducissae eorumque haeredibus in proprium dederit, confirmasse. Mandat ei faciat ut praefati ducissa et filii super praemissis minime ab aliquibus molestentur. | tome III 465 | 2767 |
| » » | — | Episcopo Nitriensi mandat ut magistro Sisto, capellano apostolico, scolastico Strigoniensi, clerico et nuntio Belae, Hungariae regis, in Zagabriensi vel alia ecclesia provinciae Strigoniensis de personatu vel dignitate et etiam de praebenda provideat. | tome III 465 | 2768 |
| » » | — | Episcopo Caturcensi mandat ut ab abbate monasterii Tutellensis, Lemovicensis diocesis, in medio nationis indomitae positi, liberam resignationem recipiat eique de bonis dicti monasterii provisionem assignet. | tome III 467 | 2783 |
| » » | — | Stephanum regem Hungariae hortatur ut Agneti viduae, sororis ipsius, ducissae Galitiae, et Michaeli et Belae orphanis, natis ejus, de Berez et Fizer castra ac Salomon et de Borsna villas quae ei rapuerat cum juribus et pertinentiis suis restituat. | tome III 466 | 2773 |
| » » | — | Episcopo Vesprimiensi mandat ut eumdem Stephanum regem ad ea restituenda compellat. | tome III 466 | 2774 |
| » | — | Stephanum juniorem, regem Hungariae, monet ut terras *Bistichae*, *Rodana*, *Zolosum* et *Querali* vulgariter nuncupatas, et Mariae, reginae matri, ablatas, eidem | tome III 466 | 2771 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages. | Numéros. |
| --- | --- | --- | --- | --- |
| | | restituat. | | |
| | | tome III | | |
| 1264 juillet 16 | Orvieto. — | Strigoniensi episcopo mandat ut Stephanum, Hungariae regem, ad restituendum reginae matri jura erepta flectat. | 466 | 2772 |
| | | tome III | | |
| » » | — | Episcopo Carnotensi mandat ut canonicatum et praebendam ecclesiae s. Aniani Aurelianensis, vacantes per resignationem Henrici de Tornoel, personae idoneae conferat. tome III | 312 | 1957 |
| » » | — | Strigoniensi et Colocensi archiepiscopis mandat moneant universos Cumanos ut illi ex eis quibus provenit perceptio gratiae baptismalis, fidem catholicam firmiter et reverenter observent, reliqui vero, infra terminum eis praefigendum, sacramentum baptismatis, juxta conditionem praescriptam, recipiant. Si vero ipsi cor suum posuerint adamantem ita ut nec igne caritatis nec divini verbi malleo confringantur, archiepiscopi extunc contra Cumanos, de regno ipso expellendos, verbum crucis in Hungaria, Polonia, Boemia et Austria praedicent. | 465 | 2769 |
| | | tome III | | |
| » » | — | Priori provinciali fratrum Praedicatorum de regno Hungariae mandat moneat episcopos et ecclesiarum praelatos ejusdem regni qui dissensiones ac jurgia inclinato regno damnabiliter seminant, ut a culpis et excessibus tam indignis penitus desistentes, Belae regi honorem debitum impendant ac fidelitatis plenitudinem circa ipsum observent. | 465 | 2770 |
| » » | — | Abbatem Clarevallensem, durante processu reformationis ordinis Cisterciensis, a solutione expensarum ab abbate Cisterciensi vel ei adhaerentibus fiendarum, eximit. | 325 | 684 |
| 1264 juillet 16. | Orvieto. — | Eidem indulget ut, durante praedictae reformationis negotio, tam ipse quam praedicti adhaerentes ad proximum generale capitulum Cisterciensis ordinis seu alias Cistercium vel ad alia loca ipsi et eisdem adhaerentibus suspecta, accedere minime teneantur. | 325 | 685 |
| » » | — | Argumento, abbati monasterii de Ripolis, Florentinae diocesis, et Huguitioni, priori sanctae Ceciliae Florentinae, mandat quatenus bona civium, civitatum et castrorum Tusciae in ecclesiam rebellium, arrestari et detineri faciant. | 327 | 688 |
| » 17 | — | Fratri Florasio administrationem monasterii s. Pauli de Urbe, propter Frederici abbatis excessus, committit. | 418 | 863 |
| | | In e. m. decano et conventui monasterii s. Pauli de Urbe. | | |
| | | In e. m. universis vassallis monasterii s. Pauli de Urbe. | | |
| » » | — | De centesimà colligenda et de proximo futuro passagio in Terrae Sanctae succursum. | 421 | 868 |
| » » | — | De reparatione castri Joppensis archiepiscopo Tyrensi mandat. | 421 | 869 |
| | | tome III | | |
| » » | — | Episcopo Olomucensi mandat ut Johanni de Ponte, clerico Treverensis diocesis, qui in diocesi Olomucensi mansionem elegit, de aliquo ecclesiastico beneficio, ad collationem abbatissae et conventus monasterii de Tusnewitz pertinente, provideat. | 315 | 1969 |
| | | tome III | | |
| » » | — | Abbati monasterii s. Auberti indulget ut, postquam de beneficio, ad ipsius collationem spectante, uni de illis pro quorum provisione scripta apostolica accepit, providerit, alteri clerico sui ipsius monasterii de altero bene- | 324 | 2021 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | ficio providere valeat. tome III | | |
| 1264 juil. 17. | Orvieto. —• | Praeposito ecclesiae s. Georgii Coloniensis mandat ut Godefridum de Elistorp, clericum Coloniensis diocesis, obtentu comitis Juliacensis, in ecclesia ss. Apostolorum Coloniensium in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. | 335 | 2083 |
| » 18. | — | Mandat ut mercatores civitatum Tusciae, qui mandatis apostolicis parere parati sunt, jubeantur ad civitatem Assisinatem se transferre ibique morari. | 327 | 689 |
| » » | — | Patriarchae Jerosolimitano mandat nunciet excommunicatos Christianos Sarracenis arma et alia vitae necessaria deferentes. | 419 | 866 |
| » | — | Patriarchae Jerosolimitano, apostolicae sedis legato, archiepiscopis et episcopis, ac ceteris ecclesiarum praelatis, necnon Militiae Templi, sancti Johannis, sanctae Mariae Theutonicorum domorum magistris, et Gaufrido de Sraziniissen escalco, Henrico bajulo, Johanni de Biblio marescalco, Johanni comiti Joppensi, et Johanni domino Beritensi, aliisque nobilibus, communitatum consulibus, fraternitatum rectoribus et cunctis Christi fidelibus in regno Jerosolimitano constitutis mandat quatenus ad pacis et concordiae fœdera reformanda inter discordes in Terrae Sanctae partibus dent operam. tome III | 419 | 867 |
| » » | — | Archipresbyterum ecclesiae Ferrariensis collationis in favorem Justamontis de Vallero editae, executorem constituit. tome III | 87 | 1098 |
| » » | — | Episcopo Tullensi mandat ut ab Aubrico, rectore ecclesiae de Aroi, Tullensis diocesis, morbo paralytico percusso, resignatione recepta, eamdem rectoriam magistro Guerrico de Saxofonte, Lingonensis diocesis, conferat. tome III | 297 | 1878 |
| 1264 juil. 18. | Orvieto. — | Jacobo Pictavini, nepoti magistri Michaelis, sanctae Romanae ecclesiae vicecancellarii, obtentu ejusdem Michaelis, canonicatum secularis ecclesiae s. Pauli Narbonensis confert. tome III | 297 | 1881 |
| » » | — | Episcopum Carcassonensem et abbatem s. Papuli, Tolosanae diocesis, praedictae collationis deputat executores. tome III | 297 | 1882 |
| » » | — | Magistro Henrico dicto *Phanin*, clerico Ossoriensis diocesis, indulget ut praeter quatuor beneficia, quorum proventus valorem annuum triginta marcarum sterlingorum non excedunt, unicum aliud recipere et retinere valeat. tome III | 298 | 1897 |
| » » | — | Magistro Guillelmo Rolandi de Aureliaco, capellano apostolico, priori de Dausac, juris civilis professori, Claromontensis diocesis, canonicatum et praebendam non sacerdotalem in ecclesia Claromentensi confert. tome III | 303 | 1917 |
| » » | — | S. Amantii Burgi Ruthenensis et Portus Dei, Lemovicensis diocesum, priores praedictae collationis executores deputat. tome III | 303 | 1918 |
| » » | — | Archidiacono ecclesiae Mensae Pampilonensis mandat ut Petrum Garsiae, Stellensem clericum, alumnum magistri Johannis Garsiae, capellani apostolici, canonici Trecensis, in ecclesia Tyrasonensi in portionarium recipi faciat. tome III | 304 | 1925 |
| » » | — | Episcopo Paduano mandat ut Balzanellum de Valegio, clericum, natum nobilis viri Piscatoris, civis Mantuani, in ecclesia Mantuana in canonicum, sub exspec- | 304 | 1927 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | tatione praebendae, recipi faciat. tome III | | |
| 1264 juillet 18. | *Orvieto.* — | Episcopo Mantuano mandat ut Ortonellum clericum, natum quondam Rizardi de Marzelengo, in ecclesia Brixiensi in canonicum recipi faciat, sub exspectatione praebendae. tome III | 304 | 1928 |
| » » | — | Confirmat statutum ab Ambianensi capitulo editum ut capellani perpetui juramentum praestent quod bona fide in ecclesia ipsa servient et statuta fideliter observabunt. tome III | 305 | 1935 |
| » » | — | Decano ecclesiae de Abbatisvilla, Ambianensis diocesis, mandat ut cancellarium Parisiensem ad perhibendum juramentum compellat. tome III | 311 | 1954 |
| » » | — | Priori de Balneolis, Uticensis diocesis, mandat ut Johannem dictum *Mosa*, presbyterum Uticensis diocesis, in ecclesia Vasionensi in canonicum recipi faciat sub exspectatione praebendae. tome III | 337 | 2091 |
| » » | — | Archiepiscopo Narbonensi mandat ut ecclesiam s. Petri de Launhaco, Nemausensis diocesis, Guillelmo de Archu, clerico praedictae diocesis, conferat. tome III | 339 | 2103 |
| » » | — | Pictavensi et Tholosano comiti indulget ut, si quando ipsum aut comitissam, ejus uxorem, capellanos, clericos et aliam ipsius familiam excommunicatis communicare contingat, sententiam excommunicationis majoris minime incurrant. tome III | 350 | 2171 |
| » » | — | Abbati s. Vedasti Atrebatensis mandat ut Johanni presbytero, rectori parrochialis ecclesiae de Nue, Atrebatensis diocesis, ad curam ejusdem ecclesiae, parrochianorum multitudinem nimiam obtinentis, se insufficientem recognoscenti, eamque resignare parato, de aliqua capellania provideat ad collationem decani et capituli Atrebatensis spectante. tome III | 450 | 2682 |
| 1264 juil. 18. | *Orvieto.* — | G., s. Georgii ad Velum Aureum diacono cardinali, mandat ut Johanne, clerico R., s. Angeli diaconi cardinalis, ecclesiam parrochialem de Terniaco resignare parato, eamdem ecclesiam Petro Berardi presbytero, canonico ecclesiae s. Marci de Urbe, ejusdem cardinalis clerico, conferat. tome III | 452 | 2692 |
| » » | — | Adenulfo de Beczo, canonico Anagnino, mandat ut Heremitam, clericum ecclesiae de Guarcino, Alatrinae diocesis, familiarem magistri Adenulfi, capellani apostolici, praepositi ecclesiae s. Audomari, qui a Petro, archidiacono Senonensi, capellano apostolico, canonicatum et portionem obtinuit quos Giffredus, archidiaconus Tudertinus, in ecclesia s. Olivae Anagninae obtinebat, in possessionem eorumdem canonicatus et portionis mittat. tome III | 454 | 2708 |
| » 19. | — | Episcopo Sabinensi, apostolicae sedis legato, mandat ut personam idoneam monasterio Generensi, Tarviensis diocesis, praeficiat. tome III | 308 | 1912 |
| » » | — | Eldici, canonico Ferentinati, capellano apostolico, mandat ut magistro Delaturre, clerico ss. Apostolorum Veronensium, vicario Veronensis electi, archipresbyteratum plebis de Ronchis, Veronensis diocesis, conferat. tome III | 316 | 1974 |
| » » | — | Abbati monasterii de Suarzahe, Argentinensis diocesis, mandat ut Ulricum, rectorem capellae in Tunnenheim, Argentinensis diocesis, clericum abbatis monasterii Novi Castri, Cisterciensis ordinis, capellani apostolici, in ecclesia Honagensi, ejusdem diocesis, in canonicum, sub exspecta- | 333 | 2072 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | tatione praebendae recipi faciat. | | |
| 1264 juillet 19. | Orvieto. — | Abbati s. Saturnini, Tolosanae diocesis, ecclesiam s. Pontii, ejusdem diocesis, confert. | tome III 330 | 2053 |
| 1264 juillet 20. | — | Episcopo Cumano mandat revertatur in diocesim suam, ad curiam Romanam rediturus infra festum b. Martini. | 415 | 861 |
| 1264 » » | — | Johanne de Marerio, Pandulfo de Alatro et dominis roccae de Accarino qui in suas ipsorum terras Sarracenos introducere praesumpserunt, nuntiatis excommunicatis, nisi infra certum terminum ipsis praefixum, mandatis ecclesiae obtemperarent, Pandulfo terminum peremptorium prorogat quo mandatis ecclesiae obtemperare debeat. | 421 | 871 |
| 1264 » » | — | Salvus conductus pro Sinibaldo de Alatro, Alatrum destinato, camerario O., sanctae Mariae in Via lata diaconi cardinalis, | 422 | 872 |
| 1264 juil. 23. | — | De absolutione eorum qui ab usurariis diversis nonnullas pecuniarum summas acceperunt ut ipsos in terris suis usuras permitterent exercere. | 328 | 692 |
| » » | — | Wibergensi et Arusiensi episcopis mandat ut magistrum Johannem de Tlethe, regis et reginae Daciae capellanum, Burglanensi ecclesiae in episcopum praeficiant ac ipsum, cum archiepiscopus Lundensis vinculo excommunicationis sit adstrictus, promoveant ad ordines et consacrent, salvo ceterum Lundensis jure ecclesiae. | 335 | 709 |
| » » | — | Facultas emendi possessiones in Campaniae vel Maritimae partibus conceditur nobili viro Guillelmo dicto *Pagano*. | 418 | 864 |
| » » | — | Petro, dicto *Romano*, de Ferentino, facultatem concedit praebendam non sacerdotalem quam maluerit, sibi eligendi in ecclesia Furnensi, Morinensis diocesis. | tome III 310 | 1917 |
| 1264 juil. 23 | Orvieto. | Magistrum Milonem Prenestinae et Jordanum Seniorilem Gerboradensis, Belvacensis diocesis, ecclesiarum canonicos, Parisius commorantes, praedictae indulgentiae deputat executores. | tome III 310 | 1948 |
| » » | — | Abbate monasterii Omnium Sanctorum in Insula Cathalaunensi, ordinis s. Augustini, supplicante, mandat ut priores prioratuum eidem monasterio subjectorum prioratus suos ultra summam centum solidorum tur., absque abbatis consensu, obligare minime valeant. | tome III 329 | 2047 |
| » » | — | Abbati monasterii s. Pauli Virdunensis, Praemonstratensis ordinis, et Stephano, decano Tullensi, mandat ut vicesimam omnium ecclesiasticorum reddituum necnon redemptiones votorum crucesignatorum, obventiones quoque ac legata ex quacumque causa Terrae Sanctae succursui deputata, in Metensi, Virdunensi et Tullensi diocesibus, per triennium exigant. | tome III 329 | 2050 |
| » » | — | Abbati monasterii s. Trudonis, Leodiensis diocesis, decano et magistro Marchualdo, archidiacono Leodiensibus, mandat ut per triennium, in Leodiensi et Trajectensi diocesibus, vicesimam omnium ecclesiasticorum reddituum, necnon redemptiones votorum crucesignatorum, obventiones quoque ac legata ex quacumque causa Terrae Sanctae succursui deputata, exigant. | tome III 330 | 2057 |
| » » | — | Alfonso, Pictavensi et Tholosano comiti, indulget ut in capellis ipsius de palatio Pictavensi, de castro Rupellae, de Niorto, de Monsterolo et de Castro-Xanctonensi, Xanctonensis et Pictavensis diocesium, missas, tempore interdicti, celebrari facere valeat. | tome III 346 | 2144 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1264 juillet 23 | *Orvieto.* — | Alfonso, Pictavensi et Tholosano comiti indulget ne quis judex ecclesiasticus, pro cujusvis privavatae personae delicto, civitates, castra, villas, terras vel loca ipsius comitatuum, apostolica vel alia quavis auctoritate, ecclesiastico supponere interdicto praesumat, absque sedis apostolicae licentia speciali, dummodo ballivi et officiales comitis pro delicto satisfaciant. | tome III 346 | 2145 |
| » » | — | Alfonso, Pictavensi et Tholosano comiti, omnes libertates, immunitates aliasque gratias per litteras Innocentii IIII et Alexandri IIII concessas, confirmat. | tome III 346 | 2146 |
| » » | — | Eidem indulget, ad instar Innocentii IIII, ut nullus a sede apostolica delegatus vel subdelegatus seu a legato delegatus vel etiam delegatorum et subdelegatorum executor in terram ipsius sententias interdicti promulgare praesumat, absque licentia sedis apostolicae speciali. | tome III 347 | 2147 |
| » » | — | Eidem indulget ut nullus in ipsius vel uxoris personam excommunicationis sententiam, absque sedis apostolicae licentia speciali, praesumat promulgare. | tome III 347 | 2148 |
| » » | — | Eidem indulget ut, in locis ecclesiastico suppositis interdicto, missas audire valeat. | tome III 347 | 2153 |
| » » | — | Alfonso comiti et uxori ejus, comitissae Pictavensi et Tholosanae, indulget ne quis judex ecclesiasticus, quavis auctoritate, pro utriusque vel alterius eorum delicto, loca eorum ecclesiastico praesumat supponere interdicto, absque sedis apostolicae licentia speciali. | tome III 347 | 2154 |
| » » | — | De certis excessibus corrigendis a nonnullis clericis Pictavensis et Tholosani comitatuum commissis. | tome III 348 | 2158 |
| 1264 juil. 23. | *Orvieto.* — | Pictavensi et Tholosanae comitissae facultatem concedit, tempore interdicti, ab ipsius capellanis missas celebrari faciendi. | tome III 348 | 2159 |
| » » | — | Eidem indulget ut, quotiens aliquem praelatum vel alium regularem sive secularem, habentem auctoritatem seu officium praedicandi, ipsa praesente, praedicare contigerit populo verbum vitae, hujusmodi praedicator tunc ipsi aliisque fidelibus, vere pœnitentibus et confessis, ibidem praesentibus et ab eodem praedicatore verbum ipsum audientibus reverenter, centum dierum indulgentiam valeat elargiri. | tome III 348 | 2160 |
| » » | — | Eidem comitissae indulget ut proprium confessorem eligere valeat. | tome III 348 | 2161 |
| » » | — | Eidem indulget ut domos religiosas cujuscumque ordinis cum novem matronis ingredi valeat. | tome III 348 | 2162 |
| » » | — | Eidem comitissae indulget ut missam antelucanam celebrari faciat. | tome III 348 | 2163 |
| » » | — | Eidem comitissae concedit ut portatile altare habere valeat. | tome III 348 | 2164 |
| » » | — | Eidem indulget ne quis judex ecclesiasticus de quibuscumque rebus, ad ipsius curiam mediate vel immediate spectantibus, se immiscere praesumat, sine licentia sedis apostolicae speciali. | tome III 350 | 2172 |
| » » | — | Episcopo Astoricensi mandat ut Martino Dominici, ecclesiae Astoricensis canonico, de praestimoniis sicut uni ex aliis canonicis ejusdem ecclesiae provideat. | tome III 449 | 2676 |
| 1264 juil. 24. | *Orvieto.* — | Comiti Pictavensi indulget ut, quotiens aliquem praelatum vel alium regularem sive secularem, habentem auctoritatem seu officium praedicandi, ipso praesente, praedicare contigerit populo verbum vitae, hujus- | tome III 347 | 2149 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | modi praedicator tunc ipsi aliisque fidelibus vere poenitentibus et confessis, ibidem praesentibus et ab eodem praedicatore verbum ipsum audientibus reverenter, centum dierum indulgentiam valeat elargiri. | | |
| 1264 juil. 24. | Orvieto. — | Eidem indulget ut monasteria cujuscumque ordinis, novem ipsum comitantibus viris devotis, ingredi valeat. | tome III 347 | 2150 |
| » » | — | Eidem indulget ut missam antelucanam celebrari faciat. | tome III 347 | 2151 |
| » » | — | Eidem indulget ut proprium confessorem eligere valeat. | tome III 348 | 2157 |
| » » | — | Eidem facultatem concedit habendi altare portatile. | tome III 348 | 2157 |
| » » | — | S., tituli s. Ceciliae presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat ut sex clericos comitis Pictavensis, quos ipse nominaverit, in totidem ipsius legationis ecclesiis, Parisiensi, Carnotensi, Belvacensi et Lugdunensi dumtaxat exceptis, in canonicos sub exspectatione praebendae recipi faciat. | tome III 348 | 2165 |
| » » | — | Episcopum Belvacensem conservatorem immunitatum Alfonso, comiti Pictavensi, concessarum deputat. | tome III 349 | 2167 |
| » » | — | Thesaurarium ecclesiae s. Hilarii Pictavensis immunitatum comiti Pictavensi concessarum conservatorem deputat. | tome III 349 | 2168 |
| » » | — | Concordiam initam ab episcopo Leodiensi inter Johannem de Almonzeis, canonicum ecclesiae s. Dionysii Leodiensis, et Theobaldum, decanum, super decanatu ejusdem ecclesiae, confirmat ita ut, Theobaldo decanatu assignato, certam pensionem annuam Johannes percipiat. | tome III 298 | 1893 |
| » » | — | Abbati Cistercii et capitulo generali Cisterciensis ordinis mandat ut absentiam Gottefridi, abbatis monasterii Novi Castri, habeant excusatam. | tome III 306 | 1924 |
| 1264 juil. 25. | Orvieto. — | Episcopo Lucano mandat colligat bona ecclesiae Romanae a Paulo, archidiacono Lucano, legata | 418 | 865 |
| » » | — | Abbati et conventui monasterii Novi-Castri, Cisterciensis ordinis, Argentinensis diocesis, indulget, ut, non obstante constitutione contraria, Wigandum et Burkardum de Brugge, quondam ordinis fratrum Minorum professos, in eorum monasterio retinere valeant. | tome III 306 | 1922 |
| » » | — | Decano ecclesiae s. Trinitatis Spirensis mandat ut fratres Wigandum et Burkardum ab excommunicationum sententiis absolvat. | tome III 306 | 1923 |
| » » | — | Magistro Thadeo, canonico ecclesiae Grassensis, mandat ut ecclesiam de Marsillano prope flumen Gardonis Bernardo de Cevena, clerico perito in jure canonico et civili, conferat. | tome III 313 | 1961 |
| » » | — | Eidem significat se vicesimam omnium ecclesiasticorum redditPRINTuum et redemptiones votorum crucesignatorum, obventionesquoque et legata omnia Terrae Sanctae succursui deputata, per abbatem monasterii s. Trudonis, decanum et magistrum Marchualdum, archidiaconum Leodienses, in Leodiensi et Trajectensi civitatibus et diocesibus colligi et in monasterio Fusniacensis, Cistorciensis ordinis, Laudunensis diocesis, cum integritate deponi fecisse, de quibus certam summam episcopo Leodiensi, quando iter transmarinum arripuerit, assignare intendit. | tome III 327 | 2037 |
| » | — | Alfonso, Pictavensi et Tholosano comiti, indulget ut, tempore interdicti, missas celebrari faciat in capellis quas in suis palatiis et maneriis habet. | tome III 347 | 2155 |

| Date | Lieu | Analyse | Tome | Pages | Numéros |
| --- | --- | --- | --- | --- | --- |
| 1264 juil. 25. | *Orvieto.* | Eidem indulget ut de proventibus decimarum, quas ipse et antecessores ipsius tenuerunt, capellanias instituere vel ipsas decimas, de assensu episcoporum, monasteriis concedere valeat. | III | 347 | 2156 |
| » » | — | Episcopo Belvacensi mandat ut per quinquennium decem clericis comitis Pictavensis, quos ipse nominaverit, fructus beneficiorum cum integritate percipere faciat, quamvis ipsius comitis servitiis insistendo, residentiam personalem non fecerint. | III | 349 | 2166 |
| » » | — | Alfonso, Pictavensi et Tholosano comiti, indulget ut, si quando eum aut comitissam, ejus uxorem, excommunicatis communicare contingat, sententiam minoris excommunicationis nullatenus incurrant. | III | 349 | 2169 |
| » » | — | Episcopo Lucano mandat colligat bona ecclesiae Romanae a Paulo, archidiacono Lucano, legata. | | 418 | 865 |
| » » | — | Ludovicum, dictum de *Roure*, canonico Claromontensi, praedictae ordinationis n° 1053 signatae executorem constituit. | III | 54 | 1054 |
| » » | — | Scolastico ecclesiae Osnaburgensis mandat ut Wigandum, rectorem ecclesiae in Frondental, ecclesiam resignare paratum, in ecclesia Frislariensi, Maguntinae diocesis, in canonicum recipi faciat, sub exspectatione praebendae. | III | 303 | 1916 |
| » 26. | — | Episcopo Trecensi mandat ut, Justo Lanfranci cive ac mercatore Pistoriensi facturo et curaturo quod Bonus Johannes Gerardutii, Ventura Acursi, Pannochia Lanfranci, Maynectus Clari, Bene Guidonis, Pistoriense Jacobi, Fredericus Riccardini, Bartholomeus filius dicti Frederici, Picchio et Turdo Inghilberti fratres, Bonatus Luchecti, Pandolinus Symonis, Nicolaus Ligi, Johannes Gerardini dictus *Vanni*, Bartholominus Melioris, Barone Cristiani, Hugolinus Baldecti, Sinibaldus Jacobi, Ciamfinus Polonis, Baldus Lanfranchini, Johannes Jacobi dictus *Banni*, Clarentinus Anselmi, Andreas et Pepo Bufercini fratres, Mergulliese Braccii, Bucca Angelerii, Guidaloste Justi, Gerardinus et Bracciolus Bonini fratres, Johannes, Gualandesci, Forese, Baldus Benencase, Baldectus Cacciadraghi, Bartholomeus Raynelini, Jacobus Foresi, Buoso Bonavie et Phylippus Johannis, socii sui, cives et mercatores Pistorienses, olim Manfredi fautores, infra certum terminum, ad ecclesiae mandata redibunt, eosdem Pistorienses cives et mercatores, in Gallia commorantes, recepto prius ab eis juramento de parendo mandatis ecclesiae, a sententiis excommunicationis absolvat. | III | 328 | 693 |
| 1264 juil. 26. | *Orvieto.* | Patriarchae Jerosolimitano mandat ut Sarracenos et Judaeos pauperes ad unitatem ecclesiae converti volentes, per dies in quibus catechizari valeant, ab ecclesiis vel monasteriis Acconensis civitatis et diocesis in vitae necessariis faciat provideri. | III | 304 | 1925 |
| » » | — | Privilegium super receptione quatuor canonicorum praeposito et capitulo ecclesiae Ferrariensis confirmatur. | III | 307 | 1943 |
| » » | — | Episcopo et capitulo Pelentinis mandat ut Pelagium Garsiae, portionem in ecclesia Palentina resignare paratum, in canonicum recipiant eique de praebenda provideant. | III | 313 | 1962 |
| » 27. | — | Priori et fratribus Heremitis de Alexandria, ordinis s. Augustini, ecclesiam s. Martini de Gamundio de Alexandria confirmat. | III | 309 | 1944 |
| » » | — | Episcopum Aquensem praedicti decreti deputat executorem. | III | 309 | 1945 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages | Numéros |
|---|---|---|---|---|
| 1264 juil. 27. | *Orvieto.* | Pictavensi comiti indulget ne quis judex ecclesiasticus, pro delicto alicujus officialis sive ballivi ipsius, in terram ejusdem Alfonsi, sine speciali sedis apostolicae mandato, sententiam interdicti proferre praesumat. | tome III 349 | 2107 |
| » 28. | — | Episcopis Perusino, Tudertino Urbevetano, Assisinati, Spoletano, Eugubino, Nucerino, Interamnensi, Reatino, Narniensi, Ortano, Balneoregensi, Ameliensi, Viterbiensi, Castrensi, Civitatis Castellanae, Nepesino, Sutrino, guardiano fratrum Minorum in Fuligino, quondam Fuliginatis diocesis, ministro fratrum Minorum provinciae Romanae et ministro provinciali fratrum Minorum administrationis beati Francisci mandat ut verbum Crucis contra Manfredum in Patrimonio b. Petri in Tuscia proponant. | tome III 421 | 870 |
| » » | — | Priori de Tasignano, Lucanae diocesis, mandat ut Ubaldo, plebano plebis de Lamari, Lucanae diocesis, camerario magistri Gualae, notarii apostolici, canonici ecclesiae Lucanae, de praebenda quamprimum provideat. | tome III 331 | 2062 |
| » 29. | — | Salvus conductus pro Sinibaldo de Alatro, camerario Ottoboni, s. Mariae in Via Lata diaconi cardinalis, Alatrum destinatum. | 421 | 871 |
| » » | — | Johanne de Marerio, Pandulfo de Alatro et dominis roccae de Accarino, qui in ipsorum terras Sarracenos introducere praesumpserunt, nuntiatis excommunicatis, nisi infra certum terminum ipsis praefixum, mandatis ecclesiae obtemperarent, Pandulfo terminum peremptorium prorogat quo mandatis ecclesiae obtemperare debeat. | 422 | 872 |
| » 30. | — — | Episcopo Parisiensi mandat ut, Egidio Donosdei, cive et mercacatore Pistoriensi, facturo et curaturo quod Melior Pelegrini, Accursus Lesii, Bonadies Henrigetti Bonadici fratres, Pecora Novanterii, Stancollus dictus *Collus*, et Meo domini Raynuzini fratres, Matheus Thomasini, et Bindus Armaleonis, socii sui, cives et mercatores Pistorienses, infra certum terminum ad ecclesiae mandata redibunt, eosdem Pistorienses cives et mercatores, in Galliae partibus commorantes, recepto prius ab eis juramento de parendo mandadatis ecclesiae, a sententiis excommunicationis absolvat. | 332 | 702 |
| 1264 juil. 30. | *Orvieto.* — | Episcopo Parisiensi mandat ut, Bandino Ammannati, cive et mercatore Pistoriense, facturo et curaturo quod Bartholomeus, frater suus, filius dicti Ammannati, Framericus Baldeti, Fuccius Soffredi, Forese Jacobi, Corradutius Jacobi, Sarracenus Jacobi et Conte Montancolli, socii sui, cives et mercatores Pistorienses, infra certum terminum ad ecclesiae mandata redibunt, eosdem Pistorienses cives et mercatores, in partibus Galliae commorantes, recepto prius ab eis juramento de parendo mandatis ecclesiae, a sententiis excommunicationis absolvat. | 333 | 706 |
| » » | — | Adelinum monasterio Wiceburgensi, Spirensis diocesis, in abbatem praeficit.<br>In e. m. conventui monasterii Wiceburgensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis s. Benedicti, Spirensis diocesis.<br>In e. m. universis vassallis monasterii Wiceburgensis. | 334 | 709 |
| » » | — | Prioribus fratrum Praedicatorum et s. Michaelis de Bosco et guardiano fratrum Minorum Bononiensium mandat ut centum libras monetae, ex his quae Z., Avinionensis episcopus, legaverit Bonae Tabellioni, civi Bononiensi, exhibeant. | tome III 322 | 2010 |
| » » | — | Episcopum Bononiensem mandati praemissi conservatorem deputat. | tome III 323 | 2011 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages | Numéros |
|---|---|---|---|---|
| 1264 juil. 30. | *Orvieto.* | Priori s. Nicolai de Carro super Lidum, Cenomanensis diocesis, mandat ut magistrum Johannem de Carta, clericum, qui Parisius cathedram in artibus meruit ascendere magistralem et diu studuit in utroque jure, in ecclesia s. Salvatoris Blesensis, Carnotensis diocesis, in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. | tome III 324 | 2022 |
| » » | — | Praeposito ecclesiae Harlebecensis, Tornacensis diocesis, mandat ut magistrum Fulconem, canonicum ecclesiae s. Pharaildis, Tornacensis diocesis, recipi faciat in canonicum in ecclesia Harlebecensi eique de praebenda provideat. | tome III 344 | 2132 |
| » » | — | Patriarchae Aquilegensi mandat ut Warachinum de Vultabio, clericum familiarem magistri Gualae, praebendae et quotidianarum distributionum in eadem ecclesia Aquilegensi pacifica faciat possessione gaudere. | tome III 448 | 2675 |
| » 31. | — | Magistro Theoderico, canonico eclesiae Neusensis extra muros Warmacienses, clerico episcopi Warmaciensis, indulget ut Warmaciensis episcopi insistendo servitiis, fructus praebendae cum integritate percipere valeat. | tome III 330 | 2058 |
| » » | — | Nicolao, dicto *de Thesauro*, capellano apostolico, confert « archidiaconatum, canonicatum et prebendam cum domibus ac juribus omnibus et pertinentiis vacantes ad presens in Fammagustana ecclesia per mortem quondam Johannis, archidiaconi Fammagustani, nuper apud sedem apostolicam decedentis. » | tome III 454 | 2710 |
| » » | — | Priori domus militae Templi et cantori Nicosiensi praedictae committit collationis executionem. | tome III 454 | 2711 |
| août 1. | — | Ut per totam Hispaniam, sicut alii metropolitani, crucem dominicam deferri faciat indulget R., archiepiscopo Ispalensi. | 332 | 700 |
| 1264 août 1. | *Orvieto.* | Aculeum, camerarium prioratus s. Saturnini de Portu, Uticensis diocesis, in abbatem monasterio Lesatensis, Cluniacensis ordinis, Tolosanae diocesis praeficit, loco Geraldi ad regimen monasterii Sancti Johannis Angeliacensis, Xanctonensis diocesis, translati. In e. m. priori et conventui monasterii Lesatensis, Cluniacensis ordinis, Tolosanae diocesis. | 333 | 704 |
| » 3. | — | Abbati s. Genovefae Parisiensis et Percivallo de Lavania, canonico Baiocensi, capellano apostolico, mandat ut, Bardo quondam Lamberti Frascobaldi, cive et mercatore Florentino, facturo et curaturo quod Jacobus, frater suus, filius dicti Lamberti, Coppus Joseppi, Corbolinus Bencii, sui socii, Melliorellus Allioni, Raynerius Joseppi, Bardus Jacobi de Bruna, Ristorinus Spilliati, Michael Johannis, Corsinus Lotherii Burgi, Jacobus Arnaldi, Jacobus Amadoris, Andreas Gerardi, Schiatta Raynerii Jamboni, disciputi sui, cives et mercatores Florentini, ad ecclesiae mandata redibunt, eosdem Florentinos cives et mercatores, in Galliae partibus commorantes, recepto prius ab eis juramento de parendo mandatis ecclesiae, a sententiis excommunicationis absolvat. | 332 | 701 |
| » » | — | Johanni, dicto *Kevillete*, perpetuam capellaniam s. Mariae de Gauchi, Noviomensis diocesis, a G., tituli s. Marci presbytero cardinali, collatam, confirmat. | tome III 89 | 1101 |
| » » | — | Decanum ecclesiae Lensensis, Atrebatensis diocesis, et scolasticum Atrebatensem praedictae collationis executores constuit. | tome III 89 | 1102 |
| » » | — | Sententiam qua Lesatensis abbas praepositum ecclesiae s. Servatii Trajectensis in quadraginta marcis Leodiensibus magistro Tho- | tome III 91 | 1107 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | mae de Trajecto, nepoti Hawidis, reclusae s. Remacli juxta Leodium condemnavit, eidemque Thomae praebendam quamprimo vacaturam in ecclesia s. Servatii Trajectensis, Leodiensis diocesis, reservavit, confirmat. | | |
| 1264 aout 3. | *Orvieto.* | Priorem Insulae-b.-Mariae et decanum ecclesiae s. Pauli Leodiensis praedictae sententiae executores constituit. | tome III 94 | 1108 |
| » 4. | — | Bernardo Carazuto diacono et fratri Afrano, de ordine Praedicatorum, Neapolitanis, mandat cassam et irritam nuntient electionem abbatissae monasterii s. Patriciae Neapolitanae. | 331 | 697 |
| » » | — | Magistro Dalfinati de Neapoli mandat quatenus monasterio s. Patriciae Neapolitanae de aliqua abbatissa idonea de gremio ipsius monasterii vel aliunde provideat. | 331 | 698 |
| » » | — | Episcopo Suessionensi mandat ut Johannem presbyterum, rectorem ecclesiae de Fara, Suessionensis diocesis, in Suessionensi ecclesia in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. | tome III 320 | 1995 |
| » » | — | Privilegium de beneficiis conferendis quatuor clericis episcopi Lemovicensis obsequiis insistentibus. | tome III 466 | 2778 |
| » 5. | — | Episcopum Bononiensem hortatur inducat Bononienses ut, infra octo dies, villas Medicinae et Argelatae magistro Heliae Peleti, nomine ecclesiae Romanae, restituant, sub pœna excommunicationis. | 423 | 873 |
| » » | — | Scolastico ecclesiae s. Pauli Leodiensis mandat ut exnunc Renerum de Malre presbyterum, perpetuum capellanum in ecclesia de Antwerpia, consanguineum Egidii de Winegtem, capellani apostolici, capellaniam resignare paratum, in eadem de Antwerpia ecclesia in canonicum recipi faciat. | tome III 323 | 2012 |
| 1264 août 5. | *Orvieto.* — | Magistro Petro Romani, capellano apostolico, canonico Baiocensi, indulget, obtentu magistri Adenulfi, capellani apostolici, ut praeter praebendas quas in Baiocensi et Abrincensi ecclesiis obtinet, unicum aliud ecclesiasticum beneficium recipere et retinere valeat. | tome III 323 | 2014 |
| » » | — | Archidiacono de Saladina, cantori Legionensi, mandat ut Petrum Petri, clericum chori ecclesiae Compostellanae, in eadem ecclesia in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. | tome III 325 | 2025 |
| » » | — | Episcopo Legionensi indulget ut Pelagio Petri et Johanni Guilelmi, portionariis ecclesiae Legionensis, ipsius commensalibus, unam de canoniis et praebendis ejusdem ecclesiae conferre valeat. | tome III 329 | 2045 |
| » 6. | — | M., s. Mariae in Porticu diacono cardinali, mandat ut lites judicio terminet exortas inter Spoletanos et dominos de Arrone et de Castro Lacus, Spoletanisque restituat castrum Peroculi. | 427 | 879 |
| » » | — | Johanni Martini, clerico Ulixbonensis episcopi portionem in ecclesia s. Mariae de Sintria, Ulixbonensis diocesis, a Gottifredo, s. Georgii ad Velum Aureum diacono cardinali, collatam, confirmat. | tome III 90 | 1105 |
| » » | — | Fernandum Menendi et Johannem Alvari, canonicos Ulixbonenses, praedictae collationis executores constituit. | tome III 91 | 1106 |
| » » | — | Episcopo Regino mandat ut magistrum Bartholomaeum de Regio, praepositum secularis ecclesiae de Castellarana, Reginae diocesis, ac Hugonem, rectorem domus Pontis de Yrberia, ejusdem diocesis, praeposituram, ad electionem capituli ejusdem loci spectantem, et rectoriam ad invicem permutare faciat. | tome III 322 | 2003 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages | Numéros |
| --- | --- | --- | --- | --- |
| 1264 août 6. | *Orvieto.* — | Archiepiscopo Bituricensi mandat ut Stephanum presbyterum, rectorem ecclesiae s. Boniti Bituricensis, et Stephanum de Albigniaco presbyterum, canonicum ecclesiae de Magduno, rectoriam et canonicatum cum praebenda ad invicem permutare faciat. | tome III 323 | 2017 |
| » » | — | Episcopo Narniensi mandat ut Berardum, clericum, natum quondam Angeli, militis Narniensis, nullum adhuc beneficium assecutum, obtentu A., basilicae duodecim apostolorum presbyteri cardinalis, in ecclesia Narniensi in canonicum recipi faciat. | tome III 455 | 2715 |
| Août 7. | — | Petro, nato Johannis Truet, de Castro-Theoderici, Suessionensis diocesis, ecclesiam de Vadis-Aponiz, a G., tituli s. Marci presbytero cardinali, collatam, confirmat. | tome III 90 | 1103 |
| » » | — | Archidiaconum in Bria in ecclesia Suessionensi et decanum ecclesiae Rosetensis, Laudunensis diocesis, collationis in favorem Johannis Truet editae executores constituit. | tome III 90 | 1104 |
| Août 8. | — | Praeposito ecclesiae s. Dionysii Remensis executionem committit concordiae inter Johannem de Almonseis et magistrum Theobaldum, decanum ecclesiae s. Dionysii Leodiensis, initae, quatenus dictum Johannem contingit. | tome III 319 | 1993 |
| » » | — | Episcopo Parisiensi mandat decernat abbatem et conventum monasterii Fontis Johannis, Cisterciensis ordinis, Senonensis diocesis, de debitis certis mercatoribus Senensibus non teneri, nisi iidem mercatores, coram eodem episcopo comparentes, probaverint easdem summas in utilitatem ejusdem monasterii conversas fuisse. | tome III 319 | 1994 |
| » » | — | Episcopo Nivernensi indulget ut Reginaldum de Mareiis, clericum ipsius consanguineum, in Nivernensi ecclesia in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. | tome III 325 | 2027 |
| 1264 août 9. | *Orvieto.* — | Gualterum, abbatem s. Michaelis, Virdunensis diocesis, de excessibus suis arguit. | 331 | 699 |
| » » | — | Mathaeo, s. Mariae in Porticu diacono, rectoriam Patrimonii b. Petri in Tuscia committit. | 425 | 875 |
| » » | — | Universis episcopis, abbatibus, prioribus, praepositis, archidiaconis, plebanis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum praelatis et clericis, fratribus quoque domorum Militiae Templi et Hospitalium s. Johannis et s. Mariae Theutonicorum Jerosolimitanorum, ceterisque religiosis, exemptis et non exemptis, per Tusciam et Patrimonium beati Petri in Tuscia constitutis, mandat quatenus praedictum cardinalem, tanquam rectorem Patrimonii b. Petri in Tuscia, recipiant honorifice ejusque monitis pareant et intendant. In e. m. universis comitibus et baronibus necnon potestatibus, capitaneis et consiliis civitatum, castrorum aliorumque locorum per Patrimonium b. Petri in Tuscia constitutis, fidelibus ecclesiae. | 425 | 876 |
| » 9. | — | Rectoriam et legationem M. diacono cardinali s. Mariae in Porticu, in Patrimonio b. Petri in Tuscia, in civitatibus Tudertina, Narniensi, Reatina et Interamnensi committit. | 426 | 877 |
| » » | — | Potestati, capitaneo, consilio et communi Tudertinis mandat quatenus praedicto eorum rectori obediant et intendant. In e. m. potestati, consilio et communi Reatinis, fidelibus ecclesiae. In e. m. potestati, consilio et communi Narniensibus, fidelibus ecclesiae. In e. m. potestati, consilio et communi Interamnensibus, fidelibus ecclesiae. | 427 | 878 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1264 août 9. | *Orvieto.* — | Magistro Willelmo de Castro Nantonis, canonico ecclesiae s. Aniani Aurelianensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, obtentu Johannis de Curtiniaco, cujus clericus existit, indulget ut per biennium, apud curiam Romanam moram trahens, praebendae s. Aniani fructus cum integritate percipere valeat. | tome III 323 | 2015 |
| » » | — | Priorem s. Juliani Pauperis Parisiensis praedictae indulgentiae conservatorem deputat. | tome III 323 | 2016 |
| » » | — | Receptiones omnium praebendas in ecclesia Lyriacensi exspectantium revocat. | tome III 326 | 2034 |
| » » | — | Episcopum Autisiodorensem praedictae revocationis executorem deputat. | tome III 326 | 2035 |
| » » | — | Archidiacono de Almazan in ecclesia Seguntina, ad preces ecclesiae Toletanae capituli, mandat ut magistro Hermando, Toletano canonico, de praestimoniis provideat. | tome III 328 | 2040 |
| » » | — | Martino Vincentii, canonico Salamantino, mandat ut Petro Munionis, canonico ecclesiae Toletanae, in eadem ecclesia de praestimoniis provideat. | tome III 329 | 2049 |
| » » | — | Archiepiscopo Bracharensi mandat ut Johannem subdiaconum, dictum *Monachum*, Compostellanae dioecesis, ab abbate et conventu monasterii s. Martini de Fos, ordinis s. Benedicti, in monachum recipi faciat, juxta priorum continentiam litterarum. | tome III 450 | 2680 |
| » » | — | Obtentu regis Navarrae, episcopo Calaguritano facultatem concedit recipiendi et faciendi recipi duos clericos suos ad hoc ydoneos in ecclesia Calagurritana in canonicos et in fratres. | tome III 454 | 2709 |
| Août 11. | — | Institutio festi Corporis Christi | 423 | 874 |
| » » | — | Prorogatio termini peremptorii Pandulpho de Alatro praefixi. | 428 | 882 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1264 août 11. | *Orvieto.* — | Petro, magistro scolarum ecclesiae Zamorensis, subdiacono et capellano apostolico, nepoti magistri Stephani, capellani apostolici, nepotis bonae memoriae E., ss. Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, indulget ut cum magisterio scolarum Zamorensi personatum vel dignitatem aut praebendam in ecclesia Salamantina recipere et retinere valeat. | tome III 329 | 2046 |
| » » | — | Magistro Adae presbitero, rectori ecclesiae de Curcellis, Atrebatensis diocesis, indulget ut, citatus ad curiam ab episcopo Atrebatensi, in causa inter O., s. Adriani diaconum cardinalem, et capitulum Remensis ecclesiae vertente, pro anno praesenti fructus ecclesiae in absentia percipere valeat. | tome III 335 | 2085 |
| » » | — | Praepositum ecclesia s. Gaugerici Cameracensis praedictae indulgentiae deputat conservatorem. | tome III 335 | 2086 |
| » » | — | Decano et capitulo s. Symphoriani Remensis mandat ut non solum a molestiis super residentia personali facienda et ordinibus suscipiendis a magistro Synitio, subdiacono apostolico, camerae apostolicae clerico, omnino desistant, sed etiam eidem magistro de domibus congruis cedentis vel decedentis canonici quamcito provideant. | tome III 454 | 2712 |
| » » | — | Officiali majoris archidiaconi Remensis et magistro canonico Cathalaunensi executionem committit praedicti negotii. | 455 | 2713 |
| » 12. | — | Fratri Raymundo, Ordinis Militiae Templi, mandat quatenus de castro Peroculi faciat quicquid videbitur M., diacono cardinali s. Mariae in Porticu. | tome III 427 | 880 |
| » » | — | Abbati de Liskes, Praemonstratensis ordinis, Morinensis diocesis, mandat provideat ecclesiis | tome III 328 | 2038 |

Pages. Numéros.

vacantibus diocesis Morinensis, ad collationem episcopi spectantibus, sede vacante, de personis idoneis.

tome III

1264 août 12. Orvieto. De bonis ecclesiae Toletanae ad ejus mensam revocandis. | 329 | 2048

» 13. — Conradum, ducem Sueviae, hortatur dei operam ut Theutonici a persecutione ecclesiae desistant. | 427 | 881

tome III

» » — Magistro Raynerio de Passiaco, canonico Remensi, capellano apostolico, canonicatum Laudunensis ecclesiae confert. | 326 | 2031

tome III

» » — Abbatem s. Dionysii et officialem archidiaconi Remensis praedictae collationis executores députat. | 326 | 2032

tome III

» » — Abbati Novi-Castri, Cisterciensis ordinis, Argentinensis diocesis, mandat ut Nicolao, pauperi clerico Warmaciensi, de aliquo beneficio, ad collationem decani et capituli ecclesiae Cellensis, Maguntinae diocesis, provideat. | 330 | 2056

tome III

» » — Archidiacono de Guadalfarana in ecclesia Toletana mandat ut bona ejusdem ecclesiae, tunc pastore carentis, ab illicitis detentoribus ad ipsius mensam revocet. | 328 | 2039

tome III

» » — Magistro Johanni de Guarcino canonico Alatrino, scriptori et familiari apostolico, capellano A., tituli s. Praxedis presbyteri cardinalis, canonicatum confert quem Godefridus de Blangisel in ecclesia s. Mariae de Castello, Morinensis diocesis, resignavit, cum praebenda quae eidem Godefrido, ratione ejusdem canonicatus, debebatur. | 455 | 2716

tome III

» » — De certa pecuniarum quantitate Alfonso, comiti Pictavensi ac Tholosano, se ad succursum Terrae Sanctae accingenti, exhibenda. | 350 | 2173

tome III

» » — Eidem mandat ut ad proximum passagium proroget terminum quo crucesignati, sub pœna excommunicationis, in Terrae Sanctae succursum profiscici debent. | 351 | 2174

tome III

1264 août 14. Orvieto. Archidiacono de Estensi in ecclesia Cathalaunensi mandat ut Garnetum, rectorem ecclesiae de Curialimonte, Cathalaunensis diocesis, germanum Johannis de Poiz, familiaris apostolici, in ecclesia s. Mariae de Vallibus, ejusdem diocesis, in canonicum recipi faciat. | 458 | 2726

tome III

» 15. — Sigaloni presbytero, rectori ecclesiae de Tois, Ambianensis diocesis, canonicatum et praebendam ecclesiae Ambianensis confert. | 336 | 2088

tome III

» » — Abbati s. Johannis Angeliacensis, Xanctonensis diocesis, mandat ut ecclesiam s. Johannis de Heremo, Tholosanae diocesis, ad collationem abbatis Castrensis, ordinis s. Benedicti, Albiensis diocesis, spectantem, vacantem per mortem in curia magistri Bernardi, archidiaconi Veteris-Moresii in ecclesia Tholosana, Arnaldo Brandicii de Avinione, clerico ejusdem diocesis, germano Raymundi Ysarni, ostiarii apostolici, conferat et assignet. | 338 | 2097

tome III

» » — Alardo de Horst, subdiacono Trajectensis diocesis, ordinem Praemonstratensem professo, indulget ut ad ordinem Hospitalis s. Mariae Teutonicorum se transferre valeat. | 342 | 2118

» » — Episcopo Herbipolensi mandat ut Fridericum de Husen, presbyterum fratrem hospitalis s. Mariae Theutonicorum, Culmensi ecclesiae praeficiat in episcopum. | 336 | 711

tome III

» » — Officiali Parisiensi mandat ut Guerino clerico, nato Thomae dicti *Comitis*, civis Remensis, canonicatum et praebendam in ecclesia s. Timothei Remensis, vacantes per resignationem Johannis dicti *Gorions*, canonici Remensis, assignet. | 325 | 2024

tome III

» 17. — Episcopo Herbipolensi mandat ut Johanni, clerico et notario fra- | 330 | 2051

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | tris A., magistri Hospitalis s. Mariae Theutonicorum, de aliquo beneficio, ad cujuscumque collationem spectante, in Herbipolensi diocesi provideat. | | |
| 1264 août 17. | Orvieto. | Episcopo Leodiensi, ad ipsius episcopi instantiam, mandat ut Egidio de Ultramosam, clerico Leodiensi, de aliquo ecclesiastico beneficio, ad cujuscumque collationem spectante, provideat. | tome III 334 | 2079 |
| » » | — | S., tituli s. Ceciliae presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, negotium committit distributionum quotidianarum in ecclesia s. Hilarii Pictavensis instituendarum. | tome III 337 | 2090 |
| » » | — | Archipresbytero Yporiensi et praeposito ecclesiae Clerascensis, Yporiensis diocesis, mandat ut Ubertum, clericum, germanum nobilis viri Oddonis de Valperga comitis, nepotis U., s. Eustachii diaconi cardinalis, ejusdem cardinalis intuitu, in ecclesia Vercellensi in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciant. | tome III 339 | 2101 |
| » » | — | Magistro Odoni Capoci, archidiacono Cameracensi, capellano apostolico, mandat ut magistro Petro de Screia, scriptori apostolico, capellano J., s. Mariae in Cosmidin diaconi cardinalis, ecclesiam ruralem s. Firminae de Luciano, Ameliensis diocesis, conferat. | tome III 343 | 2125 |
| » » | — | Alfonso, Tholosae ac Pictaviae comiti, indulget ut ipsius terrae Burdegalensis provinciae ecclesiastico supponi interdicto minime valeant, ratione statuti quo terrae, in quibus res ecclesiasticae raptae sunt, interdicto supponuntur. | tome III 351 | 2175 |
| » » | — | Alfonso, Pictavensi et Tholosano comiti, indulget ut gratiarum ipsi a sede apostolica concessarum executores et conservatores ultra tertiam vel quartam dietam in judicium trahi nequeant. | tome III 351 | 2176 |
| 1264 août 18. | Orvieto. | Praepositum et magistrum Raynaldum, dictum *Romanum*, canonicum ecclesiae s. Audomari, Morinensis diocesis, collationis nº 2716 signatae deputat executores. | tome III 456 | 2717 |
| » 19. | — | Abbati s. Cornelii Compendiensis, Suessionensis diocesis, mandat ut Sagalonem presbyterum, rectorem ecclesiae de Tois, Ambianensis diocesis, in canonicum ecclesiae Ambianensis recipi faciat eique de praebenda provideat. | tome III 337 | 2089 |
| » » | — | Priori s. Amatoris Autisiodorensis mandat ut magistrum Erardum de Lesignies, capellanum apostolicum, canonicum Autisiodorensem, episcopi Autisiodorensis nepotem, in ecclesia Senonensi in canonicum recipi faciat, dummodo ad id archiepiscopi Senonensis assensus accedat. | tome III 455 | 2741 |
| » » | — | Guillelmo Pampilonensi, capellano G., tituli s. Marci presbyteri cardinalis, canonicatum ecclesiae Pampilonensis confert. | tome III 340 | 2107 |
| » 20. | — | Archidiaconum de Ripasili in ecclesia Astoricensi praedictae collationis executorem deputat. | tome III 340 | 2108 |
| » » | — | Episcopo Leodiensi indulget ut duos clericos in duabus ecclesiis, cathedrali excepta, in canonicos recipi faciat eisque de praebendis provideat. | tome III 333 | 2073 |
| » 21. | — | Concordiam a Simone, tituli s. Ceciliae presbytero cardinali, prolatam in lite inter episcopum Cameracensem et Beatricem, comitissam Sabaudiae, exorta, confirmat. | tome III 100 | 1113 |
| » » | — | Abbati de Pelys, priori provinciali fratrum Praedicatorum in Hungaria et custodi ecclesiae Albensis mandat faciant ut An- | tome III 330 | 2052 |

Pages. Numéros.

dreae, praeposito s. Johannis, Trystayn cantori et Gregorio canonico Quinqueecclesiensibus, quibus inquisitio facienda super diversis criminibus contra Job, Quinqueecclesiensem episcopum, commissa sit, ad prosequendum hoc negotium, de bonis episcopalibus Quinqueecclesiensis ecclesiae expensae ministrentur necessariae.

1264 août 21. Orvieto. — Episcopo Leodiensi mandat ut Egidio de Alost, pauperi clerico familiari magistri Reneri, scolastici Tungrensis, Leodiensis diocesis, de aliquo ecclesiastico beneficio, ad cujuscumque collationem spectante, in eadem diocesi provideat. tome III | 332 | 2068

» » — Episcopo et capitulo Cordubensibus mandat ut Mathaeum clericum, scriptorem A., regis Castellae, ejusdem regis obtentu, in canonicum recipiant. tome III | 339 | 2100

» » — Episcopo Peruvino mandat ut plebem sanctorum Fabiani et Sebastiani, Perusinae diocesis, conferat Venturae, clerico Perusino, fratri Pauli, ostiarii apostolici. tome III | 456 | 2719

» 23. — De solutione obventionum, legatorum et relictorum Terrae Sanctae subsidio deputandorum. tome III | 335 | 710

» » — Magistro Claudio, fratri cancellarii Urbis, capellano apostolico, canonico Ambianensi, indulget ut fructus praebendae Ambianensis, dum papae servitiis institerit, in absentia cum integritate percipere valeat. tome III | 332 | 2065

» » — Magistros Nicolaum de Senis Parisiensis et Nicolao de Terracina Brugensis, Tornacensis diocesis, ecclesiarum canonicos, capellanos apostolicos, praedictae indulgentiae constituit conservatores. tome III | 332 | 2066

» » — Magistro Johanni, decano Lucensi, capellano apostolico, mandat ut Petrum, dictum *Moy*, clericum et alumnum A., in Romanorum regem electi, Castellae ac Legionis regis, in ecclesia Auriensi in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. tome III | 333 | 2076

1264 août 23. Orvieto. — Magistro Stephano, archidiacono Gadicensi in ecclesia Ispalensi, mandat ut Sanctium Dominici, clericum regis Castellae, in ecclesia Palentina in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. tome III | 333 | 2077

» » — Magistro Johanni, capellano apostolico, archidiacono de Tra(n)stamar in ecclesia Compostellana, regis Castellae ac Legionis notario, indulget ut praeter beneficia quae obtinet, aliud ecclesiasticum beneficium obtinere valeat. tome III | 334 | 2080

» » — Archidiacono de Ripasili in ecclesia Astoricensi mandat ut, obtentu magistri Johannis, capellani apostolici, archidiaconi de Transtamar in ecclesia Compostellana, regis Castellae notarii, Roderico Roderici, canonico Auriensi, ejusdem Johannis familiari, de aliquo personatu vel dignitate cum praestimoniis in eadem Auriensi ecclesia, magisterio scolarum et thesauraria duntaxat exceptis, provideat. tome III | 335 | 2080

» » — Juliano, canonico ecclesiae Tungrensis, Leodiensis diocesis, nepoti Johannis ostiarii capellae apostolicae, indulget ut in assecutione praebendae in eadem ecclesia Godefrido de Trajecto praeferri debeat. tome III | 339 | 2098

» » — Magistro Valentino, diacono Strigoniensi, indulget ut, defectu natalium ejus non obstante, in susceptis ministrare ordinibus ac beneficium obtinere valeat. tome III | 339 | 2102

» » — Dispensatio super defectu natalium conceditur Petro Martini, canonico Ovetensi, clerico et camerario magistri Johannis, ar- tome III | 458 | 2729

Pages. Numéros.

chidiaconi Compostellani, de subdiacono genito et soluta. tome III

1264 août 21. *Orvieto.* — Magistro Odoni de s. Dyonisio, canonico Parisiensi, donationem sibi, quoad vixerit, domus de Mortuo-Mari, Cicestrensis diocesis, a priore et conventu prioratus Lewensis, Cluniacensis ordinis, factam et ab Innocentio papa IIII confirmatam, denuo confirmat. | 330 | 2055

tome III

» » — Johannem, dictum *Scodeal*, s. Crucis Leodiensis, et Ludowicum Hoyensis, Leodiensis diocesis, ecclesiarum canonicos praedicti indulti conservatores deputat. | 339 | 2099

tome III

» 25. — Episcopo Londoniensi mandat nuntiet excommunicatos priorem de Lentone et Thomam de Raley, Eboracencis diocesis. | 118 | 1131

tome III

» » — Abbati de Insula, Vulteranae diocesis, mandat ut Uguicioni clerico, nato Sarraceni de Strova, obtentu Radulfi de Podiobonizi, notarii et nuntii A., regis Castellae, de aliquo plebanatu vel ecclesia seu alio beneficio in diocesi Senensi vel Vulterana provideat. | 334 | 2078

tome III

» » — Archidiacono de Trivinno in ecclesia Burgensi mandat ut Alfonsum Johannis scolarem, nepotem Johannis, archidiaconi de Transtamar in ecclesia Compostellana, ascribi clericali militiae cupientem, in ecclesia Segobiensi in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. | 335 | 2082

tome III

» » — Archidiacono de Trivinno in ecclesia Burgensi mandat ut Johanni, capellano apostolico, archidiacono de Translamar in ecclesia Compostellana, de aliqua dignitate vel personatu in ecclesia Legionensi provideat. | 337 | 2093

tome III

» » — Episcopo Parisiensis, ad preces Alfonsi, comitis Pictavensis, mandat ut magistrum Petrum de Perona, clericum ejusdem comitis, quondam medicum, e carcerali custodia relaxet, in aliquo monasterio habitum religionis assumpturum seu ad partes transmarinas profecturum. | 352 | 2179

tome III

1264 août 25. *Orvieto.* — Guillelmo, dicto *Jotinet*, laico, barberio suo, quamdam domum sitam in civitate Trecensi, eidem Guillelmo a Milone, abbate monasterii s. Lupi Trecensis, collatam, confirmat. | 345 | 2141

tome III

» » — Episcopo Imolensi mandat inhibeat potestati, ancianis et consulibus Bononiensibus quominus Johannem de Vercellis, subdiaconum apostolicum, canonicum Belvacensem, Bononiae commorantem, occasione necis quondam Nicolai Bonigerardi a Nigro Guasconis patratae, extra curam et protectionem potestatis et communis Bononiensium ponant. | 456 | 2718

» » — Processum de imperio Romano inter Alphonsum, regem Castellae et Riccardum, comitem Cornubiae, litigato, ad annum a festo b. Andreae apostoli computandum, prorogat. | 336 | 712

tome III

» » — Episcopo Xanctonensi mandat absolvat dominam de Tertio a juramento quo viro quondam suo Johanni de Nantolio, promisit se, pro suae vel parentum suorum animarum salute, ultra valorem decem librarum pictavensium in redditibus et centum libras in pecuniam non erogaturam esse. | 333 | 2075

tome III

» — Capitulo ecclesiae b. Mariae Magdalenae Bisuntinae indulget ut, obtentu A., tituli s. Praxedis presbyteri cardinalis, magistrum Hugonem, clericum Bisuntinum officialem Laudunensem, juris civilis professorem, in canonicum recipere valeant. | 338 | 2095

tome III

« » — Archidiaconatum Lantarensem in ecclesia Tholosana vacantem, apostolicae donationi reservat. | 338 | 20

tome III

» » — Episcopo Pictavensi mandat ut canonicatum et praebendam ec- | 352 | 2178

Pages. Numéros.

clesiae s. Radegundis, vacantes per resignationem Guizardi, clerici et nuntii Alfonsi, Pictavensis et Tholosani comitis, uni clerico ejusdem comitis quem idem Alfonsus nominaverit, conferat.

1264 août 25. Orvieto. — Archidiacono de Transtamar in ecclesia Compostellana mandat ut, obtentu Johannis de Tudino, nuntii et familiaris regis Castellae ac Legionis, Fernando Martini, clerico Compostellano, de aliquo ecclesiastico beneficio competenti provideat. tome III | 458 | 2728

» 27. — Magistro Petro de Lata-Petra, canonico Lemovicensi, mandat ut Petrum Fulcaudi, pauperem clericum Pictavensis diocesis, obtentu Gaufridi de Doe, militis Alfonsi Pictavensis et Tholosani comitis, in ecclesia s. Mariae Castri-Ayraudi, dictae diocesis, in canonicum recipi faciat cum praebenda. tome III | 333 | 2074

» » — Praeposito ecclesiae s. Martini Leodiensis mandat ut Theoderico presbytero, nepoti Guillelmi de Cuppa, ostiarii apostolici, de aliquo beneficio, ad collationem abbatis monasterii s. Maximini Treverensis, ordinis s. Benedicti, spectante, provideat. tome III | 344 | 2136

» » — De certis pecuniarum summis Alfonso, Pictaviae ac Tholosano comiti, crucesignato, exhibendis. tome III | 351 | 2177

» 28. — Episcopo Constantiensi committit officium vist ationis et reformationis in monasterio Burchaugensi. | 338 | 713

» » — Episcopo Cameracensi mandat ut Nicolaum presbyterum rectoriam ecclesiae de Zaritflice, Cameracensis diocesis, et Andream perpetuam capellaniam ecclesiae b. Walburgis Antwerpiensis ad invicem commutare permittat. | 342 | 2119

» » — Praeposito ecclesiae de Brebia, Mediolanensis diocesis, mandat ut Balducium de Legedimo, clericum Mediolenensis diocesis, familiarem magistri Gualae, notarii apostolici, in aliqua ecclesiarum Mediolanensis diocesis in canonicum vel clericum recipi faciat eique de praebendali beneficio provideat. tome III | 343 | 2124

1264 août 28. Orvieto. — Episcopo Valentino indulget ut, redditibus ecclesiae Valentinae augmentatis existentibus, ecclesiam de Gandia, ipsius mensae unitam, ab ea separare et personae idoneae conferre valeat. tome III | 343 | 2129

» » — Priori de Albalaco, canonico ecclesiae Valentinae, indulget ut praeter ecclesiam de Muro-Veteri, Valentinae diocesis, praebendam quae ipsi debetur in eadem Valentina ecclesia, recipere et retinere valeat. tome III | 343 | 2130

» — Abbati Belleperticae, Cisterciensis ordinis, Tolosanae diocesis, et magistro Arnaldo Gauselini juris civilis professori, canonico Vasatensi, mandat ut Arnaldum de Naganzia, clericum Agennensis diocesis, in ecclesia Agennensi in canonicum, sub exspectatione praebendae, recipi faciat. tome III | 459 | 2731

» 29. — Mandat ut Guillelmo Rudilossi, clerico Urbevetano, familiari magistri Abbaiamontis de Sublacu, scriptoris apostolici, obtentu ejusdem scriptoris, de canonicatu et praebenda in civitate et diocesi Urbevetana provideatur. tome III | 442 | 2639

» » — Majoris et s. Salvatoris ecclesiarum Metensium decanis mandat compellant Kymerum, presbyterum s. Gorgonii Metensis, ad exhibendum Berwardo, canonico ecclesiae s. Petri Argentinensis, certam pecuniae summam eidem canonico debitam. tome III | 459 | 2733

» 30. — Archidiacono Uticensi, capellano apostolico, mandat ut ecclesiam s. Pastoris, Nemausensis diocesis, Bertranno de Birtono, pau- tome III | 339 | 2105

| Date | Lieu | Analyse | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | peri clerico Uticensis diocesis, conferat. | | |
| 1264 août 30. | Orvieto. — | Archidiacono Uticensi mandat ut ecclesiam s. Juliani de Monte-Rotundo, Nemausensis diocesis, Pontio de Rotunda, pauperi clerico Uticensis diocesis, conferat. | tome III 339 | 2106 |
| » » | — | Decano ecclesiae s. Gundulae in Bruxella, Cameracensis diocesis, mandat ut Egidio de Wineghem, capellano apostolico, canonico Leodiensi, unam ex septem praeposituris Leodiensis civitatis conferat. | tome III 343 | 2122 |
| » 31. | — | Johanni Johannis, canonico Compostellano, mandat ut Petro Didaci, subdiacono Compostellanae diocesis, qui beneficium adeo tenue obtinet quod unius marcae sterling. valorem annuum non excedit, de aliquo beneficio, ad collationem priorum et conventuum de Sar et de Syania, ejusdem diocesis, spectante, provideat. | tome III 341 | 2116 |
| » » | — | Priori Fuliginati, Perusinae diocesis, mandat compellat Spoletanum episcopum ut Rainaldo clerico de quodam ecclesiastico beneficio provideat. | tome III 344 | 2135 |
| » » | — | Dispensatio quoad pluralitatem beneficiorum magistro Petro, archidiacono Bracharensi, conceditur. | tome III 460 | 2735 |
| sept. 1. | — | Archipresbytero et capitulo ecclesiae de Nesso, Cumanae diocesis, indulget ut duos presbyteros in canonicos recipere valeant. | tome III 341 | 2115 |
| » » | — | Episcopo Noviomensi mandat ut Johanni de Perreto, pauperi clerico Laudunensis diocesis, de aliquo beneficio ad collationem abbatis et conventus s. Bartholomaei Noviomensis, ordinis s. Augustini, spectante, provideat. | tome III 341 | 2117 |
| » » | — | Episcopo Valentino indulget ut unum clericum idoneum in ecclesia Valentina in canonicum sub exspectatione praebendae, recipi faciat. | tome III 343 | 2123 |
| 1264 sept. 1. | Orvieto. — | Magistro Petro Merle, canonico ecclesiae s. Hilarii Pictavensis, indulget ut per triennium theologicae facultatis studio immorans, fructus praebendae cum integritate percipere valeat. | tome III 343 | 2126 |
| » » | — | Eidem indulget ut tempus quo ad curiam venerit et moram fecerit cum episcopo Lem (*sic*), cujus clericus commensalis existit, in residentia quam in ecclesia s. Hilarii facere tenetur, computetur. | tome III 343 | 2127 |
| » » | — | Priori de Chaslario, Petragoricensis diocesis, mandat ut Gerardo Filioli, clerico Petragoricensis diocesis, de aliquo ecclesiastico beneficio, ad collationem Petragoricensis episcopi spectante, provideat. | tome III 345 | 2140 |
| » » | — | Decano ecclesiae Embicensis, Maguntinae diocesis, mandat ut Bernardum de Rostorp, clericum Maguntinae diocesis, nullum adhuc beneficium assecutum, in ecclesia Mindensi in canonicum recipi faciat. | tome III 346 | 2142 |
| « » | — | Praeposito ecclesiae Insulensis, Tornacensis diocesis, et obedientiario s. Justi Lugdunensis mandat ut Azonem de Maximiaco, clericum consanguineum Guichardi, clerici commensalis Alfonsi, Pictavensis comitis, ejusdem Guichardi consideratione, in ecclesia s. Pauli Lugdunensis in canonicum recipi faciant eique de praebenda provideant. | tome III 352 | 2180 |
| » » | — | Alfonsi, Pictaviae ac Tholosae comitis, precibus, illis quos, ad procuranda sua negotia, in Terrae Sanctae subsidium proficiscens, in comitatibus et terris suis ipse comes duxerit dimittendos, si crucesignati fuerint et alias essent transituri in ejusdem Terrae succursum et de bonis congrue mis- | tome III 352 | 2181 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | suri sint in subsidium dictae terrae, illam concedit suorum veniam peccatorum quae succurrentibus dictae Terrae in generali concilio est concessa. | | |
| 1264 sept. 1. | *Orvieto.* — | Magistro Johanni, dicto *Baccerio*, archidiacono Baiocensi, mandat ut Nicolao Sotin, clerico et procuratori magistri Pauli de s. Helya, thesaurarii Baiocensis, rectori parrochialis ecclesiae s. Albini-super-Aigot, Lexoviensis diocesis, cujus redditus valorem viginti librarum turonensium non excedunt, eamdem ecclesiam in pinguiorem commutet. | tome III 458 | 2727 |
| » » | — | Episcopo Virdunensi mandat ut Symoni de Antella, presbytero pauperi Virdunensis diocesis, de aliquo beneficio ecclesiastico provideat ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Mauritii de Belloloco, ordinis s. Benedicti, ejusdem diocesis, spectante. | tome III 459 | 2732 |
| » » | — | Magistro Stephano, subdiacono et capellano apostolico, archidiacono Wratislaviensi, confert canonicatum et praebendam in ecclesia Cracoviensi. | tome III 460 | 2738 |
| » » | — | Decano, et Bartholomao, canonico Olumucensibus mandat ut magistrum Stephanum, subdiaconum et capellanum apostolicum, archidiaconum Wratislaviensem, in ecclesia Cracoviensi in canonicum recipi faciant. | tome III 460 | 2739 |
| » » | — | Archiepiscopo Ravennatensi mandat exhiberi faciat a monasteriis suae ipsius provinciae annuam persionem Johanni Formosi laico, olim cursori apostolico, non obstantibus quibuscumque litteris contrariis. | tome III 461 | 2745 |
| » 6. | — | Gregorio plebano plebis de Marmoracia, Senensis diocesis, mandat ut Adolam, abbatem monasterii de Insula, Vulteranae diocesis, ad audientiam apostolicam citet. | 338 | 714 |
| 1264 sept. 2. | *Orvieto.* — | Archidiacono et magistro Deodato Baros, canonico Caturcensibus, mandat ut Geraldo Buffeti, pauperi clerico Caturcensis diocesis, de quodam ecclesiastico beneficio, ad cujuscumque collationem spectante, provideant. | tome III 340 | 2109 |
| » » | — | Cantori ecclesiae b. Mariae Magdalenae Bisuntinae mandat compellat episcopum et capitulum Lingonenses ad recipiendum in canonicum magistrum Oddonem de Rubeomonte, capellanum G. tituli s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis. | tome III 340 | 2111 |
| » » | — | Archiepiscopo Narbonensi mandat ut redditus ecclesiae de Saviniano, Arelatensis diocesis, sequestret. | tome III 342 | 2121 |
| » » | — | Decano ecclesiae in Limporc, Treverensis diocesis, mandat ut Guarnerum, pauperum clericum de Westerburch, in ecclesia Gemundensi in canonicum recipi faciat eique de praebenda provideat. | tome III 344 | 2131 |
| » » | — | Archiepiscopo Strigoniensi mandat ut in negotio provisionis episcopi Bisinianensis, in sua provincia, ulterius nec procedat nec super ipsa provisione permittat praelatos, collegia vel alias personas monasteriorum et ecclesiarum ejusdem provinciae aliquatenus molestari. | tome III 345 | 2137 |
| » » | — | Priori et capitulo ecclesiae s. Jacobi Colimbriensis indulget ut Jaurium Petri clericum in canonicum recipere valeant. | tome III 345 | 2138 |
| » » | — | Magistro Paulo de Belvaco mandat ut Johanni de Creusa, pauperi clerico Ambianensis diocesis, de aliquo beneficio ecclesiastico provideat, ad collationem abbatis et conventus monasterii de Morolio, ordinis s. Benedicti, Ambianensis diocesis, spectante. | tome III 460 | 2734 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1264 sept. 2. | Orvieto. — | S., tituli s. Ceciliae presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat ut magistro Symoni, dicto *de Parisius*, rectori ecclesiae de Escremevilla Baiocensis diocesis, qui in jure civili alios edocuit et juris canonici disciplinis insistere cupit, ecclesiam resignare parato, de beneficio praebendali in civitate vel diocesi Morinensi ad cujuscumque collationem spectante, provideat. | tome III 462 | 2741 |
| sept. 3 | — | Archiepiscopo Terraconensi, cui jam indulsit ut in Terraconensi ecclesia quinque personas in canonicos recipi faceret, indulget ut quinque alias, de consilio episcopi Ossensis et abbatis monasterii de Populeto, Cisterciensis ordinis, ejusdem diocesis, instituat ibidem ita ut tricennarius numerus a bonae memoriae J., Sabinensi episcopo, tunc in illis partibus apostolicae sedis legato, constitutus, compleatur. | tome III 341 | 2112 |
| » » | — | Episcopo, decano et capitulo Cordubensibus indulget ut Pascasius subdiaconus canonicatum et praebendam qui canonicis ejusdem ecclesiae, qui dicuntur *extravagantes*, dari solent, in alios qui canonicis mansionariis conceduntur, commutare valeat. | tome III 341 | 2113 |
| | — | Priori de Calce Suessionensi mandat ut Johannem presbyterum, rectorem ecclesiae de Cuffies, Suessionensis diocesis, in ecclesia s. Thomae de Crispeio, Silvanectensis diocesis, in canonicum recipi faciat. | tome III 341 | 2114 |
| » » | | Magistrum Adam de Corbolio, clericum, magistro Johanni de Siclinio praeferendum esse declarat in assecutione praebendae in ecclesia Insulensi, Tornacensis diocesis. | tome III 343 | 2128 |
| » » | — | Abbati s. Leodogarii Suessionensis mandat ut Colino de Loiri, pauperi clerico Suessionensis diocesis, conferat aliquod ecclesiasticum beneficium ad collationem decani et capituli ecclesiae Gerboradensis, Belvacensis diocesis, spectans. | tome III 461 | 2742 |
| 1264 sept. 5. | Orvieto. — | Episcopo Grassensi concedit facultatem unum ex clericis suis in ecclesia Grassensi in canonicum recipi faciendi. | tome III 460 | 2740 |
| » | — | Praeposito ecclesiae s. Stephani Aquilegensis mandat ut Johanni, archidiacono Aquilegensi, nepoti patriarchae Aquilegensis, de praebenda in eadem ecclesia quamprimum vacatura, provideat. | tome III 462 | 2746 |
| » » | | Magistro Renero, scolastico ecclesiae Tungrensis, Leodiensis diocesis, mandat compellat episcopum Leodiensem et archidiaconum Campinae in ecclesia Leodiensi ad restituendum Henrico de Othoncurt capellano apostolico, rectori ecclesiae de Boscoducis, Leodiensis diocesis, redditus ejusdem ecclesiae ab ipsis indebite perceptos. | tome III 467 | 2784 |
| » » | | Bernardo de Montepesulano, nepoti episcopi Lemovicensis ejusdem episcopi obtentu, canonicatum in ecclesia Engolismensi confert. | tome III 468 | 2785 |
| » » | | Archidiacono Marchiae in ecclesia Lemovicensi, praedictae committit executionem collationis. | tome III 468 | 2786 |
| » » | | Ecclesias Antipolitanam et de Lobeto mensae Grassensis episcopi applicat. | tome III 469 | 2789 |
| » » | | Episcopo et capitulo Venciensibus mandat ut, obtentu episcopi Grassensis, in canonicum recipiant Petrum Galteri, episcopi Venciensis clericum. | tome III 469 | 2790 |
| » » | | Episcopo et capitulo Grassensibus mandat ut, obtentu episcopi Grassensis, Guillelmum de Canneto clericum, in canonicum recipiant. | tome III 469 | 2791 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1264 sept. 5. | *Orvieto.* — | Praecentori ecclesiae Senecensis mandat ut Tadeo presbytero, capellano episcopi Ostiensis, jam in ecclesia Grassensi, auctoritate litterarum Alexandri papae IIII, in canonicum recepto, de praebenda in eadem ecclesia provideat. | tome III 469 | 2792 |
| » » | — | Praeposito de Aliate, Mediolanensis diocesis, mandat ut magistrum de Canturio, pauperem clericum, in ecclesia s. Uscetii de Galiano, Mediolanensis diocesis, in canonicum recipi faciat. | tome III 470 | 2795 |
| » » | — | Episcopo Grassensi concedit facultatem personis idoneis conferendi beneficia quae in sua diocesi a tanto tempore vacaverint quod ad sedem apostolicam eorum collatio devenerit. | tome III 470 | 2796 |
| » » | — | Johanni Martini, canonico Compostellano, mandat ut Fernando Martini, pauperi clerico Compostellanae diocesis, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, provideat de beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii de Cinis, ordinis s. Benedicti, ejusdem diocesis, spectante. | tome III 470 | 2799 |
| » 6. | — | Episcopo Lingonensi mandat ut Guidoni de Ylant, clerico nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, consideratione Gualcherii de Brecis, canonici Remensis, de aliquo beneficio in Lingonensi civitate vel diocesi provideat. | tome III 468 | 2788 |
| » » | — | Capitulo ecclesiae s. Frontonis Petragoricensis mandat ut Guidonem de Malamorte clericum, consanguineum Lemovicensis episcopi, in canonicum recipiant eique de praebenda provideant. | tome III 469 | 2793 |
| » » | — | Episcopo Lemovicensi mandat ut Heliae Bartholomaci, pauperi subdiacono, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, provideat de aliquo beneficio ad collationem abbatis et conventus monasterii de Regula Lemovicensis, ordinis s. Benedicti, spectante. | tome III 469 | 2794 |
| 1264 sept. 8. | *Orvieto.* — | Manfredo, Veronensi electo, omnia jura quae ecclesia Romana in castro de Carpo ejusque territorio obtinet et quae quondam Bertolinus Tabernerius, civis Parmensis, ab eadem tenebat ecclesia, confert. | 445 | 943 |
| » 8. | — | Episcopo Ferrariensi et magistro Bernardo, canonico Bononiensi, praedictae committit executionem collationis. | 445 | 944 |
| » » | — | Magistris Homodeo de Crema, subdiacono apostolico, et Bartholomaeo de Turano, canonico ecclesiae s. Timothei Remensis, mandat ut nonnullis civibus et mercatoribus Florentinis, quorum nomina expressa habentur, ab ipsorum creditoribus in regnis Franciae, Angliae, Scotiae, Alamanniae, Arelatensi ac partibus Hiberniae, Walliae et Hispaniae, satisfactionem impendi faciant. | 445 | 945 |
| » » | — | Provisionem ecclesiae Veronensis, si per mortem Manfredi, electi Veronensis, ab hostibus ecclesiae Romanae captivitati, vacare contingat, sibi reservat. | 447 | 948 |
| » » | — | Episcopo Paduano mandat quatenus reservationem praedictam in civitate Veronensi et in aliis locis, ubi expedire viderit, publicari faciat. | 447 | 949 |
| » » | — | Johannem de Columpna, potestatem, et Theodorum de Brundusio, judicem Anagninos, declarat a sententiis excommunicationis exemptos quae de his litteris non fecerint mentionem. | 447 | 950 |
| » » | — | Cornetanis inhibet ne aliquem in potestatem vel capitaneum eligant, nisi papae significaverint personam in quam eorum animi dirigantur. | 448 | 951 |
| » » | — | Cinthio Campagnano, capitaneo Cornetano, mandat quatenus praedictam inhibitionem observari faciat. | 448 | 952 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1264 sept. 8. | *Orvieto.* — | Episcopo et sacristae Caesaraugustanis mandat faciant ut Enetus Petri de Roda, canonicus Ilerdensis, nepos fratris Velasci, capellani et pœnitentiarii apostolici, possessione praebendae in ecclesia Ilerdensi pacifica gaudeat, non obstante Ilerdensis episcopi contradictione. | tome III 470 | 2798 |
| » » | — | Priori s. Benigni, Tullensis diocesis, mandat ut Pagano, clerico magistri Guarini, archidiaconi de Jonvilla in ecclesia Cathalaunensi, capellani apostolici, de aliquo beneficio parrochiali vel alio provideat, ad collationem decani et capituli Lingonensium spectante. | 470 | 2800 |
| » » | — | Abbati monasterii s. Severi Urbevetani mandat ut de aliquo beneficio ecclesiastico sine cura in Urbevetana aut Clusina diocesi provideat Bonocomiti, canonico Urbevetano, nepoti Bonocomitis de Monaldis, militis Urbevetani. | tome III 471 | 2805 |
| » 9. | — | Militiam Templi Jerosolimitani a praestatione centesimae pro Terrae Sanctae subsidio deputatae eximit. | 446 | 946 |
| » » | — | Archiepiscopum Tyrensem de exemptione praedicta certiorem facit. | 446 | 947 |
| » » | — | Andreae priori Wintoniensis ecclesiae, indulget ut, cum pro expediendis suis et ecclesiae Wintoniensis negotiis, pro quibus apud sedem apostolicam accessit, eum subire oporteat onera expensarum, contrahere mutuum possit usque ad summam centum librarum sterlingorum. | tome III 468 | 2787 |
| » » | — | Ricardo de Pofis et Petro Saxonis, canonicis Verulanis, mandat ut Johannem Oberti de Guarcino, capellanum J., sanctorum Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, in ecclesia s. Angeli de Guarcino, Alatrinae diocesis, in canonicum recipi faciant. | tome III 470 | 2797 |
| 1264 sept. 11. | *Todi.* — | Petro, rectori ecclesiae de Rivo-Ulmorum, Terraconensis diocesis, obtentu Terraconensis episcopi, indulget ut praeter ecclesiam de Rivo-Ulmorum quam obtinet, unicum aliud beneficium ecclesiasticum sine cura recipere ac libere retinere valeat. | tome III 471 | 2806 |
| » 12 | — | Magistro Gerardo de Linea, capellano apostolico, canonico Cameracensi, confert canonicatum et praebendam in ecclesia Leodiensi vacantes per mortem Johannis de Guiminhiaco qui nuper apud Bononiam dicitur viam universae carnis ingressus. | tome III 470 | 2807 |
| » » | — | Abbati monasterii s. Auberti Cameracensis diocesis, praedictae commitlit collationis executionem. | tome III 470 | 2802 |
| » » | — | Magistro Guillelmo de Corneria, capellano apostolico, canonico Eboracensi, canonicatum et praebendam in ecclesia Saresbiriensi confert. | tome III 471 | 2803 |
| » 13. | — | Episcopo Wintoniensi et abbati Sancti-Albani, Lincolniensis diocesis, praedictae committit executionem collationis. | tome III 471 | 2804 |
| Sans date | — | Regi Franciae suam in pontificem electionem nunciat. | 2 | 2 |
| » » | — | Ministro provinciali ordinis fratrum Minorum in regno Franciae mandat quatenus verbum vivificae Crucis contra Palaeologum in regno Franciae proponi faciat. | 16 | 131 |
| » » | *Orvieto.* | De quodam excambio captivorum provisio. | 243 | 4 |
| » » | — | Symonem de Monteforti hortatur ut Guidonem, episcopum Sabinensem, in regnum Angliae le- | 297 | 585 |

| | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|
| | gatum destinatum, promptis studiis honoret. | | |
| » » — | Obligatio magistri Petri Yspani super recessu suo de curia. | 169 | 353 |
| » » — | Michael Palaeologus, imperator Graecorum, papae suam notam facit voluntatem ecclesiam Orientalem ecclesiae Romanae reducendi. | 356 | 748 |
| | | tome III | |
| » » — | Cancellario et priori s. Antonii Tolosani mandat ut Johanni Lombardi, pauperi clerico Tolosanae diocesis, nullum adhuc beneficium assecuto, de aliquo ecclesiastico beneficio provideat ad collationem abbatis et conventus monasterii s. Antonii de Appamiis, Tolosanae diocesis, spectante. | 462 | 2717 |


# TABLE DES BULLES PUBLIÉES OU ANALYSÉES DANS LES APPENDICES


| | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|
| | | tome IV | |
| Sans date | J., comitem cujus nomen non exprimitur, hortatur ut, pellice abjecta, uxorem legitimam, sororem videlicet regis Armeniae, ejusque ex ea natos filios debita tractet dilectione. | 9 | 2807 |
| | | tome IV | |
| » » | Reginam Cypri hortatur ut ad melioris vitae studia redeat, gravius in eam processurus nisi apostolicis mandatis parere curet. | 9 | 2808 |
| | | tome IV | |
| » » | Populum Florentinum hortatur ne contra Lucanos, ecclesiae Romanae devotos, Senensibus et Pisanis auxilium impendant, gravius in eos processurus si mandatis ecclesiae parere postponant. | 9 | 2809 |
| | | tome IV | |
| » » | Johannis Manselli, thesaurarii Eboracensis, fidelem animum laudibus extollit. | 10 | 2811 |
| | | tome IV | |
| Sans date | Magistro Alberto, notario apostolico, significat se ejus litteras recepisse inter cetera continentes « quod Ludovicus, rex Francorum, verbis procul dubio subdolis aliquorum intendentium ipsum avertere a negotio ad quod cum ipso tractandum te misimus, aures credulitatis inclinans, et eorumdem fingentium Conradinum, nepotem quondam Friderici, olim Romanorum imperatoris, vel si dictus Conradinus, · ut eorum verbis utamur, a suo jure cecidit, nobilem virum Edmundum, regem, natum regis Angliae, per concessionem sedis apostolicae in regno Siciliae jus habere, suggestionibus informatus » licet ad Constantinopolitani subventionem imperii ac Terrae Sanctae subsidium prudenter attendat, tamen dubitet jus invadere alienum. Docet nullam religionis causam in re Sicula subesse. Laudat Alberti industriam serenandi animum Ludovici regis eique mandat ut tractatum cœptum promoveat. | 10 | 2812 |
| | | tome IV | |
| Sans date | Potestati, consilio et communi Sancti-Severini mandat ut ad mandata ecclesiae redeant. | 10 | 2813 |
| | | tome IV | |
| » | Episcopo cuidam, cujus nomen non exprimitur, nunciat | 11 | 2814 |

| | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|
| | quaedam de ipso episcopo sinistra sedi apostolicae insinuata fuisse. | | |
| Sans date | Principem, cujus nomen non exprimitur, laudat de bono ipsius proposito eique mandat ut patriarchae Jerosolymitano intendat. | tome IV 11 | 2814 *bis* |
| | Notum facit se, cum inter Alfonsum, regem Castellae ac Legionis, et Riccardum, in Romanorum regem per electiones varias electos, super obtinenda imperii dignitate contentionis materia suscitata sit, distulisse inter eos judicis partes assumere, sed tandem procuratores regis Castellae cum instantia postulasse ut ipsi regi in hoc negotio justitia exhiberetur, procuratores vero Riccardi obtulisse, ejus nomine, se paratos ecclesiae Romanae subire judicium. Addit se, ut illos ad pacis unitatem induceret, eosdem per nuncios citari fecisse, ut II die mensis maii, apostolico conspectui se praesentarent, sed neminem termino memorato comparuisse. Prorogat terminum usque ad annum computandum a festo b. Andreae proxime venturo. | tome IV 13 | 2819 |
| » | Electionem Guillelmi Hugonis in abbatem Electensem, abbate s. Polycarpi minime convocato, irritam decernit. | tome IV 13 | 2821 |
| » » | De provisione abbatis monasterii Fucardimontis. | tome IV 14 | 2822 |
| » » | De solutione debitorum Cameracensis ecclesiae. | tome IV » | 2823 |
| » » | Magistro Lauvino, dicto *Pilal*, canonico ecclesiae s. Amati Duacensis, Atrebatensis dioecesis, indulget ut nullus ipsi praeferatur in assecutione praebendae ejusdem s. Amati Duacensis ecclesiae. | tome IV » | 2824 |
| » » | Nicolaum de Montigniaco magistro Stephano de Bosco-communi, capellano apostolico praeferendum esse declarat in assecutione praebendae in ecclesia b. Martini Turonensis. | tome IV 15 | 2825 |
| Sans date | Archiepiscopum Compostellanum in jus restituit episcopos consecrandi et confirmandi a quo antea suspensus erat. | tome IV 15 | 2826 |
| » | Ludovicum, regem Francorum, hortatur ut ad reformandam pacem inter Carnotense capitulum et comitem Blesensem super advocatione servientium ipsius capituli et aliis articulis litigantes, diligenter intendat. | tome IV 16 | 2827 |
| | In e. m. archiepiscopo Rothomagensi. | tome IV » | 2828 |
| | In e. m. Parisiensi episcopo. | | |
| | Capitulum Carnotense hortatur ad reformandam inter ipsos et comitem Blesensem concordiam. | tome IV » | 2829 |
| | Comitem Blesensem hortatur ad reformandam inter ipsum et capitulum Carnotense concordiam. | tome IV » | 2830 |
| » » | Pisanos hortatur ut a favore Manfredi, quondam principis Tarentini, et a molestatione Lucanorum, ecclesiae fidelium, desistant. | tome IV 16 | 2831 |
| » | Pisanos hortatur ut captivos Lucanos omnino libertati reddant vel saltem humane et benigne tractent. | tome IV 18 | 2632 |
| « | Pisanos hortatur ut ad ecclesiae fidelitatem redeant. | tome IV » | 2633 |
| » » | Margaretam, reginam Francorum, hortatur ut suum animum cum Carolo, comite Provinciae, germano suo, ad concordiam et pacem inclinet. | tome IV 19 | 2834 |
| — | Ludovicum, regem Francorum, hortatur ut auxiliatricem manum suam extendat ad praestandum Terrae Sanctae subsidium. | tome IV » | 2835 |
| — | Episcopo Belvacensi significat se ecclesiam Belvacensem grava- | tome IV » | 2836 |

Pages. Numéros

re non intendisse nonnullis provisionibus in eadem et Gerboradensi ecclesiis auctoritate apostolica factis.

tome IV

Sans date — Bajulo, baronibus et nobilibus regni Cypri mandat ut ordinationes archiepiscopi Nicosiensis in Graecos Latinosque vitiis famosis irretitos, emanatas, executioni demandent. tome IV | 20 | 2837

» » — Regi Anglorum significat se turbationes regni Angliae vituperare eidemque regi auxilium apostolicum nunquam defuturum esse. tome IV | » | 2838

» » — Nonnullos addit articulos privilegio Militiae s. Jacobi. tome IV | » | 2839

» » — Magistrum ordinis Militiae s. Jacobi hortatur ne invisos habeat fratres ejusdem ordinis qui adversus eum apostolicae sedis auxilium implorarunt. tome IV | 21 | 2840

» » — Rescriptum de lite inter capitulum Remensis ecclesiae et Ottobonum, s. Adriani cardinalem archidiaconum Remensem, vertente super jure synodi convocandae, sede Remensi vacante, in favorem archidiaconi editum. tome IV | » | 2841

» » — Ordinis s. Clarae regulam confirmat. tome IV | 22 | 2842

» » — Omnium ecclesiarum praelatis nunciat se beatum Riccardum, quondam episcopum Cicestrensem mirabilem, in festo b. Vincentii XI kalendas februarii, sanctorum catalogo adscripsisse eisque mandat ut III nonas aprilis celebriter ejus festa celebrent. tome IV | 23 | 2845

» » — Decano et capitulo Cicestrensibus indulget ut corpus b. Riccardi in locum magis opportunum transferre ejusdemque translationis diem quotannis celebrare valeant, unum annum omnibus qui hujus translationis et quadraginta dies omnibus qui anniversario die ejusdem translationis festo intererunt de injunctis sibi pœnitentiis relaxando. tome IV | » | 2846

Pages. Numéros.

Sans date — Episcopum Autisiodorensem habet excusatum quod ecclesiam Jerosolymitanam non accepit regendam. tome IV | 24 | 2847

» » — Archiepiscopo Ravennati mandat ut Bononiam se transferens, de nece sacristae Bononiensis, horribiliter trucidati, inquirat. tome IV | » | 2848

» » — Resignationem praebendae ecclesiae Remensis a Wiscardo de Castello, canonico Remensi, porrectam, accipere recusat. tome IV | » | 2849

» » — Regi Castellae ac Legionis per magistrum R., notarium suum, exposcenti ut ad imperii Romani fastigium a papa evocetur ejusdemque coronam ex ipsius manibus suscipiat, rescribit perplexam admodum atque involutam causae aequitatem, cum, ex adverso, Riccardus, comes Cornubiae, imperium sibi deberi contendat, nec summo in eum amori ita indulgere sibi non licere ut inflexam justitiae lancem non teneat; atque adeo de utriusque jure diligentius se cogniturum, « praesertim cum tam sui quam praefati comitis nuncii apud sedem apostolicam constituti, se velle in hoc ipsius sedis subire judicium frequenter duxerunt proponendum ». Dictum itaque magistrum, ad regem redeuntem, ei commendat. tome IV | 42 | 2850

» » — Alfonso, comiti Pictavensi, gratias agit de litteris quibus bona papae, nuper in pontificem electo, auspicatus est. Fratrem Philippum de Clyst, generalem magistrum Hospitalis in Francia, qui Alfonsi litteras praesentaverat, eidem commandat. tome IV | 25 | 2851

» » — Philippi, regis Francorum primogeniti, laudat modestiam et humiliatem. tome IV | » | 2852

» » — Duci Burgundiae gratias agit | » | 2853

| | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|
| | quod ipsi in pontificem noviter electo, bona auspicatus, est eumque hortatur ut, quanquam electio Eduensis cantoris in Cabilonensem episcopum admitti non potuerit, magistrum Theobaldum, Cabilonensi ecclesiae auctoritate apostolica praefectum, benigne admittat. | | |
| | | tome IV | |
| Sans date | Petrum de Sabaudia hortatur ut a molestiis episcopo et ecclesiae Sedunensibus illatis desistat. | 26 | 2854 |
| | | tome IV | |
| » » | Ludovico, regi Francorum, scribit ejus puritatis constantiam papam et fratres suos immensa nimium jucunditate perfudisse eique summos tribuit laudes quod, licet ad regni sui quasi partes ultimas accessisset pro matrimonio inter Philippum, primogenitum suum, et filiam regis Aragonum contrahendo, comperto tamen quod idem rex filiam Manfredi, quondam principis Tarentini, persecutoris ecclesiae, primogenito suo matrimonialiter copularat, omnino ab ipsius matrimonii proposito destitit. | » | 2855 |
| | | tome IV | |
| » » | Decano Laudunensi decanatum quem Guillelmus, tituli s. Marci presbiter cardinalis, in ecclesia Laudunensi obtinuerat et libere ad votum papae resignaverat, confert. | » | 2856 |
| | | tome IV | |
| » » | Ludovico, regi Francorum, significat se omnibus vere pœnitentibus et confessis qui pro eo divinam misericordiam implorabunt, singulis diebus quibus apud Deum hujusmodi orationes effuderint, indulgentiam viginti dierum largiri. | » | 2857 |
| | | tome IV | |
| » » | Magistro Militiae Templi Jerosolymitani mandat ut ejusdem domus marescallum scandalosum officio destituat. | 27 | 2858 |
| | | tome IV | |
| » » | De impositione centesimae in provinciis Remensi, Senonensi et Bituricensi. | » | 2859 |
| | | tome IV | |
| Sans date | Silvensem et Abulensem episcopos, magistros Johannem, archidiaconum Compostellanum et Radulfum de Podio-Bonizi, oratores ad papam missos a rege Castellae ad negotium imperii prosequendum, ad eumdem regem commendatos remittit. | 27 | 2860 |
| | | tome IV | |
| » » | Lucanos ad constantiam confirmat ne eorum susurris subornari se patiantur qui ipsos in Manfredi, quondam principis Tarentini, partes student dolo pellicere ut miserae eosdem mancipent servituti. | » | 2861 |
| | | tome IV | |
| » » | Praeposito Mantuano mandat ut Lucam deferat epistolam qua Lucanos ad constantiam erigit. | » | 2862 |
| | | tome IV | |
| » » | Archiepiscopum Coloniensem a juramento ipsi per vim a Coloniensibus rebellibus extorto, absolvit. | » | 2863 |
| | | tome IV | |
| » » | Episcopum Leodiensem ac plures alios qui circa liberationem archiepiscopi Coloniensis labores impenderant, absolvit a praestatis pro eodem liberando juramentis. | » | 2864 |
| | | tome IV | |
| » » | Magistrum et fratres Templi Jerosolymitani hortatur ut de creando Americo Franciae praeceptore regis Francorum vota obsecundent. | » | 2865 |
| | | tome IV | |
| » » | Patriarcham Jerosolymitanum de eodem ac supra significat negotio. | » | 2866 |
| | | tome IV | |
| » » | Potestatem, consilium et commune Interamnenses ecclesiae Romanae reconciliat. | » | 2867 |
| | | tome IV | |
| » » | Olaonem, regem Tartarorum, hortatur ut veritatem fidei christianae agnoscat. | » | 2868 |
| | | tome IV | |
| » » | Episcopo Anagnino mandat ut interesse procuret solemniis quibus primarius lapis apponi debet hospitali vel religiosis domibus quas Nicolaus, subdiaconus et capellanus apostolicus, nepos quondam Gregorii papae | 27 | 2923 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | IX, in civitate Anagnina vel extra prope civitatem aedificare proponit. | | |
| 1261 | *Viterbe* | Suam in summum pontificem electionem archiepiscopo Narbonensi significat. | tome IV 77 | 2996 |
| » » | — | Archiepiscopo Narbonensi mandat denunciet excommunicatos canonicos Magalonenses propter varios excessus ab ipsis commissos in fratres Carmelitas. | tome IV » | 2997 |
| » » | — | Archiepiscopo Narbonensi mandat habeat fratres Carmelitas commendatos qui in civitate Narbonensi domum et capellam aedificare proponunt. | tome IV » | 2998 |
| 1261 sept. 22. | — | Monasterio Grandissilvae, ordinis Cisterciensis, Tolosanae diocesis, privilegia ipsis a principibus et ecclesiarum praelatis concessa, confirmat. | tome IV » | 2999 |
| 1261 sept. 28. | — | Archiepiscopo Narbonensi mandat inquirat de excessibus enormibus ab episcopo Ruthenensi commissis, secundum ipsi archiepiscopo missas ab Alexandro papa IV litteras. | tome IV 29 | 2870 |
| 1261 oct. 5 | — | Abbatissae et conventui monasterii s. Petri de Vineis prope Anagniam, ordinis s. Damiani, mandat obediant et intendant episcopo Anagnino. | tome IV » | 2871 |
| 1261 oct. 18. | — | Litterae credentiales mittuntur episcopo Reatino pro Tudino de Rogia, ostiario apostolico. | tome IV » | 2872 |
| 1261 oct. 28. | — | Abbati monasterii s. Pastoris, Cisterciensis ordinis, Reatinae diocesis, mandat dividat mensam episcopalem a mensa capituli Reatini, juxta litteras Gregorii papae IX, mandato magistri de Pennis, scriptoris apostolici, non obstante. | tome IV » | 2873 |
| 1261 nov. 21. | — | Indulgentiae conceduntur omnibus capellam visitantibus quam rex Francorum in domibus regiis de Corbolio, Parisiensis diocesis, aedificari jussit. | tome IV 30 | 2874 |
| 1261 nov. 29. | *Viterbe.* | Templariis indulget ut sine contradictione episcopi, praesentare valeant clericos qui ecclesiis ad ipsorum Militiam spectantibus inserviant, dummodo hospitalitas observetur et de juribus episcopalibus diocesanis episcopis integre satisfiat. | tome IV 30 | 2875 |
| 1261 déc. 1er | | Abbati Cistercii ejusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis sua jura et immunitates confirmat. | tome IV 31 | 2876 |
| 1261 déc. 6. | | Privilegium pro ordine Praemonstratensi. | tome IV » | 2877 |
| 1261 déc. 12. | — | Auximanos hortatur ut ad devotionem Romanae ecclesiae redeant. | tome IV » | 2878 |
| 1261 déc. 23. | — | Abbatem s. Dionysii in Francia conservatorem constituit privilegii Ludovico, regi Francorum, concessi, qui quasdam domos Dei in Pontisarensi, Compendiensi et Vernonensi villis, Rothomagensis, Suessionensis et Ebroicensis diocesium, aedificare cupit. | tome IV 32 | 2879 |
| 1262 | | Vassallis ecclesiae Narbonensis nunciat se confirmasse electionem a capitulo factam de Maurino, canonico ejusdem ecclesiae, capellano apostolico, in archiepiscopum Narbonensem eosque hortatur ut eidem archiepiscopo obediant et intendant. | tome IV 78 | 3008 |
| 1262 | | Archidiacono minori Carcassonensis ecclesiae mandat solvi faciat Maurino, archiepiscopo Narbonensi, fructus et proventus unius anni suorum ipsius beneficiorum sibi collatorum ratione studiorum priusquam ascendit Narbonensem cathedram archiepiscopalem. | tome IV 79 | 3009 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1262 | | Episcopo Sabinensi facultatem concedit personis idoneis conferendi beneficia in diocesi Aniciensi vacantia, donec eidem ecclesiae de pastore provideatur. | tome IV 79 | 3010 |
| 1262 janv. 3. | *Viterbe.* | Priori s. Amatoris Autisiodorensis mandat assignari faciat archiepiscopo Bituricensi proventus per unum annum omnium ecclesiasticorum ejusdem diocesis beneficiorum, ad sublevanda Bituricensis ecclesiae onera debitorum. | tome IV 33 | 2880 |
| 1262 janv. 13. | — | Abbati monasterii s. Dionysii in Francia concedit facultatem absolvendi clericos qui, pro violenta injectione manuum in clericos, sententiam excommunicationis incurrerunt. | tome IV 33 | 2881 |
| 1262 janv. 18. | — | Monasterio de Favarchiis, Cisterciensis ordinis, Noviomensis diocesis, sua jura, privilegia et immunitates confirmat. | tome IV 33 | 2882 |
| 1262 janv. 20. | — | Abbati et conventui s. Dionysii in Francia indulget ut ad receptionem vel provisionem alicujus in pensionibus aut ecclesiasticis beneficiis, ad collationem eorum spectantibus, cogi aliquatenus non possint. | tome IV » | 2883 |
| 1262 janv. 21. | — | Ordini Cisterciensi libertates, privilegia et immunitates confirmat. | tome IV » | 2884 |
| 1262 févr. 6. | — | Militiae Templi Jerosolymitani indulget ut ad exhibendum et praestandum pecuniae summas aut exactiones quascumque, quacumque causa impositas, minime teneantur. | tome IV » | 2885 |
| 1262 févr. 7. | — | Episcopo Mimatensi mandat inquirat de excessibus enormibus Ruthenensis episcopi. | tome IV » | 2886 |
| 1262 févr. 13. | *Viterbe* | Nonnulla pacta irritat et cessat quibus certa bona Ambianensis ecclesiae injuste alienata seu ad censum data erant. | tome IV 35 | 2887 |
| 1262 févr. 15. | — | Nonnulla privilegia confert abbatibus Cisterciensis ordinis. | tome IV 77 | 3000 |
| 1262 févr. 20. | — | Abbati et fratribus monasterii Grandissilvae, ordinis Cisterciensis, Tolosanae diocesis, confert facultatem bona per haereditatem eis collata recipiendi, juribus feodalibus duntaxat exceptis. | tome IV 78 | 3001 |
| 1262 » « | — | Magistros et fratres ordinis s. Trinitatis et Captivorum a quibuscumque pedagiis, vinagiis ceterisque exactionibus de animalibus, blado, vino, sale et aliis exigi solitis, penitus liberos esse decernit. | tome IV 35 | 2888 |
| 1262 févr. 27. | — | Priori s. Maglorii Parisiensis mandat ut ad proprietatem prioratus s. Martini de Campis Parisiensis revocet bona illicite alienata. | tome IV » | 2889 |
| 1262 févr. 28. | — | Quod episcopus Bituricensis possit dispensare cum sex clericis, in suo servitio existentibus, quod percipiant fructus et proventus praebendarum quas obtinent in civitate et diocesi Bituricensi. | tome IV 69 | 2982 |
| 1262 mars 11. | — | Monasterio s. Germani de Pratis Parisiensis privilegia, libertates et immunitates confirmat. | tome IV 35 | 2890 |
| » » | — | Ordini Praemonstratensi regulares institutiones, de communi omnium consensu editas, confirmat. | tome IV » | 2891 |
| 1262 mars 12. | — | Abbati s. Genovefae Parisiensis mandat ne permittat monasterium s. Germani de Pratis a nonnullis praelatis, capitulis et officialibus inquietari. | tome IV 39 | 2893 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1262 mars 16. | *Viterbe.* | Priori et fratribus Hospitalis Jerosolymitani in Francia libertates et immunitates confirmat. | tome IV 39 | 2892 |
| 1262 mars 23. | — | Anagnino episcopo moniales s. Petri de Vineis prope Anagniam, ordinis s. Damiani, committit. | tome IV » | 2894 |
| » » | — | Archiepiscopis et episcopis mandat ut magistris et fratribus Hospitalis s. Antonii, Viennensis diocesis, exsolvi faciant bona et legata ipsis pro sustentatione pauperum promissis. | tome IV » | 2895 |
| » » | — | De aetate exigenda a recipiendis in fratres et sorores domus hospitalis s. Mariae Laudunensis. | tome IV 40 | 2896 |
| » » | — | Ut decanus Laudunensis capituli fratribus, sororibus et pauperibus hospitalis b. Mariae Laudunensis pœnitentiam salutarem injungere valeat, audita eorum confessione. | tome IV » | 2897 |
| 1262 avril 1er | — | Monasterio s. Andreae de Coufer, Cisterciensis ordinis, Sagiensis diocesis, bona, libertates et immunitates confirmat. | tome IV » | 2898 |
| 1262 avril 17. | — | Archidiacono minori Carcassonensi mandat in jus ecclesiae Narbonensi revocet bona et redditus in praejudicium dictae ecclesiae alienata. | tome IV 78 | 3002 |
| » » | — | Privilegia, jura et possessiones ecclesiae Narbonensis confirmat. | tome IV » | 3003 |
| » » | — | Archiepiscopo Narbonensi indulget ut per triennium dignitates ecclesiae Narbonensis libere conferre valeat. | tome IV » | 3004 |
| 1262 avril 26. | — | Jacobo, Aragonum regi, qui ad tractandam concordiam inter Manfredum, quondam principem Tarentinum, et ecclesiam Romanam personaliter partes suas interpositurus erat, summotenus explanat ejusdem Manfredi multiplices ac importabiles offensas, quas contra Deum et matrem ecclesiam continuando multiplicet. Rogat et hortatur regem ut suggestionibus sinistris ejus, qui post Tarentinum principatum ipsi ab ecclesia nullis ejus meritis concessum, ecclesiae ditionem invasisset, Sarracenis se conjunxisset, ad catholicos ecclesiae studiosos proterendos, Siciliam, confecta Conradi, nepotis sui, morte, occupasset, nonnullos barones praefati regni crudeliter interemisset, non praestet auditum nec ipsius fraudibus se patiatur involvi. Demum regem a contrahendo matrimonio inter primogenitum suum et filiam memorati Manfredi abducere nititur, proponens quantam labem suo generi ex eo incurreret. | tome IV 10 | 2810 |
| 1262 avril 27. | *Viterbe.* | Abbati et conventui monasterii s. Germani de Pratis indulget ut homines terrarum ipsorum coram episcopo Parisiensi seu aliquo de Parisiensis ecclesiae capitulo conveniri non possint. | tome IV 40 | 2899 |
| 1262 mai 2. | — | Abbati Cistercii ejusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis indulget ut nullus episcopus adversus eos sententias, in fraudem privilegiorum apostolicorum, promulgare praesumat. | tome IV 41 | 2900 |
| 1262 mai 8. | — | Praeceptori et fratribus domus Militiae Templi in Aquitania libertates et immunitates confirmat. | tome IV » | 2901 |
| 1262 mai 11. | — | Archidiaconum Agennensem conservatorem bonorum et privilegiorum abbatis et monasterii Grandissilvae constituit. | tome IV 78 | 3006 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | | tome IV | |
| 1262 mai 9. | Viterbe. | Abbati et conventui s. Germani de Pratis Parisiensis indulget ut in causis ad exhibitionem privilegiorum et indulgentiarum minime compellantur, quamdiu parati fuerint in monasterio judici et adversario, coram aliquibus bonis viris de ipsis, indulgentiis et privilegiis fidem facere. | 41 | 2902 |
| | | | tome IV | |
| 1262 mai 11. | — | Universis abbatibus Cisterciensis ordinis indulget ut de legatis, aliquam portionem solvere minime teneantur. | » | 2903 |
| | | | tome IV | |
| 1262 » » | — | Johanni Perunclo mandat assistat praeposito Mantuano, capellano apostolico, ad partes Campaniae misso, ut reprimantur excessus enormes Raynaldi Rubei, nepotis Alexandri papae IV. | 42 | 2904 |
| | | | tome IV | |
| 1262 mai 15. | — | De certis haereditatibus a magistro et fratribus domus Militiae Templi Jerosolymitani legitime recipiendis. | 43 | 2905 |
| » » | — | Ut crucesignati et crucesignandi extra dioceses in quibus ipsi et sua bona consistunt, in causam trahi minime possint per litteras apostolicae sedis vel legatorum ejus hactenus impetratas. | » | 2909 |
| | | | tome IV | |
| 1262 mai 18. | — | Facultas conceditur certa bona recipiendi prioribus et fratribus Hospitalis Jerosolymitani de prioratu s. Egidii. | » | 2907 |
| | | | tome IV | |
| 1262 mai 21. | — | Magistrum ordinis fratrum Praedicatorum hortatur moneat per omnia christianorum regna crucesignatos ut ad proficiscendum in succursum Terrae Sanctae se studeant praeparare. | » | 2908 |
| | | | tome IV | |
| 1262 juin 1er | — | Magistrum ordinis fratrum Praedicatorum hortatur moneat, in regno Franciae ac in Lugdunensi necnon Viennensi, Bisuntina, Tarentasiensi, Ebredunensi et Aquensi civitatibus, diocesibus et provinciis constitutos crucesignatos ut ad proficiscendum in succursum Terrae Sanctae se studeant praeparare. | 44 | 2909 |
| | | | tome IV | |
| 1262 juin 5. | Viterbe. — | Electo Veronensi, rectori Patrimonii b. Petri in Tuscia et ducatus Spoletani' mandat moneat Fuliginates ut ab exactione pecuniae indebite a monasterio Saxivivi petitae desistant, et bona illicite ablata eidem monasterio restituant. | 44 | 2910 |
| | | | tome IV | |
| 1262 juin 9. | — | Cum universitas presbyterorum et clericorum secularium villae de Riomo, Claromontensis diocesis, decreverit in eadem villa ecclesiam in honorem b. Mariae Virginis construere, Alfonsum, Tolosae ac Pictaviae comitem, hortatur ut eis auxilium et consilium impendat. | » | 2911 |
| | | | tome IV | |
| 1262 juin 11. | — | Magistro ordinis fratrum Praedicatorum facultatem concedit « absolvendi per se vel per alium seu alios quos ad hoc idoneos cognoverit » a voto Crucis omnes crucesignatos hactenus in subsidium Terrae Sanctae et crucesignandos deinceps qui, propter suorum infirmitatem aut debilitatem corporum, inhabiles vel impotentes fuerint ad pugnandum vel ad transfretandum in ipsius Terrae succursum, dummodo secundum proprias facultates velint redimere vota sua. | 45 | 2912 |
| | | | tome IV | |
| 1262 juin 12. | — | Eidem mandat ne permittat per se vel alium seu alios, crucesignatos, contra immunitates et privilegia ab apostolica sede concessa, ab aliquibus indebite molestari. In e. m. priori provinciali fratrum Praedicatorum in Polonia. | » | 2913 |
| | | | tome IV | |
| 1262 juin 17. | — | Magistro ordinis fratrum Praedicatorum dat facultatem « commutandi peregrenationum et alia | » | 2914 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages | Numéros |
|---|---|---|---|---|
| | | hujusmodi vota illorum qui pro Terrae Sanctae subsidio signum Crucis assumpserint, voto religionis et castitatis dumtaxat excepto, in hujusmodi votum Crucis. » | | |
| 1262 juin 22. | *Viterbe.* | Magistro ordinis fratrum Praedicatorum mandat deponat in tuto loco redemptiones votorum crucesignatorum. | tome IV 45 | 2915 |
| 1262 juin 26. | — | Praeceptoribus et fratribus domus Militiae Templi in Provincia libertates et immunitates confirmat. | tome IV « | 2916 |
| 1262 juillet 1er | — | Abbatem et conventum monasterii s. Albini Andegavensis eorumque bona sub protectione b. Petri et sua suscipit. | tome IV « | 2917 |
| 1262 juillet 7. | — | Abbati de Ferrariis, Senonensis diocesis, mandat ut ea quae de bonis domus Militiae Templi in Francia alienata invenerit illicite vel distracta, ad jus et proprietatem ejusdem domus studeat revocare. | tome IV 46 | 2918 |
| 1262 juillet 10. | — | Abbati et conventui monasterii s. Benigni Divionensis, ordinis s. Benedicti, Lingonensis diocesis, indulget ut ad solutionem alioquorum debitorum compelli minime valeant, nisi ea in utilitatem ejusdem monasterii conversa fuisse legitime probaverint creditores. | tome IV « | 2919 |
| » » | — | Episcopo Claromontensi mandat ne permittat magistrum et fratres hospitalis s. Antonii, Viennensis diocesis, contra indulta privilegiorum sedis apostolicae ab aliquibus indebite molestari. | « | 2920 |
| » » | — | Decernit quod per litteras imperatori Constantinopolitano a sede apostolica concessas, nullum potest magistro et fratribus Militiae Templi Jerosolymitani praejudicium generari. | « | 2921 |
| 1262 août 18. | *Montefiascone* | Abbati et conventui monasterii s. Vincentii Laudunensis, ordinis s. Benedicti, indulget ut privilegiis apostolicis uti libere valeant, dummodo in suo vigore persistant nec eorum terminus effluxerit. | tome IV 47 | 2922 |
| 1262 sept. 6. | — | Eugubinos, ad devotionem ecclesiae reversos, sub b. Petri et sua protectione suscipit, damna ab eis ecclesiae illata eisdem remittendo, comitatu tamen Eugubino Eugubinis non concesso. | tome IV « | 2924 |
| 1262 sept. 8. | — | Omnibus ecclesiarum praelatis per regnum Franciae constitutis mandat habeant commendatos nuntios episcopi et capituli Claromontensium indulgentiam praedicantes pro reparatione ecclesiae Claromontensis. | tome IV 48 | 2925 |
| 1262 sept. 13. | — | Licentia eligendi episcopi capitulo Anagnino conceditur. | tome IV 49 | 2926 |
| 1262 oct. 4. | — | Decano et capitulo Laudunensibus confirmat jus patronatus quod habent in ecclesia s. Genovefae et hospitali Laudunensibus. | tome IV « | 2927 |
| 1262 oct. 7. | — | Decano et capitulo Laudunensibus indulget ne quis de clero Laudunensi divina officia celebrare valeat, ipsis ex rationabili causa a divinis cessantibus. | tome IV « | 2928 |
| 1262 oct. 18. | *Orvieto.* | Episcopo Reatino mandat ut Offreducio Bonocomiti et Martucio de Miranda litteras securitatis, nomine papae, conferat, si roccam de Miranda, quam injuste detinent occupatam, ecclesiae Romanae dimittere velint. | tome IV « | 2929 |
| 1262 oct. 25. | — | Archipresbytero ecclesiae s. Johannis de Duce, Anagninae diocesis, mandat procuret citare abbatem et conventum monasterii s. Petri de Villamagna ut infra quindecim dies apostolico conspectui se praesentent. | tome IV 50 | 2931 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1262 oct. 31. | *Orvieto.* | Archidiacono Agennensi mandat ut bona et jura abbatis et conventus monasterii Grandissilvae contra molestatores protegat. | tome IV 78 | 3006 |
| 1262 » » | — | Abbatem Cisterciiejusque coabbates ordinis Cisterciensis a solutione pecuniarum eximit a sede apostolica impositarum. | tome IV » | 3007 |
| 262 nov. 10. | — | Obitioni, plebano plebis de Rabatte, Perusinae diocesis, committit ut executioni mandet sententiam pro Senso, cive Perusino, adversus Narnienses, ab O., s. Mariae in Via lata diacono cardinali, editam. | tome IV 50 | 2930 |
| 1262 déc. 13. | — | Episcopo Reatino mandat iterato citet Offreducium de Miranda, potestatem civitatis Reatinae, roccae de Miranda quae ad Romanam ecclesiam pertinet, invasorem, ut infra octo dies apostolico conspectui se praesentet. | tome IV 51 | 2932 |
| 1263 | | Episcopo Sabinensi concedit facultatem legationem exercendi in partibus Walliae et Hiberniae sibi jam commissae. | tome IV 79 | 3013 |
| 1263 | | Eidem Guidoni, episcopo Sabinensi concedit facultatem, dum in Angliae partibus legatione apostolica fungatur, super irregularitate dispensandi. | tome IV 79 | 3014 |
| 1263 | | Episcopo Sabinensi, in partibus Angliae, Walliae et Hiberniae apostolicae sedis legato, concedit facultatem de pœnitentiis unum annum et quadraginta dies relaxandi omnibus qui solennibus festis et translationibus sanctorum interfuerint. | tome IV » | 3015 |
| 1263 | | Episcopo Sabinensi mandat procuret pacem inter regem Angliae et in eum rebelles, sedatis inter eos exortis discordiis. | tome IV » | 3016 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1263 janv. 29 | *Orvieto.* | Subjectionem monasterii de Ferentillo, ordinis s. Benedicti, Spoletanae diocesis, monasterio Claraevallis de Clento, Camerinensis diocesis, cassat et irritat. | tome IV 51 | 2934 |
| 1263 févr. 2 | — | Eugubinis dat licentiam Callensibus, ecclesiae inimicis et rebellibus, duram et asperam guerram faciendi. | tome IV 52 | 2935 |
| 1263 févr. 3. | — | Episcopo Aversano, coadjutori episcopi Eugubini, mandat intimet Callensibus, ecclesiae Romanae hostibus, processum quo episcopali dignitate privandi nuntiantur, nisi infra unum mensem ad ecclesiae mandata redire curaverint. | tome IV « | 2936 |
| 1263 févr. 9. | — | Episopum et officialem Tolosanos defensores constituit jurium et immunitatum abbatis et conventus Grandissilvae monasterii. | tome IV 79 | 3011 |
| 1263 mars 5. | — | Monasterio Saxivivi, ordinis s. Benedicti, quondam Fuliginatis diocesis, libertatem et immunitatem confirmat. | tome IV 53 | 2937 |
| 1263 mars 20. | — | Abbatem et conventum monasterii de Corneolo, Praemonstratensis ordinis, Bisuntinae diocesis, sub b. Petri et sua protectione suscipit. | tome IV « | 2938 |
| 1263 mars 28. | — | Praeceptori et fratribus Militiae Templi Jerosolymitani in Aquitania indulget ut exactiones ipsis ab ecclesiarum praelatis petitas, ratione ipsarum ecclesiarum, ultra consuetam taxationem, denegare valeant. | tome IV 54 | 2939 |
| 1263 mars-avril | — | Abbati et conventui monasterii s. Petri Pulleriarum, Lingonensis diocesis, indulget ut ad solvenda debita creditoribus minime teneantur, nisi ea in utilitatem ejusdem monasterii conversa esse legitime probaverint creditores. | tome IV 55 | 2946 |
| 1263 avril 6-12. | — | Abbati s. Stephani Divionensis mandat restitui faciat abbati | tome IV 54 | 2940 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | et conventui monasterii de Corneolo, Praemonstratensis ordinis, Bisuntinae diocesis, bona illegitime a nonnullis ablata et detenta. | tome IV | |
| 1263 avril 10. | *Orvieto* | Abbati et conventui de Corneolo, Praemonstratensis ordinis, Bisuntinae diocesis, libertates et privilegia confirmat. | tome IV 54 | 2941 |
| 1263 avril 17. | — | Universis archiepiscopis et episcopis mandat ut si qui parrochianorum ipsorum conversos et servientes monasterii de Corneolo, Bisuntinae diocesis, verberare seu ejusdem monasterii animalia diripere praesumpserint, eos disciplina ecclesiastica coerceant, donec satisfactionem condignam exhibuerint. | tome IV « | 2942 |
| 1263 avril 20. | — | Eugubinis confirmat castra Collis-Pergulae, Montissicci et Serrae-sanctae-Abundae. | tome IV 55 | 2943 |
| 1263 avril 20. | — | Maurino, archiepiscopo Narbonensi, concedit facultatem duo millia librarum mutuandi, creditoribus bona ecclesiae Narbonensis obligando. | tome IV 79 | 3012 |
| 1263 avril 24. | — | Ordinationem de bonis in partibus Campaniae Maritimaeque in manus extraneorum non alienandis declarat ad R., s. Angeli diaconum cardinalem, nullatenus spectare. | tome IV 22 | 2844 |
| 1263 avril 25. | — | Eugubinis mandat occupent comitatum Callensium. | tome IV 56 | 2944 |
| 1263 avril 29. | — | Priori et conventui ecclesiae s. Barbarae, ordinis s. Augustini, Lexoviensis diocesis, indulget ut, vacantibus ipsorum ecclesiis, ipsorum proventus *deportationes* vulgo dictos, sicut antea in posterum licite percipere valeant. | tome IV 55 | 2945 |
| 1263 mai 2. | — | Archiepiscopo Viennensi mandat concedat facultatem, si expedire viderit, Aalidi, comitissae Burgundiae palatinae, capellam in fundo proprio apud s. Valerium construendi. | tome IV 70 | 2983 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1263 mai 4. | *Orvieto.* | Auximanos ad fidelitatem et devotionem ecclesiae redeuntes, in gratiam suam suscipit, pacta inter ipsos et Manfredum, Veronensem electum, ducatus Spoletani et Marchiae Anconitanae rectorem, inita, confirmando. | tome IV 56 | 2947 |
| 1263 mai 31. | — | Fratri Martino, ordinis Militiae Templi, castellano roccae de Trebis, Anagninae diocesis, mandat ut Nicolaum, Lucium et Gregorium milites suis juribus in castris de Trebis, Feletani et Vallispetrae uti permittat. | tome IV 57 | 2948 |
| » » | — | Episcopo Anagnino mandat revocet quamdam excommunicationis sententiam in castellanos et alios officiales apostolicos de Trebis ab eodem episcopo prolatam. | tome IV » | 2949 |
| 1263 juin 2. | — | Magistro et fratribus Militiae Templi Jerosolymitani indulget ut in causis fratres suos possint ad testimonium producere. | tome IV 58 | 2950 |
| 1263 juin 12. | — | Omnia privilegia ab Innocentio papa III, Laterani XVIII kalendas januarii, pontificatus sui anno XVIII, concessa pro negotio Terrae Sanctae quorumque tenor hic inseritur, innovat et confirmat. | tome IV » | 2951 |
| 1263 juin 13. | — | Mandat dominus Urbanus per istam bullam qualiter magister Gregorius de Neapoli debeat procedere in recipiendo commune Spoletanum ad obedientiam ecclesiae. | tome IV » | 2952 |
| 1263 juin 17. | — | Episcopo et capitulo Verulanis indulget ut, cedente vel decedente Petro clerico, nepote episcopi Troiani, ecclesia sancti Stephani de Roiano, Verulanae diocesis, ad usus ipsorum mensae revertatur. | tome IV 59 | 2953 |
| 1263 juin 26. | — | Decanum Figiacensem, Caturcensis diocesis, conservatorem privilegiorum et bonorum Mili- | tome IV 60 | 2954 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | tiae Templi in Provincia per quinquennium constituit. tome IV | | |
| 1263 Juin 26. | *Orvieto.* | Abbatem s. Egidii, ordinis s. Benedicti, Nemausensis diocesis, conservatorem privilegiorum et bonorum Militiae Templi in Provincia per quinquennium constituit. tome IV | 60 | 2955 |
| 1263 juin 29. | — | Eugubinis indulget ut extra Eugubinam diocesim in causam evocari per triennium non possint. tome IV | « | 2956 |
| » » | — | Universis ecclesiarum praelatis mandat ut parrochianos suos presbyteros et laicos impediant quominus fratres Militiae Templi Jerosolymitani certis exactionibus et molestiis aggravent. tome IV | « | 2957 |
| 1263 juillet 1er | — | Andream de Felecti, clericum Anagninae diocesis, legitimum declarat ut ad omnes dignitates ecclesiasticas pervenire valeat. tome IV | 61 | 2958 |
| 1263 juillet 18. | — | Universis ecclesiarum praelatis mandat ne fratres Militiae Templi Jerosolymitani gravare vel molestare praesumant, mentione expressa de certis privilegiis ab apostolica sede eidem fratribus jam concessis et specialiter de quarta parte funeralium et confessione occultorum peccatorum. tome IV | « | 2959 |
| » » | — | Universis ecclesiarum praelatis mandat ut in fratres Militiae Templi Jerosolymitani, nullum habentes episcopum vel praelatum praeter Romanum pontificem, excommunicationis sententiam promulgare praesumant. tome IV | « | 2960 |
| 1263 juillet 30. | — | Episcopo Anagnino mandat compellat Petrum quondam Rogerii ad recipiendum uxorem nobilem mulierem Gevitosam, natam quondam Galgani de Scullcula eique conjugales affectus exhibendum. tome IV | 62 | 2961 |
| 1263 août 7. | — | Decernit tam Riccardum, comitem Cornubiae, quam Alfonsum, regem Castellae, in suis litteris nominandum esse « in regem Romanorum electum ». tome IV | 12 | 2817 |
| 1263 août 10. | *Orvieto.* | Episcopo Anagnino mandat publicari curet processum contra Mathiam de Anagnia, nepotem Gregorii papae IX, editum, eumque excommunicatum denuntiet. tome IV | 62 | 2962 |
| 1263 août 12. | — | Archiepiscopo et capitulo Arelatensibus indulget ut, per triennium, ad receptionem vel provisionem alicujus in pensionibus compelli aliquatenus non possint per litteras apostolicae sedis impetrandas. tome IV | 63 | 2963 |
| » » | — | Florentio, Arelatensi archiepiscopo, mandat moneat abbates Arelatensis diocesis ut ad claustrum revocent suos ipsorum monachos, solitarios commorantes. tome IV | « | 2964 |
| 1263 août 13. | — | Priori fratrum Praedicatorum Parisiensium negotium inquisitionis haereticae pravitatis ad Provinciam extendit facultatemque confert fratres ejusdem ordinis undecumque voluerit secum ad id negotium assumendi. tome IV | « | 2965 |
| 1263 août 30. | — | Episcopo Ferentinati mandat inducat episcopum et capitulum Anagninos in possessionem quarumdam domus, terrarum, possessionum et rerum. tome IV | 64 | 2966 |
| 1263 août 31. | — | Riccardo, in Romanorum regem electo, significat ecclesiam non immerito vacationem deplorare imperii. Addit cur sedes apostolica inter eum et Alfonsum regem partes assumere distulerit; commemorat studium suum indefessum pro pace inter eos concilianda. exponit Riccardi jura ad imperium; profitetur Alfonsi electionem posteriorem esse Riccardi electione, sed Alfonsum a majore principum parte vocatum esse ad imperium et decla- | 12 | 2815 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages | Numéros |
|---|---|---|---|---|
| | | rat istius jura ad imperium. Pontifex invitus descendit ad litem diffiniendam optatque ut electi tractent inter se pacem ideoque legatos ad utrumque mittit. Ne desit justitiae, Riccardum citat ut IIª die maii primo venturi, apostolico conspectui se per procuratores praesentet. | | |
| 1263 août 31 | *Orvieto.* | Riccardum, in Romanorum regem electum, quem pontificalis sententia VII idus augusti prolata in Alfonsi, regis Castellae, gratiam, admodum pupugit, mulcere nititur. | tome IV 12 | 2818 |
| 1263 « « | — | Riccardo, in Romanorum regem electo, iterum sed accuratius scribit de suscitata contentionis materia inter eum et Alfonsum, regem Castellae ac Legionis, in Romanorum regem electum, circa obtinendam ejusdem imperii dignitatem. | tome IV » | 2816 |
| 1263 sept. 9. | — | Receptionem cassat sexdecim et plurium canonicorum minus idoneorum qui ab aliis canonicis ecclesiae Reatinae, ratione parentelae, in canonicos recepti erant. | tome IV 64 | 2967 |
| 1263 sept. 13. | — | Noviomensi et Suessionensi decanis mandat ne permittant decanum et capitulum Laudunenses ab aliquibus indebite molestari. | tome IV » | 2968 |
| 1263 sept. 24. | — | Electionem Philippi, tunc thesaurarii Metensis, in episcopum Metensem, cassat et irritat. | tome IV 13 | 2820 |
| 1263 oct. 11. | — | Monasterio s. Germani de Pratis Parisiensis bona, libertates et immunitates confirmat. | tome IV 64 | 2969 |
| 1263 oct. 14. | — | Episcopo et officiali Nivernensibus et magistro Johanni de Monciaco, canonico Aurelianensi, mandat ut episcopum Biterrensem, cantorem Nivernensem et magistrum Henricum de Virziliaco, canonicum Autisiodorensem, citent ut infra duos menses, apostolico conspectui se praesentent, de eorum negligentia in processu Ruthenensis episcopi rationem reddituri. | tome IV 65 | 2970 |
| 1263 oct. 15. | *Orvieto.* | Universis abbatissis et sororibus inclusis ordinis s. Clarae nunciat se decrevisse ordinem earum ordinem s. Clarae uniformiter nominandum esse et regulam eis a Gregorio papa IX praedecessore, tunc Ostiensi episcopo, datam, confirmat. | tome IV 22 | 2843 |
| 1263 oct. 18. | — | Episcopo Norwicensi mandat terminet processum inter abbatissam et conventum monasterii s. Trinitatis de Cadomo, ex una parte, et rectorem ecclesiae de Horstede, Norwicensis diocesis, ex altera, vel causam instructam ad sedem apostolicam remittat. | tome IV 66 | 2971 |
| 1263 nov. 5. | — | Commissariis inquisitioni episcopi Ruthenensis deputatis mandat ut expensas necessarias ad processum terminandum, de bonis ecclesiae Ruthenensis, ad episcopum Ruthenensem spectantibus, sibi ministrari faciant. | tome IV 67 | 2972 |
| 1263 nov. 8. | — | Praedicatoribus verbi Crucis ac executoribus negotii ejusdem Crucis indulgentiam crucesignatorum concedit. | tome IV » | 2973 |
| 1263 déc. 18. | — | Monachis Molesmensis monasterii, ordinis s. Benedicti, Lingonensis diocesis, indulget ut, necessitate vel infirmitate urgente, carnibus vesci valeant. | tome IV » | 2974 |
| 1263-1264 déc.-janv. | — | Abbati et conventui monasterii de Alneto, Cisterciensis ordinis, Baiocensis diocesis, indulget ut ultra duas dietas per litteras apostolicae sedis vel legatorum ejus conveniri minime valeant per triennium. | tome IV 76 | 2995 |

| Date | Lieu | Analyse | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| 1264 janv. 21. | *Orvieto.* | Omnibus ecclesiarum seu monasteriorum praelatis episcopum Sancti-Andreae, negotium Crucis in Scotia agentem, commendat. | tome IV 67 | 2975 |
| 1264 janv. 31. | — | Abbatem s. Augustini Cantuariensis constituit conservatorem bonorum et privilegiorum monasterii s. Trinitatis Cadomensis. | tome IV 68 | 2976 |
| 1264 févr. 4. | — | Priori s. Petri de Calce Suessionensis mandat ut in ecclesia s. Petri in Periusio Suessionensi in canonicum recipi faciat personam idoneam, ab abbatissa monasterii s. Mariae Suessionensis, ordinis s. Benedicti, praesentatam. | tome IV » | 2977 |
| » » | — | Magistrum et fratres hospitalis s. Antonii Viennensis diocesis a solutione certarum procurationum eximit. | tome IV » | 2978 |
| 1264 févr. 13. | — | Episcopo Reatino mandat inhibeat Reatinis ne capitaneum eligant qui causas appellationum cognoscat. | tome IV » | 2979 |
| 1264 févr. 19. | — | Abbati Molesmensi indulget ut in quolibet monasterio monialium monasterio Molesmensi subjecto, unam personam idoneam in monacham recipi facere valeat, cum consensu priorissarum et conventuum eorumdem monasteriorum. | tome IV 69 | 2980 |
| 1264 févr. 28. | — | Decano et capitulo Laudunensibus indulget ut generaliter uti valeant certis privilegiis ipsis ab apostolica sede concessis. | tome IV » | 2981 |
| 1264 avril 3. | — | Abbatem s. Lupi Trecensis a solutione certarum procurationum eximit. | tome IV 70 | 2984 |
| 1264 avril 12. | — | Episcopo Anagnino et Nicolao de Anagnia, capellano apostolico, mandat ut castellanum de Lariano in possessionem inducat nonnullorum feudorum per commune Velletri indebite occupatorum. | tome IV » | 2985 |
| 1264 juin 13. | *Orvieto.* | Decano ecclesiae s. Stephani Trecensis et magistro Johanni Garsiae, canonico Trecensi, mandat ut excommunicatos denuntient abbatem monasterii s. Johannis in Abbatia Laudunensi ejusque fautores qui horrendum scelus in capitulum Laudunense commiserunt. | tome IV 71 | 2986 |
| 1264 juin 14. | — | Narnienses absolvit a censuris et excommunicationum sententiis in eos, ratione injuriarum ab eis Sancti-Gemini incolis illatarum, revocando omnia a Narniensibus contra libertates Sancti-Gemini attemptata et declarando ab incolis Sancti-Gemini Narniensibus exercitum tantummodo et masnadam deberi. | tome IV 73 | 2987 |
| 1264 juin 19. | — | Episcopo Signino mandat ut sententiam a G., tituli s. Marci presbytero cardinali, adversus Conradum de Sculcula, pro monasterio s. Petri de Villamagna, ordinis s. Benedicti, Anagninae diocesis, latam, executioni demandet. | tome IV « | 2988 |
| 1264 juillet 1er | — | Commissariis inquisitioni episcopi Ruthenensis deputatis indulget ut fratres Minorum et Praedicatorum ordinum ad perhibendum testimonium veritati compellere valeant, non obstante quolibet contrario privilegio eisdem ordinibus concesso. | tome IV » | 2989 |
| 1264 juillet. 20. | — | Johannem de Marerio, Pandulfum de Alatro necnon dominos roccae Accar[illegible], Manfredi fautores, denunciat excommunicatos nisi infra katendas augusti apostolico conspectui se praesentent, apostolicis mandatis parituri. | tome IV 74 | 2990 |
| 1264 juillet 28. | — | Omnibus qui adversus Manfredum, principem Tarentinum, ejusque complices et fautores, tam in Patrimonio b. Petri in Tuscia quam in ducato Spoleta- | tome IV 75 | 2991 |

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | no auxilium ecclesiae impendent, indulgentiam et privilegia crucesignatorum concedit. | tome IV | |
| 1264 août 1er | *Orvieto.* | Sententia excommunicationis in eos qui arma, victualia et alia utilia hostibus ecclesiae ministrant. | 75 | 2992 |
| | | | tome IV | |
| » » | — | Episcopo Anagnino et Nicolao de Anagnia, capellano apostolico, nepoti Gregorii papae IX, mandat ut sententiam contra commune et quosdam speciales personas civitatis Velletrensis a G., tituli s. Marci presbytero cardinali, pro rocca de Lariano prolatam, executioni demandent, ipsorum negligentia vituperata. | » | 2993 |
| | | | tome IV | |
| 1264 août 9. | — | Episcopo Anagnino mandat ut a monasterio de Trisulto, Cartusiensis diocesis, Alatrinae diocesis, repetat quandam pecuniae quantitatem injuste ibidem depositam a fratre Johanne de Staffort, olim camerario episcopi Portuensis, in ejusdem episcopi praejudicium. | » | 2994 |

Vacance du siège

| | | | Pages. | Numéros. |
|---|---|---|---|---|
| | | | tome IV | |
| 1264 | | S. R. E. Cardinales increpant Senenses, Manfredi fautores, quod, dum ecclesia ad suam et totius mundi provisionem necessariam nititur et pro generalis pastoris substitutione laborat, eam ad tractanda distrahunt et tam necessarios ipsius conatus quam periculosissime impediunt, impugnando Patrimonium ejus in Tuscia et civitatem Urbevetanam. | 28 | 2869 |

IMPRIMERIE J. BIÈRE
18-20-22, RUE DU PEUGUE
BORDEAUX
1930

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

BX
870
1261
T.3-4
c.1
ROBA